AVSONII BVRDIGALENSIS,

VIRI CONSVLARIS, OMNIA, QVÆ ADHVC IN VETERIBVS BIBLIOTHECIS INVENIRI POTVERVNT, OPERA,

ADHAEC,

Symmachi, & Pontij Paulini litteræ ad Ausonium scriptæ: tum Ciceronis, Sulpiciæ, aliorúmque quorundam veterum carmina nonnulla,

Cuncta ad varia, vetera, nouáque exemplaria, emendata, commentariisque illustrata per ELIAM VINETVM *Santonem.*

INDICES PRAEFATIONI TRES SVBIVNCTI, Scriptorum hìc contentorum, rerum, & verborum.



Burdigalæ,

Apud Simonem Millangium Typographum Regium.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

SENATV, P. Q. BVRDIGALEN. AVCTORE, AC AVSPICE, AVSONII BVRDIGALEN. VIRI CONSVLAR. SCRIPTA AB ELIA VINETO SANT. EMENDATA, COMMENTARIISQ. ILLVSTRATA, SIMON MILLANG. LEMOVIX, CLARISSIMÆ CIVITAT TYPOGRAPHVS AC CIVIS, SVIS COEPIT FORMIS EDERE, VII. ID. FEBR. AN. CHR. M. D. LXXV.

ELIAE VINETI
SANTONIS PRÆFATIO IN SVA COMMENTARIA IN AVSONII BVRDIGALENSIS SCRIPTA.

QVOD in alijs quibusdam vetustis scriptoribus sponte susceperam, id in Ausonio Burdigalensi non tam sponte quam rogatus, tentaui. Burdigalæ nanque quum litteras iandiu profiterer, petebant plerique ciues, vt Ausonij sui scriptis valde corruptis obscurísque, aliquid etiam operæ darem. Ceterum non videbam, quid hîc possem sine vetustis exemplaribus, quæ nulla reperire poteram. Mirabar equidem vehementer, quod quum in antiquissima opulentissimáque ciuitate, multæ essent veteres bibliothecæ, varijs scriptoribus instructæ, in nulla extarent ciuis tam nobilis scripta. Cunctabar itaque quicquam aggredi viribus meis maius, donec ex Senatu tandē & alijs ordinibus viri docti & graues a me familiariter sæpe postularunt, vt quam possem, si non quam vellem, Ausonio, operam quoque suo, vel potius, vt ipsi loquebantur, nostro nauarem, quem tam perditum legerent & tenebricosum. 1 A

** Quibus amicis & viris primarijs, visum est tandem obtemperare. Itaque cœpi, quę habui formis exarata exemplaria aliquot conferre, commentariáque scribere, quibus emendationum rationem redderē, & obscuriora, si qua possem, elucidarem. Quæ nostra commentaria dum maturescerent, placuit primo quoque tēpore sola Ausonij scripta, vt restitueram, emittere. Itaque Lutetiā misi Iacobo Gupylo Pictoni, amico Latinis Græcísque litteris doctissimo: qui edenda curauit* 1 B

anno Christi millesimo quingentesimo & quinquagesimo primo: eámque editionem illustrissimo eruditissimóque Cardinali Bellaio, Burdigalensi Archiepiscopo dedicauit. Non multo post Stephanus Charpinus Lugdunensis sacerdos ad me scripsit, reperisse se in quadam vetere bibliotheca agri Lugdunensis, antiquum codicem: in quo multa essent Ausonij, quę nondum quisquam typis edita vidisset: eáque paullo post Ioanni Tornesio Lugdunensi typographo edenda dedit. Quæ quum ad nos tandē Burdigalam peruenissent, auide percurrissem, animaduertissemque, non satis fideliter ex suo exēplari descripta fuisse, ad Charpinum scripsi: eiúsque studio, opera, merito cum in omnes litterarum studiosos, tum in Burdigalenses Ausonij ciues collaudato, petij, vt si quo modo posset, veteris libri mihi videndi copiam faceret. Qui rescripsit se libenter facturum, quumprimum reddidisset

1 C *Iacobus Cuiacius, cui commodauerat.* * *Auarici tum Iurisprudentiam profitebatur Cuiacius, vir non tantum legum Iurísque, verum etiam omnium bonarum artium peritissimus: qui eum librum non soli sibi habebat, sed cōmunicabat cum amicis: inter quos Ludouicus Russardus collega, multa in eo obseruauerat: de quibus Adrianum Turnebum monuerat: & in sua aduersaria coniecit Turnebus. Cuiacius ergo, qui iampridem me audierat emendationem interpretationémque scriptorum Ausonij suscepisse, vetustum codicem sponte, pro sua singulari humanitate, mihi misit: quem quum statim contulissem cum nouis: ac multa, quę ex eo restituerā, communicassem cūm amicis Burdigalēsibus philologis, qui & antiquum librum libenter viderunt, & in eo sunt in primis mirati, quod DIVONA scriberetur, qui in omnibus alijs, quos vnquam viderāt, Duiona esset, ille priscæ Burdigalæ fons, cœperunt instantius efflagitare, vt emendatiorem iam Ausonium cum commentariis edere nihil cunctarer. Quibus vt aliqua ex parte satisfacerem, quando mea commentaria nondum satis tota esse matura existimabam, in lucem dare visum est, quę in librum de claris vrbibus scripseram: vbi multa erant de Burdigala, quæ*

1 D *illos in primis cupere cognoscere intellexeram.* * *Hæc igitur Enguilbertus Marnefius Pictauis impressit anno Christi millesimo quingentesimo & sexagesimo quincto: nec multo post Antonius Gryphius a me litteris petijt, vt si manum extremam apposuissem Ausonio, ad*

se

se mitterem, quem esset breui excusurus. Misi ergo, sed sola Ausonij scripta mea commentaria adhuc retinui. Quæ quum postea recognoscere cœpissem, & in eo me frequenter opere offendisset, quum crebro inuiseret, Iacobus Salomo Narbonensis, Iurisconsultus, doctus & bonus, qui eo tempore Tolosa Burdigalam, vbi res ciuiles paullo pacatiores erant, secesserat, ad Iosephum Scaligerum familiarissimum suum scripsit, me in castigando explicandóque Ausonio totũ esse: locáque aliquot ex ijs, quæ emẽdaueram, insigniora indicauit. Cui quũ rescripsisset Scaliger, ac mihi multa salute ascripta, locũ illũ de Viuisca, pro viuifica mire probasset, addidit, in eodẽ Mosella esse nõ pauca, quæ ipse, qui Belgicã illam perlustrauerat, obseruasset: nec multo post eas datas litteras, ex Aginnẽsi suo ad audiendũ Cuiaciũ se cõtulit. Docebat ille tunc Valentiæ: ad quẽ & ad Scaligerum scripsi de Ausonio ad Gryphium iã ante annos quinque misso. Rescripsit Scaliger Valentia & Lugduno mense Aprili & Augusto. Promisit omnẽ operam, quo posset Ausonius, cuius erat studiosissimus, in lucẽ castigatior exire, & meis commentarijs illustratus. Ceterum quũ veterem illum librum, quem eo tempore remiseram Cuiacio, nactus esset, conferendũ cum meo exemplari censuit, siquid forte deprehẽderet, quod me fugisset. Barbarica nanque scriptura erat. Quædam litteræ agnitu difficiles, multę fugientes. plerique multorum verborum versus in modũ vnicæ dictionis descripti, & nonnulla interdum verba in duo pluráue diuisa. At plus etiam sibi duxit faciendum Scaliger, quam promiserat. Scripsit, Ausonianarũ lectionũ titulo, perquam doctũ emendationum expositionúmque commentarium: quod mihi pro sua in me beneuolentia consecratũ, Gryphio tradidit imprimendum. Tardius autem dum editionẽ aggreditur Lugdunensis, typographiam interim Burdigalenses instituerunt: a méque continuo petierunt, vt aliud emendarem exemplar, quo mox in sua ciuitate sui ciuis scripta excuderẽtur castigatiora, simúlque mea commentaria.* Cœpit itaque Ausonius edi Burdigalæ mense Februario, quum ageretur annus a Christo nato millesimus quingentesimus & septuagesimus quintus, absoluebatúrque ineunte æstate, quum a Gryphio accepimus, quod nimiũ diu expectaueramus. Typographũ autẽ quia defecit charta, nec alicunde, ob immanium latrociniorum frequentiam, nancisci statim*

361

1 E

1 F

potuit, commentariorum editionem differre fuit coactus. Quod quũ vidi, quia posteriores cogitationes solere sapientiores esse semper audieram, placuit in ista cessatione, Cuiacium per litteras rogare, vt iterum veterem librum mihi commodaret. quem ille statim misit. sicque totum iterum contuli. Rebus interea nostris aliquanto quietioribus, accersitáque charta, imprimere tandem cœpit Simo Millangius nostra in Ausoniũ cõmentaria mẽse Iulio, quattuor annis, postquã Ausonium edidisset. Quæ quam iandiu sui expectationem concitasse audio, an eam sustinere ac tueri possint, nescio: ceterum magno mihi constitisse nemo dubitet: & de ijs hoc cognoscat, si quis volet legere, in ijs conficiendis me Seruij, Placidi, & aliorum veterum commentatorum exemplum esse secutum. Quæ vulgo nota sunt, ea non attigi. Quæ vero visa sunt obscura, & non adeo cunctis nota, in ijs tantum elaboraui. Quorum nonnulla si tam tenebricosa etiam fuerunt, vt in ijs nihil prorsus viderim, indicare non sum veritus, quemadmodum in alijs iam multis ostendi me nihil dissimulare solere, sicubi hæsito, vt se rudiores ibi diutius non torqueant: qui vero ceteris ingenio & eruditione præstant, in istis se nodis exerceant, monstréntque, quanto nobis sint superiores: & sic nihil tandem remaneat in bonis auctoribus, quod doctiorum studio & diligentia minus docti non intelligant. Nullã Ausonius disciplinã ignorauit. omnes Latinos Græcosque scriptores, quorũ maior pars intercidit, ad vnguẽ nouit. Hinc in eius scriptis multa se ostendit, & varia eruditio, vt cuiuis legenti non statim queant intelligi. Deinde per ea tempora vixit, de quibus pauca in litteras extant relata. quare nonnulla, quæ de suæ ætatis rebus solum attigit, quomodo plene explicare queas? Postremo, quod nobis omnium plurimum exhibuit negotij, cuncta eius scripta peruenerunt ad nos mutila, & indignis modis corrupta. in quibus non pauca quidẽ restituimus, sed non potuimus omnia. Purioribus opus est exemplaribus, quæ fortassis aliquãdo reperientur: eruntque post nos, qui aliquid quoque operæ nauent Ausonio. Cui quod interim sit a me præstitum, ac in publicam vtilitatem emissum, id iustos rerum æstimatores equi boníque consulturum confido.*

1G

AVSO-

IN Ijs autem,quæ conſideranda auctorum expoſitionem aggredienti cenſentur, ſi prima eſt auctoris vita, ab Auſonij vita & nos exordiamur, primũque de nominibus eius quæramus.Ipſe,qui multis ſe locis nominat,nuſquam ſe vocat aliter, quã Auſonium, vt in Epigrammate de faſtis ſuis ad Proculum,in extremo Moſella,in iambico ad Probum, & in epiſtola ad Theonem.Et Symmachus,quando ad eũ ſcribit,chroniciq; Proſper Aquitanus,Aurelius Caſſiodorus,& Marcellinus Comes,quando conſulatus Auſonij meminerunt,Auſonium tantum nuncupant. Plura ille non habuit nomina in exemplari illo Lugdunenſi,ſed tria reperi in minus antiquo Ioannis Tilij Engoliſmenſis,Decius Magnus Auſonius:& quattuor in Iodoci Badij Typographi Pariſienſis editione,Decius Magnus Auſonius Pæonius.Quorum primum qui pro prænomine accipiunt,& ſic vulgo notant,D.hi vellem mihi probarent,prænomen aliquando fuiſſe Decius quod nomẽ fuit Publiorum Deciorum Muriũ,qui naſcentis Imperij Romani tẽporibus ſe pro patria,dijs Manibus deuouerunt. Quinctus, Sextus, Decimus,numeralia nomina, pro prænominibus fuerunt vſurpata,& ſic notabantur,Q.Sex. D. quam rem qui parum nouerunt, vereor, vt ne notam D. pro Decio multi acceperint, qui pro Decimo debebant.D. Iunium Silanum, & D. Iunium Brutum, non Decios ſed Decimos eſſe in antiquis libris obſeruauimus, quum Senecæ & Eutropij hiſtorias emendaremus. & ſic in multis membranis Iuuenalem poëtam vidimus non Decium, ſed Decimum Iunium Iuuenalem omnibus expreſſis litteris appellari:vt in nouis exemplaribus noſtris D. Iunius Iuuenalis, Decimus Iunius Iuuenalis nobis eſſe debere videatur. * De Auſonij ergo prænomine nihil comperi,ſed qui primus eius nominibus notam D. præfixit, vnde Decius iſtud manaſſe arbitror, hanc pro Diuo potius quã pro Decio ſiue Decimo poſuiſſe ſuſpicor.Fuerunt enim,& in ijs abbas Spanhemenſis,qui Auſonium poëtam, epiſcopum Burdigalæ fuiſſe putauerint:ac inter Diuos exiſtimauerint relatum: quum nec inter ſuos præſules,nec inter ſanctos ſuos eum agnoſcant Burdigalenſes. Ceterũ per ſancte colũt Engoliſmenſes,& pro magno habent numine, Auſonium quendam,quem ſuorum Epiſcoporum fuiſſe primum,& a Santonibus Engoliſmam accerſitum dictitant.Auſonius poëta agrum apud Santones habuit, vt meminit in Epiſtolis ad Axium Paulum: vbi extremis vitæ ſuæ temporibus,lubens commorabatur.Quibus vero temporibus volunt Engoliſmenſes Auſonium ſuum vixiſſe, ea non male quadrant cum Auſonij poëtæ ſæculo.Primus autem illis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus quia deligebantur Epiſcopi,viri eruditione, vitæque integritate ceteris præſtantes,illiſque oblatum ab eccleſia munus recuſare

1 H

80. 271
425. 430

1 I

445. 436
456. 459

fine grādi flagitio non auderent, poteſt Auſonius Burdigalēſis è Santoni-
1 K co ſuo ad ſummū Engulifmā ſacerdoriū accitus fuiſſe.* Sed poteſt & ali*
ab hoc, fuiſſe Engulifmenſis ille: quā quiſpiā Auſoniū Burdigalenſē ex eo
eſſe crediderit, quod a Burdigala non plus ſexaginra millia paſſuum abſit
Engulifma. Quod vero ad Magni cognomentum attinet, poteſt aliquis
exiſtimare Auſoniū poëtam eo titulo cohoneſtatū fuiſſe propter egre-
giam eruditionem, & quos geſſit ſummos honores, ſed poteſt & ab auū-
culo Æmilio Magno Arborio accepiſſe videri, cui carus fuit non minus
quā patri, & in diſciplinis omnibus puer, iuuenis, vir, accuratiſſime inſti-
tutus, quemadmodum ipſe memoriæ prodidit Auſonius in carmine ter-
104.160 tio Parentalium, & in ſeptimodecimo de Profeſſoribus. Pæonij autem
appellationem non aliunde ortam exiſtimo, quā quod ſemidoctus quiſ-
piam, qui eundem putaret eſſe Auſonium, patrem medicum, & filium
Auſonium poëtam, Pęonium pro medico Auſonium poëtam vocauerit,
a Pæone illo, deorum medico apud Homerum Iliádos libro quinto.

1 L Bvrdigalensis itaque poëta quibus ſit dictus nominibus,
prærerquam vno, quo ſe ipſe nuncupauit, nobis eſt incompertum: cui pa-
ter fuit Iulius Auſonius, Vaſatenſis ciuis, medicinæ profeſſor, Græce
doctior quam Latine: quem commemorat primum filius in Parentali-
102.155 bus, & epicedio honorauit: quæ vtraque carmina ſatis multa de Auſo-
nio medico dabunt, ſiquis de illo plura noſſe cupiet. Is autem ex patria
Burdigalam commigrauit longe celebriorem ciuitatem clarioremque,
ab Vaſatis millia paſſuum circiter quadraginta diſtantem: ac ita Burdiga-
læ genitus Auſonius poëta, patriam ſuam Burdigalam nuncupat in ex-
tremo carmine de claris vrbibus, quod eſt de Burdigala, in verſu quadrin-
102.171 103 genteſimo & quadrageſimonono Moſellæ, & alibi. Matrem autem ha-
buit Æmiliam Æoniam ex Aquis Auguſtis: inter quod oppidum Tar-
bellorum & Vaſatas ſunt millia paſſuum circiter centum. Sed de Auſonij
135 genere plura qui volet, vniuerſum in tabula extremo Parentalium com-
1 M mentario ſubiecta expoſuimus. * Qui cum Latinas Græcaſque litteras
104.169 ſub Aemilio Magno Arborio auunculo, Tiberio Mineruio, alijſque præ-
135 ceptoribus ad vnguem didiciſſet, in poëticáque excelleret, grāmaticam
primum, deinde Rhetoricam, propinquorum aliquot, multorúmque alio
rum virorum doctiſſimorum exemplo, in patria docere cœpit. Sic enim
169 de ſe ipſe memoriæ prodidit in carmine viceſimoquinto de Profeſſori-
367 bus Burdigalenſibus, in Protreptico ad nepotē, & in ſemigræca ad Pau-
457 lum Axium Epiſtola. Quę profeſſio diligens & in primis docta, Auſoniū
apud ſuos Gallos, exteráſque gentes adeo clarum reddidit, vt inter om-
nes iiſdem litteris nobiles, quos ea tempora plurimos habebant, eum
delegerit Valentinianus Imperator, cui filium ſuum Gratianum in diſci-
1 N plinam traderet. * Fuit eidem principi filius alius, qui patris nomen
geſſit, Gratiano annis duodecim natu minor, de quo eſt quintum Auſo-

 nij Epi-

nij Epigrammatum,& ad Imperium a fratre acciti,mortuo patre,mentio in Gratiarũ actione pro Consulatu,ceterũ disciplinæ nusquam meminit Ausonius. Gratiano vero præcepisse se diserte meminit in eadẽ Gratiarum actione. Augustis autem suis dum ob singularem eruditionem & mores probatissimos acceptissimus est Ausonius,nullos non adipiscitur honores eorum beneficio. in quibus,multos gradus nomine Comitis, Quæsturam,Præfecturas,ac Consulatum ipse recenset in Epigrammatibus de Fastis suis, in carmine quarto Parentalium,extremo carmine de Burdigala, Epicedio, extremo Protreptico ad nepotem,Gratiarum actione,epistolis ad Vrsulum & Paulum & Paulinum,ac alibi.Christianus fuit,& litterarum Christianarum apprime sciens, vt testantur ipsius versus Paschales & Rhopalici,& Paulini Epistola *Defore*. Vxorem habuit Attusiam Lucanam Sabinam:cuius mortem deflet in nono carmine Parentalium. Eam iuuenis amisit annos natam non plus viginti octo : nec postea duxit aliã. Ternos ex illa suscepit liberos, quaternósue:de quibus plura nos in carmen nonum Parentalium.

79. 80 108. 110 358. 368 378. 479 391. 417 356. 459 469. 232. 351 557. 560 113 114

Theodosivs Augustus quanti fecerit Ausonium,suis ipse princeps litteris ad eum scriptis testatus est:quæ ante Ausonij Epigrammata poni solent:sed alijs amicis non caruit multis Ausonius.in quibus, quos ipse suis scriptis celebrauit, hi fere sunt. Probus Præfectus prætorio,ad quem misit epistolam cum carmine Iambico:quę numeratur tertia inter Ausonij Epistolas. Proculus poëta:ad quem scribit Epigrammáton tricesimum tertium, & aliud rursus Epigramma de suis fastis. Gregorius quidam ,quem filium vocat, quum ei mittit Cupidinem cruxi affixum. Drepanius Pacatus,cu. dedicat Ludum septem Sapientum, & Technopægnion,& edullium de Vita humana,vbi & filium vocat.Symmachus, cui mittit Griphum Ternarij numeri,& epistolam,quam inter ipsius epistolas quartam numeramus. Pontius Paulinus Burdigalensis, cui misit Technopægnion & litteras multas.Axius Paulus orator poëtáque :ad quem mittit Bissulam, & Centonem nuptialem cum multis litteris. Vrsulus Grammaticus, & Tetradius poëta:ad quos singulæ extant litteræ: Theónque Medulensis,ad quem quaternę.Quorum quæ manent ad Ausoniũ epistolę,paucule sunt,vna, illa Theodosij Imperatoris,sex septẽmue Symmachi,& Paulini duæ.

I O 419 24. 80 234 211. 284 201. 274 427 285. 465 469 335. 337 445. 446 417. 462 430. 436 545. 557

Qvibvs autem Consulibus sit natus Ausonius poëta,& quibus è vita migrarit,nusquam legimus.Eius Sabina Vxor anno ætatis duodetricesimo mortem obijt:quum ipse tunc quot annos natus esset,tacuerit: sed post eam mortuam, annis triginta sex aut quadragintaquinque carmen illud lugubre de coniuge scribebat, quod nonum est in Parentalibus.Vixit autem,vti diximus,Valentiniano,Gratiano,& Theodosio Imperatoribus:quorum primus Valentinianus imperare cœpit anno vrbis millesimo centesimo & octauodecimo : qui fuit annus Christi trecẽtesimus & sexagesimus sextus.Post quem annum vixerit adhuc annos mini-

I P

105 mum viginti tres. In carmine nanque de Aquileia mentionem facit de Maximi tyrãni nece: quem Aquileiæ Theodosius extinxit, anno Christi
584. 385 trecentesimo & octogesimo octauo. Meminit autẽ senij multis locis. Se-
360. 458 nem se consulem esse factum dicit ad Gratianum discipulum. Hęredium
459. 469 suum post Consulatum celebrauit: & Paulo Paulinóque quæ scripsit, senem se post Consulatum scripsisse dicit.

OPES ILLI non defuisse verisimile est, viro multis honoribus functo, & tot tantisque principibus carissimo, ceterum nulla earum men-
360. 445 tio. Paruum erat hæredium, quod ipse carmine celebrauit. Prædij quod
485. 566 apud Santones habebat, locis aliquot meminit, vt supra indicauimus. Pontius Paulinus in epistola *De fore*, scribit illum Burdigalę prędium habuisse, ac aliquot alia alijs in locis: sed hæc quanta fuerint, & quam magni redditus, non addidit.

1 Q QVOD AVTEM ad eius scripta attinet, quæ iam ex ijs impressa in lucem exierunt, ea monstrabit index libri, quæ sint: quorum nullus nec in nouis exẽplaribus, nec in veteribus ordo certus: sed quę nos quam potuimus optimo, constituimus. Plura autem scripserat, quam extant. Fastos
70 nanque suos epigrammatibus quattuor celebrat, quam scriptorum eius potissimam partem studiosi omnes valde desiderant. Quæ vtinam in aliqua vetere Bibliotheca tandem aliquando reperiantur: quemadmodum Parentalia, Commemoratio Professorũ Burdigalensium, Epitaphia heroum, & alia quædam eius carmina, de quibus hauddum quicquam audieramus; Charpinus in Araris insula nuper forte reperit. De quibus scriptis, déque ipso adeo auctore quid sit sentiendum, si quis for-
547. 550 te roget, Symmachus plurimi facit aliquot epistolis: sed amicus fuit hic intimus & æqualis. Qui vero nuper de hoc iudicarunt, ij non sibi constant. Quidam nanque nihil non admirantur in eo: ac laudant. Alij multa reprehendunt in primísque carminum aliquot lasciuiam Christiano ho-
347 mine prorsus indignam, sed qui nec Epigrammáton secundum videntur
1 R legisse, nec epistolæ ad Paulum partem Centoni subscriptam. * Iudicij parum & nitoris nonnullis, veluti Lilio Gregorio de poëtis, in illo esse visũ est: sed dubito, hi Critician vnquã cogitarint, inter extantia Ausonij scripta esse posse multa, quę non vulgauerit ipse, sed post eius mortem li-
443 beri, ac amici. Carmẽ patris ad filiũ suus monebat titulus in suo illo Lugdunensi libro inchoatum duntaxat, repertũ fuisse, & de litturarijs descri-
351 ptum. Rhopalicam orationem animi gratia scripsisse arbitror, vt tentaret, eo difficili genere aliquid condere, quod amicis fortassis ostenderet, non autem vt aliquando vulgaret rem verbis parum Latinis scatentem, & multis locis syllabarum tempora non satis obseruantem. Ad Theonẽ vero familiarissimum suum, congerronem lepidissimum, aliquas litteras scientem, quippe qui versus etiam factitaret, quos Ausonianis scilicet iocose opponeret: ad Theonem ergo istum quam pessimos potuit versus per deridiculum condidit Ausonius.

Ausonius Salue charo mihi dico Theoni. 636

&

Villa Lucani mox potieris aco. 437

Quamobrem considerent Aristarchi isti, Plautum de industria aliquando locutum esse barbare, & quęcunqne extant Ausonij scripta non fuisse ab eo ipso in lucem data, sed pleraque, postquam diem obiuisset, in eius liturarijs, vti diximus, reperta, amicos edidisse, vt inchoata erant, rudia & impolita: qui nihil non luce dignũ exstimabant, quod tantus vir aliquomodo scripsisset. Ingeniũ & eruditio fuit in illo multa, sed stilus tempora illa, inquit Erasmus in Ciceroniano, aulæ delicias & licentiam resipit.

INDEX SCRIPTORVM AVSONII, ET ALIORVM HIC CONTENTORVM.

THEODOSII *Augusti epistola ad Ausonium,* 1.
AVSONII *Poëtæ epigrammata,* 5.
Ephemeris, 82.
Parentalia, 100.
Commemoratio Professorum Burdigalensium, 136.
Epitaphia heroum, qui bello Troiano interfuerunt, & aliorũ quorundã, 172, 183.
Cæsares Imperatores, 188.
Vrbes claræ, 199.
Ludus septem Sapientum, & eorum sententiæ, 211, 228.
EDYLLIA in quibus hæc sunt.
Versus Paschales, 232
Cupido cruci affixus, 234
Mosella, 242.
Griphus, 274.
Technopægnion, 284.
Rosæ, 298.
Ambiguitas vitæ, 301.
Vir bonus, 305
Ναὶ καὶ οὔ Πυθαγορικὸν, 307.
Aetates animalium, 309.
Ratio libræ, 310.
Ratio puerperij maturi, 312.
Signa cælestia, 315.
Ratio dierum anni vertentis, mensium, & aliorum, 316, 317, 318, 319, 320, 322, 326, 327.
Lustrales agones, 321.
Feriæ Romanæ, 332.
Bissula, 335.
Cento Nuptialis, 339.
Oratio Consulis Ausonij versibus Rhopalicis, 351.
Epicedium in patrem, 354.
Villula, 360.
Protrepticon ad nepotem, 362.
Genethliacon ad eundem, 368.
CONSVLATVS, *precationes duæ, & gratiarum actio,* 371, 374, 375.
EPISTOLAE,
Ad patrem, 413.
Vrsulum grammaticum, 417.
Probum, 419.
Symmachum, 427.
Theonem, 430, 436, 438, 442.
Filium, 443.
Hesperium, 444.
Axium Paulum, 445, 446, 449, 453, 456, 459.
Tetradium, 462.
Pontium Paulinum, 465, 469, 470, 475, 479, 488, 490.
Periochæ in Homeri Iliadem, 495. *in Odysseam,* 521.

Symmachi ad Ausonium epistolæ, 445.
Pontij Paulini ad Ausonium epistolæ, 572. *& ad Gestidium vna,* 583.
Oratio ad Deum eiusdem Paulini, 586.
Ciceronis carmen de feminis, 587.
Quincti Ciceronis de sideribus, 587.
Sulpiciæ de Temporibus Domitiani, 588.
Cytherij Sidonij de tribus pastoribus, 592.
Hadriani Imp. de trib. Amazonib. 593.
Sulpicij Luperci Ode, 594. *Elegia,* 595.
Versus sine auctore, quo die vngues, barbam, & crines, ponere oporteat, 598.
Octastichon id refellens, 598.
In Ausonium poëtam epicedium, 599.

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVAE IN AVSONII ALIORVMQ. SCRIPTIS, ET

simul in Commentarijs continentur. Eius enim numeri, horum vtrorumq; , numeris quibus subductam videbis lineam, conueniunt, & eos indicant. Quæ autem littera Italica, fuerint, ea in solis inuenies commentarijs.

A Littera, 295
Abigei, 431 B.
Abrincantes, 145 B
Absinthium, 427 C. 445 C
Absonus, absona, 44.
Abstemius, 146.
Abydus vrbs & Abydenus Lander, 236 B. 261 A. 451 B
Accentus, 365, 467
Accursius Mariãgelus, 1 S. 3 C. & alibi.
Acerbus & Maturus, 119.
Achæmeniæ telæ 26.
Achaia regio, 205, 334
Achates lapis, 263
Achillas quidam, 41
Achillêa insula, 174 B.
Achillis epitaphiũ & sepulchrum, 174. Achillis magister, 364. Achillis hasta, 489. ab Agamennone offensus 495, 497. In iracũdia permanet, 505. Armis suis permittit Patroclum armari, 512. quem ab Hectore occisũ desfet, 513, 514. Iracundiam deponit, & nouis acceptis armis, in prœlium exit, 515, 516, 517. Hectorem occidit, 518. & mortuum patri Priamo reddit, 520.
Achillei, & Achilli, pro Achillis, 420 B
Achrestus, 28
Acindynus, 28
Acipenser, 443 C
Aconitum, 292 C
Acroasis, 305 A
Acrocorinthus 331 C
Acta &, actę athenę, 282 D. 452.
Actiacus triumphus, 256
Actorides Patroclus, 508, 513
ad Cleanthen, 159
adagio, hæc, 287 B
Adam, 232
Adoneus, 22, 23. Adonis, 23 B. 185, 235, 238, 432.
Adonea cædes, 292 A
ador, 291 A,
Adrastus, 176 D
adulo, adulor, 379 D
Adulteria, 11, 49, 168
Aeacides, Achilles, 6, 174. Pyrrhus 292. Aeacidę, 175 A.
Aeacus, 6 C.
Αἰάντειον, 173
Aeas, Aiax 235
Aediles 213, 334 C.
aëdon, 581.
Aedues Aedui & Aeduici, 103, 106, 160.
Aegæon, 497
Aegeus rex, 18 B
Aegisthus, 172 B
Aegyptus 22, 23, 496,
Aelius Hadrianus 196
Aemilia Aeonia mater Ausonij poëtæ, 103. Aemilia Corinthia Maura, eiusdẽ Ausonij auia, 107, 109. 160. Aemilia Hilaria eiusdem matertera, 130. Aemilia Melania soror, 134.
Aemilius Magnus Arborius auunculus Ausonij poëtæ, rhetor, 1 K, 104, 160, 164
Aeneas 177, 179, 425. Cum Achille congressus, 516. nunquam vidit Didonem 61. Aeneadæ Romani, 23.
Aeol°, 234, 530. Aeolia 530
Aeoles, Aeolidæ, 295 A.
Aeolis, 439 B.
Aeonia, in Aemilia.
aequalitas, 217, 230.
aequanimns, 211.
Aequinoctia, 316 CD, 330, 332
Aequipero 117, 291 B.
Aerarium, 119 B.
aeripes, 78 C.
Aere dirutus, 342.
aes, pecunia, 289
Aesculapius, 18, 275.
Aesopus, 428. Aesopi fabulę, 419, 425.
aestas, 318
aestus maris, 311 B. 437 D
aetates animalium, 309.
aeterna Roma, 79.
aeternum, 103, 109.
Aethiopes, 289.
Aethra mater Hippolyti, 18 B
Aetna, 205 C,
Afranius poëta, 40, 284, 339.
Africa, 290 C
Agamemnon rex, 172, 173, 339, 420 B. Achillem offendit, 495, 497. Somniat, 498. Menelao fratri, timet, 449. Ad placan-

dum Achillem mittit, 505.
Apud Manes, 542
Aganippe fons, 271
Agathocles rex, 9
Agenor, 316 C
Aginnum oppidum, 484 A
Aginnenses, 141, 211 A
Aglaus, beatus, 218
agna, agnus, 38
Agones sacri, 331 A
Agricolarum labor, 302
Agrœcius Rhetor, 158
Aiaces duo, 509, 513. Telamonius, 173, 235, 399, 503 505, 511. Locrensis, 510
Aidoneus, 22
Al, 297
Alamanj, & Alemanj, 8 G. 378.
Alanj populus, 97, 372
Alausa piscis, 250
Alba vrbs, 425. Albani tergemini, 417. Albana sus, 439.
Alburnus piscis, 250
Alciatus, 49 *A B*. 64 *B*
Alcides Hercules, 22, 331 C
Alcimus Rhetor, 141
Alcinous, 181. Alcinous rex, 450, 526, 527, 528, 529
Alcmæon, 236 F
Alemani, 378 A
Alcon medicus, 42
Aldus Manutius, 341 B
Alethius Latinus Alcimus Rhetor, 141. Alethius Mineruius Rhetor, 150
Alexander Magnus, 200, 355, 399, 419 D. Pellæus, 482.
Alexãder Paris, 496. Paris.
Alexãder ab Alexãdro 208 G
Alexandria, 200, 262 C, 388 C,
Alipes ceruus, 309 B
Alisontia fluuius, 266
Allobroges, 207, *Allobrogicus*, 207 *H*
Almo, 592
Alpes, Alpinus, 106, 207, 484 B.
Alphæus flu. 205 D
Alticos, 52 C
Altisonum cælum, 297 D
Alueus, aluearia 29 C
Aluta, 264 C
Amandus episcop. 208 K. 465 C
Amarę radices doctrinę, 377
Amat impersonale, 375 C
Amazones, 6 C. 78
Ambiuius Turpio, 549
Ambrosius D. 149 D. 465 G
Amica Ausonij, 27, 45
Amici vt probantur, 228. Amicorum paria, 480 B
Amineum vinum, 418 D
Amita, 110
Ammon Iuppiter, 52
Ammonius grãmaticus, 155
Amor deus, 238
Ἀμουσότερος, 274 A
Amphiaraus, 236 F
Amphimachus, 179
Amphitheatron, 212 C
Amphrysia fata, 439 C
Ampliatio, 453
Amussis, 305 C
Amyclæ vrbs, 159, 491 G
Amythaon, 535
Anadiplosis, 41. B
Anadyomene Venus, 57
Anapęsticum choricum metrum, 341 C
Anastasius Grammaticus, 155
Anates maritæ, 444 D
Ancillarum festum, 331.
Androgynus, 38
Andromacha, 292.
Angli, 246 C
Angulorum genera, 305 C. 341 E
Aniciæ matronæ epitaphium 185. Anicia gens, 62, 422, 425
Animalium ætates, 309 A
Annia gens, & Annij, 422 A
Annianus poëta, 349 B
Annibal Pœnus, 202, 293 B 493.
Annus vertens, 316. Eius tẽpora quattuor, 318, 371.
Annus nouus, 371, 372, 374. Metonicus, 443. Magnus, 309 B
Anseres auidi, 325 B
Anthedonius Glaucus, 260
Antemna 295 A
Antibacchus pes, 435 E
Anticyræ, 434 B
Antidotum, 11.
Antilochus, 175, 513
Antilogium, 419 D
Antinous procus, 522, 537, 542
Antiochia vrbs, 200, 388 B
Antiochus, 200 B
Antiphates, 530
Antiquarij, 167, 419 B
Antiqui mores, 7 B
Antisthenes philosophus, 22
Antros, 208 F
Antonini Cæsares, 196, 198, 388, 406, 407.
Ἀοιδοπόλος, ἀοιδὸς, ᾠδὸς, 461. A
Aonia, Bœotia, 280. Aonides Musæ, 23, 271, 489
Apalaria, 470 D
Apelles pictor, 57
apes Atticæ, 335. apum seni pedes, 417. D
Aphrodita Venus, 320
Apollo deus, 5, 51, 55, 77, 145, 146, 223, 280, 334, 492, 511, 516. Apollinares ludi, 332
apologi AEsopi, 419, 425
Aponus fons, 210
Appuleius philosophus, 349 A
Aprilis mẽsis, 318, 319, 320, 323, 326, 329
aqua rerum principium, & optima, 223
Aquæ Augusta vrbs, Aquenses, 129 *B*
aquæ ductus, 210 A C
Aquarius signum, 315, 587
aquilæ senectus, 146
Aquileia vrbs, 203
Aquilinus grammaticus, 169

Aquitani, & Aquitania,129, 204, 206, 207, 271
aræ, maris & flu. 443 C
Arabes, gens, 23, 483
Arborij plures, 104, 106, 107, 160. Arborius sororis Ausonij filius, 121. Alius Arborius in Aemilius.
Arcadia, vbi mortuus poëta Terẽtius, 418. patria Mercurij, 472. Pecus Arcadicum asini, 44
Archemorus, 331 C
Archimedes, 362 A
Archita Tarentinus, 36 B
architecti nobiles, 261, 262
Arcitenens, 315 B
arctôus, 208, 272
arcus Vlixis, 486, 541, 542
Arelas, & Arelatus, vrbs, 203, 484.
Aremorici, 154, 292, 451
Aretalogus, 459 A
Arete regina, 457, 527
Arethusa, 205 D
Arganthonius, 446 B
Argentina Argentoratum 242 B C
argentum viuum, 11
Argi, Argos, 174 E. 176 E. 411.
Argicius, 106, 107, 160
Argyripa vrbs, 174
Ariadne, 237
Aries signum cæleste, 315, 319, 587.
Arion, equus, 186, 411 A
arista, 247
Aristarchus Gram. 157, 211.
Aristides iustus, 127, 267
Aristippus, 360 B
Arpi, vrbs, 174
Arria & Pætus, 135 B
ars, 287 C
Arsacidæ, 482
Arsicius, 106
Arsinoë, regina, 262 C E I 263. A B
Aruertini, 208 F
Arunca, 462
Arundo, 6, 490 B
Arx, 289
as, 294, 310 B
Ascræus Hesiodus, 421 B
Asia, 466. Asiaticum dicendi genus, 282
Asilum, 292 B
Aspasticum 461 D
aspectus astrorum, 313 A
Asper grammaticus, 418 C
Asteria insula, 524
Astyanax, 178
Astynome, 176 D
Astyoche 177 A
Atax, Atacini, 207 A,
ater, 458 B
Athenæ, & Athenenses, 205, 213, 221, 282. Athenæus, 158.
Atilius Glabrio grammaticus, 169.
Atlas, 364 B
atomi, 310
Atridæ, 175, 420
atrium, 245
Atthis, 158 B
Atticus Tiro Delphidius rhetor, 147. Atticus Censorius Agrœcius, 158. Attici sales, 554. Athenæ.
Attius Patera rhetor, 145, 146
Attusia Lucana Sabina vxor Ausonij, 17, 113, 123, 124 126. Attusia Lucana Talisia Sabinæ soror, 126
Attusius Lucanus Talisius, socer Ausonij, 112
atubus, 476 B
Aturrus fluuius, 107, 273
auarus, pauper, 228. Auaritia, 595
aue, salue, vale, 93, 131, 171 420, 426, 473, 492, 557
Auelis rex, 466
Auernus. Auerna, 256, 531
Augeas, 78
Augusta Treuirorum, 201, 270
Augustodunum opp. 103 B
Augustus, quid, 389 A. Augustus Cæsar Octauianus, 2, 188, 189, 190, 191, 214. 256, 385. Augustus Valentinianus, 274
Augustus mensis, 318, 319, 321, 324, 326, 329.
Auitianus frater Ausonij, 118
Auitus 118
auri dira fames, 595
aurora, 298, 507, 524
Aurunca, 462
Ausonius, nomẽ Latinũ, 271
Ausonius Iulius, pater poëtæ Ausonij, Vasatensis, Medicus, Græce doctior quam Latine, nonagenarius mortu', &c. in epitaphio, 102, & epicedio, 354, 355
AVSONIVS poëta indicabitur in eius vita.
Ausonius eiusdem Ausonij poëtæ filius, paruulus obijt 115.
Ausonius eiusdẽ Ausonij poëtæ nepos ex filia, 361, 370.
Ausonius Sanctus Engolismensis, 1 7
Autographus sermo, 1 X
Automedon, 459 C
autumnus, 316, 318, 330, 371 372, 485, 587
Auxilius grammaticus, 71
Axius Paulus rhetor, & poëta, 335, 339, 348, 349, 445, 446, 449, 456, 457, 459
Axona fluuius, 272

B littera 295
Baccæ, 246
Bacchus, & liber, 22, 23, 280, 321, 328, 333, 335.
Bacchanalia, 249 A
Badius Typographus, 1 H
Batere, 207 O
Bætis, Betis, 566 A
Baiæ, 265. Baiana Ostrea, 439 451 B
Baiocasses, 145
Baiona ciuitas, 208 Q, 566
Balbus Cornelius, 213
Balsama, 64

Baptista Pius, 39 C. 297 A.
Barba quo die ponenda, 598
Barbarus, Daniel, 287 A
Barbus piscis, 248, 250
Barcevrbs, 483 C
Barcino vrbs & Barcinonēsis muria, 470 A. 483, 484. 565
Bardus, 208 H
Basilica, 376
Basis, 262 E
Bassianus cæsar, 198.
Beatum & ęternum, 60. Beati post mortem, 218
Beatus Leontius, 151. Beatus felix, 218, 229, 230.
Begerri. *Bigerri*
Belcę gens, 207
Belenus deus, 145
Belisarius, 208 L
Belgæ, 242, 243, 271, 272
Bellasius Cardinalis, 1 B
Bellerophōtes, 178, 494 B C. 573.
Bellona dea, 6 C
Belonus, 247 AB
Beneuentus vrbs, 38
Beroaldus Philippus, 49 A. 63, 64 B
Beronice, 262 I
Bes, 294 A
Betis fluuius, 566 A
Bias sapiens, 216, 226, 228, 231
Bigerri, Bigerritanus, 103 A. 455 C. 577.
Bibilis vrbs, 493 B. 576
bis pueri senes, 362. Bis offendere ad eundē lapidē, 454
Bissextum, 316 C
Bissula, 335. 336
Biturica vitis, 208 L
Bituriges, 208 A C
Blauia vrbs, 447 A
bobus, bubus, 36 A. 431 B
Bœotia, 494 C
Boij gens, 430 C. 431 A. 566
Bolos, iactus, 139.
Bonus, Brito, 59
Bootes sidus, 587.
Bracara vrbs, 204
branchia, 259
breuitas Laconica, 221, 382, 492, 550. Breuitas non obscura, 466 A. comis, 491.
BriandusVALea, 208 L. 210 B
Briseis, 495. 497.
Britanni, qui & Britones, 59, 246, 269. *Britānus, unde dictis Britanni Galli*, 246 A. *Albion Britannia*, 246 B. *Britannia Gallica*, 246 C
Brito Bonus, 57. *Brito & Britannus*, 246 C
Brodeus Turonensis, 39 D. 40 C
Bromius Bacchus, 281
bruma, 208 N. 318, 321, 37, 557, 587
bucolica, 234 B
bucolice tomę, 435 B
bucula Myronis, 34, 35, 36, 37.
Burdigalam, patriam suam describit Ausonius, 208, 109, 210. Burdigalæ nitor, & illecebræ, 243, 445, 577. Burdigalensis senatus & curia. 112, 210, 235. Burdigalenses litterarum professores, 136, 137, 138. Burdigalense vinum & ostrea, 252, 450. Burdigalenses Romę & constantinopoli litteras docuerunt, 105, 137, 160.
Alia de Burdigala, 161, 163, 271, 484, 485. Burdigalæ concilium, 149 D
Burdigalus, 208 G
Burgus opp. 465 A
Buzyges, 478 D.
Byrsa Carthago, 199.
Byzantium Constantinopolis, 160, 199, 452

C, littera, 296
caballinus fons, 430 C
Cadmus, 434 E. 441
Cadurci populi, 161
Cæbennæ montes, cebennæ, 206, 207.
Cæcilius. Arborius
cæcus, & claudus, 68, 69
cæl, cælum, 297 D
cælebs vita, 302
cæligena, 23 G. 334
Cælus deus, 23
cæneus, & cænis, 38, 239
Cærellia Appuleij, 349
Cæsarea Augusta vrbs, 484 B 576
Cæsares, 161, 188, 189, 387 A
cæspes, cespes, 152
cæstus, cestus, 52 B
cæsuræ versuum, 341.
Caius quidam languens, 43.
Calagorris vrbs, 137, 493 C 576
calantica, 525
calathus, 300 A
Calchas, vates, 497
Caledoni Britanni, 246, 311, 451.
calendæ, 327, 318, 328
Calenus, 591
Caligula Imperator, 188, 189, 190, 192
Calippio, patruus Ausonij, 111.
Callæcia, Callæcus, Callaicus, 204.
Callicratēa, 186
Calliope Musa, 77, 588
Calpe mons, 465 M. 576.
Calpurnius Frugi, 127.
caluaria, 41.
Caluus Nero, 188.
calx, 297 E.
Calydonius aper, 432.
Calypso nympha, 524, 525.
camenę Musę, 279, 446, 457, 453.
Cameri, 78. D.
Campania, 38, 202.
campi lugentes, & aëris, 234, 235.
Canace, 47, 237.
cancer sidus, 315, 318, 587.
candelabrum, 236 D.
candidati, 379 B
Canentelus flu. 272, 445 F.
canis animal & sidus, 14, 184.
Cannæ, vicus, 242.

Canones grammatici, 70
canterius equus, 460,474.
cantharus, 342.
Capaneus, 47,176 D.
capitis diminutio, 282 B.
Capito piscis, 247.
Capitolium Romanũ, 207.
Capricornus signũ, 315,587.
Caprotina Iuno & Nonæ, 332.
Capua. 202,427,547.
Car, qui è caria, 293.
Caracalla cæsar, 198.
Carantonus fluuius, 272.
Caranus rex, 466 A.
carceres & metæ circi, 186
Cari cuiusdem epitaphium, 187.
Carmenta Euandri, 150 C.
Carneades, 434 C.
Carpathium mare, 260.
Carroco piscis, 433.
Carthago, 199,388, C.
Castaliæ Musæ, 446,568.
Castellum, 289.
Castor & Pollux, 33,411 A B. alius castor, 62. alius, 167.
Catalecta Virgilij, 297.
Catamitus, 185.
Catana, catina, 205.
Cataphronia Iulia, amita Ausonij, 13 B.
Cataplus, 207.
Catenoplia, 448.
Cathedræ docentiũ, 30,151, 153,156, & alibi.
Catilina, 336.
Catina vrbs, 205.
Catonis disticha, 298 A B.
Catones, 127,267,591.
Catullus poëta, 274, 301 A B.
Catulus consul, 207,366 B.
Caucasus mons, 292 C. 303.
Cebennæ, Cæbennæ.
Cecrops, Cecropidæ, cecropij, 205, 262,338,418,432.
Cedrus, 24.
Celiæ potio, 291 B.
Celtæ, Galli, 210,297.
Cena dapalis, 450.
Centauri, 292 A. 364 A.
Censor Seuerus Iulianus, cõsocer Ausonij, 127, 135, censor cato, 127. censoria regula, 140.
Censorius Agrœcius, 158.
cento, 339, 341 A.
centuriæ & centuriata comitia, 379,392,393.
Cephalus & Pocris, 236.
at Cephalus piscis, 247 A.
Cerberus, 78, 184, 278 C.
Cenaculum, 521.
Ceres dea, 3, 278, 335, 478 D.
Ceruorũ viuacitas, 278, 309.
cessatio, 491.
cestus, 52, 510.
Cēus Simonides, 157.
Chærea Caligulæ, 190
Chalcedonium mare, 261.
Chalcidicum, 521.
Chaldæi, 105,107,145 E.
Chamęleon, 427.
Chamaues, 270.
Charites, Gratiæ, 62,279.
Charybdis, 532.
Charpinus Lugdunẽsis, 1 B Q
Chelæ, 316 B.
Chilo sapiens, 215,221,203, 231.
Chimęra, 280 F. 283 D. 473 A
Chiron centaurus, 364 A.
Chium vinum, 418 O
Chlamys, 412 A.
Choaspes fluuius, 209 F.
Chœrilus, 419.
Chordarũ tria nomina, 283 D
Chorius, choriambus pes, & choriambicũ carmẽ, 435, 448,461.
Chrestus, 28.
Christus, & christiana pietas, 232, 233, 351,558,560, 561,564,571,572, 580.
Chromius, 181
Chryses sacerdos, & chryseis filia, 497.
Chrysippus, 159 A.
Chuni, Hunni, 5.372.
Cibale vrbs, 8 B.
Cicatrices nostras amamus, prouerbium, 234.
Cicero Marcus Tulli⁹ verbo pœnitentia nunquam vsus, 13. Vir cõsularis, 383. Prętor primus, consul prior, 398. concinnator, 421. Opulens orator, 428. Eius Frumentaria, 475. Mellea eloquentia, 547.
Cicones populus, 180, 525.
Cimmerium mare, 292.
Cindynus, 28.
Cineas Epirota, 259.
Cinnamum, 279 A.
Cinyreius Adonis, 185,432.
Circe, & Glaucus, 160. circe. & circæum littus, 530. 531,532.
Circus Romanus, 186, 307 B 331 C. 417 C D. Mediolanensis, 201.
Circenses ludi, 333 B.
Cisium 445 G. 460.
Cissus, 282.
Cistos, 63.
Citarius grammaticus, 157.
Citherius Sidonius, 592.
Citheron, 280.
Claranus grãmaticus, 418 C.
Clarentius Narbonensis, 162
Clarię camenę, 6. apollo clarius, 334.
classes Romanæ, 379,393.
Claudianus, 201 B,
Claudius Imperator, 188, 189,190,192.
claudo, cludo, 214 A.
Claudus & cæcus, 68, 69.
Clazomenæ, 68. clazomenius, 588.
Cleanthes Stoicus, 159.
Clemens Domitiani, 385 C.
Clementinus poëta, 430 C.
Cleobulus sapiens, 216,222, 229,231.
Cleonæus leo, 78.
cliens & Patronus, 148 A.
cline, clinice, clinicus, 458 A.
Clio Musa, 77.
clipeus Laconis, 20. clipeus & clypeus, 222 A.

Clonos, 593.
cludo, 214.
cluo, clueo, 119, 222 A. 421.
Clytęmnestra, 172.
Cnidia Venus, 34. Arundo, 434 F. 441.
cobio, cobius, 250 B.
cochlea, 553.
coctiles muri, 206.
Cœbus, cubus, 443 C.
Cœrare, curare, 443 B.
cœtus, 40, 97.
cohors Prætoria, 148 A.
Colchis Medea, 67.
colonia, colonica; 430 C.
colossus, 282 C D.
columba Architæ, 36 B.
coma Achillis, 174.
comes, 378 B.
comitatus, 428.
comitiũ, comitia, 212, 292 A. 379, 392, 393.
Commodus cæsar, 197.
como verbum, 5 B.
compedes qui fecit, ipse gestet, 336.
compitalia festa, 332 A.
Cõcordius Grãmaticus, 154.
Condas portus, 437 DEF. cõdatinus vicus, 578.
Colum, 433 B
Confluentia opp. 242 A. 269, 273 C.
Confundo, 379 C.
Coniacus, 272 A,
consiliator, 393 B.
consistorium 375 B. 403.
consobrinis, 125. consobrina, 133.
consocer, consocrus, 135.
conspectus siderum, 313 A.
Constantinopolis, 105, 137, 160, 199, 388 B.
Constantienses gens, 145 B.
Constantinus magnus Imperator, 160, 199, 242, 387.
Constãtius Imperarator, 396
Constãtius Fanẽsis, 78 C 423
Consules, 79 B. 188, 210 F. 426. Ordinarij & suffecti, 388 A. 469 A.
Consus & consualia, 38, 205, 290, 333 B.
contendo, comparo 388 B.
Cõtẽtus Ausonij patruus, 111.
conticinium, 279 C.
controuersum, 99.
conuiuium iustum, 94.
conus, 262.
coqui ordinatio, 95.
cor, 286, 288.
Κόρη, 423.
corallium, 246.
Corduba vrbs, 204.
Corinthia. Aemilia.
Corinthus vrbs, patria Periandri Sapientis, 216, 227, 331 C. corinthus grãmaticus Burdigalæ, 152.
Cornelius Nepos, 301, 419.
Cornicis & corui viuacitas, 278, 309 B.
Corollarium, 471 A.
coronæ Lemniscatæ, 469.
Coronis, 170.
correctura, 129.
Coruinus Valerius, 385.
Corroco, 433 C.
coruus auis, 278, 279 B Piscis 433. E. Coruus Valerius, 385.
Corydon, 23.
Cos insula, 294 B.
Cossio oppidum, 129.
costos, 63.
Crates grammaticus, 418 D.
Creati, designati consules, 394.
Crebennus, 457, 460.
creditor, 384.
creperum, 444 C.
crepusculum, 444 C.
Cres Dædalus, 293. ex insula creta, 236. cressius, cretẽsis, 574, 539.
crines quo die præseces, 598.
Crispæ aliquot, 40, 44.
Crispus grammaticus, 165.
Crocus iuuenis, 235.
Crœsus rex, 32, 217, 218, 219, 220, 360.
Crucians canterius, 474.
crus, 288.
c[illegible], 245 B.
Cie[illegible], 548,
cubus [illegible]unicsus, 278.
Cubi Bit[illegible]r.ges, 208 A D.
Cuculus, 253.
Cucullus, 445 C D.
Cuiacius Iurisperitus, C, D, E, F, 37, 161.
culpa, 4.
curculio, 475.
Cumana Sibylla, 17. cumanũ mare, 295. cumanæ oræ, 266.
cuneus & cuneatus, 201. 307 B.
Cupido deus, 45, 234.
cupressus, 262 D.
Curatij tergemini, 417 C.
Curculio Plauti, 475,
Cures vrbs, 167.
curia, 212, 307, 355, 375.
Cupianum promuntor. 566.
curulis sella, 210, 366, 412, 469.
Cuspinianus, 387 C. 428.
Cybele, 491 A B C.
Cyclopes, 529.
Cydippe, 449 A.
Cydones populus, 472.
Cyllarus equus, 411.
cymbala, 491 B.
cymbium, 333 C,
Cynici philosophi, 22, 32, 184.
Cynosarges, 22 A.
Cynthia Luna, 439 B.
Cypris Venus, 34. 57.
Cyrus rex Persarum, 219. 220, 403.
cystos, 63.
Cythere Venus, 27, 34. 54.
Cyzicus ostreosa, 451 B.

D, littera, 296 A.
Decimo & Diui nota, 1 H J.
Dædalos, 297 A. 322. Dędalus faber, 35, 237, 262 A. 273 A.
Dædalia vacca, 237.
Dalmatius cæsar 161,

Damon

Damon Siculus, 481.
Daniel Franciscus, 315 A.
Danubius qui & Hister, fluuius, 8, 10, 249, 270, 337, 372, 377, 392.
Dapalis cena, 450, 554 B.
Daphne, 48, 55, 200 A.
Dardani, 169.
Dares Phrygius, 301 C.
Darij nummi, 437 B.
Decas, 189.
December mensis, 318, 319 321, 325, 326, 329, 333.
Decimus, & decius, 1 H.
Declamationes, 138
decor, decorus, 449 B.
decumani, 207 A.
defectus & vbertas, 554.
degredi, digredi, 521.
Deipyle, 176 D.
Deiphobe Sibylla, 17.
Deiphobus, 177, 518.
Delenificus, 427 C.
Delirus Pauli Axij, 454.
Delius Apollo, 423.
Delphi, 146, 176 A. 215, 221, 334, Delphicola Apollo, 218, 292.
Delphidius Tiro rhetor, 141, 146, 147, 148, 149 A, B, C, D, E.
Delphinatus, 207 I, O.
Delphinus Burdigalensis, 149, C. 465 C, F.
Delphis piscis, 241.
demens, 228.
Demodocus citharista, 528.
Demosthenes, 72, 138, 428.
dentes puerorum, 288.
Deois Proserpina, 433.
De Plano, 395.
designati, creati cõsules, 394.
deuare, 149.
deuota virgo, & virginitas, 110, 131.
deunx, 311 A.
Deus, 383. quo sunt omnia plena, 377. Epicuri deus, 69.
dextans, 311 A.
dextera mensa, 452 C.
Diana, 279, 331. Troianos iuuit, 516 A.
dicendi genera, 282.
Diceros Bacchus, 22.
didascalicum opus, 429, 548.
Didius Imperator, 197, 198.
Dido, 61, 184.
die diei, 298 C. 311 A. Quid Dies, 299.
dies anni vertentis, & mensis & septimanæ, 316, 317, 326.
Dies Dominicus, 317 E.
dimetri, versus, 474 A.
dimidium, 48, 289.
Dindyma, 491 A.
Dinochares architectus, 262.
Diocles, 523.
Diogenes philosophus, 22, 32, 184, 360.
Diomedêa, 177 A.
Diomedes Thrax, 78, 480. Aetolus, 174, 176, 501, 502, 505, 506, 519.
Dione, 46. Dionæus, 321 A.
Dionyssus, Dionysius Bacch. 22, 23, 333, 340.
diribitor, 379 BE.
Dis, 290, 297, 319, 472 B.
discinctus, 27.
discobolos, 52 C.
differare, 214 B.
dissonum, 454.
Distinctio orationis, 565.
diuerbia, 366 B.
diues quidam, 21. Diuitiç, 32. Diues quis, 228.
Diuicia, 209 C.
Diuona fons, 1 C. 210 D.
do, domus, 297 D.
Dodonæum æs, 491 F.
Dodra potio, 48.
dodrans, 311 A.
dogma, decretum, 308.
dolium Diogenis, 184.
Dolon occisus, 506.
Domitianus Imperator, 188, 189, 190, 195, 385, 588, 590, 591, 592.
Domitius Calderinus, 208 C.
D[illegible], 433 A.
Dardonia flu. 437 D.
dos pulcherrima, 228. Nimia 289.
Draco legislator, 167. Sidus, 587.
Drahonus fluuius, 266.
Drepanius Pacatus, 211, 284, 287, 297, 301.
Driadia Iulia, soror Ausonij, 117. Driadia Driadiæ Iuliæ neptis ex filia, 128. Driadia Aemilia matertera Ausonij 130.
dropax, 68.
Druentia fluuius, 273.
Druidç, 145, D, E, F, G, H, I, K, L 154.
Druides, 145 L.
Druna, 273.
Dryadia. Driadia.
Duetanum Valeæ, 210 B.
Duiona, 210 D E.
Dulichius Vlixes, 166.
Dumnissum, 242.
Dumnotonus, 433 A.
Duranius flu. 272, 437 E.
Durnus flu. 204 H.
Durêus equus, 528.
Dymas, 183.
Dynamius rhetor, 168.
E, littera, 295.
Ebora vrbs, 210 B C. 451 C.
Ebroici gens, 145 B.
Ebromanus, locus, 473, 475, 478, 487.
Ecclesia, 485 A.
Echinus piscis 476 B.
Echo, 12, 54, 261, 447, 494.
Ecloga, eclogarion, 234 B.
edisserator, 314.
edissertator, 214.
edyllia, 232, 234 B.
Effari, 150 C.
efferri, 42 B.
ege[illegible]dus, 443 C.
Egeria nympha, 592.
Elegatus piscis, 433 E.
ele[illegible]a, e[illegible]a, elegêum, 52, 111, 134.
elemen[illegible]a, 270.

Elias, 89
Elis ciuitas, 331 D.
Elisa Dido, 51,199,237.
Elleborum, 434 C.
Elluchmon, 236 B.
Eloquentes, 402 A B.
Elysij campi, 105. Elysius Iupiter, Pluto, 185. Elysij equi, 186.
Embolimæos, 316 D.
Emerita vrbs & emeriti, 204, 483.
Endo, in, 297 D.
Endymion, 83,237.
Engulisma ciuitas, I, K. 463 B
Elusa, Elusates, Elusana, 465 D
Emporus, 477 B.
Ennius Rudinus, 297 D.
Ennomus, 181
Enoch, 89.
Enyo dea, 6 C.
Entheus, 58.
Ephebus, 53.
Ephemeris Ausonij, 82,83.
Ephesia Diana, 262.
Ephyra Corinthus, 227.
Epicedium, 354, 355.
Epicurus & Epicurei, 7,60.
Epirotes Cineas, 159.
Epitaphia, 172,183.
Epitome, 466 A.
Epitropos, procurator, 576 A
Epodi, 419,445,448.
Epos, 147 C.
Epulum, 554.
Edyllium, 277,349.
Equiria, ludi, 334 A.
Equitum turmæ, 283.
Equus admirabilis, 186. Equi Rhœsi, 506. equi senectus, 146. Equi infrænes, 402. Equi Martis & Solis, 480 B.
Erasinus, 336.
Erato Musa, 77.
Erebus, 132.
Erichthonius, 205 A
Erigone virgo, 184.
Erinaceus, 476 B.
Erinnyes, 283.
Eriphyle, 236.
Erminuscius, affinis Ausonij, 176.
Ero puella, 236 B.
Erotopægnion, 349 C.
Erubrus fluuius, 265, 266.
Erymantheus aper, 78,432.
Eryx, 240.
Essedum, 474 A.
Est & non, 307.
Esturio, 433 C.
Eteocles, 71 C.
Etruria, 174 C. 434 D.
Eua, 88,232.
Euboicus, 256,262,265,293
Euchrotia, 149 C D.
Euclio Plauti, 274.
Eudosia, 339.
Euenta, 218.
Euenus poëta, 350.
Euerriculum, 433 B.
Eumæus, 534,535,536,537, 541,542.
Eumenides, 53.
Eunomia virgo eloquens, 158.
Eunomus medicus, 43.
Eunuchi, 58.
Eunus quidam obscœnus, 63, 64,65.
Euphemus, 180.
Euphorbus, 39,512, 513.
Euripus, 209.
Euromius, 119.
Europa, 105,466,596.
Eurialus, Gaius, 176. Troianus, 481.
Euryclia, 539,543.
Eurypalicus versus, 351 A.
Eurypylus, 507.
Eusebius vir eloquens, 121.
Euterpe Musa, 77.
Euxinus Pontus, 8.
Examen, 305 C.
Expergitus, experrectus, expergefactus, 511.
Experius rhetor, 161, 387 A.

Fabius Quintilianus, Hispanus Calaguritanus, 127, 138,268,387 C.
fabulæ Aesopi, 436.
fæx mellis, 291.
Falcier Saturnus, 334 B.
Falernum vinum, 319 B.
fama, 217,411.
fames eui prompta, 361. Saguntina, 478.
fat, 291 A.
fari, 150 C.
Fario piscis, 250.
Fas, themis, 290.
Fasces, 371 A.
Fasti, 79,80,385.
Fatiloquus, fatidicus, 150 C,
Fatiscere, 363,
Fatum, 241. Fata tria, 279. Fata hominum vereda, 520.
Fauilla, 489 A.
Fauni, 253.
Fauoninus, 355 B.
Fauorum figura, 418.
Faustulus nanus, 62 B.
Februa & Februarius mensis. 318,319,320,322,326. 329.
Fel, 288.
Feles, felis, 39,44.
Femina sexum suũ odio prosequens, 110. feminæ, 587.
Ferrum Marti sacrum, 34.
Ferula, 264 B.
Fescennini, 548.349 B.
Ficedulæ, 585.
Filij & patres, 428.
Filix, 584.
Finem intueri, 215,217.
Fiscus, 119 B.
Fissipes, 436 A. 441 B.
Fistulares versus, 351 A.
Flaccus Horatius, 13 D. 150, 165,275,335,386,458 B.
Flaminis puluinar, 402.
Flauia gens, 195.
Flauius Sanctus, 123,124.
Flictus, fligere, 491 B.
Floralia, 334 A.
Fluuio secũdo, & aduerso ferri, 487 B.
folles, 259.
fons caballinus, 472. Burdigalensis, 209 D, E, F, 210 A.
fors, Fortuna, 80, 108, 136, 286,419 C.

Fortuna

Fortuna, 9, 73, 150, 162, 220, 228, 229, 302.
Forum, 212, 302.
Francia, 270, 372.
Franciscus Corlieus, 463 C.
Franciscus Guilioteria, 375.
fratres Pij, 205 C.
Fraxinus, 486 A.
Fritillus, 139.
friuola, 297 C.
frons frõtis, 288 & frõdis, 297,
Fronto orator, 388 A.
Frumentaria ciceronis, 475.
frus, frons, 297 E.
frux, 291. frugi cognomentum, 127, 140, 422 C.
Fulica, 581,
fulmina trisulca, 278.
Funalis equus, 186 D.
Funale, funalium, 236 C.
Functus Olympiades, 129 G.
Funda, 433 C.
Fuo, 419 C.
Furcarũ genera tria, 295 C.
Furuus, 434 E.
Furiæ, 283.
Furippus, 60.

Galba Imperator, 188, 189, 190, 193.
Galla puella, 14, 56.
Galli & Gallia, 8, 204, 242, 271, 411.
Gallorum lingua, 210 F, 273, E, 355 B.
Galli philellenes, 355. Gallia vetus, 411.
gallicinium, 279 C.
Galens Palatinum, 210 G.
Gallinaceus Euclionis, 274.
Gallius, 213.
Galloromani, 457 E.
Gallula Roma Arelas, 204.
Gangeticus Phœnix, 279, 469.
Ganymedes, 293 A.
garuna, 490.
Garumna Tolosam præterfluens, 206. Aequorea, 273, 459. Mare prouocans, 446. Lata, 443.
gau, gaudium, 297.
Gaurus, & Gauranum iugum, 252, 255.
Gebenna, 206 C.
Gedippa, 432.
Gelbisfluuius, 265, 266.
Gelenius Plinij castigator, 209 D.
Gemini sidus, 315, 587
Genea hominis, 309 C.
gener, 135.
Genesis, 107.
Genera duo Gallis, mascul. & femin. 208 A.
genethliacon, 369.
Geneua, 307 I
Genialis hiems & genialia festa, 318, 321, 328.
Genitura, 107.
Genonis, 451 C.
Gentiles, 378 A.
Germani & Germania, 271, 338, 378, 411 D. Germania Gallica, 242.
gerræ Siculæ, 274.
Geryones, 78, 283, 417, 439.
Gestidius, 589.
Getæ populus, 5, 372.
Gigantes, 22 G.
gir, 291 B.
Glabrio grammaticus, 169.
Gladiatores, 334 E.
glans, 291.
glarea, 246.
glauca tueri, 253.
Glauce, & Iason, 67.
Glaucia quidam, 185.
Glaucus deus, 260. Glaucus & Diomedes, 502.
Glis, 82, 294.
Gloria, 231.
glossæ, 64.
glus, glut, glux, 294 C.
Glyceræ, 17, 50.
Gnaruris, 477 A.
gobio piscis, 247 B. 250.
Gœrus, 330, 443 C.
Gordium iugum, 335.
Gorgones, 283 D.
Gortynius Dædalus, 262.
Gothi, Getæ, 5, 8.
Graechus maior, 403.
Gradiuus Mars, 5, 34, 372.
Græci, 19, 26. Græco more bibere, 275. Græca fides 448. 477.
Græculus, 476 A.
grãmatici infelices, 70. Grammaticus Auxilius, 71. Alij multi Grammtici in libro de professoribus, 136, 137. Gramaticomastix, 297 A.
gratia ingrata, 46.
Gratiæ deæ, 62.
Gratianus cæsar, Ausonij discipulus, 8, 272. cui Ausonius gratias agit pro cõsulatu, 375: & plurimas laudes cuius tota ea oratione persequitur, 376, 377. Interfectus, 149 D.
Gratianus eius auus, 8 B.
gratulatio, 375 B.
Gregorium amicum suũ Ausonius filium vocat, 234.
Griphus, 273.
Gruchius, 379 A. 392 A B.
grus, 292.
Guneus, 176.
Gupylus Picto, 1 B. 444 A.
Gyrus, 330.

H, littera, 296 A.
habere reuerenter, 9.
Hadrianus cæsar, 196, 593.
Hæmus mons, 208.
hæredium, hærediolũ, 360 A.
Hamadryas, 242 C. 309 C.
Hammon deus, 52.
Hannibal. Annibal.
harena, 334 B. Harenæ Medulicæ, & aliæ, 208 F.
Harmonia mulier, 236.
Harmoni⁹ grãmatic⁹, 418 C.
Harpocrates, 491 G.
Harpyiæ, 283 D.
Haruspex, 42,
Hebdomas, 189, 262.
Hebromanus. Ebromanus.
Hecate, 279, 324, 370.
Hector Troianorum fortissimus, cum Aiace congredi-

tur,503 portam naualis lapide discutit,508.suos gradum referentes firmat, 509. ab Apolline recreatur,511. Patroclum occidit,512.& Achillis arma induit,513.Ab Achille interficitur, & mortuus trahitur,178,179,518.Eo pereunte, perijt simul & vniuersa Troia,178,181,182. Priamo patri pretio restituitur, & publice defletus sepelitur,495,520.Eius epitaphium, 178.
Hecuba regina Troiæ, 502, 518 , epitaphium habet, 17c.
Helena soror Castoris & Pollucis,33,173 A.a Paride rapta,172,496,quem ob iurgat,499.
Helenus vates, 502.
Helicon mons Musarum,430.
Heliogabal' Imperator,198.
Helle virgo, 261.
Hellespontiacus Priapus,& Abydus, 240,451.
Heluius Pertinax Imperator, 197.
Hendecasyllabi versus 435 A.
Henricus Stephanus, 135 A. 172 A.
Hephthemimeres, 341 BC.
Herculanus filius sororis Ausonij, 121,156.
Hercules, Alcides,22,29,279 372. Herculis labores,78. filius, 501. Romæ cultus 333 C.Amphitruonis fili' 364 B.
heredium Ausonij, 360
Hermaphroditus,38, 54,55, 240.
Hermes termaximus, 277.
Hermione quædã,52.sed Hermione Menelai filia,176 C.
Hermotimus, 539 *A*.
Herodotus, 164, 461.
Heroides, 234,241,551.
Heroum epitaphia, 172.
Hesperides nymphæ, 78.
Hesperius Ausonij filius, 79, 116,362,444.
Hesperus,254.Vesper, 73.
Hiberi Hispani, & Hiberia Hispania, 78,105,129,204, 206,207,366,465,576.
Hiberus fluuius, 577.
hiems, 318,319,325,372.
Hilaria,in Aemilia.
Hilerda vrbs, 168,493 C.576
Hippius pes, 435 E.
*H*ippocamelus 36
Hippocẽtauri, 262 A.364 A.
Hippocrates medicus, 294.
Hippocrene fons, 430 C. 472 B.
Hippolyte Amazon, 593,
Hippolytus 18,303. 340.
Hippothous, 180
hirundo vigilax, 82.
Hispania, 576, 577.
Hispalis, 204.
Hister in Danubius.
historici, 61.
histrio, 47.
Homerus,166,365,382,417, 418,495. poëta diuinus, 496.
homo homini maxima pernicies, 228. hominis felicis epitaphium, 187.
honores, 230, 405.
horas sex olim docebant grãmatici, 417 C.
Horatius,in Flaccus.
Horatij tergeminum, 417 C.
Hortensius, 465 E.
Hunni,chunni.
Hyacinthus, 235,292 A.
Hyades,sidus, 418 B.
Hylas pugil,57. Alius, 53.
Hypallage, 301,E.
Hypermetri versus, 305 C. 316 C.
Hyperionius æstus, 256.

I,littera, 295 B.
Iamne, 245 B.
Iacobus Gupylus,1 B.444 *A*.
Iacobus Fauensis, 451
Iaculum, 433 B.
Iambus,Iambicus versus, 83. 472.
Ianus deus,& Ianuarius mensis,189,318,319,320,322, 328,329,371.
Iapis, Iapyx, Iapygia, 18.
Iarbas rex, 61.
Iason,& Medẽa, 67.
Ibicus poëta, 292 C.
Icarus, 262,468.
Ichnusa, 463.
Ictinus architectus, 262.
Iculisna,Engulisma, 463 B.
Ida mons,504,510.Idæus lucus,491. Idæus caduceator,503.
Idalia Iulia, 133.
Idalium, 133.
Idmon vates, 18
Idomeneus, 509.
Idus, 327,328,376.
Ignigena,ignigenus, 22 F.
Ilias homeri, 495.
Ilithia, 314.
Ilium opp.& Iliacus,61,178, 267,496,529.
Illibanis rex, 466.
Illyricum *& Illyris*,8,359, 395,411 C.
Imminutio, 348.
Imperium potentissimum,3, 4,339.
In,& con,non semper mutãt n,in conpositione, 99.
Incestus, 62,262 I
Indecor, 449 B.
Indi populi. 23.
Indulgentia,indulgeo,297 E. 406.
Inferiæ, 100.
Ingratum gratia tarda facit, 46.Ingratus animus, 72
Innocentia, 389 B.
Innocentius quidam, 545.
Ino dea, 525.
Insula,205 C. campus,207 H.
Instrumenta Musica , 283 A.
Intercalaris, intercalatio, 316 C. Intercalares versus, 372 F.

372 B
Interdictorum genera, 282 A
Io bos 292 B.
Iocasta, 71 C.
Iolaus, 177 AI
Ionia, 205.
Ionicus pes, 461 C.
Iota littera, 65, 295.
Iouinus quidam, 432.
Ira, 231.
Iris, 322. ab Ioue missa, 498, 504, 511, 520, ab Iunone, 514.
Irus mendicus, 538.
Isis dea, 325 A B C. 333 C.
Ismarus, mons, 252, ciuitas, 529.
Isocrates, 428.
Isthmia festa, 331 A B C D.
Iter vnius dies, 410 A.
Ithaca insula, 521, 524, 530, 533. Ithacesius & Ithacesis, 382, 522, 538, 540,
Iubeo saluere, 430.
Iucundus Grammaticus, 153.
Iugum hostile, 296 A.
Iulia lex, 49.
Iulia, in Caphronia, & Driadia & Idalia, & Veneria. *Iulia colonia*, 207 G.
Iulianus Seuerus censor, 127.
Iulianus Imperator, 143, 147 A.
Iulius Caius Cæsar, 188, 189, 190, 191. Vnde Iulius mēsis, 318, 319, 321, 324, 326, 329. Iulij sunt alij in, Ausonius, calippio, titianus.
Iulus Aeneæ, 425 B.
Iuniadæ, 280.
Iunius mensis, 318, 319, 320, 323, 326, 329.
Iuno dea, 57, 278, 290, 292 A. 320, 497, 500, 504, 511, 514, 516.
Iuppiter, 53, 402, 167, 178, 290, 315. Olympius, 13, 334. cum Iunone litigat, 497. Troiam censet delendum, 500. In Idam monte uenit, 504. Ibi dormit, 510, 511, Deos vetat opē ferre Græcis, 504, 511, per mittit, 516. Iubet, vt Achilles in mortuum Hectorem sæuire desistat, 528. Mineruā mittit in Ithacam, 521.
Iuppiter Sidus, 309, 317,
Iurati 210 F, 437 F.
Iure vocatæ Tribus, 393 A.
Ius multiplex, 282 A.
Iusta, 101 A.
Iustina, 8 B C.
Iuturna, 303.
Iuuenalis, Iuuenilis, 159.
Iuuenalis poëta, 349, 246 D.
Decimi prænomine, 1 H
Iuuenta, 230.
Ixion, 292 A.

K, littera, 296 C.
Καιρὸς 13 C.
Κίνδυνος, 28.

Lac, lactis, 297.
Lactis litteræ, 489 A B.
Laccus, 319 B.
Lacedæmon, Lacedæmonij Lacæna, Lacones, Laconicæ 20, 29, 177, 215, 221, 231, 382, 492 A. 523, 524. 529
Lacerta ludus, 324.
Lachesis, parca, 134, 144, 167.
Lactantius Firmianus, 387 A.
Lactare, 185.
Lac°, *laquear*, 245 C. 319 B C D
Lælij Scipionis amicitia, 482.
Laërtes pater vlixis, 174, 544.
Laërtiades, Lærtiades Vlixes, 177.
Læstrigones gens, 530.
Lais scortum, 16, 17, 33.
Lallum, & lallare, 426,
Lampridius Burdigalensis, 208 K.
Langodoci, 207 M.
Lanx, 294 A B.
Laodamia, 237,
Laodice. 200 D.
Laomedon rex, 175 A.
Lapitha Ixion, 292 A.
Laquears laquearium, 245 C.
Lar & *Larunda*, 290.
Larissa, 174.
Lars, 292 D.
Lascinus cognomen, 151.
Latiaris Quirinus, 578.
Latina via, 187.
Latinus Alcimus, 141.
Latmus mons, 237.
Latoidæ, 183.
Latona cum filijs pro Troianis, 516.
laudatio, 170.
Lauerna, 435 F.
laurea & laurus, 55, 189, 202, 280, 331 A.
laus, 289, 549.
Leander 236 B.
Leda, 33.
leges aliquot 49.
Lemannus, lacus, 207.
Lemma, 100, 234 B. 426.
Lemniscus, 469 B.
Lemnus insula, 40.
Lenæus bacchus, 461 B.
Lens Telusiaca, 291.
Leo poeta Burdigalēsis, 280 K.
Leo, sidus, 184, 315, 587.
Leonem Gratianus occidit, 8.
Leontius, 465 A. Leontius Grāmaticus, 151.
lepidus Marcus, 366.
lepus a pisce captus, 14.
Leria, 566.
Lernæa hydra, 78.
Lesbia quædam, 62. Lesbia Sappho e Lesbo, insula, 23. Lesbius sapiens, 215, 226. Lesbiacæ sagittæ, 236. Lesbium Sapphicum metrū, 83.
Lesura flumius, 266.
Leuca Gallica, 436 D.
Leucas, Leucates, 51, 236, 256.
Leuce insula, 184 B.
Leuconotos ventus, 290.
Leuis, 68 C.
Lex, 286. legislator, 228.
Lexonij popul. 145 B.
Libanus mons, 293 C.
Liber, in Bacchus. Liberal.a

festa, 333.
libertas triplex, 282.
Libra, 310,311.sidus,315, 587.
Libs,ventus, 290.
libum, 84 B.
Liburnia opp. 437 D E.
Libya,Africa, 61, 129, 290.
Liceria Veria, 121.
Licium, 27.
Liger fluuius, 272.
Ligures,293: & eorum Liguria, 411 C.
Lilaflu. 437 D.
Lindus,& Lindius Cleobul°, 216.
Linea vestimenta, 325 A.
lintres, 297 C,
lis quid faciat, 289.
Litteræ in Græciam, 434 E.
Liturarij, 340,
litus, 245 A.430 B.
Liuius Titus historicus, 164.
Liuius poeta, 349 C,
Locha pisciculus, 247 B,
Locrorum legislator, 167.
Loiselus Antonius, 37.
Logodædalos, 297 A.
Λόγος,λόγοι, 171 A.
loqui & tacere, 228.
Lotophagi, 529,
Lucæ boues, 463 A,
Lucana,in Attusia,
Lucaniacus & Lucanus fūdus 23,437, G H.478,578.
Lucanus Talisius, 125.
Lucas Frenellus, 08L.
Lucerna, 296 B,
Lucifer,stella, 73,99.
Lucilius poeta,39,437 L472
Lucina, 314,
Luciolus rhetor, 144.
Lucius prænomen, & piscis, 25,250.
Lucretia, 573,
Lucumo, 434 D,
Ludi,213,Romani,331,332, 333.Græci,334.Ludus tabu 51v.139.Ludi funebres, 519.
ludius, 214,
Lugdunum, & Lugdunensis Gallia, 106,387 D,
Lugentes campi, 234.
Lunæ amores,83,237.Lunæ, Solisque labores,309. Lunę cursus,439,587.currus, 436 F,465.
lupa,scortum, 21.
Lupercus Sebastus, 594,
Lupodunum locus, 270,
Lusinus Vrinensis, 393 B,
lustrum, 185,189 D,
Lutetia Parisiorum, 129 D,
lux,dies, 308,
Liæus,Bacchus,& vinū, 252,
Lyce, 593,
Lychnias,& Lychnus,236 B D
Lycia regio,571, Lycius Sarpedon,178,
Lycus quidam, 52.
Lydi,& Lydia,218,293,360,
Lygos, 199,
Lyrici poetæ, 23,280,
Lysippus,13 cr,

M,littera, 295.
Macetæ, Macedones, 200,
Macedo Deocalionis, 466 A,
Macrinus grammaticus, 154,
Imperator, 198
Mæcenas, 74 C
Mænalides,& Mænalus,290 B
Mænas, Baccha, 58
Mæonius Homerus, 211
Magi, 145 E,466
magistrorū mores,362, 364.
Magius, 39 C,62 A
Magnus. Arborius
Maia & Maius mensis, 318, 319,320,323,326,329,370
Malea promontorium, 529
Mali plurimi, 216,225
malum,442. Malus & malū, 331.
Malus & Antemna 296 A
Manes, 144,171,531
Mamertinus, 375 A
Mannus,equus, 445 G
Manto fatidica, 150 C
Mantua vrbs patria Virgilij. 267.
Marcellus pater & filius Burdigalenses, 162
Marcia gens, 207 B
Marci quidam,25,42,44, 50
Mareotica, Aegyptia sistra, 491 F
Margarita, vniones, 246 F
Maris æstus, 311 B. 419 D
Marius septies consul, 385, 389.
marmor Phrygium, 245.
Marnesius typographus, 1 D.
Maro Virgilius
Maroialicę thermæ, 566
Mars, & Mauors, deus belli, 3,5,21,54,317 C,322. in adulterio deprehensus, 240,279,286. patrem non habet, 286. In prœlio vulneratus,501. Troianos iuuat,516. Martis equi,480 A
Martialis poeta,68 A.236 C. 246 D.
Martia legio, 207 C.
Martius mensis, 318, 319, 320, 322, 326, 329,371.
Martius Narbo, 207
Martius campus, 212
Mas præstat feminæ, 289.
Massilia,355 B. Massiliēsia ostrea, 451 A.
matertera, 110
matricida, 190
Matrona fluuius, 272
Matronalia festa, 332
Maturus & Acerbus, 119
Mauors. Mars
Maura. Aemilia
Maximus tyrannus, 149 D 203 B.246, B. Pomponius.
Mecisteus, 176 D
Medea, 66,67
Medes, 478 D.
Medica Nemesis, 482
medici, 42,43,282 B
medimnum, 281
mediocritas aurea, 386
Mediolanum oppidum, 201.
meditatio est totū, 216, 227
Medon, 542
Meduli, 208 F Inter Oceanū & Garumnam siti, Resinā, picem

picem, cerā habent, 430 C. 431 A. Ostrea opima, 439. 450, Medulin⁹ vērus 437 C
Megalesia festa, 332.
Megantira, 128.
Mel, 291 B.
Melampus vates, 535.
Melania, 134.
Melanthius seruus, 542.
Melici & Lyrici, 366. A.
Melicerta, 331 B.
Melo, Nilus, 434 E.
Melos, Melum, 156 C.
Melpomene, Musa, 77.
Meminens, 140.
Memoria insignis, 139.
Memphiticus, 264.
Menander poëta Grecus, 72, 73, 350, 365.
Menecrates architectus, 262.
Menelaus, 39, 172 B. 173, 382, 383, 496, 500, 513, 521, 523, 524, 535.
Menestheus grammaticus, 152
Menis, 170.
Mēs, 228, 286, 288, 370, 573.
Mensæ secundæ, 554.
Menses, 283, 318, 319, 320, 322, 326, 328, 329, 374.
Mensum pro mensium, 327.
Mensura & modus, 216, 222, 231.
Mentes Taphius, 521.
Mentor, 522.
Mercatores, 302.
Mercurius pater Hermaphroditi, 54. Deus furti, 294. Idibus Maijs Romę cultus, 332, 370. Græcis contra Troianos fauebat, 516. Priamum ad Achillem duxit, 520. Ad Calypsonem missus ab Ioue, 523. Vlixē seruauit, 530. Procos interfectos ad inferna duxit, 544. Mercuri⁹ fidus 372 A.
Merere, 453.
Meroë & merum, 18.
Messana, 7, 256 B.
Metanœa Pœnitentia, 13.
Metellus Pius, 390.
Methodus, 442.
Metiscus, methyscus, 460.
Meto, & Metonicus, 443 C.
Metra varia, 277, 435, 461.
Mi, mihi, 31 B.
Mida rex Lydiæ 360 B. 489 A.
Miletus & Milesi⁹, 216 C. 223.
Milo Crotoniata, 304 A.
Mimus, 455 A.
Min, 247.
Minerua, *Pallas*, 27, 37, 57, 104, 497, 500, 501, 502, 503, 504, 508, 521, 522, 526, 527, 533, 535, 536, 544.
Mineruius, Tiberius,
Minius flu, 204 *H*.
Minos rex Cretę, 167. Minous, 37. Minoius, 236. Minois, 294.
Mirmillo, 294, 342.
Misenum promuntor. 256 B.
Miser, 51, 229.
Mitylene patria Pittaci, 226, 228.
Mnemosyne mater Musarum, 433, 456. Mnemosynę ipsę Musæ, 280.
Modestus, Modestinus, 418 C.
Modus optimus, 216.
Molarum vsus, 266 B.
Molendina, 266 A B. Molendinū arcuum, 210 A B.
Molere, molitor, 40 C.
Mollis, 30 A.
Moneta, 201, 591
Momle Harmonie, 236 *E*.
Monosticha, 188, 439 A.
Monosyllaba, 284, 285, 287.
Montalbanum, 273 A.
Mors, 25, 229, 230, 386. Mors óbita, 136, 170.
Mosella fluuius laudatur, 242. & memoratur rursus, 443, 511
De Mosella Ausonij quid sentiat Symmachus, 550
Mulciber Vulcanus, 264.
Mullus piscis, 249.
Mundus, 305 A
Murenæ duo, 213, 275
Murex, 449 B.
Muria Garum, 470.
Mus in auspicis, 294 D.
Musæ 5, 23, 27, 61, 77, 430, 433 E. 459, 558, 568. Bœotiæ numina, 494. Tres aut octo, 435. Tres & nouem, 280, 472. Earum nomina, munera, inuenta, 77. Mnemosyne.
Musculi pisces, 438, 441
Musica triplex, 283.
Musicus, 274 B. 453.
Mustella piscis, 249.
Mutum nihil natura, 491
Mutuum muli, 287, 547
Mycene vrbs, 399
Mylasena pericula, 256
Myobarbum, 23
Myrmidones, 512.
Myron quidā senex, 16. Alius statuarius, 34, 35, 36, 37.
Myrrha, 239.
Myrtus, 238
Mysi gens, 22 E.
Mystæ, & mysteria, 22, 23, 488 A.
Myxa, 236 C D.

N littera, 295 C
Nænia, 101, 120, 122
Neuos nostros amamus, 234.
Naiades & Naides nymphæ, 53, 247, 253.
Namia, *Pudentilla*,
Nar fluuius, 290
Narbo cognomento Martius describitur, 207. Memoratur prætерea, 161, 162, 451 484. Vnde Narbonensis Gallia, 104.
Narcissus, 53, 54, 235, 292 A.
Nardum, 63, 187.
Narycia pix, 431 A.
Nasci non bonum, 304 B.
Nastes homo Græcus, 179.
Naua fluuius, 282.
Nauci seruus, 339.
Naumachia, 256.
Nausicaa virgo regia, 126
Naues quot modis aguntur, 244
Nauplius, 293 *A*.

öö

Nausum, 475.
Nazarius Rhetor, 158.
Ne, Nae, 335.
Ne fortasse, 349 A.
Necepsus, 466 B.
Necopinus, 386.
Nemausus, 207 N. 210.
Nemea, 331 ABCD.
Nemesa, 265.
Nemesis mater Castoris, & Pollucis, 23. Dea quae puniuit Persas, 19, 482. Latino carens nomine, 267. Rhãnusia, 482, 486. Quã reueretur Ausonius, 267, 268.
Neoptolemus, 176 B.
Nepa Scorpius, sid⁹, 319, 587
Nepheleis Helle, 261.
Nepos Cornelius, 301 B. 419.
Nepos Neptis, 121. Nepotes, 449 A.
Nepotianus rhetor, 159.
Neptun⁹ deus maris, 3. qui & Consus suo loco indicatus. Graecis fauet, 509, 510, 516. Aenean tamen seruat, 516 Vlixi infensus, 525. Neptunalia festa, 333 B.
Nero Imperator, 188, 189, 190, 192, 387.
Nereus, Nerinus, 433 A.
Nerua Imperator, 195.
Nestor Pyliorũ rex, 17, 166, 175, 278, 382, 383, 420, 505, 510, 521, 523.
Neutri genitiuus, 31 A.
Nex, mors, 293.
Nexo, 147 C.
Nicaea Bithyniae, 8 C.
Nicer fluuius, 270.
Nihil nimis, 231.
Nilus fluuius, 8, 10, 18, 200, 434 F. 551.
Niobe. 47, 48, 183.
Nisus & Euryalus, 481.
Nitiobriges, 141, 211 B.
Niuomagus vrbs, 242.
Nobilis verbis, 21. Nobilitas, 181, 230.
Nola & Nonali, 40, 465, I, K.
*N*omina tria Romanorum, 283 B.
Nominum impositio, 18.
Nomion, 179.
Non, 492 B.
Non licet, 488 A.
Nonae & Idus, 327
Nosce te, 215, 221, 231, 361
Nosce tempus, 215, 226.
Notę & notarius velocissime excipiens, 74.
Notus, 290 C.
Nouember mensis, 318, 319, 321, 325, 326, 329.
Nouempopuli, 105, 164.
Nouerus, Nouarus, Nabarus, pagus, 485 B.
Nouiomagus, 208 E.
Nox, 286, 289.
Nubs, 292 A.
Nucum genera, 151.
Numa rex, 100, 101, 167, 318, 320, 592.
Numeri innumeri, 365.
Numerorũ natura, & de terna rio multa, 277, 278. Numerus perfectus, 418. Numerorum eorundem varia enunciatio, 417, 439, 440.
Numidae. 401.
Nurus, 135 B.
Nysa & Nyssa, 22 G.
Nutrimenta parua, 554.

O littera, 295.
Obelos, obeliscos, 211 B. 262 D, E.
Obita mors, 136.
Obrinca, Mosella, 242 A.
Occasio, 13.
Oceanus, 281.
Octauianus. Augustus.
Octauus sapiens, 477 A.
Octipes Cancer, 316 A.
Octo, 433 E.
October mensis, 318, 319, 321, 325, 370.
Odeia fons, 210 D.
Odrysae, & odrysius, 6 B.
Odyssea, 174 C.
Oe prou, 447 B.
Oebalides Hyacinthus, 235. Oebalius, 292. Oebaliae Amyclae, 491. Oebalos, 593.
Oedipi filij, 71
Oestrum, 292 B.
Ogygia Thebae, 23. Insula, 524, 525, 532.
Olenius aper, 432
Olidum, 431 B
Olim, 136.
Oliua, 205, 444. Oliuum Atticum, 251
Olympia, 147, 331, ABCD.
Olympias, 102.
Opicus, 65
Omnis, prima breui, 150 D
Omnium, 359.
Omoeoteleuton, 235 A.
Onagros, 581
Oneratus, honoratus, 368.
Onuphrius, 387 C
Onus, honor, 368
Opalia, 333 C D.
Operae est, 339.
Opheltes, 331 C.
Opilius Macrinus, 198.
Opima spolia, 176, 292 D.
Ops dea, 278, 290.
Oratio vincta, connexa, soluta, pedestris, prosa, 147 C
Oratio publicata, 548
Oratorum genera, 282 C.
Orbis terrae tabula, 378.
Orchestra, 222.
Orcus 433.
Oreae, 330.
Oreiades nymphae, 253.
Orestes, 176, 283 C. 481.
Oriundus & ortus, 226.
Ornus, 486 A.
Orpheus, 282
Os, oris, Os, ossis, & ossum, 288.
Oscines aues, 294 D.
Osculum, 491 G
Osiris, 22, 23.
Ostia, 332
Ostrum, 368. Ostriferum 451 B. 484 C.
Ostrea varia, 438, 439, 449, 450.
Otho Imperator, 188, 189, 190, 193.

190,193.
Orhrys mons 6 B.
Ouile Romanum, 379
Ov, 492 B.

P littera,296.
Pacatus.Drepanius
Padus fluuius, 472,480.
Pagina, 554.
Pęon,& Pæonius, 1 L.
Pæne,pene, 133.
Pæstana rosaria, 298.
Pagus, Paganus, Paganicus, 253.
Palæmon, 331 *B*.
Palæstra & Palæstrita, 52 C.
Palamedes, 296 C.
Palatium, 376,
Palatium Gallieni & Tutela, 210 G H.
Palla vestis, 26
Palladas poëta, 48 *A*
Palladia Tolosa, 104
Pallas, Minerua, 5,27,205.
Palma,469 D. Palmata, 396, 412 *B* D E.
Pan & Panes, 253,290.
Panathenaica, 138.
Pandarus Troianus, 500
Panegyrici libri, 138.
Pangæus mons, 252
Panni in Circensibus,186 C.
Pannoniæ, 8,10
Pannosus, 186
Panope nympha, 253.
Pantheus *Bacchus*, 23, &
Pantheum, 23,*D*
Pantomimus, 455 *A*.
Paphia Venus, 52,133,323.
Pappia lex, 49.
Papyrus, 431 A. 434 E.
Parada, 437 C.
Parcæ tres, 278.
Parecbasis, 84,388.
Paris qui & Alexander, iudex pulchritudinis,29. Helenã rapuit, 496.a Menelao victus,499.a fratre obiurgatus, 502.
Parison, 211 C.235 *A*.
Parium marmor,49 B. 207, 209.
Parmeno Seruus, 82,83.
Parnasus mõs,292,334,539.
Parœmia, 287 A.
Paronomasia, 211 *B*.
Parra auis, 581 C D.
Parrhasia, 581 D.
Parthenias Virgilius, 350.
Parthi sagittarij, 472.
Partus maturi ratio,312,313.
Pascha, 445,447. Paschales versus, 232.
Pasiphaë, 35,37,237.
Passer marinus, 455 B.
Pastinaca, 433 D.
Pastor nepos Ausonij, 116.
Patêra rhetor, 145,150,158. Pátera vas, 294 A.
Patres & filij, 428.
Patria patre carior, 354.
Patricida, 190.
Patroclus, 507,512,513,514 517,518,519.
Paua, pauo, pauus auis, 38 469 E.
Pauliacus, 436 D.
Paulina gens Burdigalæ, nobilis, & potens, Paulinique multi in Pontius Paulinus.
Paulus Apostolus,353. Paulus Axius, 335.
Pauper quis, 69, 228 Paupertas, 302
Pax perniciosa, 591. Pax aduerbium, 297 E.
Pedico, 64 C.185 B.
Pegasus equ᷒ 186,410 B.472. Pegaseus eques, 571.
pegma, 21.
Pelides Achilles, 364.
Pelion mons & Pelias hasta, 486 A.
Peleus, 6 C.
Pellæi reges, 466 B.482.
Pelops, 331 D.
Pelorum promuntorium, 256.
Pelusium oppidum, 291 A
Penelope,81,450, 521,536, 537,541,544.
Pentathlos, 52 C.
penthemimeres,341 B C.435
Penthesilea Amazon, 6 C.
Pentheus, 23 D.
penus, 184.
pera, 23,184.
Perca piscis, 249.
peregrinatio Ausonij, 646.
Pergameus libellus, 489
Pergamus seruus. 15.
Periãder sapiẽs,216,229,231
pergula, 430 B.
Peristylon & Peristyliũ,201 C.
Perottus, 403.
perpendiculum, 109.
Persæ, 19,200,219,482.
Persephone, 185.
Perseus, 472.
Pertinax Heluius, 197. Seuerus, 198.
Perusia, 478 C.
pes, 288.
pestilentia grauis, 497.
petasus,petasatus, 472 B.
Petoritum, 437 G.
Peuga, 208 *Q*.
Phæaces populus,294 B. 545 526. Phæacia, 533
Phædra, 18 B.51, 237
Phænon stella Saturni, 309. 439.
Phaëthon, 62,309 C.480.
Phalæcus,& Phaleciũ, & phalecum metrũ, 435 A.588.
Phanaces Bacchus, 22, 23.
Pharus, & Pharius, 263,264
Phegeus palestrita, 52.
Phemius Citharista,521,542.
Pheræ vrbs, 523.
Phidias statuarius, 13, 19 B.
Philadelphus, 262 *F*
Philander, 287 *B*.
Philippus rex Macedonum, 492 A *B*. Philippei nũmi, 417,437 A.
Philo architectus, 262. Philo procurator Ausonij, 475, 476,477.
Philoetius, 541, 542.
philologus, 172 A.
philomela, 293,581.
philomusus, 29.
Philon, 475.

Philopœmon, 292 D.
philosophi Roma pulsi, 590.
philosophus primus, 277.
philosophiæ partes, 279.
Phlegethonteæ aquæ, 58.
Phocis, 176 A.
Phœbêus, 200.
Phœbicij, 146, 154.
Phœbus Apollo, 5, 146, 223.
Phœnix auis, 279, 309, 469.
Phormio Terētianus, 476 B.
Phryges molles, 293.
Phryxus, phryxēus, 316 A.
Phthia vrbs, 174 A.
Phyllis quædam, 63, 65.
Picena oliua, 444 A.
picta vestis, 396.
Pictaui, 155. pictauicus Rhetor, 31 155.
Pictones, 155 B.
Pictonicus, 451, 567.
Pieriæ & pierides musæ, 23, 268, 446, 456.
pietas, 160. piorum fratrum campus, 205.
piger homo, 60.
Pimpla, Pimpleis, 459.
Pindarus poēta, 223.
Pinna, 431 B.
Pirithous, 481.
Pisa, locus, 331 C D.
pisces multi, 247, 288, 433, 551. pisces muti, 491 A piscatio & piscatores, 433. pisces signum cæleste 315, 587.
Piso, Frugi.
Pisistratus Nestroris, 523, 535
pistor pistrinum, 266 A.
Pitana vrbs, 20.
Pithoeus, 49 B. 147 B C.
Pius Antoninus, 196. Pius Metellus, 390.
pix, 294.
planetę, 309 C. 315 B, 317 C. 372 A.
Planipes, 455 A.
Plasma, 446 A. 496.
plateæ, 209, 447 D.
Platessæ pisces, 433.
Plato, 196, 275, 349.
plaustrum, 455.
Plautus poēta, 339, 419, 475.
plebs & plebes, 92, 252, 291.
Pleiades, 319 A. 418 B.
Pleuron, & pleuronia, 176
Plinius, 38, 145 B. 208 D. 246 E. 349.
Plisthenides, 166
plurimi mali, 216
Pluto, 22 F.
Podium Paulini, 163 C. 465 B
Pœas, 40 A
pœnitenda non facienda, 405
Pœnus, phœnix, 448
pœnitentia apud Ciceronem non legitur, 13.
Pœnitudo, 13 D. 224.
Poētæ mendaces, 61, 559.
Palamedes, 293 A
Pollux & Castor, 33. 411 A B.
Polydorus, 179.
Polygiton, 58.
Polyhymnia Musa, 77 A B.
Polynices, 71 C.
Polyphemus, 529
Polycena, 182, 292 D.
Pomona dea, 318, 319, 372, 485,
pomum, Malum, 342.
Pompeius, 213. Pompeianū bellum, 256
Pomponia Vrbica, 135
Pomponius Maximus, 120, Alius, 120, 122, 156.
pons, ponto, 297
pontifex & pontificalia comitia, 392 B. 402.
Pontius paulinus poēta Aquitanus Burdigalēsis, ad quē Ausonius misit Technopægnion, 285: & epistolas septē, 465, 469, 470, 475, 479, 488, 490. Rescripsit Ausonio, 557, 564, 568. Quas sequitur vna ad Gestidium epistola, & carmina quędā. Hic Ausonio natu minor erat, 468, 469. Ausonius eum vocat filium, & Ausonium ipse patrem, 467, 468, 470, 518, 564, 568. Ausonij discipul⁹ fuit 489, illiq́ se debere discipli nas, dignitatē, litteras profitetur paulinus, 563. Homo imprimis pius, vt Christi cultui liberius vacaret, in Hispaniam secesserat, vnde conabatur Ausonius in patriam illum reuocare, ijs tribus epistolis, quæ sunt vltimæ inter epistolas Ausonij, 479, 488 490. sed nihil ab eo potuit impetrare, 557, 558, 564, 568. Ei⁹ vita narratur, 465. ABCD EFGHIKL. paulini multi, 128, 129, 255 C. 583.
Pontus Euxinus, 8.
porca, 446 B.
porta cornea & eburnea, 98, 241.
Portogalli, 210 B.
Portunus, 331 B.
præfectus & præfectus prętorio, 358 A. 419 A.
præfecturarum tituli, 269.
præpes Victoria & alæ, 5 A.
prædes, 224, 294 A.
Prętogatiuę Tribus, 393 C D
prætexta, 138, 412 B. Prætextatus, 268, 368, 412 C. prætexere, 245 A. 392 A.
prætor, 398, 419 A.
Praxiteles, 34, 183.
prensare, 379 B.
Priamus rex Troiæ, quinquaginta filios habuit, 439 C. E. muris pugnantes spectat, 499. Hectorem filiū rogat, ne cum Achille congrediatur, 518. quem occisum redimit, 520. priami epitaphia, 181, 182.
Priapus deus hortorum, 240.
Priene. Bias,
Priuatus publicus, 375 B.
Principia, & principius, 72 A
Priscillian⁹ hęreticus, 149 B.
Prius, 202.
Proba Falconia, 339
Probi homines, 437 F.
Probinus, 62.
Probus grammaticus, 159, 164. Prob⁹ præfectus pretorio

rio,419 420,421,422 Proci penelopes,522, 524, 536, 537,538, 539.Occisi,542 Ad inferos compulsi, 544.
Procinctus, 392 B.
Proconsul,Proconsule,358 B.
Procris, 236.
Procula, 149 B D E.
Proculus poëta, 24,80.
Profatus, & profari, 150 C.
Profesti dies, 363.
Profiteri, & professores, 136.
Professores Burdigalenses, 136,137.
Profluus, 272 A.
Prolectare, 453
Prometheus, 292,303
Promotus dux, 452 A.
Promptarium, 2,474
Promus & Condus, 477 A.
Pronea, 265
Pronepos, 416
Pronũciatio,365,430 D.480
Properiter, 131
Propinquo actiuum, 486 B.
Propontis, 160,452
Prosa,& Prorsa, 144,147 C. 166,242.
Proscholus, 167.
Proserpina, 238.
Prosphorus equus, 186.
Protesilaus, 18,177.
Proteus, 173 A.524.
Protrepticon,362,429,547.
Prouincia Narbonensis,& Prouinciæ multiplices, 207 K, M,O.
Pruina, 298 C.
Ptolemais aula, 262.
Publicus & priuatus, 375 B. publicum, 376.
Pudentilla, 123,124.
Puellæ duodecim suspensæ, 542.
Pueri officium apud magistrũ 363,364,365.
Puerperium maturum, 312.
Pugil, & pugilatus, 52 B C.
Pugillar, 74 E.
Pulcher puer, 57.
Pullarius 39.
Pulliprem o, 39.
Puls, 291 A.
Pulpa, 435 F.
Pulpitum, 391 C.
Punica bella,279,303. Fides 448. Punica zona & crus Punicum, 52,444.
Pylades, 481
Pylæus, 180.
Pyliorum rex, 175 B. Pylius portus,535.
Pyramis vmbram suam consumens,262.
Pyrene, Pyrenæus, Pyrenæi montes,Pyrenææ niues, & Pyrenaicæ,206,207,271, 483,484,493,574.
Pyrois stella, 309 D.
Pyrrha, & Pyrrhus Achillis, 176,
Pyrus piscator, 39 A.
Pyrrhus rex Epiri,159,292 B.
Pythagoras primus philosophus,277 B. Euphorbus 39. Pythagoræ tramnes, et biuium, 156,295. Pythagorica acroasis, 305. Est & non Pythagoræ,307,492. Pythagorei, 135,304 Pythagoras medic⁹,434 D
Pytheas Massiliensis, 255 B.
Pythia festa, 331 A B C D.
Pythia sacerdos, 335.
Pytho vrbs, 176 A.
Python serpens, 472 B C.

Q, littera,396.
Qualus, 300 B C.
Quadrantal, 281.
Quadrans, 311 A.
Quæsitor, 488 B.
Quandóque, 13 D
Quasillum, 300 A B.
Quinctianus Stoa,18 E.29 C 207 P.
Quinctilianus. Fabius,
Quinctilis mẽsis,Iulius,318.
Quincunx, 311 A
Quinquatrus, 332.
Quinquertio, 52 C
Quirinus Romulus,89,483, 578.
Quisquiliæ, 301 D

R, littera, 295.
Rætia regio, 411 C.
Ranis Lucius infestus, 250.
Ranunum, 767.
Rationes Libycæ, & rationales, 129.
Recurrere, 245 C.
Reda, 445 H.460.
Redo piscis, 247.
Refuga maria & litora,449 A
Regifugium festum, 333.
Regulus Eriminuscius, 126.
Reminiscor, 31.
Remulcus, 244,443.
Remus & Romulus, 21
Renus flu. 8,201,208,169, 337.
Repotia, reportia, 452 B.
Res tria significat, 297 B.
Residua tributorum, 406.
Retiarius, 294 A.
Reus voti, 401.
Res quis erit, 289.
Rhamnusia Nemesis,
Rhea,Ops, 290.
Rhetores, 30,31,137,141, 144,145,146,559.
Rhodope mulier, 167. Mons 252.
Rhodos, 282.
Rhœsus Trax, 506.
Rhætum littus, 173 D
Rhopalicum carmen, 351.
Ripa, 245 A.
Robertus Cenalis, 247 B.
Rodanus flu.204,207,273.
Roma æterna & prima Vrbiũ, 79,80,269. Roma quibus rebus creuit, et stet, 589,591.
Romanus Blauensis, 447.
Romulus rex Romanorũ, 21.
Romuli & Romulidæ Romani,212,482,591. Romuleus,Romanus, 296.
Romulus grammaticus, 152.
Rotomagus, 145 C.
Rosæ,240,298 C.299,300C
Roscius histrio, 540
Rostra locus Romæ,212,379
Rubresus lacus, 207 O

Rubrij conuiuium, 275.
Rudinus Ennius, 297 D
Rufus rhetor, 30,31.
Ryffardus Iurisconfultus, 1 C.
Rutupina tellus Britannia insula, 111. Ager, 123. Latro, 203.
Ῥυμουλκεῖν, 244 C.

S, Vim litteræ amittit, 437
Sabaudia, 207 J O.
Sabbathum, 317 B C.
Sabina textrix, 26,27.
sacra cuique sua, 335.
sacrarium, 84, 375 B. 403.
sæpes, 297 C.
Sagittarius Arcitenens, 315.
Sagittipotens, 587.
Saguntus, 304 A. 478 C.
Saij gens, 145 B.
sal, 291. sales Attici, 554
Salamis, salaminius, 235.
Salar piscis, 247, 250.
salgamum, 64.
Saliare epulum, 450, 554.
Sallustius historicus, 389, 466, 556. Consul quidam, 143.
Salmacis, 38, 55.
Salmo piscis, 248, 250.
Salmona fluuius, 266.
Salomo Iurisconsul. 1 D. 566
saltator ineptus, 47, 48.
salue Aue.
Samus insula, 524. Vnde Samia vasa, 9. samius Lucumo, 434.
Sanctus Flauius, 123, 124.
Sangarius 182.
Sãtones & sãtoni, 455 ABCD. santonus, 445 B. 484.
Santonum Mediolanion, 445 E.
Santonum portus & promutorium, 445 FG. 272, 445 C.
sapientes septem Græci, 211, 212, 213, 231. sapiens octauus, 477.
Sappho, & sapphicum metrũ, 23, 83, 236, 435 D.
Sarauus fluuius, 248, 266.
Sardæ & Nardum, 63.
Sardanapalus, 303.
Sarmatę. sauromatæ.
Sarpedon, 178, 501, 508. occisus, 512.
Sarranum ostrum, 97.
satin, salue, 408 A.
Saturnus deus, 23 G. 292. Planeta, 315, 317. Phænon, 309, 439. saturnalia festa, 325, 333. saturnigena Iupiter, 303.
Sauerna, 242 B C.
Sauromatæ, sarmatę, 6, 242, 372. sarmaticus Gratianus, 378 A.
scabiosus, 58.
Scææ portæ Troianæ, 178.
Scaliger Iulius 492 B. *Iosephus filius* 1 D, E, 23 A 39 C. 119, 266 A B. 273 C. 297 B. 315 A. 476 B. 591.
Scamander fluuius, 516, 517.
scarabæus, 39.
Scatinia lex, 49.
Scaurus grammaticus, 159, 164, 418 C.
Scazon metrum, 461, 474 A.
scena, 212, 213.
schola, 160, 162, 362, 364.
scillitum acetum, 434 A.
scintilla, 489 B.
Scipio Africanus, 590. Lęlius.
Scirpus, 277, 436 C.
Sciscere, 456.
Scitamenta, 554.
Scoppa, 22 C. 29 C. *& alibi*.
scrinium & scrinij præfectus, 2, 129.
Scriptor segnis, 15.
scrupus, scrupeus, 285.
scutica, 364 B.
Scylla, 260, 283 D. 532.
Scytale, 489 B.
Scythicum mare, 10.
Sebastus Sulpicius, 594.
Secani, 207, 411.
secus, sexus, 278 C.
Secutor, Mirmillo, 394 A.
Sedatus rhetor, 163.
Seditio, 200 B.
Segrex, 447 D
Seleucus, 200,
sella curulis, 210 F.
Sẽma cynós, 182.
Semele, 236.
Semidies, 316 A.
Semis, 311 A.
Senarius numerus, 417 B.
Seneca diues, 385 A.
Senectus, 14, 17, 230, 248, 303. Aquilæ & equi, 146.
seorsus, a, um, 307 B.
Seplasia, 63.
sepes, & seps, 297 C.
sepia, 434 E.
seps serpens, 297 C.
Septa, 379 A.
Septunx, 311 A.
September mensis, 318. 321, 324, 326, 328, 329, 370.
Septembre ablatiuus, 326.
Septimana, 189, 317 A B.
Sequani, 411 D.
sequester & sequestrare, 1 V. 379 E.
Ser, seres, sericũ, 21, 293 C.
Serare á sera, 214 B.
Sertorius, 366, 493.
Seruius. Galba.
seruorũ nomina, stigmata, & compedes, 15. Festa, 332.
sestertius nummus, 407.
Sesostris, 466 C.
Sestiaca puella Ero, 236. sestiacum mare, 261.
Seuera mater Cæsaris Gratiani, 8 B.
Seuerus Imperator, 198.
Seuerus Censor, 127. Censor Iulianus, 127.
Seuerus sulpicius, 465 C.
Seuillia vrbs, 204 D.
seuum albens, 431.
Sexcenta, 164.
sextans, 311 A.
Sextilis mensis Augustus, 370.
sexus mutatus, 38. Neutri generis, 278 C.
Sibyllæ, 17, 283 E.
Sichæus, sicharbas, 184 B.
Sicania sicilia, 9, 589.

Sicors

Sicoris fluuius, 493 D.
Siculæ gerræ, 274. siculũ Fretum, 531.
Sicyon oppid. 13 B.
ſidera, 315, 587. Triplex ſiderum poſitus, 282 D. Agricolis cognoſcenda, 476 C.
Sidonis Dido, 237.
Sigalion, 491 G.
Sigéum 173, 174. sigeiũ, 177
ſigillaria, 334 C. 339.
Sigmas flu. 566.
ſigna in ſyngraphis, 436 D.
ſigna cæleſtia, 315, 417 *B.* 587.
ſignifer Zodiacus, 315 *B.*
Sil, 297 C.
Siluius *B*rito, 59. Alij Siluij, 425 *B.*
Siluius Franciſcus, 274 *A.* 283 *E.* 283 *F.*
Silurus piſcis, 251.
Simius, 48.
Simois fluuius, 267.
Simo Boſius, 298 *B.* 587.
Simonides poëta, 157.
Sindon lintea, 84.
Sinus, 322.
Sipylus mons, 183. sipyleium marmor, 182.
Sirenes, 159, 279, 532.
Sirmium oppidum, 392, 470.
Siſtrum, 325 *B*C.
Smyrna vrbs 267.
Socer, Socrus, 135 *B.*
Sociorum garum, 470 C.
Sol, 286, 290, 309, 317, 439, 587. sol renouatus, 371. solis armenta, 532.
Solacus, 208 E, 450.
Solæ, pro ſolius, 339.
Soleciſmus, 71.
Solium, 129 *B.*
Solon ſapiens, 167, 215, 221, 230.
ſolſtitium, 321 *B.* 329, 332.
ſolſtitialis herba, 150.
ſomnia, 96, 97, 98.
ſomnus, 82, 376, 510.
Sonnici popul. 141.
ſons, inſons, 297
Sonus pictus, 12.
Sophi ſapientes, 102, 277 *B.* 559. sophia triplex, 279.
Sophiſta, 284 *B.* 428.
ſorex ſuo perijt indicio, 274.
Sorores diſſimiles, 55.
Soſia, 94, 95. ſoſia Terentianus, 428.
Sotadicum metrum, 461.
Spanhemenſis, 11, 272 *A.*
Sparta & Lacedæmon, ſpartanus & Lacedęmonius, 29 *B.* 33 C. 221.
ſpeculum, 257. Laidis, 33.
ſpecum & ſpecus, 335.
Sperchêus grammaticus, 152.
ſpes, 286, 290.
Sphinx, 280, 293.
Sphondylus piſcis, 585.
ſpina, 247 A.
Spondeus pes, 474.
Spons, 294 D.
ſponſio, 216, 224.
Stadium, 331 C.
Stagnum & Lacus, 319 *B* C.
Stella puer, 73.
Stadium, 15, 52.
Staphylus rhetor, 164.
Stemma, 21, 422 A.
Stephanus martyr, 353.
Sthenelus, 176.
Stichus ſeruus, 339.
Stigmata & Stigmatiæ, 15 *D.* 211 *D.*
Stilbon *M*ercurius, 309 C
Stipendium procedere, 342
Stæflerus, 289.
Stlata, 477 *B*
Stoici philoſophi, 7
Stolo, 435 E.
Somation, 341 D.
Strasburgus, 242 *C*
Strenæ. 417 *B.*
Strix, 293.
Strabo geographus, 208 *D E.*
Struthiocamelus, 455 *C*
Stulti proprium, 228.
Stymphalus, 78.
Styx palus, 290
Suada dea, 427 *C.* 479 *B.*
Sub præpoſitio, 208
Subter & ſubtus, 305 *C.*
Subdoctor, 167.
Subeſſe, 208 C
Sucuro, 155.
Suffragia, 379 *B.*
Sueſſa urbs, 462
Suetonius Tranquillus de cęſaribus, 188, 193. de regibus, 466
Sueui pop. 8, 10, 372.
Sulcus, 446 *B*
Sulpiciæ carmen, 588.
Sulpicij, 349, 403. Sulpicius Lupercus, 594
Summittere faſces, 204.
Superare, 244
Suppar, 413
Sura fluuius, 265.
Suſpicio verbũ & nomẽ 479 *C*
Sylla felix, 390.
Symmacho homini Romano 557. mittit ſuum Griphũ Auſonius, 274. & ei rurſus ſcribit, 427. Symmachus vero ſcribit Auſonio, 545, 546. Symmachum appellat filium Auſonius, 428: & patrem Symmachus Auſonium, 554, 556.
Symphonia, 491 E.
Symplegas, 58.
Synalæpha, 170 *B.*
Synecdoche, 245 *A.*
Syngrapha, 384.
Syracuſæ vrbs, 205, 262.
Syriſcus Eunus, 65.
Syrma, 461 *B.*
Syrtes, 370.

T, littera, 296.
Tabanum, 291 *B.*
Tabernæ locus, 242.
Tabulæ ludus, 139. Tabulæ duodecim, 282 A. Tabulę accepti & expenſi, 384.
Tædę *M*edulorum, 431 A.
Tagus fluuius, 483.
Talaria, 472 *B.*
Taliſia. Attuſia.
Taliſius Attuſius Lucanus ſocer Auſonij, 112. Taliſius Lucanus conſobrinus, 125. Taliſius gener, 556.
Tanais fluuius, 551

Tanaquil, 135,489 B.562
Taphij, 521
Tarbelli,103, 107. Tarbellicus, 160, 487. Tarbellius, 273,
Tarnis fluuius, 273.477.
Tarpeium templum, 280 G
Tarquinius rex, 207, Tarquinij, 434 D.
Tarraco vrbs,129,204,484 C 376,
Tartessus, & Tartessij, 446 B. 465 M
Tau, 297
Taurinus quidam, 472
Taurus sidus, 315
Tedo piscis, 247 B
Technopægnion,284 B,287
Tectosages, 287.
Tegula puer occisus, 116
Telemachus, 81, 521, 572, 523,524,535,536,537, 539,541,542,
Telus,Telen, 218
Tempus χαιρὸς, 13 C.
Tempus irreuocabile, 14
Noscendum, 215,226
Teporus, 330
Terentini ludi, 280
Terentius Afer poëta, 222, 226,227,362, 366, In Arcadia mortuus, 418
Tereus, 303 A,488 B,
Ter maximus Hermes, 277.
Ternarius numerus, 274,275,
Terpsichore Musa, 77
Terra in medio pendet aëre, 311, Eius vmbilicus, 176 A pictura orbis terræ, 378 B
Testa, 41,236
Tetradius poëta, 462
Tetrici Imperatores, 106, 208 I,
Teutosagi, Tectosagi. 207
Teutras, 593
Thais Afranij, 284
Thalassius grammaticus, 156, Thalassius, Thalasius, Talasius, gener Ausonij, 556.
Thales sapiens, 216, 223, 231
Thalia Musa, 77
Theano Pythagorea, 135
Theatrum, 212, 213, 307 B. 366 B
Thebæ vrbs, & Thebanę res 71,183,280
Themis, 167,290
Theoclimen*, vates,535,540
Theodoricus rex Gothorum 208 K
Theodosius Imperator, 1 V. 2,211 A
Theoni familiarissimo suo scribit Ausonius quattuor epistolas, 430 436 438, 442. De eodem Alius est Theon, 592 1 R.
Therasia vxor Paulini, 465 F
Thermæ, 58,577.
Thersites, 498
Thesaurus amissus & inuentus 19.
Theseus & Pirithous, 481. Thesides Hippolytus, 18
Theta littera Græca, 65
Thetis dea, 497 514 520.
Thisbe, 237
Trasibulus, 20
Thrax, & Thraces, 252 280, 293 394 506 Thracium mare, 252 Threiciũ, 290
Thrax & Mirmillo 280 D
Threnus, 147 B
Tressa, Thracia, 6 160
Thymele, 336
Thynni pisces, 433 D
Thyoneus Thyonianus, 340
Thyrsis pastor, 592.
Thuribulum, 294 A
Tiberis fluuius 551 Tibris, 267, Thiberina ostia 531
Tiberius Imperator 188 189 190 192 Tiberius Victor Mineruius Burdigalensis orator, 137 138. Mineruius Alethius filius, 150
Tilius Engulismẽsis 1 H 34 A & alibi.
Timentibus indulgendũ, 405
Timauus 210
Timomachus pictor 66 67
Timon misantropos 304 B
Tinca piscis 250
Tineæ 24
Tiresias, vates 38.531.532
Tiro Ciceronis 74 C, Delphidius.
Titan & Titanes, 22 G 309 317 D
Titia lex, 49
Titiani duo 387 C 419,425 A 426
Tithonus, 507.525
Titus Vespasianus, Imperator 188,189,190,194,405
Tlepolemus occisus 501
Tofus 598
Toga 312 A B C habitus forensis, 93 Togatę fabulę 40
Tollenomon, 454
Tolosa, 104,160,161,163 206 484
Tomę Cęsura 435 C
Torreus, 138
Toxicum 11
Trabea, 395,396,412 B C. D E 483 494
Traianus Imperator 195 406 468
Treueri 201.234.388.443
Triangulorum genera, 281 341 E
Tribunal 269
Tribus, Tribuni Tributa comitia 283.379.392.393 A
Tributa Comitia, 392 A B
Tributorum residua 406
Tridana ostrea 451 C
Tridens 278
Triens, 311 A
Trieteris, 189 Trieterica 282 D.
Trihorium,247 B 330
Trimatius poeta 5 A
Trimestria tempora 279
Trimetri versus 474 A
Trinacria insula, 532
Tripus, 223,282 C
Triptolemus, 478 D
Triquetrum, 341 E
Tritonia Pallas, 5.535.
Troas, 182.
Trocheus, 461 A.474. Trochaïce Cæsura, 341, 341 C,
Trocta piscis, 250 B.

Trogus

Trogus Volca, 207 *N*.
Troia, quid, 174 *B*.
Troia trisyllabum, 179.
Troianum & Troicum bellum 439.495, 496 & Troicum excidium, 528.
Troilus, 179.
Tropæum, trophæum, 279 D
Tropic⁹. 305 *C*. 316 A *C*. 373
Tros rex Troiæ, 393.
Trutina, 305 *C*.
Trux, 297.
Trygon piscis, 433 D.
Tryphon, 15 A.
Tullius Cicero, 444 A.
Turdus auis, 444.
Turibulum, thuribulum, 294
Turmæ tres, 283 *B*.
Turneb⁹ Adrianus, 1 *C*. 23 *A* 29 *C*. 287 *A*. 365
Tus, thus, 293.
Tuscia, 174 *C*, 434 D.
Tutelæ palatium, 210 *H*
Tydeus, 174 D. 359. Tydides, 501
Tympana Typanum, 491 D E.
Tyndareus, Tyndaridæ, Tyndaris, 33
Tyrrhenia, Tyrsenia, 174 *C*. Tyrrhenum mare, 484, 577
Tyrus & Tyrius, 26, 184 *B*

V, littera, 295. in œ, 443 *B*
Vacca Myronis, 34, 35, 36, 37. Pasiphae, 35
Vacuna, 435 F.
Vadimonium, 231
Vadum, 244
Vægrandis, 476 *B*.
Vale, 111.
Valens Imperaor, 8, 10
Valentia ciuitas, 1 E.
Valentinianus Augustus, 8, 270, 272, 339, 403, 406. Valentinianus filius, 8, 377
Valentinus quidam, 120.
Valgus, 287 A
Vallatinus Euromius, 119.
Vallebana, 38.
Vara, varus, 387 A *B*,
Varro *M*arcus Terẽtius, 264, 277, 418 D.
Vades, 22, 294 A.
Vasa sacra, 294.
Vasates, 129, 355. Vasatẹ, 578
Vasatica reda, 439 *B*.
Vascones, 493, 575, Vasconia 574. vasconicæ oræ, 575,
Vatia & Valgi, 287 *A*.
Vbera Isidis, 325 *C*
Veneficium 11,
Veneliocasij, 145 *B*,
Veneria Iulia, 132,
Veneris portus. 451 A.
Venetia, 411 *C*,
Ventorum rex, 530,
Venus, 17, 238, 240, 299, 453 vnde nata, 23, 57, 292, Armata, 29. Cnidia, 34, Idalia & Paphia, 133, Aeneadum genitrix, 320 A. Aeneã filiũ in prælio adiuuans, vulneratur, 501. Troianis rursus adest, 516, Veneris portus, locus, 451 Veneris cest⁹, 510 Venus planeta, 309, 317,
Ver, 298, 318, 587, ver hiemem, 287,
Veratrum 434 *C*,
Veredus, 445 H, 560,
Veria liceria, 121,
Veritas odium parit, 225,
Vero breui vltima, 60,
Veronensis Catullus, 301 A,
Versus Rhopalicus, Fistularis, 351 A *B*,
Vertens annus, Mensis, Dies, 316 A, 317 A, 328,
Verticulæ, 241 E,
Vesceuus mons, 256,
Vespæ, 591
Vespasianus, Imperator 188, 189, 190, 198, 405,
Vesper & lucifer, 73.
Vesta dea, 278. ara, 402. Vestæ tis virgines, 439 *C*.
Vester pro tuus, 581
Vesuna, 129 *D*
Viana 204
Vicesima hæreditatum, 406
Victor Tiberius
Victoria alata, 5 372 *B*
Victorinus Imperator, 106
Victorius Grammaticus, 167
viẽna vrbs, 106, 204, 207 I 484
Vigilax hirundo, 82
Vigilæ noctis, 279
Vindicianus. 298 A *B*
Vineta Mosellæ, Garumnæ & alia, 252
Vinum Burdigalense, 450
Virbius, 18 *B*. 275 A. 340
Vir bonus, 305 A,
Virgilius Maro, 165, 167, 179 234 235 301 339 562 De Didone mentitus 61 Catalecta scripsit 297 *B* Parthenias dictus 350 Altisonus 366. Idibus Octobris natus 370. Proprietaris studiosus 428
Virga sidus 315 587
Vis deũm Iuno 290
Visceratio 554
Visitatio vrbs 387 D
Vita humana 301 302
Vitelli⁹ Imperator 188 169 190 194
Vitruuium 287 A
Viuisci *Burdigalenses* 1 D 208 A 271
Vligo 449 *C*
Vlixes pulsus patria 174 *C* orator vehemens 382 420 *B* prudens 383 525 Arcũ suum solus tendens 486 41 542 Fugiẽtes cohibet 498 Legatur ad Achillẽ 505 spe culatũ it cũ Diomede, 506 Lucta & cursu alios vincit 519 Reliqua de illo in Odyssea 521 522 Eius epitaphium 174
Vlmus somniorum 98 99
Vmbra piscis 248
Vncia 311 A,
Vngues quo die resceces 598
Vnio Margarita 246 *F*
Volcæ 207 M N
Vonones rex 466 A
Vox absona 44 vox triplex 379 vox pubertatis 288
Vrania Musa 77 323
Vrbica Pomponia 135
Vrbicus grammaticus 165
Vrbs, 246. Vrbes claræ, 199

Vrsinus quidam 472
Vrsulus grammaticus, 417
Vt vtinam, 494 A
Vtile & decorum, 229
Vtraque 51
Vulcanus ignis & deus ignis, 275. Ioui & Iunoni ministrat 407 Arma Achilli fabricat 514, 515 pro Græcis decertat 516 Scamandrum fluuiũ exurit 517 .Vulcanala 332
Vultus hominis, 305 C
Vxoris mores, 45. Vxor deformis, 73

X, littera, 296 B
Xenophon, Atheniensis, 403
Xerxes, 209

Y littera 295 C

Z, littera, 295 C
Zeleucus legislator 167
Zenodot⁹ grãmaticus 157 211
Zenon, 159 & 454
Zodiacus 417
Zoilus, 49

VERBA NOVA IN HIS AVCTORIBVS, ET QVAE vetera Latinaque vsus sunt rarioris.

Admorsus substant. 359, 548.
Aequanimus, 211, 360 B.
Aequilatus, 341 E.
Aequimanus, 294 A
Agglomeratus substant 353
Algosus, 44 *Plin.*
Aleuolans, 292 D.
Amnigenus, 249.
Anteperео, 24.
Anticipator, 85.
Apalaria, 470.
Apices, litteræ, 407.
Aspicuus, 489 A.
Atricolor, 441 B C.
Auxiliatrix, 352.

Burre, 301, D.

Caligera, 333.
Cathedralis, 353.
Celeripes, 76. *Cicero.*
Chalcidicum, 521, 543.
Comitabilis, 580.
Commemoratus substant, 352.
Comparilis, 314.
Conditus substantiuum, 159.
Confessor, 353.
Congrex, 281, 447, 544.
Consalutare, 379 C.
Consistorium, 403.
Consponsus particip. 446.
Constimulator, 353.
Constrator, 290
Consultus, substantiuum, 196.

Decoramen, 263.
Dedecor, 449 B.
Desugis, 252.
Delenificus, 427. *Fulgent.*
Deuitans, 149.
Digno dignas, 423
Diligentia, amor, 546.
Dispositus substantiuũ, 209 A.
Dixe, dixisse 215 A.
Domine illustris, 577.
Duodetriginta, 326.
Duodeuiginti, 129.

Endo, 297.
Epitome, 466.
Exequialis, 101.

Falsidicus, 61.
Falciger, 333.
Fissipes, 436, 441.
Fletifer, 239.
Floriparus, 29 C.
Frons, & fruns, 297.
Fructis, 221.

Gallulus, 204.
Glorificare, 353.
Gnaruris, 477.
Gerus, 330.
Grates agere, 400.
Gratulatio, gratiarũ actio, 375 376.

Hebere, 38.
Horrificentia, 391.
Honorus, 581.

Ignicomus 439 B.
Immaculabilis, 401.
Immaculatus, 352, 401.
Imminutio, 348. *Cicero.*
Improperanter 186.
Ineptiola, 275.
Inchoator, 353
Inimicare, 483
Inolesti, inoleuisti, 410 A
Interminus, 422 C.
Iricolor, 444 D.
Irrequies, 289.

Lacis, Lacubus. 319.
Lacticolor 441 C.
Lallum, 426.
Languificus, 387.
Lemma, 234, 427.
Lentipes, 474.
Limicola, 441.
Limigenus & Limigeris, 245.
Lora, 530.

Mediatrix, 351.
Melum, 132, 155.
Meminens, 140.
Memis, 170.
Mensum, mensium, 327.
Mino minas, 76.
Modificus, 132.
Mortificare, 352.

Nautalis, 256.
Nausum, 475, 478.
Necopinus, 386.
Ninguidus, 206, 483, 487 493, 574.
Nocticolor, 290.

Nouatus

Nouatus si bſtāt quartę, 300 C.

Occursator, 557.
Opulens, 163, 201.
Orea, 330. Catoa.
Oſtreoſus, oſtreoſior, 451 B.
Ouiparus, 250.

Papyrius, 441.
Parada, 437.
Pauperttinus, 550.
Peregris, 428.
Plaſtra, 446, 496.
Plebes, 92, 232, 252.
Pamtudo, 224.
Pcetor, 234.
Potabilis, 210.
Praſidatus, 159.
Precatus ſi bſtātiuum, 93, 568.
Pcecoquus, 476 C.
Promptuarium, 2, 474.
Propter, 132.
Preſcholus, 167.
Prermes, 154.
Pribipsimo, 39.
Pultificus, 291 A.

Quadruus, 208.
Quinquegenus, 291 B.

Remipes, 255, 437, 444 D.
Recreatas 352.
Reualeſcere, 408 A.

Sanctificare, 552.
Scripſe, ſcripſiſſe. 215 A.
Sola, ſolius, 339.
Saltim, ſaltim, 440.
Saluiger, 317.
Sciſcitator, 383.
Secabilis, 310.
Segregus, 112.
Sequeſtro, as, 5.
Sereratus, 5.
Serietas, 162.
Sabcoller, 167.
Sibulo, 39.
Sippilo, 39.
Suſpicio, 479, 564.

Teporus, 350.
Tranſmeabilis, 409.
Trikornium, 247, 433.
Triungus, 445 G.

Variegare, 342.
Veſtiſluus, 293 C.
Vibrabilis, 486.
Vigilatus ſubſtant. 353.
Vigilax, 82.
Virtutum, Virtutum, 560.
Viuificator 353.
Vnanimus, Vnanimus, 104 A. 360 B.
Vnanimitas, 521, 583.
Vnigena, 89.
Volucripes, 426, 473.

FINIS.

THEODOSIVS AVGVSTVS AVSONIO PARENTI SALVTEM.

AMOR meus, qui in te est, & admiratio ingenij, atque eruditionis tuæ, quæ multo maxima sunt, fecit, parens iucundissime, vt morem principibus alijs solitum, sequestrarem: familiarémque sermonem autógraphum ad te transmitterem, postulans pro iure non quidem regio, sed illius priuatæ inter nos caritatis, ne fraudari me scriptorum tuorum lectione patiaris. Quæ olim mihi cognita, & iam per tempus oblita, rursum desidero, non solum vt, quæ sunt nota, recolam: sed vt ea, quæ fama celebri, adiecta memorantur, accipiam. * Quæ tu de promptuario scriniorum tuorum, qui me amas, libens impertiare, secutus exempla auctorum optimorum, quibus par esse meruisti: qui Octauiano Augusto rerum potienti, certatim sua opera tradebant, nullo fine in eius honorem multa condentes. Qui illos, haud sciam, an æqualiter, ac ego te, admiratus sit: certe non amplius diligebat. Vale, parens.

1

2

* *
*

THEODOSIO AVGVSTO AVSONIVS.

3

AGRICOLAM si flaua Ceres dare semina terræ,
Gradiuus iubeat si capere arma ducem,
Soluere de portu classem Neptunus inermem,
Fidere tam fas est, quam dubitare nefas:
Insanum quamuis hiemet mare: crudaq́; tellus
Seminibus, bello nec satis apta manus.
Nil dubites auctore bono. Mortalia quærunt
Consilium. certus iussa capesse Dei.
Scribere me Augustus iubet: & mea carmina poscit,
Pæne rogans. Blando vis latet imperio.

4

Non habeo ingenium: Cæsar sed iussit, habebo.
Cur me posse negem, posse quod ille putat?
Inualidas vires ipse excitat: & iuuat idem,
Qui iubet. obsequium sufficit esse meum.
Non tutum renuisse deo. Laudata pudoris
Sæpe mora est: quotiens contra parem dubites.
Quinetiam non iussa, parant erumpere dudum,
Carmina. Quis nolit Cæsaris esse liber?
Ne ferat indignum vatem, centumq́; lituras,
Mutandas semper deteriore nota.
Tu modo te iussisse, pater Romane, memento:
Inq́; meis culpis da tibi tu veniam.

AVSONII BVRDIGALENSIS EPIGRAMMATA.

De Augusto, Epigramma primum.

PHOEBE *potēs numeris, præses Tritonia bellis,* 5
Tu quoque ab aërio præpes Victoria lapsu,
Come serenatam duplici diademate frontem,
Serta ferēs, quæ dona togæ, quæ præmia pugnæ.
Bellandi, fandiq́ue potens Augustus, honorem
Bis meret: ut geminet titulos, qui prælia Musis
Temperat: & Geticum moderatur Apolline Martem.
Arma inter, Chunósq́ue truces, furtoq́ue nocentes
Sauromatas, quantum cessat de tempore belli, 6
Indulget Clarijs tantum inter castra camenis.
Vix posuit volucres stridentia tela sagittas,
Musarum ad calamos fertur manus. otia nescit.
Et commutata meditatur arundine carmen,
Sed carmen non molle modis. bella horrida Martis
Odrysij, Thressæq́ue viraginis arma retractat.
Exulta Æacide. celebraris vate superbo
Rursum: Romanusq́ue tibi contingit Homerus.

De suis poëmatijs. Epig. II.

Nostra simul certant varijs epigrammata nugis. 7
Stoicus has partes, has Epicurus agit.

Salua mihi veterum maneat dum regula morum,
Ludat permistis sobria Musa iocis.

De fera à Cæsare interfecta. Epig. III.

Cedere quæ lato nescit fera saucia ferro,
Armatique vrget tela cruenta viri,
Quam grandes paruo patitur sub vulnere mortes,
Et solam leti vim probat esse manum!
Mirantur casusque nouos, subitasque ruinas.
Quas ferat a celeri vulnere dextra valens.
Nec contenta ictos letaliter ire per artus,
Coniungit mortes vna sagitta duas.
Plurima communi pereunt si fulminis ictu,
Hæc quoque de cælo vulnera missa putes.

Danubius de Augustis. Epig. IV.

8 *Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, secundus*
Danubius, lætum profero fonte caput.
Saluere Augustos iubeo, natumque, patremque,
Armiferis alui quos ego Pannonijs.
Nuncius Euxino iam nunc volo currere ponto:
Vt sciat hoc superûm cura secunda Valens,
Cæde, fuga, flammis stratos perijsse Sueuos:
Nec Renum Gallis limitis esse loco.
Quod si lege maris refluus mihi curreret amnis,
Huc possem victos inde referre Gothos.

Sub Valentiniani iunioris signo marmoreo. Epig. V.

Nunc te marmoreum pro sumptu fecimus: at quum
Augustus frater remeauerit, aureus esto.

Picturæ subditi, vbi Leo vna à Gratiano sagitta occisus est. Epig. VI.

Quod leo tam tenui patitur sub arundine letum,
Non vires ferri, sed ferientis agunt.

De matre Augusti. Epig. VII.

Ante omnes alias felix, tamen hoc ego dicar:
Siue deum peperi femina, siue virum.

Exhortatio ad modestiam. Epig. IIX.

Fama est fictilibus cenasse Agathoclea regem, 9
Atque abacum Samio sæpe onerasse luto.
Fercula gemmatis quum poneret horrida vasis:
Et misceret opes, pauperiemque simul,
Quærenti causam, respondit, Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
FORTVNAM *reuerenter habe, quicunque repente*
Diues, ab exili progrediere loco.

Danubius ad Augustos. Epig. IX.

Danubius penitis caput occultatus in oris, 10
Totus sub vestra iam ditione fluo.
Qua gelidum fontem medijs effundo Sueuis,
Imperijs grauidas qua seco Pannonias,
Et qua diues aquis Scythico soluo ostia ponto,
Omnia sub vestrum flumina mitto iugum.
Augusto dabitur sed proxima palma Valenti.
Inueniet fontes hic quoque, Nile, tuos.

In Eumpinam adulteram. Epig. X.

Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito: 11
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti letalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Diuidat hæc si quis, faciunt discreta venenum.
Antidotum sumet, qui sociata bibet.
Ergo inter sese dum noxia pocula certant,
Cessit letalis noxa salutiferæ:
Protinus & vacuos alui petiere recessus,

Lubrica deiectis qua via nota cibis.
Quam pia cura deûm! prodest crudelior uxor.
Et quum fata volunt, bina venena iuuant.

Echo ad pictorem. Epig. XI.

12 *Vane, quid affectas faciem mihi ponere, pictor,*
Ignotamque oculis sollicitare deam?
Aëris & linguæ sum filia. mater inanis
Indicij. vocem quæ sine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens,
Ludificata sequor verba aliena meis.
Auribus in vestris habito penetrabilis Echo:
Et si vis similem pingere, pinge sonum.

In simulacrum Occasionis & Pœnitentiæ. Epig. XII.

13 *Cuius opus? Phidiæ, qui signum Pallados, eius,*
Quique Iouem fecit, tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara, & paucis OCCASIO *nota.*
Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris sum. Mercurius quæ
Fortunare solet, tardo ego: quum volui.
Crine tegis faciem. Cognosci nolo. Sed heus tu,
Occipiti caluo es. Ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? Dicat tibi. Dic rogo, quæ sis.
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea, quæ facti, non factique exigo pœnas.
Nempe vt pœniteat, sic METANOEA *vocor.*
Tu modo dic, quid agat tecum. Si quando volaui,
Hæc manet. hanc retinent, quos ego præterij.
Tu quoque, dum rogitas: dum percontando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Ad Gallam puellam iam senescentem. Epig. XIII.

14 *Dicebam tibi, Galla, Senescimus. effugit ætas.*
Vtere rene tuo: casta puella, anus est.

preuisti.obrepsit non intellecta senectus.
Nec reuocare potes, qui periere, dies.
Nunc piget: & quereris, quod non aut ista voluntas
Tunc fuit: aut non est nunc ea forma tibi.
Da tamen amplexus: oblitáque gaudia iunge.
Da, fruar, & si non quod volo, quod volui.

De Lepore capto à cane marino. Epig. XIIII.

Trinacrii quondam currentem in littoris ora
Ante canes leporem cæruleus rapuit.
At lepus. In me omnis terræ, pelagíque rapina est,
Forsitan & cæli: si canis astra tenet.

De Pergamo scriptore fugitiuo: qui captus fuerat. Epig. XV.

Tam segnis scriptor, quam lentus, Pergame, cursor, 15
Fugisti: & primo captus es in stadio.
Ergo notas scripto tolerasti Pergame vultu:
Et quas neglexit dextera, frons patitur.
Pergame, non recte punitus. fronte subisti
Supplicium, lentæ quod meruere manus.
At tu, qui dominus, peccantia membra coërce.
Iniustum falsos excruciare reos.
Aut inscribe istam, quæ non vult scribere dextram:
Aut profugos, ferri pondere, necte pedes.

De Myrone, & Laide. Epig. XVI.

Canus rogabat Laidis noctem Myron. 16
Tulit repulsam protinus.
Causamque sensit & caput fuligine
Fucauit atra candidum.
Idemque vultu, crine non idem Myron,
Orabat oratum prius.
Sed illa formam cum capillo comparans,
Similemque non ipsum rata,

Fortasse & ipsum, sed volens ludo frui,
Sic est adorta callidum.
Inepte, quid me, quod recusaui, rogas?
Patri negaui iam tuo.

De se, & vxore. Epig. XVII.

17 *Laidas, & Glyceras, lasciuæ nomina famæ,*
Coniux in nostro carmine quum legeret,
Ludere me dixit, falsóque in amore iocari.
Tanta illi nostra est de probitate fides.

Ad vxorem suam. Epig. XVIII.

Vxor, viuamus, quod viximus: & teneamus
Nomina, quæ primo sumpsimus in thalamo.
Nec ferat vlla dies, vt commutemur in æuo,
Quin tibi sim iuuenis, tuque puella mihi:
Nestore sim quamuis prouectior: æmulaque annis
Vincas Cumanam tu quoque Deiphóben.
Nos ignoremus, quid sit matura senectus.
Scire æui meritum, non numerare decet.

In Meroën anum ebriosam. Epig. XIX.

18 *Qui primus,* MEROE, *nomen tibi condidit, ille*
Thesidæ nomen condidit Hippolyto.
Nam diuinare est, nomen componere, quod sit
Fortunæ, morum, vel necis indicium.
Protesilae, tibi nomen sic fata dederunt:
Victima quod Troiæ prima futurus eras.
Idmona quod vatem, medicum quod Iapida dicunt,
Discendas artes nomina præueniunt.
Et tu sic, Meroe: non quod sis atra colore,
Vt quæ Niliaca nascitur in Meroe,
Infusum sed quod vinum non diluis vndis,
Potare immixtum sueta, merumque merum.

Nemesis, e Græco. Epigram. XX.

Me lapidem quondam Persæ aduexere, trophæum
Vt fierem bello: nunc ego sum NEMESIS.
At sicut Græcis victoribus asto trophæum,
Punio sic Persas vaniloquos Nemesis.

19

De varietate fortunæ è Græco. Epigr. XXI.

Thesauro inuento, qui limina mortis inibat,
Liquit ouans laqueum, quo periturus erat.
At qui, quod terræ abdiderat, non repperit aurum,
Quem laqueum inuenit, nexuit, & perijt.

Idem aliter. Epigramma XXII.

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum:
Thesaurique loco deposuit laqueum.
At qui condiderat, postquam non repperit aurum,
Aptauit collo, quem reperit laqueum.

De Thrasybúlo Lacedæmonio. Èpig. XXIII.

20

Excipis aduerso quod pectore vulnera septem:
Arma superueheris quod, Thrasybule, tua:
Non dolor hic patris: Pitanæ sed gloria maior.
Rarum, tam pulchro funere posse frui.
Quem postquam mæsto socij posuere feretro,
Talia magnanimus edidit ora pater.
Flete alios. natus lachrymis non indiget vllis,
Et meus, & talis, & Lacedæmonius.

De Lacæna matre. Epigramma XXIV.

Mater Lacæna clipeo obarmans filium,
Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

In diuitem quendam. Epigramma XXV.

21

Quidam superbus opibus, & fastu tumens,
Tantumque verbis nobilis,

Spernit vigentis clara sæcli nomina,
Antiqua captans stemmata,
Martem, Remumque, & conditorem Romulum,
Primos parentes nuncupans.
Hos ille Serum veste contexi iubet:
Hos cælat argento graui,
Ceris inurens ianuarum limina,
Et atriorum pegmata.
Credo, quod illi nec pater certus fuit:
Et mater est vere lupa.

Antisthenes, Cynicus Philosophus. Epig. XXVI.

22 *Inventor primus Cynices ego. Quæ ratio istæc?*
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcida quondam fueram doctore secundus:
Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.

Idem. Epigramma XXVII.

Discipulus melior nulli, meliórue magister
Εἰς ἀρίστην συνέβη, καὶ κυνικὴν σοφίην.
Dicere me nouit verum, qui nouit vtrumque,
Καὶ θεὸν Ἀλκείδην, καὶ κύνα Διογένην.

Libero patri. Epigramma XXIIX.

Αἰγύπτου μὲν Ὄσιρις ἐγὼ, Μυσῶν δὲ Φανάκης,
Βάκχος ἐνὶ ζωοῖσιν, ἐνὶ φθιμένοις Ἀϊδωνεύς,
Πυρογενὴς, δίκερως, τιτανολέτης, Διόνυσος.

Myobarbum Liberi patris, signo marmoreo in villa nostra omnium deorum argumenta habentis. Epigramma XXIX.

23 *Ogygia me Baccum vocat.*
Osirin Ægyptus putat.
Mystæ Phanacen nominant.
Dionyson Indi existimant.
Romana sacra Liberum

Arabica gens Adoneum.
Lucaniacus Pantheum.

In Corydonem marmoreum. Epigram. XXX.

Αἲξ, χίμαιρος, πήρη, ποιμὴν, ῥαβδοῦχος, ἐλαίη,
Εἷς λίθος ἐκ πάντων λίθος ἐγὼ Κορύδων.

In ſimulachrum Sapphus. Epig. XXXI.

Leſbia Pieriis Sappho, ſoror addita Muſis,
Εἶ ἐνάτη Λυρικῶν, Ἀονίδων δεκάτη.

Deæ Veneris. Epigramma XXXII.

Orta ſalo, ſuſcepta ſolo, patre edita Cælo,
Æneadum genitrix, hîc habito alma Venus.

Ad libellum ſuum de Proculo. Epig. XXXIII.

Si tineas, cariemque pati te, charta, neceſſe eſt,
Incipe verſiculis ante perire meis.
Malo, inquis, tineas. Sapis, ærumnoſe libelle:
Perfungi mauis, qui leuiore malo.
Aſt ego damnoſæ nolo otia perdere Muſæ:
Iacturam ſomni quæ parit, atque olei.
Vtilius dormire fuit, quam perdere ſomnum,
Atque oleum. Verum: cauſa ſed iſta mihi eſt.
Iraſcor Proculo: cuius facundia tanta eſt,
Quantus honor. ſcripſit plurima, quæ cohibet.
Hunc ſtudeo vlciſci: & prompta eſt hæc vltio vati:
Qui ſua non edit carmina, noſtra legat.
Huius in arbitrio eſt, ſeu te iuueneſcere cedro,
Seu iubeat duris vermibus eſſe cibum.
Huic ego, quod nobis ſupereſt ignobilis oti,
Deputo: ſiue legat, quæ dabo, ſiue tegat.

24

De nomine cuiuſdam Lucij, ſculpto in marmore. Epigramma XXXIV.

Lucius vna quidem, geminis ſed diſſita punctis
Littera. prænomen ſic. L. nota ſola facit.

25

Post M incisum est: puto sic M. non tota videtur.
Dissiluit saxi fragmine læsus apex.
Nec quisquam, Marcus, seu Marcius, an ne Metellus
Hic iaceat, certis nouerit indiciis.
Truncatis conuulsa iacent elementa figuris.
Omnia confusis interiere notis.
Miremur periisse homines? monumenta fatiscunt.
MORS ETIAM SAXIS, *nominibusque venit.*

De Sabina textrice, carmina faciente. Epig. XXXV.

26 *Siue probas Tyrio textam subtegmine vestem:*
Seu placet inscripti commoditas tituli:
Ipsius hoc dominæ concinnat vtrunque venustas.
Has geminas artes vna Sabina colit.

Versus in veste contexti, de eadem Sabina. Epigramma XXXVI.

Laudet Achæmenias Orientis gloria telas:
Molle aurum pallis Græcia texe tuis:
Non minus Ausoniam celebret dum fama Sabinam,
Parcentem magnis sumptibus, arte parem.

De eadem Sabina. Epigramma XXXVII.

27 *Licia qui texunt, & carmina: carmina Musis,*
Licia contribuunt, casta Minerua, tibi.
Ast ego rem sociam non dissociabo, Sabina,
Versibus inscripsi quæ mea texta meis.

Qualem velit amicam. Epigram. XXXIIX.

Hanc volo, quæ non volt. illam quæ volt, ego nolo.
Vincere volt animos, non satiare Venus.
Oblatas sperno illecebras. detrecto negatas.
Nec satiare animum, nec cruciare volo.
Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.
Illa voluptatis nil habet, hæc nimium.

Callida sed mediæ Veneris mihi vendit et artem
Femina: quæ iungat, quod Volo-nolo vocet.

De Chresto, & Acindyno fratribus. Epig. XXXIX.

Χρῆστος, Ἀκίνδυνος εἰσὶν ἀδελφειοί. οἰκτρὰ δὲ τέκνα,
Moribus ambo malis, nomina falsa gerunt.
Οὐδ' οὗτος χρηστὸς, οὐδ' οὗτος ἀκίνδυνός ἐστιν.
Vna potest ambos littera corrigere.
Αἴκεν Χρῆστος ἕλῃ, καὶ Ἀκίνδυνος ἄλφ' ἀπολέσσῃ,
Κίνδυνος hic fiet, frater ἄχρηστος erit.

De ijsdem. Epigramma XL.

Germani fratres sunt, Chrestos, Acindynos alter.
Falsum nomen vtrique. sed vt verum sit vtrique,
Alpha suum Chresto det Acindynos: ipse sine alpha
Permaneat. verum nomen vterque geret.

De Pallade, & Venere armata. Epigramma XLI.

Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.
Nunc certemus, ait, iudice vel Paride.
Cui Venus, Armatam, tu, me, temeraria, temnis,
Quæ, quo te vici tempore, nuda fui?

Idem aliter. Epigramma XLII.

Armatam Pallas Venerem Lacedæmone visens,
Visne, vt iudicium sic ineamus? ait.
Cui Venus arridens, Quid me galeata lacessis?
Vincere si possum nuda, quid arma gerens?

Ad Philomusum grammaticum. Epigr. XLIII.

Emptis quod libris tibi bibliotheca referta est:
Doctum & grammaticum te Philomuse putas?
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde.
Hodie mercator, cras citharœdus eris.

In statuam Rufi rhetoris, semiuiri, & elinguis. Epig. XLIV.

30 *Rhetoris hæc Rufi statua est. nil verius ipsa.*
Ipsa adeo linguam non habet, & cerebrum:
Et riget, & surda est, & non videt. omnia Rufi.
Vnum dissimile est. mollior ille fuit.

In tabulam, vbi erat picta imago Rufi rhetoris. Epig. XLV.

Elinguem quis te dicentis imagine pinxit?
Dic mihi, Rufe. taces. nil tibi tam simile est.

De eadem tabula. Epigramma XLVI.

Hæc Rufi tabula est. nil verius. Ipse vbi Rufus?
In cathedra. Quid agit? Hoc, quod & in tabula.

De eodem Rufo. Epigramma XLVII.

Reminisco *Rufus dixit in versu suo.*
Cor ergo versus, immo Rufus non habet.

Idem. Epigramma XLIIX.

31 *Qui* reminisco *putat se dicere posse Latine,*
Hic vbi co *scriptum est, legeret* cor, *si cor haberet.*

De eodem Rufo. Epigramma XLIX.

Rufus vocatus rhetor olim ad nuptias,
Celebri fit vt conuiuio,
Grammaticæ vt artis se peritum ostenderet,
Hæc vota dixit nuptiis.
Et masculini, & feminini gignite,
Generisque neutri filios.

Imago Rufi rhetoris. Epigramma L.

Ore pulchro, & ore muto, scire vis, quæ sim? Volo.
Imago Rufi rhetoris Pictauici.
Diceret sed ille, vellem, rhetor hoc mi. Non potest.
Cur? Ipse rhetor est imago imaginis.

De eadem Rufi ſtatua. Epigramma LI.

Rhetoris hæc Rufi ſtatua eſt. Si ſaxea, Rufus.
Cur id ais? Semper ſaxeus ipſe fuit.

32

De Diogene Cynico philoſopho. Epig. LII.

Pera, polenta, tribon, baculus, ſcyphus, arcta ſupellex
Iſta fuit Cynici: ſed putat hanc nimiam.
Namque cauis manibus cernens potare bubulcum,
Cur, ſcyphe, te, dixit, geſto ſuperuacuum?

De Crœſo, & eodem Diogene. Epig. LIII.

Effigiem, rex Crœſe, tuam, ditiſſime regum,
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Conſtitit vtque procul, ſolito maiore chachinno
Concuſſus, dixit, Quid tibi diuitiæ
Nunc proſunt, regum rex ô ditiſſime, quum ſis
Sicut ego ſolus, me quoque pauperior?
Nam quæcunque habui, mecum fero: quum nihil ipſe
Ex tantis tecum, Crœſe, feras opibus.

Lais dicans Veneri ſpeculum ſuum. Epig. LIV.

Lais anus, Veneri ſpeculum dico. Dignum habeat ſe
Æterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc vſus: quia cernere talem,
Qualis ſum, nolo: qualis eram, nequeo.

33

De Cáſtore, Pollûce, & Helena. Epig. LV.

Iſtos, tergemino naſci quos cernis ab ouo,
Patribus ambiguis, & [illegible]tribus aſſere natos.
Hos genuit Nemeſis: [illegible] Leda puerpera fouit.
Tyndareus pater his, & Iuppiter. hi[illegible] putat, hic ſcit.

De imagine Veneris ſculpta à Praxitele. Epig. LVI.

Vera Venus Cnidiam quum vidit Cyprida, dixit:
Vidiſti nudam me, puto, Praxitele.

34

Non vidi, nec fas: sed ferro opus omne polimus.
Ferrum Gradiui Martis in arbitrio.
Qualem igitur domino scierant placuisse Cytheren,
Talem fecerunt ferrea scala deam.

In buculam æream Myronis. Epig. LVII.

Bucula sum, cælo genitoris facta Myronis
Ærea. nec factam me puto, sed genitam.
Sic me taurus init: sic proxima bucula mugit.
Sic vitulus sitiens vbera nostra petit.
Miraris, quod fallo gregem? gregis ipse magister
Inter pascentes me numerare solet.

De eadem bucula. Epigram. LIIX.

35 *Vbera quid pulsas frigentia matris ahenæ,*
O vitule: & succum lactis ab ære petis?
Hunc quoque præstarem: si me pro parte parasset,
Exteriore Myron, interiore deus.

Ad Dædalum de eadem bucula. Epig. LIX.

Dædale, cur vana consumis in arte laborem?
Me potius clausæ subijce Pasiphaæ.
Illecebras veræ si vis dare Dædale Vaccæ,
Viua tibi species vacca Myronis erit.

Eadem de se. Epigramma LX.

36 *Errasti, attendens hæc ilia nostra, iuuence.*
Non manus artificis lac dedit vberibus.

Eadem. Epigramma LXI.

Pasce greges procul hinc. ne, quæso, bubulce, Myronis
Æs, veluti spirans, cum bubus exagites.

Eadem. Epigramma LXII.

Me vitulus cernens immugiet. irruet in me
Taurus amans. pastor cum grege mittet agens.

De eadem Myronis bucula. Epigram. LXIII.

Aerea mugitum poterat dare vacca Myronis:
Sed timet artificis deterere ingenium.
Fingere nam similem viuæ, quam viuere, plus est.
Nec sunt facta Dei mira, sed artificis.

Eadem bucula de se. Epigram. LXIV.

Aerea bos steteram. mactata est vacca Mineruæ.
Sed dea proflatam transtulit huc animam.
Et modo sum duplex: pars ærea, pars animata.
Hæc manus artificis dicitur, illa deæ.

Ad taurum eadem bucula. Epigr. LXV.

Quid me, taure, paras, specie deceptus, inire?
Non sum ego Minoæ machina Pasiphaæ.

De eadem Myronis bucula. Epigr. LXVI.

Necdum caduco sole iam sub vespere,
Ageret iuuencas quum domum pastor suas,
Suam relinquens, me minabat, vt suam.

De eadem bucula. Epigramma LXVII.

Vnam iuuencam pastor forte amiserat.
Numerumque iussus reddere,
Me defuisse conquerebatur, sequi
Quæ noluissem ceteras.

Quæ sexum mutarint. Epigramma LXIIX.

Vallebanæ res nota, & vix credenda poëtis:
Sed quæ de vera promitur historia.
Femineam in speciem conuertit masculus ales:
Pauaque de pauo constitit ante oculos.
Cuncti admirantur monstrum: sed mollior agna
Adstitit in tenerum de grege versa marem.

Quid stolidi ad speciem notæ nouitatis hebetis?
An vos Nasonis carmina non legitis?
Cænéa conuertit proles Saturnia Consus.
Ambiguóque fuit corpore Tiresias.
Vidit semiuirum fons Salmacis Hermaphroditum.
Vidit nubentem Plinius androgynum.
Nec satis antiquum, quod Campana in Beneuento
Vnus epheborum virgo repente fuit.
Nolo tamen veteris documenta arcessere famæ:
Ecce ego sum factus femina de puero.

Ad Pythagoram de Marco.
Epigramma LXIX.

39 *Pythagora Euphorbi, reparas qui semina rerum,*
Corporibusque nouis das reduces animas,
Dic, quid erit Marcus iam fata nouissima functus,
Si redeat vitam rursus in aëriam?
Quis Marcus? Feles nuper pullaria dictus,
Corrupit totum qui puerile decus,
Peruersæ Veneris postico vulnere fossor,
Lucili vatis subulo pullipremo.
Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,
Non caper, aut aries, sed scarabæus erit.

Subscriptum picturæ Crispæ mulieris impudicæ.
Epigramma LXX.

40 *Præter legitimi genitalia fœdera cætus,*
Repperit obscænas veneres vitiosa libido.
Herculis heredi quam Lemnia suasit egestas.
Quam toga facundi scenis agitauit Afrani.
Et quam Nolanis capitalis luxus inussit.
Crispa tamen cunctas exercet corpore in vno.
Deglubit, fellat, molitur per vtranque cauernam:
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

De Achilla, qui diſſecuit caluariam. Epig. LXXI.

41

Abiecta in triuiis inhumati glabra iacebat
Teſta hominis, nudum iam cute caluitium.
Fleuerunt alij: fletu non motus Achillas.
Inſuper & ſilicis verbere diſſecuit.
Eminus ergo icto rediit lapis vltor ab oſſe:
Auctoríſque ſui frontem, oculóſque petit.
Sic vtinam certos manus impia dirigat ictus,
Auctorem vt feriant tela retorta ſuum.

De Alcone Medico, & Diodoro haruſpice. Epig. LXXII.

42

Languenti Marco dixit Diodorus haruſpex,
Ad vitam non plus ſex ſupereſſe dies.
Sed medicus diuis, fatíſque potentior Alcon,
Falſum conuicit illico haruſpicium.
Tractauitque manum victuri, ni tetigiſſet.
Illico nam Marco ſex periere dies.

De ſigno Iouis, & Alcone medico. Epig. LXXIII.

Alcon heſterno ſignum Iouis attigit. ille,
Quanuis marmoreus, vim patitur medici.
Ecce hodie iuſſus transferri ex æde vetuſta,
Effertur: quanuis ſit deus, atque lapis.

In Eunomum medicum. Epigr. LXXIV.

43

Languentem Caium moriturum dixerat olim
Eunomus. euaſit fati ope, non medici.
Paullo poſt ipſum videt, aut vidiſſe putauit,
Pallentem, & multa mortis in effigie.
Quis tu? Caius, ait. Viuíſne? Hoc abnuit. At quid
Nunc agis hîc? Iuſſu Ditis, ait, venio.
Vt quia notitiam rerumque, hominúmque tenérem,
Accirem medicos. Eunomus obriguit.
Tum Caius, Metuas nihil, Eunome. dico ego, & omnes,
Nullum, qui ſaperet, dicere te medicum.

In hominem vocis ábsonæ. Epigr. LXXV.

44 *Latratus catulorum, hinnitus fingis equorum.*
Caprigenúmque pecus, lanigeróſque greges
Balatu adſimulas. aſinos quoque rudere dicas,
Quum vis Arcadicum fingere, Marce, pecus.
Gallorum cantus, & ouantes gutture coruos,
Et quicquid vocum bellua talis habet.
Omnia quum ſimules ita vere, vt ficta negentur,
Non potes humanæ vocis habere ſonum.

Ad Criſpam. Epigramma LXXVI.

Deformem quidam te dicunt, Criſpa: at ego iſtud
Neſcio. mi pulchra es. iudice me, ſatis eſt.
Quinetiam cupio, iunctus quia zelus amori eſt,
Vt videare aliis fœda, decora mihi.

Qualem velit habere amicam. Epigr. LXXVII.

45 *Sit mihi talis amica, velim,*
Iurgia quæ temere incipiat:
Nec ſtudeat quaſi caſta loqui.
Pulchra, procax, petulante manu,
Verbera quæ ferat, & regerat,
Cæſaque, ad oſcula confugiat.
Nam niſi moribus his fuerit,
Caſta, modeſta, pudenter agens,
Dicere abominor, vxor erit.

Ad Cupidinem, ex Græco. Epigr. LXXIIX.

Hoc, quod amare vocant, miſce, aut diſſolue, Cupido.
Aut neutrum flammis vre, vel vre duos.

46 Ad Diónen de amore ſuo. Epigr. LXXIX.

Aut reſtingue ignem, quo torreor, alma Dióne,
Aut tranſire iube, vel face vtrumque parem.

E Græco. Epigramma LXXX.

Incipe. dimidium facti est cœpisse. superſit
Dimidium. rurſum hoc incipe, & efficies.

E Græco,

Α χάρις ἁ βραδύπους ἄχαρις χάρις. —

Epigramma LXXXI.

GRATIA QVAE TARDA *eſt, ingrata eſt. Gratia nanque*
Quum fieri properat, gratia grata magis.

Idem. Epigramma LXXXII.

SI BENE QVID FACIAS, *facias cito. nam cito factum.*
Gratum erit. Ingratum gratia tarda facit.

In ſaltorem ineptum. Epigramma LXXXIII.

Deceptæ felix caſus ſe miſcuit arti.
Hiſtrio ſaltabat, qui Capanéa ruit.
Idem qui Nióben ſaltauit ſaxeus, vt tum
Spectator veram crediderit Nióben,
In Canace, viſus multo felicior ipſa:
Quod non hic gladio viſcera diſſecuit.

De Eodem Epigramma LXXXIV.

Daphnen, & Nióben ſaltauit ſimius idem,
Ligneus vt Daphne, ſaxeus vt Nióbe.

In Dodralem. Epigram. LXXXV.

Dodra ex dodrante eſt. ſic collige, ius, aqua, vinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Idem. Epigramma LXXXVI.

Dodra vocor. Quæ cauſa? Nouem ſpecies gero. Quæ ſunt?
Ius, aqua, mel, vinum, panis, piper, herba, oleum. ſal.

De eadem potione. Epigramma LXXXVII.

Δώδεκα πάντες, καὶ ἀριθμὸς, ἔχω μέλι, οἶνον, ἔλαιον,
Ἄρτον, ἅλας, βοτάνην, ζωμὸν, ὕδωρ, πέπερι.

De Iurisconsulto, qui vxorem habebat adulteram.
Epigramma LXXXIIX.

49 *Iurisconsulto, cui viuit adultera coniux,*
Papia lex placuit, Iulia displicuit.
Quæritis vnde hæc sit distantia? semiuir ipse
Scatiniam metuens, non metuit Titiam.

Ad Zoilum, qui vxorem mœcham duxerat. Epig. LXXXIX.

Semiuir vxorem duxisti Zoile mœcham.
O quantus fiet quæstus vtrinque domi!
Quum dabit vxori molitor tuus, & tibi adulter,
Quantum deprensi damna pudoris emunt!
Sed modo quæ nobis lucrosa libido videtur,
Iacturam, senio mox subeunte, feret.
Incipient operas conducti vendere mœchi,
Quos modo munificos lena iuuenta tenet.

Ad Venerem Marcus. Epigramma XC.

50 *Hanc amo, quæ me odit: contra, hanc, quoniam me amat, odi.*
Compone inter nos, si potes, alma Venus.
Perfacile id faciam. mores mutabo, & amores.
Oderit hæc, amet hæc. Rursus idem patiar.
Vis, ambas vt ames? Si diligat vtraque, vellem.
Hoc tibi tu præsta Marce. vt ameris, ama.
Suasisti, Venus alma, duas Glyceras vt amarem.
Odit vtraque: aliud da modo consilium.
Vince datis ambas. Cupio: verum arcta domi res.
Pellice promissis. Nulla fides inopi.
51 *Atteftare deos. Nec fas mihi fallere diuos.*
Peruigila ante fores. Nocte capi metuo.

Scribe elegos. Nequeo, Musarum & Appollinis expers.
Frange fores. Pœnas iudicij metuo.
Stulte, ab amore mori pateris: non vis ob amorem.
Malo miser dici, quam miser, atque reus.
Suasi, quod potui. tu alios modo consule. Dic, quos?
Phædra, & Elisa tibi dent laqueum, aut gladium.
Præcipitem pelago vel Leucados elige rupem.
Hoc das consilium? Tale datur miseris.

Pulchrum dei responsum. Epigramma XCI.

Doctus Hylas cæstu, Phegeus catus arte palestræ,
Clarus Olympiacis & Lycus in stadiis,
An possent omnes venturo vincere agone,
Hammonem Libyæ consuluere deum.
Sed deus vt sapiens, Dabitur victoria vobis,
Indubitata quidem, si caueatis, ait,
Ne quis Hylam cæstu, ne quis certamine luctæ
Phegéa, ne cursu te, Lyce, prætereat.

52

De Hermiónes zona. Epigr. XCII.

Punica turgentes redimibat zona papillas
Hermiónes: zonæ textum elegëon erat.
Qui legis hunc titulum, Paphié tibi mandat, ames me:
Exemploque tuo neminem amare vetes.

De Hyla, quem Naiades rapuerunt. Epigr. XCIII.

Aspice, quam blandæ necis ambitione fruatur,
Letifera experiens gaudia, pulcher Hylas!
Oscula & infestos inter moriturus amores,
Ancipites patitur Naiádas Eumenídas.

53

Ad Nymphas: quæ Hylam merserunt. Epigr. XCIV.

Fúritis, procaces Naiades,
Amore sæuo, & irrito.
Ephebus iste flos erit.

De Narcisso, suijpsius amore, capto. Epig. XCV.

Si cuperes alium, posses, Narcisse, potiri.
Nunc tibi amoris adest copia: fructus abest.

De eodem. Epigramma XCVI.

54 *Quid non ex huius forma pateretur amator,*
Ipse suam qui sic deperit effigiem?

In Echo dolentem propter mortem Narcissi. Epigramma XCVII.

Commoritur Narcisse tibi resonabilis Echo,
Vocis ad extremos exanimata modos.
Et pereuntis adhuc gemitum resecuta querelis,
Vltima nunc etiam verba loquentis amat.

De Hermaphrodito. Epigramma XCIIX.

Mercurio genitore satus, genitrice Cythére,
Nominis vt mixti, sic corporis Hermaphroditus,
Concretus sexu, sed non perfectus, vtroque:
Ambiguæ Veneris, neutro potiundus amori.

De coniunctione Salmacis cum Hermaphrodito. Epigramma XCIX.

55 *Salmacis optato concreta est nympha marito.*
Felix virgo, sibi si scit inesse virum.
Et tu, formose iuuenis permiste puellæ,
Bis felix, vnum si licet esse duos.

Ad Apollinem, de Daphne puella fugiente. Epig. C.

Pone arcum, Pæan: celerésque reconde sagittas.
Non te virgo fugit, sed tua tela timet.

Ad corticem, quo Daphne tegebatur. Epig. CI.

Inuide cur properas cortex operire puellam?
Laurea debetur Phœbo, si virgo necatur.

In duas sorores diuersorum morum. Epig. CII.

Delia, vos miramur: & est mirabile: quod iam
Dissimiles estis, tuque, sororque tua.
Hæc habitu casto, quum non sit, casta videtur:
Tu, præter cultum, nil meretricis habes.
Quum casti mores tibi sint, huic cultus honestus,
Te tamen & cultus damnat, & actus eam.

Ad Gallam. Epigramma CIII.

Vado, sed sine me, quia te sine: nec nisi tecum 56
Totus ero, pars quum sim altera, Galla, tui.
Vado tamen, sed dimidius. vado minor ipso
Dimidio: nec me iam locus vnus habet.
Nam tecum fere totus ero, quocunque recedam.
Pars veniet mecum quantulacunque mei.
Separor vnus ego: sed partem sumo minorem
Ipse mei. tecum pars mea maior abit.
Si redeam, tibi totus ero. pars nulla vacabit,
Quæ mox non redeat in tua iura. Vale.

In Venerem Anadyomenen. Epigram. CIV.

Emersam pelagi nuper genitalibus vndis 57
Cyprin Apellei cerne laboris opus:
Vt complexa manu madidos salis æquore crines,
Humidulas spumas stringit vtraque comis.
Iam tibi nos, Cypri, Iuno inquit, & innuba Pallas,
Cedimus: & formæ præmia deserimus.

In puerum formosum. Epigram. CV.

Dum dubitat natura, marem, faceret ne puellam,
Factus es, ô pulcher, pæne puella puer.

In scabiosum Polygítonem. Epigr. CVI.

Thermarum in solio si quis Polygitona vidit 58
Vlcera membrorum scabie putrefacta foventem,

Præposuit cunctis spectacula talia ludis.
Principio tremulis gannitibus aera pulsat.
Verbaque lasciuos meretricum imitantia cœtus
Vibrat: & obscœnæ numeros pruriginis implet.
Brachia deinde rotat, velut enthea dæmone Mænas,
Pectus, crura, latus, ventrem, femora, inguina, suras,
Tergum, colla, humeros, luteæ Symplegadis antrum.
Tam diuersa locis vaga carmina pererrat.
Donec marcentem calidi feruore lauacri
Blandus letali soluat dulcedine morbus.
Defectos sic fama viros, vbi cassa libido
Femineos cœtus, & non sua bella lacessit,
Irrita vexato consumere gaudia lecto:
Titillata breui quum iam sub fine voluptas
Feruet, & ingesto peragit ludibria morsu.
Turpia non aliter Polygiton membra resoluit.
Et quia debentur suprema piacula vitæ,
Ad Phlegethonteas sese iam præparat vndas.

De quodam Siluio Bono, qui erat Brito. Epig. CVII.

59 *Siluius ille Bonus, qui carmina nostra lacessit,*
Nostra magis meruit disticha Brito bonus.

Siluius hic Bonus est. Quis Siluius? Iste Britannus.
Aut Brito hic non est Siluius, aut malus est.

Siluius iste Bonus fertur, fertúrque Britannus:
Quis credat ciuem degenerasse bonum?

Nemo bonus Brito est. si simplex Siluius esse
Incipiat, simplex desinet esse bonus.

Siluius hic Bonus est. sed Brito est Siluius idem.
Simplicior res est, credite, Brito malus.

Silui, Brito bonus: quanuis homo non bonus esse
Ferris: nec se quit iungere Brito bono.

In Furippum. Epigramma c i i x.

Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum,
Altera producens, altera corripiens.
Elige, vtrum malis. aut tende, aut corripe nomen.
Conueniet quoduis, fur furioſe, tibi.

Epicuri opinio. Epigramma c i x.

Quod eſt beatum, morte & æternum carens,
Nec ſibi parit negotium, nec alteri.

De homine pigro. Epigramma c x.

Sanus piger, febriente multo eſt nequior.
Potat duplum: dapeſque duplices deuorat.

In Didûs reginæ imaginem.
Epigramma c x i.

Illa ego ſum Dido vultu, quam conſpicis, hoſpes,
Aſſimulata modis, pulchraque mirificis.
Talis eram: ſed non, Maro quam mihi finxit, erat mens:
Vita nec inceſtis læta cupidinibus.
Nanque nec Æneas vidit me Troius vnquam:
Nec Libyam aduénit claſſibus Iliacis.
Sed furias fugiens, atque arma procacis Iärbæ,
Seruaui, fateor, morte pudicitiam,
Pectore transfixo: caſtos quod pertulit enſes.
Non furor, aut læſo crudus amore dolor.
Sic cecidiſſe iuuat. [illegible] ſine vulnere famæ.
Vlta virum, poſitis mæ[illegible]tij.
Inuida cur in me ſtimulaſti Muſa Maronem,
Fingeret vt noſtræ damna pudicitiæ?
Vos magis hiſtoricis, lectores, credite de me,
Quam qui furta deûm, concubitúſque canunt
Falſidici vates: temerant qui carmine verum:
Humaniſque deos a[illegible]ilant vitijs.

De tribus incestis. Epigramma CXII.

62 *Tres uno in lecto. stuprum duo perpetiuntur,*
Et duo committunt. quattuor esse reor.
Falleris. extremis da singula crimina: & illum
Bis numeres medium, qui facit, & patitur.

In Castorem. Epigram. CXIII.

Lambere quum vellet mediorum membra virorum
Castor, nec posset vulgus habere domi,
Repperit, ut nullum fellator perderet inguem.
Vxoris cœpit lingere membra suæ.

De amissa puella. Epigramma CXIV.

Tres fuerant Charites: sed dum mea Lesbia vixit,
Quattuor. ut periit, tres numerantur item.

In Eunum liguritorem. Epigramma CXV.

63 *Eune, quid affectas vendentem Phyllida odores?*
Diceris hanc mediam lambere, non molere.
Perspice, ne mercis fallant te nomina: vel, ne
Aëre Seplasiæ decipiare, caue:
Dum κύστον, costumque putas communis odoris.
Et Nardum, ac Sardas, esse sapore pari.
Diuersa infelix & lambit, & olfacit Eunus.
Dissimilem olfactum naris, & oris habet.

In eundem Eunum. Epigram. CXVI.

64 *Salgama non hoc sunt, quod balsama. cedite odores.*
Nec male olere mihi, nec bene olere placet.

In eundem Eunum. Epigr. CXVII.

Λαὶς, ἔρως, & ἴτυς, χείρων, & ἔρως, ἴτυς ἄλλος,
Nomina si scribis, prima elementa adime:
Vt facias verbum, quod tu facis, Eune magister.
Dicere me Latium non decet opprobrium.

In eundem. Epigramma CXIIX.

Eune, quod uxoris gravidæ putria inguina lambis,
Festinas glossas non natis tradere natis.

Ad eundem pædagogum liguritorem. Epig. CXIX.

Eunus Syriscus inguinum liguritor, 65
Opicus magister. sic eum docet Phyllis.
Maiorum membrum quadrangulum cernit.
Triquetro callitu Δ litteram ducit.
De valle feminorum altrinsecus pares rugas.
Mediumque fissum rima qua patet callum,
Ψ dicit esse. nam tersilis forma est.
Cui ipse linguam quum dedit suam, Λ est.
Veramque in illis esse Φ notam sentit.
Quid imperite, P putas ibi scriptum,
Ubi locari Iota convenit longum?
Misere doctor, ου tibi sit obscenum.
Tuumque nomen Θ sectile signet.

In Medeæ imaginem. Epigramma CXX.

Medean vellet quum pingere Timomachi mens, 66
Volventem in natos crudum animo facinus,
Immanem exhausit rerum in diversa laborem,
Fingeret affectum matris ut ambiguum.
Ira subest lachrymis. miseratio non caret ira.
Alterutrum videas, ut sit in alterutro.
Cunctantem satis est. nam digna est sanguine mater
Natorum, tua non dextera Timomache.

In eandem. Epigramma CXXI.

Quis te pictorum simulavit, pessima Colchis, 67
In natos crudum volvere mente nefas?
Usque adeone sitis puerorum haurire cruorem,
Ut ne picta quidem parcere cæde velis?

Numnam te pellex stimulat? numne alter Iason,
Altera vel Glauce, sunt tibi causa necis?
Quin ne picta quidem sis barbara. nanque tui vim
Cera tenax zeli concipit immodicam.
Laudo Timómachum: matrem quod pinxit in enses,
Cunctantem, prolis sanguine ne maculet.

In quendam, qui leuia sibi inguina faciebat. Epigramma CXXII.

68 *Inguina quod calido leuas tibi dropace, causa est:*
Irritant volsas leuia membra lupas.
Sed quod & elixo plantaria podice vellis,
Et teris inclusas pumice Clazomenas:
Causa latet: bimarem nisi quod patientia morbum
Appetit: & tergo femina, pube vir es.

In cæcum, & claudum. Epigr. CXXIII.

Insidens cæco graditur pede claudus vtroque.
Quo caret alteruter, sumit ab alterutro.
Cæcus nanque pedes claudo, gressumque ministrat:
At claudus cæco lumina pro pedibus.

Idem. Epigramma CXXIV

69 *Ambulat insidens cæco pede captus vtroque:*
Atque alterna subit munia debilitas.
Nam cæcus claudo, pede commodat: ille vicissim
Mutua dat cæco lumina pro pedibus.

De diuite, & paupere. Epigram. CXXV.

Non est diues opum, diues: nec pauper, inopsque,
Infelix. alter nec magis alter eget.
Diues eget gemmis, Cereali munere pauper.
Sed quum egeant ambo, pauper egens minus est.

In Grammaticum. Epigr. CXXVI.

Felix grammaticus non est, sed nec fuit vnquam.
Nec quisquam est felix nomine grammaticus.
At si quis felix præter fatum extitit vnquam,
Is demum excessit grammaticos canónas. 70

De infausto matrimonio grammatici. Epigr. CXXVII.

Arma, virúmque docens, atque arma, virumque peritus,
Non duxi vxorem, sed magis arma, domum.
Nanque dies totos, totásque ex ordine noctes,
Litibus oppugnat meque, meumque larem.
Atque vt perpetuis dotata a Marte duellis,
Arma in me tollit, nec datur vlla quies.
Jamque repugnanti dedam me: vt denique victum
Iurget ob hoc solum, iurgia quod fugiam.

De Auxilio grammatico. Epigram. CXXIIX.

Emendata potest quænam vox esse magistri,
Nomen qui proprium cum vitio loquitur?
Auxilium te nempe vocas, inscite magister.
Da rectum casum, iam Solecismus eris. 71

De fratribus Thebanis. Epigram. CXXIX.

Nec Stygiis lucis ineunt sua fœdera fratres
OEdipodiónidæ, de misero ab miseri.
Nanque etiam ex vno surgentes aggere flammæ,
In diuersa sui diffugiunt cineris.
Infandos iuuenes! quos nec discordia, cassos
Luce, nec in semet linquit atrox animus.
Atque vtinam & Thebas quiuissent partirier ipsas,
Regnorum & metas, vt cinerum nebulas.

De ingratis, ex Menandro. Epig. CXXX.

Nil homine terra peius INGRATO *creat.* 72
Vicinus, hospes, notus, ignotus, cliens,

Et si qua genera sunt id ciuium genus,
Si quid petenti promptus opis impertias,
Vt misereare, gratia actutum perit.

De Demosthene. Epigramma CXXXI.

Discere si cupias doctis quam multa licebit,
Quæ nosti, meditando velis inol[illegible]ere menti.
Quæ didicisti hauddum, dicendo absumere tendas.

De vxore deformi. Epigram. CXXXII.

73 *Deformis vxor cui sit, ancilla elegans,*
Vxorem habere, subigere ancillam velit.

De Fortunæ varietate. Epig. CXXXIII.

FORTVNA *nunquam s[illegible]it in eodem statu.*
Semper mouetur: variat, & mutat vices.
Et summa in imum vertit, ac versa erigit.

In Stellam. Epigramma CXXXIV.

Stella, prius superis fulgebas Lucifer. at nunc
Extinctus, cassis lumine Vesper eris.

Ex Menandro. Epigramma CXXXV.

RE FRVERE, *vt nat[illegible] mortalis. dilige s[illegible]drem,*
Tanquam immortalis. sors est in vtroque verenda.

Ad notarium velocissime excipientem.
Epigramma CXXXVI.

74 *Puer notarum præpetum,*
Sollers minister aduola.
Bipatens pugillar exp[illegible],
Cui mul[illegible] fandi copia:
Pu[illegible] p[illegible] singulis 5
Vt vna v[illegible]x ab[illegible]tur.
E[illegible] libros v[illegible]

Instárque densæ grandinis,
Torrente lingua perstrepo.
10 *Tibi nec aures ambigunt,*
Nec aucupatur pagina.
Et mota parce dextera 75
Volat per æquor cereum.
Quum maxime nunc proloquor,
15 *Circumloquentis ambitu,*
Tu sensa nostri pectoris
Vix dicta iam ceris tenes.
Sentire tam velox mihi,
Vellem, dedisset mens mea,
20 *Quam præpetis dextræ fuga,*
Tu me loquentem præuenis.
Quis, quæso, quis me prodidit?
Quis ista iam dixit tibi,
Quæ cogitabam dicere? 76
25 *Quæ furta corde in intimo*
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam nouus,
Veniat in aures vt tuas,
Quod lingua nondum absoluerit?
30 *Doctrina non hæc præstitit,*
Nec vlla tam velox manus
Celeripedis compendij.
Natura munus hoc tibi,
Deusque donum tradidit,
35 *Quæ loquerer, vt scires prius,*
Idemque velles, quod volo.

Musarum inuenta, & munera. Epigr. CXXXVII.

CLIO *gesta canens, transactis tempora reddit.* 77
MELPOMENE *tragico proclamat mœsta boatu.*
Comica lasciuo gaudet sermone THALIA.
Dulciloquos calamos EVTERPE *flatibus vrget.*

TERPSICHORE affectus citharis mouet, imperat, auget.
PLECTRA gerens ERATO, saltat pede, carmine, vultu.
Carmina CALLIOPE libris heroica mandat.
VRANIE cæli motus scrutatur, & astra.
Signat cuncta manu, loquitur POLYHYMNIA gestu.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Herculis labores. Epigramma CXXXIIX.

78 *Prima Cleonæi tolerata ærumna laboris.*
Proxima Lernæam ferro, & face contudit hydram.
Mox Erymanthêum vis tertia perculit aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphâli pepulit volucres discrimine quincto.
Threïciam sexto spoliauit Amazóna balteo.
Septima in Augéis stabulis impensa laboris.
Octaua expulso numeratur adorea tauro.
In Diomedéis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Hiberia palmam.
Vndecimo mala Hesperidum districta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

AVSONII epigrammata quattuor: quibus fastorum à se digestorum meminit.

AVSONIVS Hesperio filio salutem. I.

Ignota æternæ ne sint tibi tempora Romæ,
Regibus, & patrum ducta sub imperiis,
Digessi fastos, & nomina perpetis æui:
Sparsa iacent Latiam si qua per historiam.
Sit tuus hic fructus. vigilatas accipe noctes.
Obsequitur studio nostra lucerna tuo.
Tu quoque venturos per longum confere ianos,
Vt mea congessit pagina præteritos.
Exemplum iam patris habes: vt protinus & te
Aggreget Ausoniis purpura consulibus.

79

Supputatio ab Vrbe condita in Consulatũ nostrum. II.

Annis vndecies centum coniunge quaternos,
Vndecies vnúmque super trieterida necte,
Hæc erit æternæ series ab origine Romæ.

80

De eodem ad Proculum. III.

Vrbis ab æterna deductam rege Quirino
Annorum seriem quum Procule accipies:
Mille annos, centumque, & bis fluxisse nouenos
Consulis Ausonij nomen adusque leges.
Fors erit, vt lustrum quum se cumulauerit istis,
Confectam Proculus signet Olympiadem.

In fine eiusdem libri, additi. IV.

Hactenus adscripsi Fastos. si fors volet, vltra
Adijciam. si non, qui legis, adijcias.
Scire cupis, qui sim? titulum, qui quartus ab imo est,
Quære: leges nomen Consulis Ausonij.

De Penelope, carminis fragmentum inter Ausonij epigrammata repertum.

* * * * *

81 *Intemerata procis, & tot seruata per annos.*
Oscula vix ipsi cognita Telemacho.
Hinc mea virginitas facibus tibi lusit adultis:
Arsit & inuidia principe verus amor.
Sæpe ego mentitis tremui noua femina somnis,
Lapsáque non merito sunt mihi verba sono.
Et tamen ignotos sensi experrecta dolores,
Stratáque tentaui sicca pauente manu.
Nam tibi anhelanti, supremaque bella mouenti,
Paruit indulgens, & sine voce, dolor.
Dente nihil violare fero, nihil unguibus ausæ:
Fœdera nam tacita pace peregit amor.
Denique non auiam tremulo clamore vocaui:
Nec prior obsequio serua cucurrit anus.
Ipsa verecundo tetigi pallore puellas,
Impositum teneri fassa pudoris opus.

* * * * *

AVSONII BVRDIGALENSIS EPHEMERIS,

id est, totius diei negotium.

MANE iam clarum reserat fenestras. 82
Iam strepit nidis vigilax hirundo.
Tu, velut primam, mediámque noctem,
Pármeno dormis.
Dormiunt glires hiemem perennem,
Sed cibo parcunt. tibi causa somni,
Multa quod potas: nimiáque tendis
Mole saginam.
Inde nec flexas sonus intrat aures:
Et locum mentis sopor altus vrget.
Nec coruscantis oculos lacessunt
Fulgura lucis.
Annuam quondam iuueni quietem 83
Noctis, & lucis vicibus manentem,
Fabulæ fingunt: cui Luna somnos
Continuarit.
Surge nugator, lacerande virgis.
Surge: ne longus tibi somnus, vnde
Non times, detur. rape membra molli
Pármeno lecto.
Fors & hæc somnum tibi cantilena
Sapphico suadet modulata versu.
Lesbij depelle modum quietis,
Acer Iämbe.

Item Parecbasis.

84

Puer, eia surge: & calceos,
Et linteam da sindonem.
Da, quidquid est, amictui
Quod iam parasti: ut prodeam.
Da, rore fontano abluam
Manus, & os, & lumina.
Pateátque, fac, sacrarium,
Nullo paratu extrinsecus.
PIA VERBA, VOTA INNOXIA,
Rei diuinæ copia est.
Nec tus cremandum postulo,
Nec liba crusti mellei.
Foculúmque viui cæspitis
Vanis relinquo altaribus.
Deus precandus est mihi,
Ac filius summi Dei,
Maiestas vniusmodi,
Sociata sacro spiritui
Et ecce iam vota ordior:
Et cogitatio, numinis
Præsentiam sentit, pauens.

ORATIO.

85

Omnipotens, solo mentis mihi cognite cultu,
Ignorate malis, & nulli ignote piorum,
Principio, extremoque carens: antiquior æuo,
Quod fuit, aut veniet: cuius formamque, modumque,
Nec mens complecti poterit, nec lingua profari: 5
Cernere quem solus, corámque audire iubentem,
Fas habet, & patriam propter considere dextram
Ipse opifex rerum, rebus causa ipsa creandis,
Ipse Dei verbum, verbum Deus, anticipator
Mundi, quem facturus erat: generatus in illo 10

Tempore, quo tempus nondum fuit: editus ante, 86
Quam iubar, & rutilus cælum illustraret eous.
Quo sine nil actum: per quem facta omnia. cuius
In cælo solium. cui subdita terra sedenti,
15 *Et mare, & obscuræ chaos insuperabile noctis.*
Irrequies, cuncta ipse mouens. vegetator inertum.
Non genito genitore Deus. qui fraude superbi
Offensus populi, gentes in regna vocauit,
Stirpis adoptiuæ meliore propage colendus.
20 *Cernere quem licuit proauis: quo numine viso,*
Et patrem vidisse datum: contagia nostra 87
Qui tulit: & diri passus ludibria leti,
Esse iter æternæ docuit remeabile vitæ:
Nec solam remeare animam, sed corpore toto
25 *Cælestes intrare plagas, & inane sepulchri*
Arcanum vacuis adopertum linquere terris.
Nate patris summi, nostróque salutifer æuo,
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes,
Nil ex inuidia retinens, plenúsque datorum,
30 *Pande viam precibus: patriásque hæc perfer ad aures.*
Da, pater, inuictam contra omnia crimina mentem. 88
Vipereúmque nefas nocituri auerte veneni.
Sit satis, antiquam Serpens quod perdidit Euam,
Deceptúmque adiunxit Adam. nos sera nepotum
35 *Semina, veridicis ætas prædicta prophetis,*
Vitemus laqueos, quos letifer implicat Anguis.
Pande viam: quæ me post vincula corporis ægri
In sublime ferat: puri qua lactea cæli
Semita, ventosæ superat vaga lumina lunæ.
40 *Qua proceres abiere pij: quáque integer olim*
Raptus, quadrijugo penetrat super æthera curru 89
Elias, & solido cum corpore præuius Enoch.
Da, pater, æterni spiratam luminis auram,
Si lapides non iuro deos, vnúmque verendi
45 *Suspiciens altare sacri, libamina vitæ*

88 *Intemerata fero: si te dominúmque, deíque*
Vnigenæ cognosco patrem, mistúmque duobus,
Qui super æquoreas volitabat Spiritus vndas.
Da genitor veniam, cruciatáque pectora purga:
Si te non pecudum fibris, non sanguine fuso, 50
90 *Quæro: nec arcanis numen coniecto sub extis.*
Si scelere abstinco errori ipse obnoxius: & si
Opto magis, quam fido, bonus, purúsque probari.
Confessam dignare animam: si membra caduca
Execror, & tacitum si pœnitet: altáque sensus 55
Formido excruciat, tormentáque sera Gehennæ
Anticipat: patiturque suos mens saucia manes.
Da pater hæc nostro fieri rata vota precatu.
Nil metuam, cupiámque nihil. satis hoc rear esse,
Quod satis est. nil turpe velim. nec causa pudoris 60
91 *Sim mihi. nec faciam cuiquam, quæ tempore eodem*
Nolim facta mihi: nec vero crimine lædar,
Nec maculer dubio. Paullum distare videtur
Suspectus, veréque reus. Male posse facultas
Nulla sit: & bene posse adsit tranquilla potestas. 65
Sim tenui victu, atque habitu. sim carus amicis:
Et semper genitor, sine vulnere nominis huius.
Non animo doleam, non corpore. cuncta quietis
Fungantur membra officiis. nec saucius vllis
Partibus, amissum quicquam desideret vsus. 70
Pace fruar. securus agam. miracula terræ
Nulla putem. suprema mihi quum venerit hora,
92 *Nec timeat mortem bene conscia vita, nec optet.*
Purus ab occultis quum, te indulgente, videbor,
Omnia despiciam. fuerit quum sola voluptas 75
Iudicium sperare tuum. quod dum sua differt
Tempora, cunctatúrque dies, procul exige sæuum
Insidiatorem blandis erroribus anguem.
Hæc pia, sed mæsto trepidantia vota reatu
Christe apud æternum placabilis assere patrem, 80

Saluator, deus, ac dominus, mens, gloria, verbum,
Filius, & vero verum de lumine lumen,
Æterno cum patre manens, in sæcula regnans.
Consona quem celebrat modulato carmine plebes.
Et responsuris ferit aëra vocibus Amén.

Egressio.

Satis precum datum Deo. 93
Quanuis satis nunquam reis
Fiat precatu numinis.
Habitum forensem da, puer.
Dicendum amicis est, Aue,
Valéque: quod fit mutuum.
Quod quum per horas quattuor
Inclinet ad meridiem,
Monendus est iam Sosias.

Locus inuitationis.

Tempus vocandis nanque amicis appetit. 94
Ne nos, vel illi, demoremur prandium.
Propere per ædes curre vicinas, puer.
Scis ipse, qui sint. iamque dum loquor, redi.
Quinque aduocaui. Sex enim conuiuium
Cum rege iustum: si super, conuicium est.
Abijt. relicti nos sumus cum Sosia.

Locus ordinandi quoqui.

Sosia, prandendum est. quartam iam totus in horam 95
Sol calet. ad quinctam flectitur vmbra notam.
An vegeto madeant condita obsonia gustu,
(Fallere nanque solent) experiundo proba.
Concute feruentes, palmis voluentibus, ollas.
Tinge celer digitos iure calente tuos:
Vibranti lambat quos humida lingua recursu.

* * * * *

* * * * *

96 *Quadrupedum, & volucrum. vel cum terrena marinis*
Monstra admiscentur: donec purgantibus euris,
Difflatæ liquidum tenuentur in aëra nubes.
Nunc fora, nunc lites, lati modo pompa theatri
Visitur. & turmas equitum, cædésque latronum 5
Perpetior. lacerat nostros fera bellua vultus:
Aut in sanguinea gladio grassamur harena.
Per mare naufragum gradior pedes: & freta cursu
Transilio: & subitis volito super aëra pennis.
Infandas etiam veneres, incestáque noctis 10
97 *Dedécora, & tragicos patimur per somnia cœtus.*
Perfugium tamen est, quotiens portenta soporum
Soluit rupta pudore quies: & imagine fœda
Libera mens vigilat, totum bene conscia lectum
Pertractat secura manus. probrosa recedit 15
Culpa tori, & profugi munus cum crimine somni.
Cerno triumphantes inter, me plaudere. rursum
Inter captiuos trahor exarmatus Alanos.
Templa Deûm, sanctásque fores, palatiáque aurea
Specto, & Sarrano video discumbere in ostro: 20
98 *Et mox fumosis conuiuia accumbo popinis.*
Diuinum perbibent vatem, sub frondibus vlmi
Vana ignauorum simulachra locasse soporum,
Et geminas numero portas. quæ fornice eburno
Semper fallaces glomerat super aëra formas: 25
Altera, quæ veros emittit cornea visus.
Quod si de dubiis conceditur optio nobis,
Deesse fidem lætis melius, quam vana timeri.
Ecce ego iam malim falli. Nam dum modo semper
Tristia vanescant, potius caruisse fruendis, 30
99 *Quam trepidare malis. satis est bene, si metus absit.*

Sunt & qui fletus, & gaudia controuersorum
Coniectent: varióque trahant euenta relatu.
Ite per obliquos cæli mala somnia Mundos,
35 *Inrequieta vagi qua difflant nubila nimbi.*
Lunares habitate polos. quid nostra subítis
Limina, & angusti tenebrosa cubilia tecti?
Me finite ignauas placidum traducere noctes:
Dum redeat roseo mihi Lucifer aureus ortu.
40 *Quod si me nullis vexatum nocte figuris,*
Mollis tranquillo permulserit aëre somnus,
Hunc lucum, nostro viridis qui frondet in agro
Vlmeus, excubijs habitandum dedico vestris.

AVSONII BVR-DIGALENSIS PA-RENTALIA.

PRÆFATIO.

100

SCIO versiculis meis euenire, vt fastidiose legantur. quippe sic meritum est eorum. Sed quosdam solet commendare materia: & aliquotiens fortasse lectorem, solum lemma sollicitat tituli: vt festiuitate persuasus, & ineptiam ferre contentus sit. Hoc opusculum nec materia amœnum est, nec appellatione iucundum. Habet mæstam religionem: qua carorum meorum obitus, tristi affectione commemoro. Titulus libelli est, PARENTALIA. Antiquæ appellationis hic dies, & iam inde ab Numa cognatorum inferijs institutus. nec quicquam sanctius habet reuerentia superstitum, quam vt amissos venerabiliter recordetur.

Item præfatio versibus adnotata.

101

Nomina carorum iam condita funere iusto,
Fleta prius lachrymis, nunc memorabo modis.
Nuda, sine ornatu, fandiq́ carentia cultu.
Sufficit inferijs exequialis honos.
Nænia funereis satis officiosa querelis:
Annua ne tacitus munera prætereas:
Quæ Numa cognatis sollemnia dedicat vmbris:
Vt gradus aut mortis postulat, aut generis.

Hoc satis & tumulis, satis & telluris egenis.
Voce ciere animas, funeris instar habet.
Gaudent compositi cineres sua nomina dici.
Frontibus hoc scriptis & monumenta iubent.
Ille etiam, mæsti cui defuit vrna sepulchri,
Nomine ter dicto pæne sepultus erit.
At tu, quicunque es, lector, qui fata meorum
Dignaris mæstis commemorare elegis,
Inconcussa tuæ percurras tempora vitæ:
Et præter iustum funera nulla fleas.

IVLIVS AVSONIVS, Pater. I.

Primus in his pater Ausonius. quem ponere primum 102
Etsi cunctetur filius, ordo iubet.
Cura Dei: placidæ functus quod honore senectæ,
Vndecies binas vixit Olympiadas.
Omnia, quæ voluit, qui prospera vidit: & idem
Optauit quicquid, contigit, vt voluit.
Non quia fatorum nimia indulgentia: sed quod
Tam moderata illi vota fuere viro.
Quem sua contendit septem sapientibus ætas:
Quorum doctrinam moribus excoluit:
Viueret vt potius, quam diceret arte sophorum.
Quanquàm & facundo non rudis ingenio
Præditus, & vitas hominum ratione medendi
Porrigere, & fatis amplificare moras.
Inde & perfunctæ manet hæc reuerentia vitæ,
Ætas nostra illi quod dedit hunc titulum.
Vt nullum Ausonius, quem sectaretur, habebat:
Sic nullum, qui se nunc imitetur, habet.

ÆMILIA ÆONIA, mater. II.

Proxima tu genitrix Æonia, sanguine misto 103
Tarbellæ matris, patris & Æduici.
Morigeræ vxoris virtus cui contigit omnis:
Fama pudicitiæ, lanificæque manus,

Coniugijque fides, & natos cura regendi,
Et grauitas comis, lætáque serietas.
Æternum placidos manes complexa mariti,
Viua torum quondam, functa foue tumulum.

ÆMILIVS MAGNVS ARBORIVS, auunculus. III.

104 *Culta mihi est pietas, patre primum, & matre vocatis.*
Dicere sed rea fit, tertius Arborius.
Quem, primum memorare, nefas mihi, patre secundo.
Rursum non primum ponere, pæne nefas.
Temperies adhibenda 5
Ante alios. quanquam patre secundus erit.
Tu frater genitricis, & vnanimis genitoris:
Et mihi qui fueris, quod pater, & genitrix.
Qui me lactentem puerum, iuuenemque, virúmque
Artibus ornasti: quas didicisse iuuat. 10
Te sibi Palladiæ antetulit toga docta Tolosæ:
105 *Te Narbonensis Gallia præposuit.*
Ornasti cuius Latio sermone tribunal,
Et fora Hiberorum, quæque Nouempopulis.
Hinc tenus Europam, fama crescente, perito 15
Constantinopolis rhetore te viguit.
Tu per mille modos, per mille oracula fandi
Doctus, facundus, tum celer, atque memor.
Tu, postquam primis placui tibi traditus annis,
Dixisti, nato me, satis esse tibi. 20
Me tibi, me patribus, clarum decus esse professus,
Dictasti fatis verba notanda meis.
Ergo vale, Elysiam sortitus auuncule sedem.
Hæc tibi de Musis carmina libo tuis. 24

CAECILIVS ARGICIVS ARBORIVS auus. IV.

106 *Officiosa pium ne desere pagina munus.*
Maternum post hos commemoremus auum
Arborium, Æduico ductum de stemmate nomen,

Complexum multas nobilitate domus,
5 *Qua Lugdunensis prouincia, quáque potentes*
Ædues, Alpino quáque Vienna iugo.
Inuida sed nimium generique, opibúsque superbis,
Ærumna incubuit. Namque auus, & genitor
Proscripti: regnum quum Victorinus haberet
10 *Victor: & in Tetricos imperium recidit.*
Tum profugum in terris, per quas erumpit Aturrus, 107
Tarbelliq́ue furor perstrepit Oceani,
Grassantis dudum fortunæ tela pauentem
Pauperis Æmiliæ conditio implicuit.
15 *Mox tenuis multo quæsita pecunia nisu,*
Solamen fesso, non & opes, tribuit.
Tu cæli numeros, & conscia sidera fati
Callebas, studium dissimulanter agens.
Non ignota tibi nostræ quoque formula vitæ:
20 *Signatis quam tu condideras tabulis.*
Prodita non vnquam: sed matris cura retexit: 108
Sedula quam timidi cura tegebat aui.
Tu nouies denos vitam quum duxeris annos,
Expertus Fortis tela cauenda deæ.
25 *Amissum flesti post trina decennia natum.*
Saucius, ac læuo lumine cassus, eras,
Dicebas sed te solatia longa fouere:
Quod mea præcipuus fata maneret honos.
Et modo conciliis animarum mista priorum
30 *Fata tui certe nota nepotis habes.*
Sentis, quod quæstor, quod te, præfectus, & idem
Consul, honorifico munere commemoro.

ÆMILIA CORINTHIA MAVRA, auia. V.

Æmiliam nunc fare auiam, pia cura nepotis: 109
Coniux prædicto quæ fuit Arborio.
Nomen huic ioculare datum: cute fusca quod olim
Æquales inter, Maura vocata fuit.

Sed non atra animo: qui clarior eſſet olore:
Et non calcata qui niue candidior.
Hæc non deliciis ignoſcere prompta pudendis,
Ad perpendiculum ſéque, ſuóſque habuit.
Hæc me præreptum cunis, & ab vbere matris,
Blanda ſub auſteris imbuit imperiis.
Tranquillos auiæ cineres præſtate quieti
Æternum Manes: ſi pia verba loquor.

ÆMILIA HILARIA, MATERTERA, virgo deuota. VI.

110 *Tuque gradu generis, matertera, ſed vice matris,*
Affectu nati commemoranda pio,
Æmilia in cunis Hilari cognomen adepta,
Quod læta, & pueri comis ad effigiem,
Reddebas verum non diſſimulanter ephebum,
More virûm medicis artibus experiens.
Feminei ſexus odium tibi ſemper: & inde
Creuit deuotæ virginitatis amor.
Quæ tibi ſeptenos nouies eſt culta per annos.
Quique æui finis, ipſe pudicitiæ.
Hæc, quia vti mater monitis, & amore fouebas,
Supremis reddo filius exequijs.

CL. CONTENTVS, & IVLIVS CALIPPIO, patrui. VII.

111 *Et patruos, Elegêa, meos reminiſcere cantu.*
Contentum: tellus quem Rutupina tegit.
Magna cui, & variæ quæſita pecunia ſortis,
Heredis nullo nomine tuta, perit.
Raptus enim lætis, & adhuc florentibus annis,
Trans mare, & ignaris fratribus, oppetiit.
Iulius in longam produxit fata ſenectam,
Affectus damnis innumerabilibus.
Qui comis, blandúſque, & menſa commodus vncta,

Heredes solo nomine nos habuit.
Ambo pij, vultu similes, ioca seria misti,
Æui fortunam non habuere parem.
Discreti quanquam tumulis, & honore, iacetis,
Commune hoc verbi munus habete, Vale.

ATTVSIVS LVCANVS TALISIVS, socer. IIX.

112

Qui proceres, veteremque volet celebrare senatum,
Claráque ab exortu stemmata Burdigalæ,
Teque, tuumque genus memoret, Lucane Talisi:
Moribus ornasti qui veteres proauos.
5 *Pulcher honore oris, tranquillo pectore comis,*
Facundo ciuis maior ab ingenio.
Venatu, & ruris cultu, victúsque nitore,
Omne æuum peragens, publica despiciens.
Nosci inter primos cupiens, prior esse recusans,
10 *Ipse tuo viuens segregus arbitrio.*
Optabas tu me generum florente iuuenta.
Optare hoc tantum, non & habere, datum.
Vota probant superi. meritisque fauentia sanctis
Implent fata, viri quod voluere boni.
15 *Et nunc perpetui sentis sub honore sepulchri,*
Quam reuerens natæ, quámque tui, maneam.
Cælebs nanque gener nunc hæc pia munera soluo.
Nam & cælebs nunquam desinet esse gener.

ATTVSIA LVCANA SABINA, vxor. IX.

113

Hactenus vt caros, ita iusto funere fletos
Functa pijs cecinit nænia nostra modis.
Nunc dolor, atque cruces, nec contrectabile fulmen,
Coniugis ereptæ mors memoranda mihi.
5 *Nobilis à proauis, & origine clara senatus,*
Moribus vsque bonis clara Sabina magis.
Te iuuenis primis luxi deceptus in annis,
Perque nouem cælebs te fleo Olympiadas.

Nec licet obductum senio sopire dolorem:
Semper crudescit nam mihi pœna recens. 10
Admittunt alij solatia temporis ægri:
Hæc grauiora facit vulnera longa dies.
Torqueo deceptos ego vita cælibe canos:
Quóque magis solus, hoc mage mæstus ago.
114 *Vulnus alit, quod muta domus silet, & thorus alget:* 15
Quod mala non cuiquam, non bona participo.
Mæreo, si coniux alij bona: mæreo contra,
Si mala. ad exemplum tu mihi semper ades.
Tu mihi crux ab vtraque venis: siue est mala, quod tu
Dissimilis fueris: seu bona, quod similis. 20
Non ego opes cassas, & inania gaudia plango:
Sed iuuenis iuueni quod mihi rapta viro.
Læta, pudica, grauis, genus inclyta, & inclyta forma,
Et dolor, atque decus coniugis Ausonij.
Quæ modo septenos quater impletura decembres, 25
Liquisti natos, pignera nostra, duos.
Illa fauore Dei, sicut tua vota fuerunt,
Florent, optatis accumulata bonis.
Et precor, vt vigeant: tandémque superstite vtroque
Nunciet hoc cineri nostra fauilla tuo. 30

AVSONIVS, paruulus filius. X.

115 *Non ego te infletum memori fraudabo querela,*
Primus nate, meo nomine dicte puer.
Murmura quem primis meditantem absoluere verbis
Indolis & pæne planximus exequiis. *
Tu gremio in proaui funus commune locatus,
Inuidiam tumuli ne paterere tui.

PASTOR, nepos ex filio. XI.

116 *Tu quoque maturos, puer immature, dolores*
Irrumpis, mæsti luctus acerbius aui,
Pastor, care nepos. spes cuius certa fuit res, *

Hesperij patris tertia progenies.
Nomine, quod casus dederat, quia fistula primum
Pastorale melos concinuit genito.
Sero intellectum vitæ breuis argumentum:
Spiritus afflatis quod fugit è calamis.
Occidis, emissæ percussus pondere testæ,
Abiecit tecto quam manus artificis.
Non fuit artificis manus hæc: manus illa cruenti
Certa fuit fati, supposituta reum.
Heu, quæ vota mihi! quæ rumpis gaudia, Pastor!
Illa meum petijt tegula missa caput
Dignior ô, nostræ gemeres qui fata senectæ:
Et quererere meas mæstus ad exequias.

IVLIA DRYADIA, soror. XII.

Si qua fuit virtus, cuperet quam femina prudens 117
Esse suam, soror hac Dryadia . . . fuit.
Quin etiam multas habuit, quas sexus habere
Fortior optaret, nobilitásque virûm.
Docta satis, vitámque colo, famamque tueri:
Docta bonos mores ipsa, suósque docens.
Et verum vita cui carius: vnaque cura,
Nosse Deum: & fratrem diligere ante alios.
Coniuge adhuc iuuenis caruit: sed seria vitam,
Moribus austeras æquiperauit anus.
Produxit celerem per sena decennia vitam,
Inque domo, ac tecto, quo pater, oppetiit.

AVITIANVS, frater. XIII.

Auitianum, Musa, germanum meum 118
Dona querela funebri.
Minor iste natu me, sed ingenior prior
Artes paternas imbibit.
Verum iuuentæ flore læto perfrui,
Æuique supra puberis

Exire metas, vetuit infesta Atropos.
Heu quanta vitæ decora!
Quem cultum spei, quem dolorem saucius
Germane pubes deseris!
Germane, carnis lege, & ortu sanguinis,
Amore pæne filius.

VALLATINVS EVROMIVS, gener. XIV.

119 *O generis clari decus, ô mihi funus acerbum,*
Euromi, è iuuenum lecte cohorte gener,
Occidis in primæ raptus mihi flore iuuentæ,
Lactentis nati vix bene note pater.
Tu procerum de stirpe satus, prægressus & ipsos,
Vnde genus claræ nobilitatis erat.
Ore decens, bonus ingenio, facundus, & omni
Dexteritate vigens, præcipuúsque fide.
Hoc præfecturæ sedes, hoc Illyris ora
Præside te experta est, fiscus & ipse cluens.
Nil æui breuitate tamen tibi laudis ademptum.
Indole maturus, funere acerbus obis.

POMPONIVS MAXIMVS, adfinis. XV.

120 *Et te germanum, non sanguine, sed vice fratris,*
Maxime, deuinctum, nænia nostra canet.
Coniux nanque meæ tu consociate sorori,
Æui fruge tui destituis viduam.
Non domus hoc tantum sentit tua: sensit acerbum
Saucia per casum curia Burdigalæ,
Te primore vigens, te deficiente relabens:
Inque Valentinum, te moriente, cadens.
Heu, quare nato, qui à fruge, & flore nepotum
Ereptus nobis, Maxime, non frueris?
Sed frueris, diuina habitat si portio Manes:
Quæque futura olim gaudia, nosse datur.
Longior hic etiam lætorum fructus habetur,
Anticipasse diu, quæ modo participas.

VERIA LICERIA, vxor Arborij ſororis filij. XVI.

Tu quoque vel nurûis mihi nomine, vel vice natæ 121
Veria, ſupremi carmen honoris habe.
Cuius ſi probitas, ſi forma, & fama, fidéſque
Morigeræ vxoris, lanificæque manus,
5 *Nunc laudanda forent, procul, & de manibus imis*
Accerſenda eſſet vox proaui Euſebij.
Qui quoniam functo iampridem conditus æuo,
Tranſcripſit partes in mea verba ſuas,
Accipe funereas, neptis defleta, querelas,
10 *Coniux Arborij commemoranda mei.*
Cui parua ingentis luctus ſolatia linquens
Destituis natum: quo magis excrucias.
At tibi dilecti ne deſit cura mariti,
Iuncta colis thalamo nunc monumenta tuo.
15 *Hîc, vbi primus hymen, ſedes ibi mæſta ſepulchri.*
Nupta magis dici, quam tumulata potes.

POMPONIVS MAXIMVS HERCVLANVS, ſororis filius. XVII.

Nec Herculanum gemitum germana mea, 122
Modulamine nænia triſti
Tacitum ſine honore relinquas.
Super indole cuius adulti
5 *Magnæ bona copia laudis.*
Verum memorare magis, quàm
Functum laudare decebit.
Decus hoc matriſque, meúmque,
In tempore puberis æui,
10 *Vis perculit inuida fati.*
Te quem maxime fructum *
Facunde, & muſice, & acer,
Mente bonus, ingenio ingens, *
Volucer pede, corpore pulcher,

Lingua facetus, ore canorus,
Cape munera tristia parentum,
Lachrymabilis ors[illegible]uerelæ.
Quæ funereo modulatus ore
Tibi mæstus auunculus offert.

FL. SANCTVS, maritus Pudentillæ: quæ soror Sabinæ meæ. XIIX.

123 *Qui ioca, lætitiámque colis, qui tristia damnas,*
Nec metuis quenquam, nec metuendus agis:
Qui nullum insidiis captas, nec lite lacessis,
Sed iusta, & clemens vita, magis sapiens:
Tranquillos manes, supremáque mitia Sancti
Ore pio, & verbis aduenerare bonis.
Militiam nullo qui turbine sedulus egit.
Præside lætatus quo Rutupinus ager.
Octoginta annos cuius tranquilla senectus
Nullo mutauit deteriore die.
Ergo precare fauens, vt qualia tempora vitæ,
Talia & ad Manes otia Sanctus agat.

NAMIA PVDENTILIA, adfinis. XIX.

124 *Tuque Pudentillam verbis adfare supremis,*
Quæ famæ curam, quæ probitatis habes.
Nobilis hæc, frugi, proba, læta, pudica, decora,
Coniugium Sancti iugiter hæc habuit.
Inuiolata tuens castæ præconia vitæ,
Rexit opes proprias, otia agente viro,
Non ideo exprobrans, aut fronte obducta, marito,
Quod gereret totam femina sola domum.
Heu nimium iuuenis, sed læta superstite nato,
Atque viro, patiens fata suprema, obiit.
Vnanimis nostræ, & quondam germana Sabinæ,
Et mihi inoffenso nomine dicta soror.
Nunc etiam manes placidos pia cura retractat:
Atque Pudentillam fantis honore colit.

LVCANVS TALISIVS curam filij. XX. *

Nec tantum matris spes vnica, ephebe Talisi 125
Consobrine, meis immemoratus eris.
Ereptus primis æui florentis in annis,
Iam tamen & coniux, iam properate pater.
Festinasse putes fatum: ne funus acerbum
Duceret hoc genitor, tam cito factus auus.

ATTVSIA LVCANA TALISIA.

ERMINISCIVS REGVLVS, adfinis. XXI.

Notitia exilis nobis Attusia tecum, 126
Cumque tuo plane coniuge nulla fuit.
Verum tu nostræ soror es germana Sabinæ.
Adfinis quoque tu, Regule, nomen habes.
Sortitos igitur tam cara vocabula nobis,
Stringamus mæsti carminis obsequio.
Quanuis Santonica procul in tellure iacentes
Peruenit ad manes exequialis honos.

SEVERVS CENSOR IVLIANVS, consocer. XXII.

Desinite, ô veteres, Calpurnia nomina, Frugi, 127
Vt proprium hoc vestræ gentis, habere decus.
Nec solus semper censor Cato: nec sibi solus
Iustus Aristides, his placeant titulis.
Nam sapiens quicunque fuit, verumque, fidemque
Qui coluit, comitem se tibi Censor agat.
Tu grauis, & comis, cum iustitiaque remissus,
Austeris doctus iungere temperiem.
Tu, non adscito tibi me, nec sanguine iuncto,
Optasti nostras consociare domos.
Nempe aliqua in nobis morum simulachra tuorum
Effigies nostri præbuit ingenii.
Aut iam fortunæ sic se vertigo rotabat,
Vt pondus fatis tam bona vota darent.

Si quid apud Manes sentis, fouet hoc tibi mentem:
Quod fieri optaras, id voluisse Deum.

PAVLINVS, & DRYADIA, filij Paulini, & Megentiræ sororis filiæ. XXIII.

128 *Qui nomen, vultumque patris, Pauline, gerebas,*
Amissi specimen qui genitoris eras:
Propter quem luctus miseræ decedere matris
Cœperat, offerret quum tua forma patrem:
Redderet & mores, & moribus adderet illud, 5
Paulinus caruit quo pater, eloquium,
Eriperis lætis, & pubescentibus annis:
Crudaque adhuc matris pectora sollicitas.
Flemus enim raptam thalami de sede sororem,
Heu non maturo funere, Dryadiam. 10
Flemus: ego in primis, qui matris auunculus: & vos
Natorum tanquam diligo progeniem.
Illa manus inter genitricis, & oscula patris
Occidit, Hispana tum regione procul.
Quam tener, & primo, noue flos, decerperis æuo, 15
Nondum purpureas cinctus, ephebe, genas!
Quattuor ediderat nunc facta puerpera partus:
Funera sed tumulis iam geminata dedit.
Sit satis hoc, Pauline pater. diuisio facta est.
Debetur matri cetera progenies. 20

PAVLINVS, sororis gener. XXIV.

129 *Qui lætum ingenium, mores qui diligit æquos:*
Quique fidem sancta cum pietate colit,
Paulini manes mecum veneratus, amicis
Inroret lachrymis, annua liba ferens.
Æquæuus, Pauline, mihi, natamque sororis
Indeptus thalamo: sic mihi pæne gener.
Stirpis Aquitanæ mater tibi. nam genitori
Cossio Vasatum, municipale genus.
Scrinia præfecti meritus. Rationibus inde

Præpositus Libycis, præmia opima capis.
Nam correcturæ tibi Tarraco Hibera tribunal
Præbuit, adfectans esse clienta tibi.
Tu socrum pro matre colens, ad[illegible]nus haberi
Non poteras, nati cum fueris loco.
Inter concordes vixisti fidus amicos,
Duodeuiginti functus Olympiadas.

ÆMILIA DRYADIA, matertera. XXV.

Te quoque Dryadiam materteram, 130
Flebilibus modulis,
Germana genitus, prope filius,
Ore pio veneror.
Quam thalamo, tædisque iugalibus
Inuida mors rapuit.
Mutauitque thorum feretri vice
Exequialis honor.
Discebas in me, matertera,
Mater uti fieres.
Unde modo hoc mæstum tibi defero
Filius officium.

IVLIA CATAPHRONIA, ámita. XXVI.

Quin & funereis ámitam impartire querelis 131
Musa Cataphroniam.
Innuba deuotæ quæ virginitatis amorem,
Parcáque anus, coluit,
Et mihi quod potuit, quanuis de paupere summa,
Mater uti, attribuit.
Ergo commemorata, Aue: mæstumque vocata
Progenitrice, Vale.

IVLIA VENERIA, ámita. XXVII.

Et ámita Veneria properiter obijt. 132
Cui breuia mela modifica recino. *

Cinis vt placidulus operta vigeat, ❀
Celeripes & adeat loca tacita Erebi.

IVLIA IDALIA, consobrina. XXIIX.

133 *Parua etiam fuit Idalia*
Nomine prædita quæ Paphiæ,
Et speciem meruit Veneris.
Quæ genita est mihi pæne soror.
Filia nam fuit hæc amitæ.
Quam celebrat sub honore pio
Nænia, carmine funereo.

ÆMILIA MELANIA, soror. XXIX.

134 *Æmilia, vix nota mihi soror, accipe questus,*
Debent quos cineri mæsta elegeïa tuo.
Coniunxit nostras æqueua infantia cunas:
Vno quamuis tu consule maior eras.
Inuida sed nimium Lachesis properata peregit
Tempora: & ad Manes funera acerba dedit.
Præmissa ergo, Vale. manesque verere parentum,
Qui maiore æuo, quique minore venit.

POMPONIA VRBICA, consocrus, vxor Iuliani Censoris. XXX.

135 *Vt generis clari, veterum s[illegible] femina morum*
Vrbica, Censoris nobi[illegible]ta t[illegible] th[illegible]ro,
Ingenitis pollens virtutibus, au[illegible]que & [illegible]s,
Quas docuit con[illegible]ux, quas pater, & genitrix:
Quas habuit Tanaquil, quas Pythagoréa Theano,
Quæque sine exemplo est in nece functa viri.
Et tibi si fatum sic permutare dedisset,
Viueret hoc nostro tempore Censor ad[illegible]uc.
Sed neque tu viduo lon[illegible]um [illegible] ru[illegible] [illegible],
Protinus opta[illegible]o [illegible] [illegible]rum.
Annua nunc mæ[illegible] [illegible] t[illegible] in[illegible] [illegible]clis,
Cum genero, & natis, consocer Au[illegible]us.

COMMEMORATIO PROFESSORVM BVRDIGALENSIVM.

PRÆFATIO.

Vos etiam, quos nulla mihi cognatio iunxit, 136
Sed fama, & caræ religio patriæ,
Et studium in libris, & sedula cura docendi,
Commemorabo, viros morte obita celebres.
Fors erit, vt nostros manes sic adserat olim,
Exemplo cupiet qui pius esse meo.

TIBERIVS VICTOR MINERVIVS, orator. I.

Primus Burdigalæ columen dicere, Mineruí, 137
Alter Rhetoricæ Quinctiliane togæ.
Illustres quondam quo præceptore fuerunt
Constantinopolis, Roma, dehinc patria,
5 *Non equidem certans cum maiestate duarum,*
Solo sed potior nomine, quod patria.
Adserat vsque licet Fabium Calagurris alumnum:
Non sit Burdigalæ dum cathedra inferior.
Mille foro dedit hic iuuenes: bis mille senatus
10 *Adiecit numero, purpureisque togis:*
Me quoque. sed quoniam multa est prætexta, silebo: 138
Teque canam de te, non ab honore meo.
Siue panegyricos placeat contendere libros,
In Panathenaicis tu numerandus eris.
15 *Seu libeat fictas ludorum euluere lites,*

Ancipitem palmam Quinctilianus habet.
Dicendi torrens tibi copia: quæ tamen aurum,
Non etiam luteam volueret inluuiem.
Et Demosthenicum, quod te primum ille vocauit,
In te sic viguit, cedat vt ipse tibi. 20

139 *Anne & diuini bona naturalia doni*
Adiiciam, memori quam fueris animo?
Audita vt, vel lecta semel, ceu fixa teneres:
Auribus, & libris esset vt vna fides.
Vidimus & quondam, tabulæ certamine longo, 25
Omnes qui fuerant, enumerasse bolos,
Alternis vicibus quos præcipitante rotatu
Fundunt excisi per caua buxa gradus,
Narrantem fido per singula puncta recursu,
Quæ data, per longas quæ reuocata moras. 30

140 *Nullo felle tibi mens liuida. tum sale multo*
Lingua dicax, blandis & sine lite iocis.
Mensa nitens: quam non censoria regula culpet:
Nec nolit Frugi Piso vocare suam.
Nonnunquam pollens natalibus, & dape festa: 35
Non tamen angustas vt tenuaret opes.
Tanquam heredis egens, bis sex quinquennia functus,
Fletus es a nobis, vt pater, & iuuenis.
Et nunc, siue aliquid post fata extrema superfit,
Viuis adhuc, æui, quod periit, meminens. 40
Siue nihil superest, nec habent longa otia sensus,
Tu tibi vixisti. nos tua fama iuuat.

LATINVS ALCIMVS ALETHIVS, Rhetor. II.

141 *Nec me nepotes, impii silentii*
Reum ciebunt, Alcime.
Munúsque dignum, non & oblîtum ferent
Tuæ ministrum memoriæ.
Opponit vnum, quem viris prioribus 5
Ætas recentis temporis.

Palmæ forensis, & Camenarum decus,
Exemplar vnum in litteris:
Quas aut Athenis docta coluit Græcia,
10 *Aut Roma per Latium colit.*
Moresue fabor, & tenorem regulæ, 142
Adusque vitæ terminum,
Quod laude clarus, quod paratus litteris,
Omnem refugisti ambitum?
15 *Te nemo grauior, vel fuit comis magis,*
Aut liberalis indigis.
Danda salute, si forum res posceret:
Studio docendi, si scholam.
Viuent per omnem posterorum memoriam,
20 *Quos tu sacræ famæ dabas.*
Et Iulianum tu magis famæ dabis, 143
Quam sceptra, quæ tenuit breui.
Sallustio plus conferent libri tui,
Quam consulatus addidit.
25 *Morum tuorum, decoris, & facundiæ*
Formam, dedisti filiis.
Ignosce, nostri læsus obsequio stili.
Amoris hoc crimen tui est,
Quod digna nequiens promere, officium colo,
30 *Iniuriose sedulus.*
Quiesce placidus, & caduci corporis
Damnum rependè gloria.

LVCIOLVS, Rhetor. III.

Rhetora Luciolum cum discipulo atque magistrum, 144
Collegámque dehinc, nænia mæsta refer,
Facundum, doctumque virum, seu lege metrorum
Condita, seu prosis solueret orsa modis.
Eripuit patri Lachesis quem funere acerbo,
Linquentem natos sexu vtroque duos.
Nequaquam meritis cuius responderit heres

Obscuros quamuis nunc tua fama iuuet.
Mitis amice, bonus frater, fidissime coniux,
Nate pius, genitor, pœnitet, vt fueris.
Comis conuiuis, nunquam inclamare clientes,
Ad famulos nunquam tristia verba loqui.
Vt placidos mores, tranquillos sic cole Manes:
Et cape ab Ausonio munus, amice, Vale.

ATTIVS PATERA pater, Rhetor. IV.

145 *Ætate quanquam viceris dictos prius,*
Patera, fandi nobilis:
Tamen quod æuo floruisti proximo,
Iuuenisque te vidi senem,
Honore mæstæ non carebis næniæ, 5
Doctor potentum Rhetorum.
Tu Baiocassis, stirpe Druidarum, satus,
Si fama non fallit fidem,
Béleni sacratum ducis è templo genus:
Et inde vobis nomina: 10
Tibi, Patéræ. sic ministros nuncupant
Apollinaris mystici.
146 *Fratri, patrique nomen à Phœbo datum:*
Natóque de Delphis tuo.
Doctrina nulli [illegible]ta in illo tempore, 15
Cursusque rotundi & rota. *
Memor, disertus, lucida facundia,
Carere cultu præditus, *
Salibus modestus, felle nullo pérlitus,
Vini, cibique abstemius, 20
Letus, pudicus, pulcher in senio quoque, vt
Aquilæ senectus, aut equi.

ATTICVS TIRO D[illegible]DIVS, Rhet[illegible]. V.

147 *Facunde, docte, lingua & inge[illegible]r,*
Iocis amœne, Delphidi,

Subtextus esto flebili threno patris,
Laudi vt subibas æmulus.
5 *Tu pæne ab ipsis orsus incunabulis,*
Dei poëta nobilis,
Sertum coronæ præferens Olympiæ,
Puer celebrasti Iouem.
Mox inde cursim more torrentis freti,
10 *Epos ligasti metricum:*
Vt nullus æqua lege liber carminum,
Orationem nexeret.
Celebrata variè cuius eloquentia 148
Domi, forisque claruit:
15 *Seu tu cohortis præsulem prætoriæ,*
Prouinciarum aut iudices
Coleres, tuendis addictus clientibus,
Famæ, & saluti saucius.
Felix, quietis si maneres litteris,
20 *Opus Camenarum colens:*
Nec odia magnis concitata litibus
Armaret vltor impetus:
Nec inquieto temporis tyrannici
Palatio te attolleres.
25 *Dum spem remotam semper arcessis tibi,*
Fastidiosus obuiæ,
Tuumque mauis esse, quam fati bonum, 149
Desiderasti plurima,
Vagus per omnes dignitatum formulas,
30 *Meritusque plura, quam gerens.*
Vnde insecuto criminum motu graui,
Donatus ærumnis patris.
Mox inde Rhetor, nec docendi pertinax,
Curam fefellisti patrum.
35 *Minus malorum, munere expertus Dei,*
Medio quod æui raptus es:
Errore quod non deuiantis filij,
Pœnáque læsus coniugis.

ALETHIO MINERVIO, filio, Rhetori. VI.

150 *O flos iuuenum,*
Spes læta patris,
Nec certa tuæ
Data res patriæ,
Non mansuris
Ornate bonis,
Ostentatus,
Raptúsque simul,
Solstitialis
Velut herba solet,
Rhetor Alethi.
Tu, Burdigalæ
Lætus patriæ,
Clara cohortis
Vexilla regens,
Cuncta habuisti
Commoda fati.
Tu primæuis,
Doctor in annis,
Et præceptor
Pubere in æuo,
Tempore quo te
Discere adultum,
Non turpe foret.
Prætextate,
Iam genitori
Conlatus eras,
Postque Patéræ,
Maior vtroque.
Ille superbæ
Mœnia Romæ,
Fama, & meritis
Inclytus auxit.
E connubio *
Nobili soceris. *
Non sine morsu
Grauis inuidiæ,
Vota tuorum, *
Sine pace patris,
Et rhetoricam
Floris adulti
Fruge carentem,
Et diuitias
Vtriusque domus
Sine herede tuo *
Deseruisti.
Omnia præcox
FORTVNA *tibi*
[illegible]*it, & rapuit.*
Quam fatiloquo
Dicte profatu
Versus Horati!
NIHIL EST AB OMNI
PARTE BEATVM.

Postq;

LEONTIVS, Grammaticus, cognomento Beatus. VII.

151 *Qui colis lætos, hilarósque mores,*
Qui dies festos, ioca, vota, ludum,
Annuum functi memora Leonti
Nomine threnum.

Iste lasciuus patiens vocari,
Nomen indignum probitate vitæ
Abnuit nunquam: quia gratum ad aures
Esset amicas.
Litteris tantum titulum assecutus,
Quantus exili satis est cathedræ:
Posset insertus numero vt videri
Grammaticorum.
Tu meæ semper socius iuuentæ,
Pluribus quanuis cumulatus annis,
Nunc quoque in nostris recales medullis,
Blande Leonti.
Et iuuat tristi celebrare cura
Flebilem cantum memoris querelæ
Munus ingratum tibi, debitúmque
Carmine nostro.

Grammaticis Græcis Burdigalensibus. IIX.

ROMVLVM *post hos prius, an* CORINTHI, 152
An ne SPERCHEI, *pariterque nati*
Atticas musas memorem MENESTHEI
Grammaticorum?
Sedulum cunctis studium docendi,
Fructus exilis, tenuísque sermo:
Sed quia nostro docuere in æuo,
Commemorandi.
Tertius horum mihi non magister.
Ceteri primis docuere in annis,
Ne forem vocum rudis, aut loquendi,
Sed sine cultu:
Obstitit nostræ quia, credo, mentis
Tardior sensus: neque disciplinis
Appulit Græcis puerilis æui
Noxius error.
Vos leuis cæspes tegat: & sepulchri

Tecta defendant cineres opertos:
Ac meæ vocis titulus, supremum
Reddat honorem.

IVCVNDO Grãmatico Burdigalensi, fratri Leontij. IX.

153 *Et te, quem cathedram temere vsurpasse loquuntur,*
Nomen Grammatici nec meruisse putant,
Voce ciebo tamen, simplex, bone, amice, sodalis,
Iucunde, hoc ipso care magis studio,
Quod quanuis impar nomen tam nobile amasti,
Et meritos inter commemorande viros.

Grammaticis Latinis Burdigalensibus, philologis. X.

154 *Nunc, vt quemque mihi*
Flebilis officij
Relligiosus honor
Suggeret, expediam.
Qui quanuis humili
Stirpe, loco, ac merito,
Ingeniis hominum
Introtulere tamen
Grammatices studium.
Sit MACRINVS *in his,*
Burdigalæ rudibus
Vtilis ingeniis.
Huic mea principio
Credita pueritiés.
Et tu, CONCORDI, *Qui*
profugus patria,
Mutasti sterilem
Vrbe alia cathedram.
Nec reticebo senem
Nomine PHOEBICIVM.
Qui Béleni æditius,
Stirpe satus Druidûm, *
Gentis Aremoricæ,
Burdigalæ cathedram
Nati opera obtinuit.
Nil opis inde tulit:
Sed tamen, vt placitum,
Permaneat séries.
Relligiosum etenim
Commemorare . . .
Grammaticum patriæ.

AMMONIO ANASTASIO, Grammatico Pictauiorum. XI.

155 *Et memora tenuem* *
Qui rudibus pueris
Prima elementa dabat,
Doctrina exiguus,
Sobrius & puerorum *
Moribus implacidis. *

Doctri-

Proinde vt erat meritum,
Famam habuit tenuem.
Burdigalæ hunc genitum,
Et libertina ✻
Sacuro progeniem,
Transtulit ambitio.
Pauper ibi, & tenuem ✻
Victum, habitumque colens,
Gloriolam exilem,
Et patriæ, & cathedræ,
Perdidit in senio.
Sed tamen hunc noster
Commemorauit honos:
Pictonicæque dedit
Pante & Anastasio ✻
Flebile Musa melum:
Ne pariter tumulus
Nomen, & ossa tegat.

HERCVLANO, sororis filio, Grammatico Burdigalensi. XII.

Herculane, qui profectus gremio de nostro & schola, 156
Spem magis, quam rem fruendam præbuisti auunculo.
Particeps scholæ, & cathedræ pæne successor meæ,
Lubricæ nisi te iuuentæ præcipitem flexus daret
Pythagoréi non tenentem tramitis rectam viam.
Esto placidus: & quietis manibus sedem foue,
Iam mihi cognata dudum inter memoratus nomina.

THALASSO, Grāmatico Latino Burdigalensi. XIII.

Officium, nomenque tuum, primæue Thalasse,
Paruulus audiui. vix etiam memini,
Qua forma, aut merito fueris, qua stirpe parentum.
Ætas nil de te posterior celebrat.
Grammaticum, iuuenem tantum te fama ferebat,
Tum quoque tam tenuis, quam modo nulla manet.
Sed quicunque tamen, nostro quia doctor in æuo
Vixisti, hoc nostrum munus habeto, Vale.

CITARIO Siculo Syracusano, Grammatico Burdigalensi Græco. XIV.

Et Citari dilecte mihi, memorabere, dignus, 157
Grammaticos inter qui celebrēre bonos.

Esset Aristarchi tibi gloria, Zenodotique,
Graiorum, antiquus si sequeretur honos.
Carminibus, quæ prima tuis sunt condita in annis,
Concedit Ceu Musa Simonidei.
Vrbe satus Sicula, nostram peregrinus adisti:
Excultam studiis quam prope reddideras.
Coniugium nactus cito nobilis & locupletis,
Inuidia fati non genitor moreris.
At nos defunctum memori celebramus honore,
Fouimus vt viuum munere amicitiæ.

CENSORIO ATTICO AGROECIO, Rhetori. XV.

158 *Eloquij merito primis æquande, fuisti*
Agræci positus posteriore loco:
Æuo qui quoniam genitus, functúsque recenti,
Dilatus nobis, non & omissus eras.
Quocunque in numero, tristi memorabere threno:
Vnus honos tumuli seruus, & ante datus.
Tam generis tibi celsus apex, quam gloria fandi,
Gloria Athenæi cognita sede loci:
Nazario, & claro quondam delata Pateræ,
Egregie multos excoluit iuuenes.
Coniuge nunc, natisque superstitibus, generoque,
Maiorum manes, & monumenta, foues.

NEPOTIANO Grammatico, eidem Rhetori. XVI.

159 *Facete, comis, animo iuuenali senex,*
Cui felle nullo, melle multo mens madens,
Æuum per omne nil amarum miscuit:
Medela nostri Nepotiane pectoris,
Tam seriorum quam iocorum particeps,
Taciturne, Amyclas qui silendo viceris.
Te fabulantem non Vlixes linqueret,
Liquit canentes qui melodas virgines.
Probe, & pudice, parce, frugi, abstemie,

5

10 *Facunde, nulli Rhetorum cedens stilo,*
Et disputator ad Cleanthen Stoicon,
Scaurum, Probumque corde callens intimo:
Et Epirote Cinea memor magis.
Sodalis, & conuictor, hospes iugiter:
15 **Parum quod hospes, mentis agitator meæ.*
Consilia nullus mente tam pura dedit,
Vel altiore conditu texit data.
Honore gesti præsidatus inclytus,
Decies nouenas functus annorum vices,
20 *Duos relinquens liberos, mortem oppetis,*
Dolore multo, tam tuorum, quam meo.

ÆMILIVS MAGNVS ARBORIVS, Rhetor Tolosæ. XVII.

Inter cognatos iam fletus, auuncule, manes:
Inter Rhetoricos nunc memorandus eris.
Illud opus pietas, istud reuerenda virorum
Nomina, pro patriæ relligione, habeant.
5 *Bis meritum duplici celebremus honore parentem*
Arborium, Arborio patre, & auo Argicio.
Stemma tibi patris Æduici. Tarbellica Mauræ
Matris origo fuit. ambo genus procerum.
Nobilis, & dotata vxor. domus, & schola, cultæ
10 *Principum amicitiæ contigerunt iuueni,*
Dum Constantini fratres opulenta Tolosæ
Exilij specie sepositos cohibet.
Byzanti inde arcem, Thressæque Propontidis vrbem
Constantinopolim fama tui pepulit.
15 *Illic diues opum, doctoque ibi Cæsare honorus*
Occumbis, patribus, Magne, superstitibus.
In patriam sed te sedem, ac monumenta tuorum,
Principis Augusti restituit pietas.
Hinc renouat causam lachrymis, & flebile munus,
20 *Annuus ingrata relligione dies.*

169

EXVPERIVS, Rhetor Tolosæ. XIIX.

161 *Exuperi memorande mihi, facunde sine arte,*
Incessu grauis, & verbis ingentibus, ore
Pulcher, & ad summam, motúque, habitúque venusto.
Copia cui fandi longe pulcherrima. quam si
Auditu tenus acciperet, deflata placeret:
Discussam scires solidi nihil edere sensus.
Palladiæ primum toga te venerata Tolosæ,
Mox pepulit, leuitate pari. Narbo inde recepit.
Illic Dalmatio genitos, fatalia regum
Nomina, tum pueros, grandi mercede docendi
Formasti, Rhetor, metam prope puberis æui.
Cæsareum qui mox indepti nomen, honorem
Præsidis, Hispanúmque tibi tribuere tribunal.
Decedens, placidos mores, tranquilláque vitæ
Tempora prædiues finisti sede Cadurca.
Sed patriæ te iura vocant, & origo parentum.
Burdigalæ vt rursum nomen de Rhetore reddas.

MARCELLO Marcelli filio, Grammatico Narbonensi. XIX.

162 *Nec te, Marcello genitus Marcelle, silebo:*
Aspera quem genitrix vrbe, domo, pepulit.
Sed fortuna potens cito reddidit omnia, & auxit.
Amissam primum Narbo dedit patriam.
Nobilis hic hospes Clarentius indole motus,
Egregiam natam coniugio adtribuit.
Mox schola, & auditor multus, prætextáque pubes,
Grammatici nomen, diuitiasque dedit.
Sed nunquam iugem cursum FORTVNA *secundat,*
Præsertim praui nacta virum ingenij.
Verum oneranda mihi non sunt: memoranda recepi
Fata. sat est dictum, cuncta perisse simul,

Non tamen & nomen, quo te non fraudo, receptum
Inter Grammaticos prætenuis meriti.

SEDATVS, Rhetor Tolosanus. XX.

Relligio est, tacitum si te, Sedate, relinquam, 163
Quamuis docendi munus indeptus foris.
Communis patria est tecum mihi: sorte potentis
Fati, Tolosam nactus es sedem scholæ.
Illic coniugium, natíque, opuléńsque senectus,
Et fama, qualis est par magno Rhetori.
Quamuis externa tamen à regione reducit
Te patria, & ciuem morte obita repetit.
Cumque vacantem operam diuisæ impenderis vrbi,
Arbitrium de te sumit origo suum.
Et tua nunc soboles morem resecuta parentis,
Narbonem, ac Romam nobilitat studiis.
Sed velit . . . nolit . . . . . .
. . . . . . famæ Burdigalam referet.

STAPHYLIVS, Rhetor, ciuis Auscius. XXI.

Hactenus obseruata mihi lex commemorandi 164
Ciues, siue domi, seu docuere foris:
Externum sed fas coniungere ciuibus vnum
Te, Staphyli, genitum stirpe Nouempopulis.
Tu mihi quod genitor, quod auunculus, vnus vtrumque,
Alter vt Ausonius, alter vt Arborius.
Grammatice ad Scaurum, atque Probum, promptissime Rhetor,
Historiam callens Liuij: & Herodoti.
Omnis doctrinæ ratio tibi cognita: quantam
Condit sexcentis Varro voluminibus.
Aurea mens, vox suada tibi, tum sermo quietus.
Nec cunctator eras, nec properante sono.
Pulchra senecta, nitens habitus, procul ira, dolúsque,
Et placidæ finis congrua meta fuit.

CRISPVS, & VRBICVS, Grammatici Latini, & Græci. XXII.

165 *Tu quoque in æuum, Crispe, futurum*
Mœsti venies commemoratus
Munere threni.
Qui primæuos, fandi que rudes,
Elementorum prima docebas 5
Signa nouorum.
Creditus olim feruêre mero,
Vt Virgilij, Flaccique locis
Æmula ferres.
Et tibi Latiis posthabite orsis, 10
Vrbice, Graijs celebris Camenis, *
Ελελεΐδου. *
166 *Nam tu Crispo coniuncte tuo,* *
Prosa solebas, & versa loqui,
Impete eodem. 15
Priscos & Heroas olim *
Carmine Homeri commemoratos,
Fando referres,
Dulcem in paucis vt Plisthenidem,
Et torrentis ceu Dulichij 20
Ninguida dicta,
Et mellitæ nectare vocis
Dulcia fatu verba canentem
Nestora regem.
Ambo loqui faciles, ambo omnia carmina docti, 25
Callentes mythoplasmata, & historiam.
Liberi & ambo genus, sed quos meruisse deceret
Nasci, vt cluerent patribus ingenuis. *

VICTORIO, Subdoctori, siue Proscholo. XXIII.

167 *Victori studiose, memor, celer, ignoratis*
Assidue in libris, nec nisi operta legens,

Exesas tineis, opicásque euoluere chartas,
Maior quam promptis cura tibi in studiis.
5 *Quod ius pontificum, quæ fœdera, stemma quod olim*
Ante Numam fuerat sacrifici Curibus.
Quod Castor cunctis de regibus ambiguis, quod
Coniugis è libris ediderat Rhodope:
Quod ius Pontificum, veterum quæ scita Quiritum,
10 *Quæ consulta patrum, quid Draco, quidue Solon*
Sanxerit: & Locris dederit quæ iura Zaleucus:
Sub Ioue quæ Minos, quid Themis ante Iouem,
Nota tibi potius quam Tullius, & Maro nostri,
Et quicquid Latia conditur historia.
15 *Fors istos etiam tibi lectio longa dedisset,*
Supremum Lachesis ni celerasset iter.
Exili nostræ fucatus honore cathedræ,
Libato tenuis nomine Grammatici,
Longinquis posthac Romæ defunctus in oris:
20 *Ad quas de Siculo littore transieras.*
Sed modo nobilium memoratus in agmine, gaude,
Peruenit ad manes si pia cura tuos.

DYNAMIO Burdigalensi: qui in Hispania docuit, & obijt. XXIV.

Sed neque te mæsta, Dynami, fraudabo querela, 168
Municipem patriæ, causidicúmque meæ.
Crimine adulterij quem saucia fama fugauit:
Paruula quem latebris fouit Hilerda suis.
Quem locupletauit coniux Hispana latentem.
Nanque ibi mutato nomine, Rhetor eras,
Rhetor, Flauinij cognomine dissimulatus:
Ne posset profugum prodere culpa suum.
Reddiderat quamuis patriæ te sera voluptas,
Mox residem rursum traxit Hilerda domus.
Qualiscunque tuæ fuerit fuga, famáque vitæ,
Iungeris antiqua tu mihi amicitia.

Officiúmque meum, sensus si manibus vllus,
Accipe iam verus morte óbita, Dynami.
Diuersis quanuis taceas defunctus in oris,
Commemorat mæstus te pia cura elegis.

ATILIO GLABRIONI, Grammatico Burdigalensi. XXV.

169 *Doctrinæ, vitæque pari breuitate caducum,*
Glabrio, te mæstis commemorabo elegis.
Stemmate nobilium deductum nomen auorum
Glabrio Aquilini Dardana progenies.
Tu quondam puero compar mihi discipulus: mox
Méque dehinc facto Rhetore, Grammaticus.
Inque foro tutela reis, & cultor in agris,
Digne, diu partis qui fruerére bonis.
Commode, læte, benigne, abstemie, tam bone dandis
Semper consiliis, quam taciturne datis.
Tam decus omne tuis, quam mox dolor, omnia acerbo
Funere prereptus, Glabrio, destituis.
Vxore, & natis, genitore, & matre relictis,
Eheu quam multis perdite nominibus.
Flete diu nobis, nunquam satis, accipe acerbum,
Glabrio, in æternum commemorate, Vale.

Coronis. XXVI.

170 *Quos legis à prima deductos menide libri,*
Doctores patriæ scito fuisse meæ,
Grammatici in studio, vel Rhetoris, aut in vtroque:
Quos memorasse mihi, morte óbita, satis est.
Viuentum inlecebra est laudatio. nomina tantum
Voce ciere, suis sufficiet tumulis.
Ergo, qui nostræ legis otia tristia chartæ,
Eloquium tu ne quære, sed officium.

Quo claris, doctisque viris pia cura parentat:
Dum decora egregiæ commeminit patriæ.

POETA. XXVII.

Valete, manes inclytorum Rhetorum:
Valete, doctores probi,
Historia si quos, vel poëticus stilus,
Forúmque fecit nobiles:
Medicæ vel artis dogma, vel Platonicum,
Dedit perenni gloriæ.
Et si qua cunctis cura viuentum placet,
Iuuat quéhonor superstitum,
Accipite mæstum carminis cultum mei
Textum querela flebili.
Sedem sepulchris seruet immotus cinis:
Memoria viuat nominum,
Dum remeat illud, iudicis dono Dei,
Commune cum dis sæculum.

EPITAPHIA HE-ROVM, QVI BELLO *TROIANO INTER-FVERVNT.*

Ausonius Lectori suo S.

172 AD rem pertinere existimaui, vt vel vanum opusculum materiæ cõgruentis absoluerem: & libello, qui commemorationem habet eorum, qui vel peregrini Burdigalæ, vel Burdigalenses peregre docuerunt, epitaphia subnecterem, scilicet titulos sepulchrales HEROVM, qui bello Troiano intersfuerunt. Quæ antiqua quum apud philologum quendam reperissem, Latino sermone conuerti, non vt inseruirem ordini persequendi, sed vt cohærerem libere, nec aberrarem. * *

AGAMEMNONI. I.

Rex regum Atrides, fraternæ coniugis vltor,
Oppetij manibus coniugis ipse meæ.
Quid prodest Helenes raptum punisse dolentem,
Vindicem adulterii quum Clytemnestra necet?

MENELAO. II.

173 *Felix, ô Menelaë, deûm cui debita sedes,*
Decretúmque piis manibus Elysium.
Tyndareo dilecte gener, dilecte Tonanti,

Coniugii vindex, vltor adulterii,
Æterno pollens æuo, æternáque iuuenta,
Nec leti passus tempora, nec senii.

AIACI. III.

Aiacis tumulo, pariter tegor obruta virtus,
Jnlachrymans bustis funeris ipsa mei,
Incomptas lacerata comas, quod prauus Atrides
Cedere me structis compulit insidiis.
Iam dabo purpureum claro de sanguine florem,
Testantem gemitum crimina iudicii.

ACHILLI. IV.

Non vna Æacidem tellus habet. ossa teguntur 174
Littore Sigéo. crinem Larissa cremauit.
Pars tumuli . . . .
Orbe sed in toto . . . . *Homer* . .

VLIXI. V.

Conditur hoc tumulo Laërta natus Vlixes.
Perlege Odyssean, omnia nosse volens.

DIOMEDI. VI.

Conditur hîc, genitore bono melior Diomédes.
Crimen ob vxoris pulsus dotalibus agris,
Argyripam, clarósque viris qui condidit Arpos,
Clarior vrbe noua, patriæ quam sede vetusta.

ANTILOCHO. VII.

Consiliis, bellóque bonus, quæ copula rara est, 175
Carus & Atridis, carus & Æacidis,
Præmia virtutis, simul & pietatis, adeptus,
Seruato Antilochus Nestore patre, obiit.
Non hic ordo fuit: sed iustius ille superstes,
Troia capi sine quo perfida non poterat.

NESTORI. IIX.

Hoc tegor in tumulo, quarti iam prodigus æui
Nestor, consilio clarus, & eloquio.
Obiecit sese cuius pro morte peremptus
Filius: & nati vulnere viuo pater.
Eheu, cur fatis disponere sic placet æuum,
Tam longum, vt nobis: tam breue, vt Antilocho?

PYRRHO. IX.

176 *Orbe tegor medio, maior virtute paterna,*
Quod puer, & regis Pyrrhus opima tuli.
Impius ante aras quem fraude peremit Orestes,
Quid mirum? cæsa iam genitrice, furens.

EVRYALO. X.

Nec me non dignum titulo Pleuronia credit:
Cui communis erat cum Diomede domus,
Euryalo, & Sthenelo. Nam tertius hoc ego regnum
Possedi: de quo nunc satis est tumulus.

GVNEO. XI.

Gunéa pontus habet. tumulus sine corpore. nomen,
Fama homines inter. cælum animus repetit.
Cuncta elementa duci tanto commune sepulchrum.
Quæ? cælum, & tellus, & mare, & ora virûm.

PROTESILAO. XII.

177 *Fatale adscriptum nomen mihi Protesilao.*
Nam primus Danaûm bello obij Phrygio,
Audaci ingressus Sigeia littora saltu,
Captus pellacis Lartiadæ insidiis.
Qui ne Troianæ premerem pede littora terræ,
Ipse super proprium desilui clipeum.

Quid queror? hoc letum iam tum mea fata canebant,
Tale mihi nomen quum pater imposuit.

DEIPHOBO. XIII.

Proditus ad pœnam, scelerata fraude Laceæ,
Et deformato corpore Deiphobus,
Non habeo tumulum, nisi quem mihi voce vocantis
Et pius Æneas, & Maro composuit.

HECTORI. XIV.

Hectoris hic tumulus: cum quo sua Troia sepulta est. 178
Conduntur pariter, qui periere simul.

ASTYANACTI. XV.

Flos Asiæ, tantaque vnus de gente superstes,
Paruulus, Argiuis sed iam de patre timendus,
Hic iaceo Astyanax, Scæis deiectus ab altis.
Pro dolor! Iliaci Neptunia mœnia muri
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

SARPEDONI. XVI.

Sarpedon Lycius, genitus Ioue, numine patris
Sperabam cælum, sed tegor hoc tumulo,
Sanguineis fletus lachrymis. pro ferrea fata!
Et patitur luctum, qui prohibere potest?

NASTI & AMPHIMACHO. XVII.

Nastes, Amphimachúsque, Nomionis inclyta proles, 179
Ductores quondam, puluis & vmbra sumus.

TROILO. XIIX.

Hectore prostrato, nec dis, nec viribus æquis
Congressus . . . . Troilus Æacidæ,
Raptatus bigis, fratris coniungor honori.
Cuius ob exemplum nec mihi pœna grauis.

POLYDORO. XIX.

Cede procul. myrtúmque istam fuge nescius hospes.
Telorum seges est sanguine adulta meo.
Confixus iaculis, & ab ipsa cæde sepultus,
Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
Scit pius Æneas, & tu, rex impie: quod me
Thracia pœna premit, Troiaque cura tegit.

EVPHEMO. XX.

180 *Euphemum Ciconum ductorem Troïa tellus*
Condidit hastati Martis ad effigiem.
Nec satis est titulum saxo incidisse sepulchri:
Insuper & frontem mole onerant statuæ.
Ocyus ista ruunt: quæ sic cumulata locantur.
MAIOR VBI EST *cultus, magna ruina subest.*

HIPPOTHOO, & PYLAEO in horto sepultis. XXI.

Hyppothoum, Pylæumque tenet gremio infima tellus.
Caulibus, & maluis terga superna virent.
Nec vexat cineres horti cultura quietos:
Dum parcente manu molle holus excolitur.

ENNOMO, & CHROMIO. XXII.

181 *Ennomus hic, Chromiúsque iacent: quis Mysia regnum,*
Quis pater Alcinus, Oceanúsque atauus. *
Nobilitas quid tanta iuuat? quo clarius istis
Est genus, hoc mortis conditio grauior.

PRIAMO. XXIII.

Hic Priami non est tumulus: nec condor in ista
Sede. caput Danai diripuere meum.
Ast ego quum lacerum sine nomine funus haberem,
Confugi ad cineres Hectoreos genitor.
Illic & natum, Troiamque, Asiamque sepultam
Inueni, & nostrum quicquid vbique iacet.

Item PRIAMO. XXIV.

Qui tumulum Priami quærit, legat Hectoris ante. 182
Ille meus, nato quem prius ipse dedi.
Hectoris, & patris simul est commune sepulchrum:
Amborum quoniam iuncta ruina fuit.

HECVBAE. XXV.

Quæ regina fui, quæ claro nata Dymante,
Quæ Priami coniux, Hectora quæ genui,
Hic Hecuba iniectis perij superobruta saxis,
Sed rabie linguæ me tamen ulta prius.
FIDITE NE REGNIS, *& prole, & stirpe parentum,*
Quicunque hoc nostrum σῆμα κυνὸς legitis.

POLYXENAE. XXVI.

Troas Achilléo coniuncta Polyxena busto,
Malueram nullo cæspite functa tegi.
Non bene discordes tumulos miscetis, Achiui.
Hoc violare magis, quam sepelire fuit.

ALIQVOT ALIORVM VETERVM EPITAPHIA.

NIOBAE in Sipylo monte iuxta fontem sepultæ. XXVII.

Thebarum regina fui, Sipyleïa cautis 183
Quæ modo sum. læsi numina Latoidûm.
Bis septem natis genitrix læta, atque superba,
Tot duxi mater funera, quot genui.
Nec satis hoc diuis. duro circundata saxo
Amisi humani corporis effigiem.
Sed dolor, obstructis quanquam vitalibus, hæret:
Perpetuásque rigat fonte pio lachrymas.

Pro facinus! tantæne animis cælestibus iræ?
Durat adhuc luctus: matris imago perit.

Eidem XXIIX.

Viuebam. sum facta silex. quæ deinde polita
Praxitelis manibus, viuo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu.
Hunc ego, quum læsi numina, non habui.

Eidem. XXIX.

184 *Habet sepulchrum non id intus mortuum.*
Habet nec ipse mortuus bustum super.
Sibi sed est ipse hic sepulchrum & mortuus.

DIDONI. XXX.

Infelix Dido, nulli bene nupta marito,
Hoc pereunte, fugis: hoc fugiente, peris.

DIOGENI CYNICO, in cuius sepulchro, pro titulo, canis signum est. XXXI.

Dic, canis: hic cuius tumulus? Canis. At canis hic quis?
Diogenes. Obijt? Non obiit, sed abit.
Diogenes, cui pera penus, cui dolia sedes,
Ad Manes abit? Cerberus ire vetat.
Quonam igitur? Clari flagrat qua stella Leonis.
Additus est iustæ nunc canis Erigonæ.

ANICIAE, sedecenni matronæ. XXXII.

185 *Omnia, quæ longo vitæ cupiuntur in æuo,*
Ante quater plenum consumpsit Anicia lustrum.
Infans lactauit. pubes & virgo adoleuit.
Nupsit, concepit, peperit. iam mater obiuit.
Quis mortem accuset? compleuit munia vitæ.
Iam meritis anus est, & adhuc ætate puella.

GLAVCIAE immatura morte præuento. XXXIII.

Læta bis octono tibi iam sub consule pubes
Cingebat teneras, Glaucia adulte, genas.
Et iam desieras puer, an ne puella, videri:
Quum properata dies abstulit omne decus.
Sed neque functorum socius miscebere vulgo:
Nec metues Stygios flebilis vmbra lacus:
Verum aut Persephonæ Cinyreius ibis Adonis:
Aut Iouis Elysii tu catamitus eris.

CALLICRATEAE. XXXIV.

Viginti atque nouem genitrici, Callicratéæ, 186
Nullius sexus mors mihi visa fuit.
Sed centum & quinque expleui bene messibus annos,
Intremulam baculo non subeunte manum.

EQVO ADMIRABILI, iussu Augusti. XXXV.

Prosphore, clamosi pannosa per æquora Circi
Septenas solitus victor obire vias,
Improperanter agens primos à carcere cursus,
Fortis prægressis vt poterêris equis,
Promptum & veloces erat anticipare quadrigas:
Victores etiam vincere laus potior.
Hunc titulum vani solatia sume sepulchri,
Et gradere Elysios præpes ad alipedes.
Pegasus hinc dexter currat tibi, læuus Arion.
Funis & ad quartum det tibi Castor equum. *

In tumulo hominis felicis. XXXVI.

Sparge mero cineres, & odoro perlue nardo, 187
Hospes: & adde rosis balsama puniceis.
Perpetuum mihi ver agit illachrymabilis vrna.
Et commutaui sæcula, non obii.

Nulla mihi veteris perierunt gaudia vitæ.
Felix, seu memini, siue nihil memini.

Sepulchrum Cari vacuum. XXXVII.

Me sibi, & vxori, & natis commune sepulchrum
Constituit seras Carus ad exequias.
Jamque diu monumenta vacant. sitque ista querela
Longior: & veniat ordine quisque suo,
Nascendi qui lege datur: placidumque per æuum
Condatur, natu qui prior, ille prior.

Ex sepulchro Latinæ viæ. XXXIIX.

Non nomen, non quo genitus, non vnde, quid egi.
Mutus in æternum sum, cinis, ossa, nihil.
Non sum, nec fueram. genitus tamen è nihilo sum.
Mitte, nec exprobres singula. talis eris.

DVODECIM CAESARES PER SVETONIVM TRANQVILLVM SCRIPTI.

Ausonius Hesperio filio S.

Cæsareos proceres, in quorum regna, secundis
Consulibus, dudum Romana potentia cessit,
Accipe bissenos. sua quenque monosticha signant.
Quorum per plenam seriem Suetonius olim
Nomina, res gestas, vitamq́, obitumq́, peregit.

188

Ordo Imperatorum.

Primus regalem patefecit IVLIVS *aulam*
Cæsar: & AVGVSTO *nomen transcripsit, & arcem.*
Priuignus post hunc regnat NERO CLAVDIVS. *A quo*
CAIVS: *cognomen Caligæ, cui castra dederunt.*
CLAVDIVS *hinc potitur regno. Post quem* NERO *sæuus*
Vltimus Æneadûm. Post hunc tres, nec tribus annis.
GALBA *senex, frustra socio confisus inerti.*
Mollis OTHO, *infami per luxum degener æuo.*
Nec regno dignus, nec morte VITELLIVS *ut vir.*
His decimus, fatoque accitus, VESPASIANVS.
Et TITVS *imperij felix breuitate. Secutus*
Frater: quem caluum dixit sua Roma NERONEM.

Tempus Imperij.

IVLIVS, *ut perhibent, diuus trieteride regnat.*
AVGVSTVS *post lustra decem sex prorogat annos.*

189

Et ter septenis geminos NERO CLAVDIVS addit.
Tertia finit hiems grassantia tempora CAII.
CLAVDIVS *hebdomadem duplicem trahit: &* NERO *dirus*
Tantundem: summæ consul sed defuit vnius.
GALBA *senex,* OTHO *lasciue, & famose* VITELLI,
Tertia vos Latio regnantes nescijt æstas,
Interitus dignos vita properante probrosa.
Implet fatalem decadem sibi VESPASIANVS.
Ter, dominante TITO, *cingit noua laurea Janum:*
Quindecies sæuis potitur dum FRATER *habenis.*

Obitus singulorum.

190 IVLIVS *interijt* CAESAR *grassante senatu.*
Addidit AVGVSTVM *diuis matura senectus.*
Sera senex Capreis exul NERO *fata peregit.*
Exegit pœnas de CAESARE *Chærea mollis.*
CLAVDIVS *ambiguo conclusit fata veneno.*
Matricida NERO *proprio se perculit ense.*
GALBA *senex perijt, sæuo prostratus Othone*
Mox OTHO *famosus, clara sed morte potitus.*
Prodiga succedunt perimendi sceptra VITELLI.
Laudatum imperium, mors lenis, VESPASIANO.
At TITVS, *orbis amor, rapitur florentibus annis.*
Sera grauem perimunt, sed iusta piacula, FRATREM.

Eiusdem Ausonij Tetrasticha, ab Iulio Cæsare vsque ad tempora sua.

191 *Nunc & prædictos, & regni sorte sequentes*
Expediam: series quos tenet imperij.
Incipiam ab Diuo: percurramque ordine cunctos:
Noui Romanæ quos memor historiæ.

IVLIVS CAESAR. I.

Imperium, binis fuerat sollemne quod olim
Consulibus, Cæsar Julius obtinuit.

Sed breue ius regni, sola trieteride gestum.
Perculit armatæ factio sæua togæ.

OCTAVIANVS AVGVSTVS. II.

Vltor, successorque dehinc Octauius, idem
Cæsar, & Augusti nomine nobilior.
Longæua, & nunquam dubiis violata potestas,
In terris positum credidit esse deum.

TIBERIVS NERO. III.

Prænomen Tiberi nactus Nero, prima iuuentæ 192
Tempora laudato gessit in imperio.
Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro,
Quæ prodit vitiis, credit operta locis.

CAIVS CALIGVLA. IV

Post hunc castrensis caligæ cognomine Cæsar
Successit sæuo sæuior ingenio.
Cædibus, incestisque dehinc maculosus, & omni
Crimine pollutum qui superauit auum.

CLAVDIVS CAESAR. V.

Claudius irrisæ priuato in tempore vitæ,
In regno specimen prodidit ingenii.
Libertina tamen, nuptarum & crimina, passus,
Non faciendo nocens, sed patiendo fuit.

NERO. VI.

Æneadûm generis qui sextus, & vltimus heres, 193
Polluit, & clausit Iulia sacra Nero.
Nomina quot pietas, tot habet quoque crimina vitæ.
Disce ex Tranquillo, quæ meminisse piget.

SERVIVS GALBA. VII.

Spem frustrate senex, priuatus sceptra mereri
Visus es, imperio proditus inferior.

Fama tibi melior iuueni: sed iustior ordo est,
Complacuisse dehinc, displicuisse prius.

MARCVS OTHO. IIX.

Æmula polluto gesturus sceptra Neroni,
Obruitur celeri raptus Otho exitio.
Fine tamen laudandus erit: qui morte decora
Hoc solum fecit nobile, quod perijt.

AVLVS VITELLIVS. IX.

194 *Vita fors, mors fœda tibi, nec digne Vitelli,*
Qui fieres Cæsar. SIC SIBI FATA *placent.*
Umbra tamen breuis imperij. quia PRAEMIA REGNI
Sæpe indignus adit. non nisi dignus habet.

DIVVS VESPASIANVS. X.

Quærendi attentus, moderato commodus usu,
Auget, nec reprimit Vespasianus opes.
Olim qui dubiam priuato in tempore famam,
Par alijs princeps, transtulit in melius.

TITVS VESPASIANVS. XI.

Felix imperio, felix breuitate regendi,
Expers ciuilis sanguinis, orbis amor.
Unum dixisti moriens te crimen habere:
Sed nulli de te nos tibi credidimus.

DOMITIANVS. XII.

195 *Hactenus ediderat geminos gens Flauia iustos:*
Cur duo quæ dederant, tertius eripuit?
Vix tanti est habuisse illos. quia DONA BONORVM
Sunt breuia. æternum, quæ nocuere, dolent.

NERVA. XIII.

Proximus extincto moderatur sceptra tyranno
Nerua senex, princeps nomine, mente parens.

Nulla viro soboles. imitatur adoptio prolem.
Quam legisse iuuet, quam genuisse velit.

TRAIANVS. XIV.

Aggreditur regimen viridi Traianus in æuo,
Belli laude prior, cetera patris habens.
Hic quoque prole carens, sociat sibi sorte legendi,
Quem fateare bonum, diffiteare parem.

ÆLIVS HADRIANVS. XV.

Ælius hinc subijt mediis præsignis in actis. 190
Principia & finem fama notat grauior.
Orbus & hic. sociatque virum documenta daturum,
Adsciti quantum præmineant genitis.

ANTONINVS PIVS. XVI.

Antoninus abhinc regimen capit. ille vocatu
Consultisque Pius, nomen habens meriti.
Filius huic fato nullus: sed lege suorum
A patria sumpsit, qui regeret patriam.

MARCVS ANTONINVS. XVII.

Post Marco tutela datur: qui scita Platonis
Fecit. ad imperium patre Pio melior.
Successore suo, moriens, sed principe prauo,
Hoc solo patriæ, quod genuit, nocuit.

COMMODVS. XIIX.

Commodus insequitur, pugnis maculosus harenæ, 197
Threïcio princeps bella mouens gladio.
Eliso tandem persoluens gutture pœnas,
Criminibus fassus matris adulterium.

HELVIVS PERTINAX. XIX.

Helui, iudicio, & consulto lecte senatus,
Princeps decretis prodite, non studiis.

Quod doluit malefida cohors, errore probato,
Curia quod castris cesserat imperio.

DIDIVS IVLIANVS. XX.

Dii bene, quod spoliis Didius non gaudet opimis.
Et cito periuro præmia adempta seni.
Tuque Seuere pater, titulum ne horresce nouantis.
Non rapit imperium vis tua, sed recipit.

SEVERVS PERTINAX. XXI.

198 *Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Histro,*
Vt parricidæ regna adimat Didio.
Punica origo illi: sed qui virtute probaret
NON OBSTARE LOCVM, *quum valet ingenium.*

BASSIANVS ANTONINVS CARACALLA. XXII.

Dissimilis virtute patri, & multo magis illi,
Cuius adoptiuo nomine te perhibes,
Fratris morte nocens, punitus fine cruento,
In risu populi tu Caracalla magis.

OPILIVS MACRINVS. XXIII.

Principis hic custos, sumptum pro Cæsare ferrum
Vertit in auctorem cæde Macrinus iners.
Mox cum prole ruit. Grauibus pulsare querelis
Cesset perfidiam. quæ patitur, meruit.

ANTONINVS HELIOGABALVS. XXIV.

Túne etiam Augustæ sedis penetralia fœdas,
Antoninorum nomina falsa gerens?

* * * * *

AVSONII BVR-DIGALENSIS
CLARÆ VRBES.

ROMA, CONSTANTINOPOLIS, CARTHAGO. I.

PRIMA vrbes inter, Diuûm domus, aurea Roma. 199
Constantinopoli assurgit Carthago priori,
Non toto cessura gradu: quia tertia dici
Fastidit, non ausa locum sperare secundum,
Qui fuit ambarũ. Vetus hanc opulentia præfert,
Hanc fortuna recẽs. Fuit hæc, subit ista: nouísque
Excellens meritis, veterem perstringit honorem:
Et Constantino concedere cogit Elissam.
Accusat Carthago deos iam plena pudoris,
Nunc quoque si cedat, Romam vix passa priorem.
Componat vestros fortuna antiqua tumores.
Ite pares, tandem memores, quod numine diuûm
Angustas mutastis opes, & nomina: tu quum
Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.

ANTIOCHÎA, & ALEXANDRÎA. II

Tertia, Phœbeæ lauri domus, Antiochia, 200
Vellet Alexandri si quarta colonia poni.
Ambarum locus vnus. & has furor ambitionis
In certamen agit. Vitiorum turbida vulgo
Vtráque, & amentis populis male sana tumultu.
Hæc Nilo munita quòd est, penitúsque repostis

Insinuata locis, fecunda situque, superbit:
Illa quod infidis opponitur æmula Persis.
Et vos ite pares: Macetumque attollite nomen.
Magnus Alexander te condidit: illa Seleucum
Nuncupat. Ingenuum cuius fuit anchora signum,
Qualis inusta solet, generis nota certa. per omnem
Nam sobolis seriem natiua cucurrit imago.

TREVERI. III.

201 *Armipotens dudum celebrari Gallia gestit:*
Treuericæque vrbis solium. quæ proxima Reno,
Pacis vt in mediæ gremio, secura quiescit:
Imperij vires quod alit, quod vestit, & armat.
Lata per extentum procurrunt mœnia collem.
Largus tranquillo prælabitur amne Mosella,
Longinqua omnigenæ vectans commercia terræ.

MEDIOLANVM. IV.

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæque domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores. tum duplice muro
Amplificata loci species: populique voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatri:
Templa, Palatinæque arces, opulénsque Moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri,
Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaque in valli formam circúndata limbo.
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt: nec iuncta premit vicinia Romæ.

CAPVA. V.

202 *Nec Capuam pelago, cultuque, penúque potentem,*
Deliciis, opibus, famáque priore silebo.
Fortuna variante vices, quæ freta secundis,
Nesciuit seruare modum. nunc subdita Romæ,

Æmula tunc. fidei memor, anne infida, senatum
Sperneret, an coleret dubitans, sperare curules
Campanis ausa auspiciis, vnoq́ue suorum
Consule: vt imperium diuisi attolleret orbis.
Quinetiam rerum dominam, Latijq́ue parentem,
Appetijt bello, ducibus non freta togatis,
Hannibalis iurata armis. deceptáque in hostis
Seruitium, demens specie transiuit herili.
Mox vt in occasum vitijs communibus acti
Corruerent Pœni luxu Campania festo. *
Heu nunquam stabilem sortita SVPERBIA *sedem!*
Illa potens, opibusque valens, Roma altera quondam,
Comere quæ paribus potuit fastigia conis,
Octauum reiecta locum vix pone tuetur.

AQVILEIA. VI.

Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti, 203
Nona inter claras Aquileia cieberis vrbes,
Itala ad Illyricos obiecta colonia montes,
Mœnibus & portu celeberrima. sed magis illud
Eminet, extremo quod te sub tempore legit,
Solueret exacto cui iusta piacula lustro
Maximus, armigeri quondam sub nomine lixæ.
Felix, quæ tanti spectatrix læta triumphi,
Puniisti Ausonio Rutupinum marte latronem.

ARELAS. VII.

Pande, duplex Arelate, tuos blanda hospita portus. 204
Gallula Roma Arelas: quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.
Præcipitis Rhodani sic intercisa fluentis,
Vt mediam facias nauali ponte plateam:
Per quem Romani commercia suscipis orbis,
Nec cohibes: populósque alios, & mœnia ditas:
Gallia quis fruitur, gremioq́ue Aquitania lato.

EMERITA. IIX.

Iure mihi post has memorabere, nomen Hiberum
Emerita: æquoreus quam præterlabitur amnis.
Submittit cui tota suos Hispania fasces.
Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant,
Quæque sinu pelagi iactat se Bracara diues.

ATHENAE. IX.

205 *Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas,*
Pallados & Consi quondam certaminis arcem.
Paciferæ primum cui contigit arbor oliuæ.
Attica facundæ cuius mera gloria linguæ.
Vnde per Ioniæ populos, & nomen Achæum,
Versa Graia manus, centum se effudit in vrbes.

CATINA, & SYRACVSAE. X.

Quis Catinam sileat? quis quadruplices Syracusas?
Hanc ambustorum fratrum pietate celebrem,
Illam complexam miracula fontis & amnis.
Quam maris Ionij subter vada salsa meantes
Consociant dulces placita sibi sede liquores,
Incorruptarum miscentes oscula aquarum.

TOLOSA. XI.

206 *Non vnquam altricem nostri reticebo Tolosam,*
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens,
Pérque latus pulchro prælabitur amne Garumna,
Innumeris cultam populis, confinia propter
Ninguida Pyrenes, & pinea Cæbennarum,
Inter Aquitanas gentes & nomen Hiberum.
Quæ modo quadruplices ex se quum effuderit vrbes,
Non vlla exhaustæ sentit dispendia plebis,
Quos genuit cunctos gremio complexa colonos.

NARBO. XII.

Nec tu Martie Narbo silebere. nomine cuius 207
Fusa per immensum quondam prouincia regnum,
Obtinuit multos dominandi iure colonos.
Insinuant qua se Sequanis Allobroges oris.
Excluduntque Italos Alpina cacumina fines:
Qua Pyrenæis niuibus dirimuntur Hiberi.
Qua rapitur præceps Rodanus, genitore Lemanno,
Interiusque premunt Aquitanica rura Cebennæ,
Vsque in Teutosagos primæuo nomine Belcas,
Totum Narbo fuit. Tu Gallia prima, togati
Nominis attollis Latio proconsule fasces.
Quis memoret portúsque tuos, montésque, lacúsque?
Quis populos vario discrimine vestis, & oris?
Quodque tibi quondam Pario de marmore templum
Tantæ molis erat, quantam non sperneret olim
Tarquinius, Catulusque iterum, postremus & ille,
Aurea qui statuit Capitoli culmina Cæsar?
Te maris Eoi merces, & Hiberica ditant
Æquora: te classes Libyci, Siculique profundi:
Et quicquid vario, per flumina, per freta, cursu
Aduehitur. toto tibi nauigat orbe κατάπλους.

BVRDIGALA. XIII.

Impia iam dudum condemno silentia, quod te, 208
O patria, insignem baccho, fluuiísque, virisque,
Moribus, ingeniísque hominum, procerúmque senatu,
Non inter primas memorem. quasi conscius vrbis
Exiguæ, immeritas dubitem contingere laudes.
Non pudor hinc nobis. Nec enim mihi barbara Reni
Ora, nec Arctoo domus est glacialis in Hæmo.
Burdigala est natale solum. clementia cæli
Mitis, vbi & riguæ larga indulgentia terræ.
Ver longum, brumæque breues. iuga frondea subsunt.

Feruent æquoreos imitata fluenta meatus.
Quadrua murorum species, sic turribus altis
Ardua, vt aërias intrent fastigia nubes.
209 *Distinctas interne vias mirere, domorum*
Dispositum, & latas nomen seruare plateas,
Tum respondentes directa in compita portas,
Per mediúmque vrbis fontani fluminis alueum:
Quem pater oceanus refluo quum impleuerit æstu,
Adlabi totum spectabis classibus æquor.
Quid memorem Pario contectum marmore fontem 20
Euripi feruere freto? quanta vnda profundi!
Quantus in amne tumor! quanto ruit agmine præceps
Margine contenti bissena per ostia cursus,
Innumeros populi non vnquam exhaustus ad vsus!
Hunc cuperes, Rex Mede, tuis coniungere castris, 25
Flumina consumpto quum defecere meatu.
Huius fontis aquas peregrinas ferre per vrbes,
Vnum per cunctas solitus portare Choaspem.
210 *Salue, fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,*
Vitree, glauce, profunde, sonore, illimis, opace. 30
Salue vrbis genius, medico potabilis haustu
DIVONA, *Celtarum lingua fons addite Diuis.*
Non Aponus potu, vitrea non luce Nemausus
Purior, æquoreo non plenior amne Timauus.
Hic labor extremus celebres collegerit vrbes. 35
Vtque caput numeri Roma inclyta, sic capite isto
Burdigala ancipiti confirmet vertice sedem.
Hæc patria est: patrias sed Roma superuenit omnes.
Diligo Burdigalam: Romam colo. ciuis in illa,
Consul in ambabus. Cunæ hic, ibi sella Curulis. 40

LVDVS SEPTEM SAPIENTVM.

AVSONIVS Consul Drepanio Pacato Proconsuli.

IGNOSCENDA *istæc, an cognoscenda rearis,* 211
Attento, Drepani, perlege iudicio.
AEquanimus fiam te iudice, siue legenda,
Siue tegenda putes carmina, quæ dedimus.
Nam primum est meruisse tuum, Pacate, fauorem:
Proxima defe si cura pudoris erit.
Possum ego censuram lectoris ferre seueri:
Et possum modica laude placere mihi.
Nouit equus plausæ sonitum ceruicis amare:
Nouit & intrepidus verbera lenta pati.
Mæonio qualem cultum quæsiuit Homero
Censor Aristarchus, normaq; Zenodoti,
Pone obelos igitur, spuriorum stigmata vatum.
Palmas, non culpas esse putabo meas.
Et correcta magis, quam condemnata vocabo,
Appones docti quæ mihi lima viri.
Interea arbitrij subiturus pondera tanti,
Optabo, vt placeam: sin minus, vt taceam,

PROLOGVS.

Septem sapientes, nomen quibus istud dedit 212
Superior ætas, nec secuta sustulit,
Hodie in orchestram palliati prodeunt.
Quid erubescis tu, togate Romule?
Scenam quod introibunt tam clari viri?
Nobis pudendum hoc, non & Atticis quoque:

n

Quibus theatrum, curiæ præbet vicem.
Nostris negotiis sua loca sortito data:
Campus comitiis, vt Conscriptis curia:
Forum, atque Rostra, separatis ciuibus.
213 *Vna est Athenis, atque in omni Græcia,*
Ad consulendum publici sedes loci:
Quam in vrbe nostra sero luxus condidit.
Ædilis olim scenam tabulatam dabat
Subito, excitata nulla mole saxea.
Murena sic, & Gallius. nota eloquar.
Postquam potentes, nec verentes sumptuum,
Nomen perenne crediderunt, si semel
Constructa moles saxeo fundamine
In omne tempus conderet ludis locum,
Cuneata creuit hæc theatri immanitas.
Pompeius hanc, & Balbus, & Cæsar dedit
214 *Octauianus, concertantes sumptibus.*
Sed ego quid istæc? non hac causa huc prodij,
Vt expedirem, quis theatra, quis forum,
Quis condidisset primas partes mœnium:
Sed vt verendos, disque laudatos viros,
Prægrederer agere: quid vellent sibi. *
Pronunciare suas solent sententias:
Quas quisque prouidentium anteuerterit.
Scitis profecto, quæ sint: sed si memoria
Rebus vetustis cludit, veniet Ludius
Edisserator harum, quas teneo minus.

LVDIVS.

215 *Delphis Solonem scripse fama est Atticum,*
Γνῶθι σεαυτὸν, *quod Latinum est,* NOSCE TE.
Multi hoc Laconis esse Chilonis putant.
Spartane Chilon, sit tuum, necne, ambigunt,
Quod introfertur, τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου,
FINEM INTVERI *longæ vitæ quo iubes.*

Multi hoc Solonem dixe Crœso existimant.
Et Pittacum dixisse fama est Lesbium,
Γίγνωσκε καιρόν. TEMPVS *ut noris, iubet.*
Sed καιρὸς *iste, tempestiuum tempus est.*
Bias Prieneus dixit, οἱ πλεῖστοι κακοί: 216
Quod est Latinum, PLVRES *hominum sunt* MALI:
Sed imperitos scito, quos dixit malos.
Μελέτη τὸ πᾶν, *Periandri est Corinthii:*
Esse MEDITATIONEM *totum, qui putat.*
Ἄριστον μέτρον *esse dixit Lindius*
Cleobûlus: hoc est, OPTIMVS *cunctis* MODVS.
Thales, ἐγγύα· πάρα δ᾽ ἄτα *protulit:*
SPONDERE *qui nos, noxa quia præsto est, vetat.*
Hoc nos monere, fœneratis non placet.
Dixi. recedam. legifer venit Solon.

SOLON.

De more Græco prodeo in scenam Solon: 217
Septem sapientum fama cui palmam dedit.
Sed FAMA *non est iudicij seueritas.*
Neque me esse primum, sed vestrum vnum existimo:
ÆQVALITAS *quòd ordinem nescit pati.*
Recte olim ineptum Delphicus lusit deus
Quærentem, quisnam primus sapientum foret,
Vt in orbe tereti nomina eorum incideret:
Ne primus esset, ne vel imus quispiam.
Eorum è medio prodeo gyro Solon:
Vt quod dixisse Crœso regi existimor,
Id omnis hominum secta sibi dictum putet.
Græce coactum est, τέλος ὁρᾷν μακροῦ βίου.
Quod longius fit, si Latine edisseras.
SPECTARE VITAE *iubeo cunctos terminum.* 218
Proinde miseros, aut beatos dicier,
Euenta quòd sunt semper ancipiti statu.
Id adeo sic est. Si queam, paucis loquar.
Rex, an tyrannus Lydiæ Crœsus fuit

Js in beatis, diues insanum in modum,
Lateribus aureis templa qui diuis dabat,
Is me euocauit. Venio, dicto obediens,
Meliore vt vti rege possint Lydij.
Rogat, beatum prodam, si quem nouerim.
Telana dico ciuem non ignobilem.
Pro patria pugnans ille vitam obiecerat.
Despexit. alium quærit. inueni Aglaum:
Fines qui agelli proprij nunquam excesserat.
219 *At ille ridens, quo dein me ponis loco,*
Beatus orbe toto qui solus vocor?
Spectandum dico terminum vitæ prius:
Tum iudicandum si manet felicitas.
Dictum moleste Crœsus accepit. at ego
Relinquo regem. Bellum ille in Persas parat.
Profectus, victus, vinctus, regi deditus

* * * * *

At ille captus, funeris ipse instar sui, *
Qua flamma totum se per ambitum dabat,
Voluens in altum fumidos æstu globos:
At pæne fero Crœsus ingenti sono, *
O vere vates, inquit, ô Solon, Solon,
Clamore magno ter Solonem nuncupat.
220 *Qua voce Cyrus motus, extingui iubet*
Gyrum per omnem, & destrui ardentem pyram.
Et commodum profusus imber nubibus
Repressit ignem. Crœsus ad regem illico
Ministrorum per ducitur lectam manum.
Interrogatus, quem Solonem diceret:
Et quam ciendi causam haberet nominis,
Seriem per omnem cuncta regi edisserit.
Miseratur ille: vimque FORTVNAE *videns,*
Laudat Solonem: Crœsum in amicis habet.

Vinctúmque pedicis aureis secum iubet,
Reliquum quod esset vitæ, totum degeret.
Ego duorum regum testimonio
Laudatus, & probatus ambobus fui.
Quódque vni dictum est, quisque sibi dictum putet.
Ego iam peregi, qua de causa huc prodij.
Venit ecce Chilon. Vos valete, & plaudite.

CHILON.

Lumbi sedendo, oculíque spectando dolent, 221
Manendo Solonem, quoad sese recipiat.
Quam pauca, quam diu loquuntur Attici!
Vnam trecentis versibus sententiam
Tandem peregit: meque respectans abit.
Spartanus ego sum Chilon, qui nunc prodeo.
Breuitate nota, qua Lacones vtimur,
Commendo nostrum γνῶθι σεαυτόν, NOSCE TE,
Quod in columna iam tenetur Delphica.
Labor molestus iste, fructi est optimi,
Quid ferre possis, quidve non, dignoscere:
Noctu, diúque quæ geras, quæ gesseris,
Adusque puncti tenuis instar, quærere.
Officia cuncta, pudor, honor, constantia,
In hoc, & illa spreta nobis gloria.
Dixi. Valete memores. Plausum non moror.

CLEOBVLVS.

Cleobúlus ego sum, paruæ ciuis insulæ, 222
Magnæ sed auctor, qua cluo, sententiæ:
Ἄριστον μέτρον *quem dixisse existimant.*
Interpretare tu, qui orchestræ proximus,
Gradibus propinquis in quatuordecim sedes,
Ἄριστον μέτρον, *an sit* OPTIMVS MODVS.
Dic. annuisti. gratiam habeo. persequar
Per ordinem iam. Dixisse ex isto loco

Afer poëta videtur, VT NE QVID NIMIS:
Et noster quidam, Μηδὲν ἄγαν. *Huc pertinet*
Vterque sensus, Italus, seu Dorius.
Fandi, tacendique, & cibi, & somni modus,
Beneficiorum, gratiarum, iniuriæ,
Studij, laborum. vita in omni quicquid est,
Istum requirit optimæ pausæ modum.
Dixi. Recedam, vt sit modus. venit Thales.

THALES.

223 *Milesius Thales sum:* AQVAM *qui principem*
Rebus creandis dixi, vt vates Pindarus.

* * * * *

Dedere piscatores extractum mari.
Namque hi, iubente Delio, me legerant.
Quod ille munus hoc Sapienti miserat.
Ego recusans non recepi: at reddidi
Ferendum ad alios: quos priores crederem.
Dein per omnes septem sapientes viros
Missum: ac remissum rursus ad me deferunt.
Ego receptum consecraui Apollini.
Nam si Sapientem deligi Phœbus iubet:
Non hominem quenquam, sed deum credi decet.
224 *Is igitur ego sum. causa sed in scenam fuit*
Mihi prodeundi, quæ duobus ante me,
Assertor vt sententiæ fierem meæ.
Ea displicebit, non tamen prudentibus,
Quos docuit vsus, & peritos reddidit.
Ἐγγύα· πάρα δ' ἄτα, *ecce dicimus.*
Latinum id est, SPONDE. NOXA EST PRAESTO *tibi.*
Per mille possum currere exempla, vt probem
Prædes, vadésque pœnitudinis reos:
Sed nolo quenquam nominatim dicere.

Sibi quisque vestrum dicat, & secum putet,
Spondere, quantis damno fuerit, & malo.
Gratum hoc officium maneat ambobus tamen.
Pars plaudite ergo: pars offensi explaudite.

BIAS.

Bias Prieneus dixi, οἱ πλεῖστοι κακοί. 225
Latine dictum suspicor, PLVRES MALI.
Dixisse nollem. VERITAS ODIVM *parit.*
Malos sed imperitos dixi, & barbaros:
Qui ius, & aequum, & sacros mores negligunt.
Nam populus iste, quo theatrum cingitur,
Totus bonorum est. hostium tellus habet,
Dixisse quos me creditis, Plures malos.
Sed nemo quisquam tam malus iudex fuat,
Qui non bonorum partibus se copulet.
Siue ille vere bonus est, seu dici studet,
Iam fugit illum nomen inuisum mali.
Abeo. Valete, & plaudite, plures boni.

PITTACVS.

Mitylena oriundus Pittacus sum Lesbius, 226
Γίγνωσκε καιρὸν, qui dixi sententiam.
Sed iste καιρὸς, TEMPVS VT NORIS, *monet:*
Et esse καιρὸν, tempestiuum quod vocant.
Romana sic est vox. Veni in tempore.
Vester quoque ille Comicus Terentius,
Rerum omnium primum esse tempus autumat:
Ad Antiphilam quo venerat seruus Dromo
Nullo impeditam, temporis seruans vicem.
Reputate cuncti, quotiens offensam incidat,
Spectata cui non fuerit opportunitas.
Tempus me abire, ne molestus. Plaudite.

PERIANDER.

227 *Ephyra creatus huc Periander prodeo,*
Μελέτη τὸ πᾶν quidixi: & qui dictum probo,
MEDITATIONEM *id esse totum, quodgeras.*
Is quippe solus rei gerendæ est efficax,
Meditatur omne qui prius negotium.
Aduersa rerum, vel secunda prædicat
Meditanda cunctis Comicus Terentius.
Locare sedes, bellum gerere, aut ponere,
Magnas, modicásque res etiam, paruas quoque
Agere volentem, semper meditari decet.
Nam segniores omnes in cœptis nouis,
Meditatio si rei gerendæ defuit.
Nihil est quod ampliorem curam postulet,
Quam cogitare, quid gerendum sit. dehinc
Incogitantes fors, non consilium regit.
Sed ego me ad partes iam recipio. Plaudite,
Meditati, vt vestram rem curetis publicam.

EORVNDEM SEPTEM SAPIENTVM SENTENTIÆ, SEPTENIS versibus ab eodem Ausonio explicatæ.

BIAS PRIENEVS.

228 *Quænam summa boni? Mens, quæ sibi conscia recti.*
Pernicies homini quæ maxima? Solus homo alter.
Quis diues? Qui nihil cupiat. Quis pauper? Auarus.
Quæ dos matronæ pulcherrima? Vita pudica.
Quæ casta est? De qua mentiri fama veretur.
Quod prudentis opus? Quum possit, nolle nocere.
Quid stulti proprium? Non posse, & velle nocere.

PITTACVS MITYLENAEVS.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.
Bono probari malo, quam multis malis.
Demens superbis inuidet felicibus.
Demens dolorem ridet infelicium.
Pareto legi, quisque legem sanxeris.
Plures amicos re secunda compara.
Paucos amicos rebus aduersis proba.

CLEOBVLVS LINDIVS.

Quanto plus liceat, tam libeat minus. 229
Fortunæ inuidiæ est immeritus miser.
Felix criminibus nullus erit diu.
Ignoscas aliis multa, nihil tibi.
Parcit quisque bonis, perdere vult malos.
Maiorum meritis gloria non datur.
Turpis sæpe datur fama minoribus.

PERIANDER CORINTHIVS.

Nunquam discrepat vtile à decoro.
Plus est sollicitus, magis beatus.
Mortem optare malum, timere peius.
Faxis, vt libeat, quod est necesse.
Multis terribilis, caueto multos.
Si fortuna iuuat, caueto tolli.
Si fortuna tonat, caueto mergi.

SOLON ATHENIENSIS.

Dico tunc beatam vitam, quum peracta fata sint. 230
Par pari iugator coniux, quicquid impar, dissidet.
Non erunt honores vnquam fortuiti muneris.
Clam coarguas propinquum, quem palam laudaueris.
Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.
Certa si decreta sors est, quid cauere proderit?
Siue sint incerta cuncta, quid timere conuenit?

CHILO LACEDAEMONIVS.

Nolo minor me timeat, despiciatque maior.
Viue memor mortis, vti sis memor & salutis,
Tristia cuncta exuperans aut animo, aut amico.
Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.
Quæ bene facta accipias, perpetuo memento.
Grata senectus homini, quæ parilis iuuentæ.
Illa iuuenta est grauior, quæ similis senectæ.

THALES MILESIVS.

231 *Turpe quid ausurus, te sine teste time.*
Vita perit: mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, dicere sustuleris.
Crux est, si metuas, vincere quod nequeas.
Quum vere obiurgas, sic inimice iuuas:
Quum falso laudas, tunc & amice noces.
Nil nimium satis est. ne sit & hoc nimium.

De ijsdem septem Sapientibus, è Græco.

Septenis patriam sapientum, nomina, voces,
Versibus expediam. sua quenque monosticha dicent.
Chilo, cui patria est Lacedæmon, NOSCERE SEIPSVM.
Periander, Trepidam MODERARE *Corinthius* IRAM.
Ex Mitylenæis, NIMIVM NIL, *Pittacus oris.*
MENSVRAM OPTIMVM *ait Cleobûlus Lindius, in re.*
EXPECTARE *Solon* FINEM *docet, ortus Athenis.*
PLVRES *esse Bias* PRAVOS, *quem clara Priene.*
Mileti, FVGISSE *Thales* VADIMONIA, *alumnus.*

AVSONII BVRDIGALENSIS EDYLLIA.

VERSVS PASCHALES PROCODICTI.

Edyllium I.

SAncta salutiferi redeunt sollemnia CHRISTI: 232
Et deuota pij celebrant ieiunia mystæ.
At nos æternum cohibentes pectore cultum,
Intemeratorum vim continuamus honorum.
5 *Annua cura sacris, iugis reuerentia nobis.*
Magne pater rerum, cui terra, & pontus, & aër,
Tartaráque & picti seruit plaga lactea cæli,
Noxia quem scelerum plebes tremit, almáque rursum
Concelebrat votis animarum turba piarum,
10 *Tu breuis hunc æui cursum, celerémque caducæ*
Finem animæ donas, æternæ munere vitæ.
Tu mites legum monitus, sacrósque prophetas
Humano impertis generi: seruásque nepotes,
Deceptum miseratus Adam: quem capta venenis
15 *Implicuit socium blandis erroribus Eua.*
Tu Verbum, pater alme, tuum, natúmque, deúmque, 233
Concedis terris, totum, similémque, paremque,
Ex vero verum, viuáque ab origine viuum.
Ille tuis doctus monitis, hoc addidit vnum:
20 *Vt super æquoreas nabat qui Spiritus vndas,*

Pigra immortali vegetaret membra lauacro.
Trina fides, auctore vno. Spes certa salutis
Hunc numerum iunctis virtutibus amplectenti.
Tale & terrenis specimen spectatur in oris
Augustus genitor, geminûm sator Augustorum. 25
Qui fratrem, natúmque, pio complexus vtrunque
Numine, partitur regnum, neque diuidit vnum,
Omnia solus habens, atque omnia dilargitus.
Hos igitur nobis trina pietate vigentes,
Rectores terræ placidos, cælíque ministros, 30
Christe apud æternum placabilis assere patrem.

CVPIDO CRVCI AFFIXVS, EDYLLIVM II.

Ausonius Gregorio filio salutem.

234 AN vnquam vidisti nebulam pictam in pariete? Vidisti vtique, & meministi. Treuiri quippe in triclinio Æoli fucata est pictura hæc. Cupidinem cruci affigunt mulieres amatrices, non hæ de nostro sæculo, quæ sponte peccant, sed illæ heroicæ, quæ sibi ignoscunt, & plectunt deum: quarum partem in Lugentibus campis Maro noster enumerat. Hanc ego imaginem specie, & argumento miratus sum. denique mirandi stuporem transtuli ad ineptiam poëtandi. Mihi præter lemma, nihil placet. sed commendo tibi errorem meum. NAEVOS NOSTROS & cicatrices amamus: nec soli nostro vitio peccasse contenti, affectamus, vt amentur. Verum quid ego huic eclogæ studiose patrocinor? Certus sum, quodcunque meum scieris, amabis: quod magis spero, quam vt laudes. Vale. *

235 *AEris in campis, memorat quos musa Maronis,*
Myrteus amentes vbi lucus opacat amantes,

Orgia ducebant Heroides: & sua quæque,
Vt quondam occiderant, leti argumenta gerebant,
5 *Errantes silua in magna, & sub luce maligna*
Inter arundineásque comas, grauidúmque papauer,
Et tacitos sine labe lacus, sine murmure riuos.
Quorum per ripas nebuloso lumine marcent
Fleti olim regum & puerorum nomina flores,
10 *Mirator Narcissus, & Oebalides Hyacinthus,*
Et Crocus auricomans, & murice pictus Adonis,
Et tragico scriptus gemitu Salaminius Æas.
Omnia, quæ lachrymis, & amoribus anxia mæstis,
Exercent memores óbita iam morte dolores:
15 *Rursus in amissum reuocant Heroidas æuum.* 236
Fulmineos Semelē decepta puerpera partus
Deflet, & ambustas latera per inania cunas
Ventilat ignauum simulati fulminis ignem.
Irrita dona querens, sexu gauisa virili,
20 *Mæret in antiquam Cænis reuocata figuram.*
Vulnera siccat adhuc Procris: Cephalúque cruentam
Diligit & percussa manum. Fert fumida testæ
Lumina Sestiaca præceps de turre puella.
Et de nimbóso saltum Leucate minatur
25 *Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.*
Harmoniæ cultus Eriphyle mæsta recusat,
Infelix nato, nec fortunata marito.
Tota quoque aëriæ Minoia fabula Cretæ,
Picturarum instar tenui sub imagine vibrat.
30 *Pasiphaë niuei sequitur vestigia tauri.* 237
Licia fert glomerata manu deserta Ariadne.
Respicit abiectas desperans Phædra tabellas.
Hæc laqueum gerit: hæc vanæ simulacra coronæ.
Dædaliæ pudet hanc latebras subiisse iuuencæ.
35 *Præreptas queritur per inania gaudia noctes*
Laodamia duas, viui functíque mariti.

Parte truces alia strictis mucronibus omnes
Et Tysbe, & Canace, & Sidonis horret Elissa.
Coniugis hæc, hæc patris, & hæc gerit hospitis ensem.
Errat & ipsa, olim qualis per Latmia saxa 40
Endymionéos solita affectare sopores,
Cum face, & astrigero diadémate Luna bicornis.
Centum aliæ veterum recolentes vulnera amorum,
Dulcibus, & mæstis refouent tormenta querelis.
238 *Quas inter medias, furuæ caliginis vmbram* 45
Dispulit inconsultus Amor, stridentibus alis.
Agnouere omnes puerum: memorísque recursu
Communem sensere reum. quanquam humida circum
Nubila, & auratas fulgentia cingula bullas,
Et pharetram, & rutilæ fuscarent lampados ignem: 50
Agnoscunt tamen: & vanum vibrare vigorem
Occipiunt: hostémque vnum loca non sua nactum,
Quum pigros ageret densa sub nocte volatus,
Facta nube premunt. trepidantem & cassa parantem
Suffugia, in cœtum mediæ traxere cateruæ. 55
Eligitur mæsto myrtus notissima luco,
Inuidiosa deûm pœnis. Cruciauerat illic
Spreta olim memorem Veneris Proserpina Adonim.
Huius in excelso suspensum stipite Amorem,
239 *Deuinctum post terga manus, substrictáque plantis* 60
Vincula mærentem, nullo moderamine pœnæ
Afficiunt. Reus est sine crimine, iudice nullo,
Accusatus Amor. SE QVISQVE ABSOLVERE *gestit:*
Transferat vt proprias aliena in crimina culpas.
Cunctæ exprobrantes tolerati insignia leti, 65
Expediunt. hæc arma putant. hæc vltio dulcis,
Vt quo quæque perit, studeat punire dolorem.
Hæc laqueum tenet. hæc speciem mucronis inanem
Ingerit. illa cauos amnes, rupémque fragosam,
Insanique metum pelagi, & sine fluctibus æquor. 70

Nonnullæ flammas quatiunt: trepidoque minantur
Stridentes nullo igne faces. rescindit adultum
Myrrha uterum lachrymis lugentibus: inque pauentem
Gemmea fletiferi iaculatur succina trunci.
75 *Quædam ignoscentum specie, ludibria tantum* 240
Sola volunt: stilus ut tenuis sub acumine puncti
Eliciat tenerum, de quo Rosa nata, cruorem:
Aut pubi admoueant petulantia lumina lychni.
Ipsa etiam simili genitrix obnoxia culpæ
80 *Alma Venus tantos penetrat secura tumultus.*
Nec circumuento properans suffragia nato,
Terrorem ingeminat. stimulisque accendit amaris
Ancipites furias. natique in crimina confert
Dedecus ipsa suum: quod vincula cæca mariti,
85 *Deprenso Mauorte, tulit: quod pube pudenda*
Hellespontiaci ridetur forma Priapi.
Quod crudelis Eryx, quod semiuir Hermaphroditus.
Nec satis in verbis. roseo Venus aurea serto
Mærentem pulsat puerum, & grauiora pauentem.
90 *Olli purpureum multato corpore rorem* 241
Sutilis expressit crebro rosa verbere: quæ iam
Tincta prius, traxit rutilum magis ignea fucum.
Inde truces cecidere minæ: vindictáque maior
Crimine visa suo Venerem factura nocentem.
95 *Ipsæ intercedunt Heroides: & sua quæque*
Funera crudeli malunt adscribere fato.
Tum grates pia mater agit, cessisse dolentes,
Et condonatas puero dimittere culpas.
Talia nocturnis olim simulacra figuris
100 *Exercent trepidam casso terrore quietem.*
Quæ postquam multa perpessus nocte Cupido
Effugit. pulsa tandem caligine somni
Euolat ad superos. portáque euadit eburna.

MOSELLA EDYL. III.

242 *TRansieram celerem nebuloso flumine Nauam,*
Addita miratus veteri noua mœnia vico:
Æquauit Latias vbi quondam Gallia Cannas:
Infletæque iacent inopes super arua cateruæ.
Vnde iter ingrediens nemorosa per auia solum, 5
Et nulla humani spectans vestigia cultus,
Prætereo arentem sitientibus vndique terris
Dumnissum, riguásque perenni fonte Tabernas:
Aruáque, Sauromatûm nuper metata colonis:
Et tandem primis Belgarum conspicor oris 10
Niuomagum, diui castra inclyta Constantini.
Purior hic campis aër: Phœbúsque sereno
Lumine purpureum reserat iam sudus Olympum.
Nec iam consertis per mutua vincula ramis,
243 *Quæritur exclusum viridi caligine cælum:* 15
Sed liquidum iubar, & rutilam visentibus æthram
Libera perspicui non inuidet aura diei:
In speciem quum me patriæ, cultúmque nitentis
Burdigalæ, blando pepulerunt omnia visu,
Culmina villarum pendentibus edita ripis, 20
Et virides Baccho colles, & amœna fluenta
Subterlabentis tacito rumore Mosellæ.
Salue amnis laudate agris, laudate colonis,
Dignata imperio debent cui mœnia Belgæ.
Amnis odorifero iuga vitea consite baccho, 25
Consite gramineas amnis viridissime ripas,
Nauiger, vt pelagus: deuexas pronus in vndas,
Vt fluuius: vitreóque lacus imitate profundo,
Et riuos trepido potes æquiparare meatu,
244 *Et liquido gelidos fontes præcellere potu.* 30
Omnia solus habes, quæ fons, quæ riuus, & amnis,

Et lacus, & bimo refluus munimine pontus.
Tu placidis prælapsus aquis, nec murmura venti
Vlla, nec occulti pateris luctamina saxi.
35 *Non superante vado rapidos reparare meatus*
Cogeris. extantes medio non æquore terras
Interceptus habes: iusti ne demat honorem
Nominis, exclusum si diuidat insula flumen.
Tu duplices sortite vias, & quum amne secundo
40 *Defluis, vt celeres feriant vada concita remi:*
Et quum per ripas nusquam cessante remulco,
Intendunt collo malorum vincula nautæ,
Ipse tuos quotiens miraris in amne recursus,
Legitimósque putas prope segnius ire meatus?
45 *Tu neque limigeris ripam prætexeris vluis:* 245
Nec piger immundo perfundis littora cœno:
Sicca sed in prima aspergis vestigia lympha.
I nunc, & Phrygiis sola leuia consere crustis,
Tendens marmoreum laqueata per atria campum.
50 *Ast ego despectis, quæ census opesque dederunt,*
Naturæ mirabor opus: non cura nepotum,
Lætaque iacturis vbi luxuriatur egestas.
Hîc solidæ sternunt humentia littora harenæ,
Nec retinent memores vestigia pressa figuras.
55 *Spectaris vitreo per leuia terga profundo,*
Secreti nihil amnis habens. Vtque almus aperto
Panditur intuitu liquidis obtutibus aër,
Nec placidi prohibent oculos per inania venti:
Sic demersa, procul durante per intima visu,
60 *Cernimus: arcanúmque patet penetrale fluenti.* 246
Quum vada lene meant, liquidarum & lapsus aquarum
Prodit cærulea dispersas luce figuras:
Quod sulcata leui crispatur harena meatu:
Inclinata tremunt viridi quod gramina fundo.
65 *Vtque sub ingenuis agitatæ fontibus herbæ,*
Vibrantes patiuntur aquas: lucétque, latétque

p

Calculus: & viridem distinguit glarea muscum
Tota Caledoniis talis pictura Britannis, *
Quum virides algas, & rubra corallia nudat
Æstus, & albentes concharum germina baccas, 70
Deliciásque hominum locupletes, quæque sub vndis
Assimulant nostros imitata monilia cultus.
Haud aliter placidæ subter vada læta Mosellæ,
Detegit admixtos non concolor herba lapillos.
247 Intentos tamen vsque oculos errore fatigant 75
Interludentes examina lubrica pisces.
Sed neque tot species, obliquatósque natatus,
Quæque per aduersum succedunt agmina flumen,
Nomináque, & cunctos numerosæ stirpis alumnos
Edere fas. haud ille sinit: cui cura secundæ 80
Sortis: & æquorei cessit tutela tridentis.
Tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris,
Squamigeri gregis ede choros. liquidóque sub alueo
Disfere cæruleo fluitantes amne cateruas.
Squameus herbosas CAPITO interlucet harenas, 85
Viscere præ tenero fartim congestus aristis:
Nec duraturus post bina trihoria mensis.
Purpureísque SALAR stellatus tergora guttis.
Et nullo spinæ nociturus acumine REDO.
248 Effugiénsque oculos celeri leuis VMBRA natatu. 90
Tuque per obliqui fauces vexate Saraui,
Qua bis terna fremunt scopulosis ostia pilis,
Quum defluxisti famæ maioris in amnem,
Liberior laxos exerces BARBE natatus.
Tu melior peiore æuo. tibi contigit omni 95
Spirantum ex numero non inlaudata senectus.
Nec te puniceo rutilantem viscere SALMO
Transierim: latæ cuius vaga verbera caudæ
Gurgite de medio summas referuntur in vndas,
Occultus placido quum proditur æquore pulsus. 100
Tu loricato squamosus pectore frontem

Lubricus, & dubiæ facturus fercula cenæ,
Tempora longarum fers incorrupte morarum,
Præsignis maculis capitis: cui prodiga nutat
105 *Aluus, opimatóque fluens abdomine venter.* 249
Quæque per Illyricum, per stagna binominis Istri,
Spumarum indicijs caperis MVSTELLA *natantum,*
In nostrum subuecta fretum, ne lata Mosellæ
Flumina tam celebri defraudarentur alumno.
110 *Quis te naturæ pinxit color? atra superne*
Puncta notant tergum: qua lutea circuit iris.
Lubrica cæruleus perducit tergora fucus.
Corporis ad medium fartim pinguescis: at illinc
Vsque sub extremam squallet cutis arida caudam.
115 *Nec te delicias mensarum* PERCA *silebo,*
Amnigenos inter pisces dignande marinis,
Solus puniceis facilis contendere mullis.
Nam neque gustus iners. solidóque in corpore partes
Segmentis coëunt: sed dissociantur aristis.
120 *Hîc etiam Latio risus prænomine, cultor* 250
Stagnorum, querulis vis infestissima ranis,
LVCIVS, *obscuras vlua, cœnóque lacunas*
Obsidet. hic nullos mensarum lectus ad vsus,
Feruet fumosis olido nidore popinis.
125 *Quis non & virides vulgi solatia* TINCAS
Norit, & ALBVRNOS *prædam puerilibus hamis,*
Stridentésque focis opsonia plebis ALAVSAS?
Teque inter species geminas, neutrúmque, & vtrunque,
Qui necdum Salmo, nec iam Salar, ambiguúsque,
130 *Amborum medio* FARIO *intercepte sub æuo?*
Tu quoque flumineas inter memorande cohortes
GOBIO, *non maior geminis sine pollice palmis,*
Præpinguis, teres, ouipara congestior aluo:
Propexíque iubas imitatus Gobio Barbi.
135 *Nunc pecus æquoreum celebrabere magne* SILVRE: 251
Quem velut Actæo perductum tergora oliuo

Amnicolam Delphina reor. sic per freta magnum
Laberis: & longi vix corporis agmina soluis,
Aut breuibus defersa vadis, aut fluminis vluis:
Aut quum tranquillos moliris in amne meatus. 140
Te virides ripæ, te cærula turba natantum,
Te liquidæ mirantur aquæ. diffunditur alueo
Æstus, & extremi procurrunt margine fluctus.
Talis Atlantiaco quondam ballæna profundo,
Quum vento, motú ve suo, telluris ad oras 145
Pellitur, exclusum fundit mare: magnáque surgunt
Æquora: vicinique timent decrescere montes.
Hic tamen, hic nostræ mitis ballæna Mosellæ,
252 Exitio procul est: magnóque honor additus amni.
Iam liquidas spectasse vias, & lubrica pisces 150
Agmina, multiplicésque satis numerasse cateruas.
Inducant aliam spectacula vitea pompam:
Solliciténtque vagos baccheïa munera visus:
Qua sublimis apex longo super ardua tractu
Et rupes, & aprica iugi, flexúsque, sinúsque, 155
Vitibus assurgunt, naturalique theatro.
Gauranum sic alma iugum vindemia vestit,
Et Rodopen: proprióque nitent Pangæa Lyæo.
Sic viret Ismarius super æquora Thracia collis.
Sic mea flauentem pingunt vineta Garumnam. 160
Summis quippe iugis tendentis in vltima cliui,
Conseritur viridi fluuialis margo Lyæo.
Læta operum plebes, festinantésque coloni
Vertice nunc summo properant, nunc deiuge dorso,
253 Certantes stolidis clamoribus. Inde viator 165
Riparum subiecta terens, hinc nauita labens,
Proba canunt seris cultoribus. adstrepit ollis
Et rupes, & silua tremens, & concauus amnis.
Nec solos hominum delectat scena locorum.
Hic ego & agrestes Satyros, & glauca tuentes 170
Naidas, extremis credam concurrere ripis,

Capripedes agitat cum læta proteruia Panas,
Insultántque vadis: trepidásque sub amne sorores
Terrent, indocili pulsantes verbere fluctum.
175 *Sæpe etiam mediis furata è collibus vuas*
Inter Oreïádas Panope fluuialis amicas,
Fugit lasciuos paganica numina Faunos.
Dicitur, & medio quum Sol stetit igneus orbe,
Vt commune fretum, Satyros, vitreásque sorores,
180 *Consortes celebrare choros, quum præbuit horas* 254
Secretas hominum cœtu flagrantior æstus,
Tunc insultantes sua per freta ludere Nymphas,
Et Satyros mersare vadis: rudibúsque natandi,
Per medias exire manus: dum lubrica falsi
185 *Membra petunt, liquidósque fouent pro corpore fluctus.*
Sed non hæc spectata vlli, nec cognita visu,
Fas mihi sit pro parte loqui. secreta tegatur,
Et commissa suis lateat reuerentia riuis.
Illa fruenda palam species: quum glaucus opaco
190 *Respondet colli fluuius, frondere videntur*
Fluminei latices, & palmite consitus amnis.
Quis color ille vadis, seras quum protulit vmbras
Hesperus, & viridi perfundit monte Mosellam?
Tota natant crispis iuga motibus: & tremit absens
195 *Pampinus, & vitreis vindemia turget in vndis.* 255
Adnumerat virides derisus nauita vites,
Nauita cau[illegible]o fluitans super æquora lembo.
Per medium, qua sese amni confundit imago,
Collis & vmbrarum confinia conserit amnis.
200 *Hæc quoque quam dulces celebrant spectacula pompas!*
Remipedes medio certant quum flumine lembi,
Et varios ineunt flexus, viridésque per oras
Stringunt attonsis pubentia germina pratis,
Puppibus, & proris. alacres gestire magistros,
205 *Impubémque manum super amnica terga vagantem,*
Dum spectat, transire diem. sua seria ludo

Posthabet: excludit veteres noua gratia curas.
Tales Cumano despectat in æquore ludos
Liber, sulfurei quum per iuga consita Gauri,
256 *Pérque vaporiferi graditur vineta Vesæui:* 210
Quum Venus Actiacis Augusti læta triumphis,
Ludere lasciuos fera prœlia iussit amores:
Qualia Niliacæ classes, Latiæque triremes
Subter Apollineæ gesserunt Leucádos arces:
Aut Pompeiani Mylasena pericula belli 215
Euboicæ referunt per Auerna sonantia cymbæ:
Innocuos ratium pulsus, pugnásque iocantes
Naumachiæ: Siculo quales spectante Peloro
Cæruleus viridi reparat sub imagine pontus.
Non aliam speciem petulantibus addit ephebis, 220
Pubertásque amnis, & picti rostra phaselli.
Hos Hyperionio quum sol perfuderit æstu,
Reddit nautales vitreo sub gurgite formas:
Et redigit pandas inuersi corporis vmbras.
257 *Utque agiles motus dextra, læuáque frequentant,* 225
Et commutatis alternant pondera remis,
Vnda refert alios simulacra humentia nautas.
Ipsa suo gaudet simulamine nautica pubes,
Fallaces fluuio mirata redire figuras.
Sic vbi compositos ostentatura capillos, 230
Candentem late speculi explorantis honorem
Quum primum caræ nutrix admouit alumnæ,
Læta ignorato fruitur virguncula ludo:
Germanæque putat formam spectare puellæ.
Oscula fulgenti dat non referenda metallo: 235
Aut fixas prætentat acus: aut frontis ad oram
Vibratis cœptat digitis extendere crines.
Talis ad vmbrarum ludibria, nautica pubes
Ambiguis fruitur veri falsíque figuris.
258 *Iam vero accessus faciles qua ripa ministrat,* 240
Scrutatur toto populatrix turba profundo.

Heu male defenſus penetrali flumine piſcis?
Hic medio procul amne trahens humentia lina,
Nodoſis decepta plagis examina verrit.
245 *Aſt hic tranquillo quà labitur agmine flumen,*
Ducit corticeis fluitantia retia ſignis.
Ille autem ſcopulis ſubiectas pronus in vndas,
Inclinat lentæ conuexa cacumina virgæ,
Indutos eſcis iaciens letalibus hamos.
250 *Quos ignara doli poſtquam vaga turba natantum*
Rictibus inuaſit: patulæque per intima fauces
Sera occultati ſenſerunt vulnera ferri:
Dum trepidant, ſubit indicium: criſpóque tremori
Vibrantis ſetæ nutans conſentit harundo:
255 *Nec mora & excuſſam ſtridenti verbere prædam*
Dextera in obliquum raptat puer. excipit ictum 259
Spiritus, vt fractis quondam per inane flagellis
Aura crepat: motóque adſibilat aëre ventus.
Exultant vdæ ſuper arida ſaxa rapinæ:
260 *Luciferique pauent letalia tela diei.*
Quique ſub amne ſuo manſit vigor, aëre noſtro
Segnis anhelantis vitam conſumit in auris.
Iam piger inualido vibratur corpore plauſus.
Torpida ſupremos patitur iam cauda tremores.
265 *Nec coeunt rictus: hauſtas ſed hiatibus auras*
Reddit mortiferos expirans branchia flatus.
Sic, vbi fabriles exercet ſpiritus ignes,
Accipit alterno cohibétque foramine ventos
Lanea fagineis alludens parma cauernis.
270 *Vidi egomet quoſdam leti ſub fine trementes,* 260
Collegiſſe animas: mox in ſublime citatos,
Cernua ſubiectum præceps dare corpora in amnem,
Deſperatarum potientes rurſus aquarum.
Quos impos damni puer inconſultus ab alto
275 *Impetit, & ſtolido captat prenſare natatu.*
Sic Anthedonius Bœotia per freta Glaucus

Gramina gustatu postquam exitialia Circes
Expertus, carptas moribundis piscibus herbas
Sumpsit, Carpathium subijt nouus accola pontum.
Ille hamis & rete potens, scrutator operti 280
Neréos, æquoream solitus conuerrere Tethyn,
Inter captiuas fluitauit præda cateruas.
Talia despectant longo per cærula tractu
Pendentes saxis, instanti culmine, villæ.
261 *Quas medius dirimit sinuosis flexibus errans* 285
Amnis: & alternas comunt prætoria ripas.
Quis modo Sestiacum pelagus, Nepheleïdos Helles
Æquor, Abydeni freta quis miretur ephebi?
Quis Chalcedonio constratum ab littore pontum,
Regis opus magni, medijs euripus vbi vndis, 290
Europæque, Asiæque vetat concurrere terras?
Non hic dira freti rabies, non sæua furentum
Prælia caurorum. Licet hic commercia linguæ
Iungere, & alterno sermonem texere pulsu.
Blanda salutiferas permiscent littora voces, 295
Et voces, & pæne manus. resonantia vtrinque
Verba refert, medijs concurrit fluctibus Echo.
Qui potis, innumeros cultúsque, habitúsque retexens,
Pandere tectonicas per singula prædia formas?
262 *Non hoc spernat opus Gortynius aliger, ædis* 300
Conditor Euboicæ. casus quem fingere in auro
Conantem Icarios, patrij pepulere dolores.
Non Philo Cecropius: non qui laudatus ab hoste,
Clara Syracosij traxit certamina belli.
Forsan & insignes hominúmque, operúmque labores 305
Hic habuit decima celebrata volumine Margei *
Hebdomas. hic clari viguere Menecratis artes,
Atque Ephesi spectata manus: vel in arce Mineruæ
Ictinus. magico cui noctua perlita fuco
Allicit omne genus volucres: perimitque tuendo. 310
Conditor hic forsan fuerit Ptolemaidos aulæ

Te clari proceres, te bello exercita pubes,
Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ.
Quin etiam mores, & lætum fronte seuera
385 *Ingenium, natura tuis concessit alumnis.*
Nec sola antiquos ostentat Roma Catones:
Aut unus tantum iusti spectator & æqui
Pollet Aristides, ueteres qui illustrat Athenas.
Verum ego quid laxis nimium spatiatus habenis
390 *Victus amore tui præconia detero? conde* 268
Musa chelyn, pulsis extremo carmine neruis.
Tempus erit, quum me studiis ignobilis otij
Mulcentem curas, senijque aprica fouentem,
Materiæ commendet honos: quum facta uiritim
395 *Belgarum, patriósque canam decora inclyta mores.*
Mollia subtili nebunt mihi carmina filo
Pierides: tenuique aptas subtegmine telas
Percurrent. dabitur nostris quoque purpura fusis.
Quis mihi tum non dictus erit? memorabo quietos
400 *Agricolas, legúmque catos, fandíque potentes,*
Præsidium sublime reis. quos curia summos
Municipum uidit proceres, propriúmque senatum.
Quos prætextati celebris facundia ludi
Contulit ad ueteris præconia Quinctiliani.
405 *Quique suas rexere urbes, purúmque tribunal* 269
Sanguine, & innocuas illustrauere secures.
Aut Italûm populos, aquilonigenásque Britannos
Præfecturarum titulo tenuere secundo.
Quique caput rerum Romam, populúmque, patrésque,
410 *Tantum non primo rexit sub nomine, quanuis*
Par fuerit primis. Festinat soluere tandem
Errorem fortuna suum: libatáque supplens
Præmia, iam ueri fastigia reddet honoris
Nobilibus repetenda nepotibus. At modo cœptum
415 *Detexatur opus, dilata laude uirorum.*
Dicamus læto per rura uirentia tractu

Felicem fluuium: Remque sacremus in undis.
Caeruleos nunc Rene sinus, hyalóque virentem
Pande peplum: spatiumque noui metare fluenti,
270 *Fraternis cumulandus aquis. nec praemia in undis* 420
Sola, sed Augustae veniens quòd moenibus urbis,
Spectauit iunctos natique patrisque triumphos,
Hostibus exactis Nicrum super, & Lupodunum,
Et fontem Latiis ignotum annalibus Histri.
Haec profligati venit modo laurea belli. 425
Mox alias aliásque feret. Vos pergite iuncti:
Et mare purpureum gemino propellite tractu.
Neu vereare minor pulcherrime Rene videri,
Inuidiae nil hospes habet. potiere perenni
Nomine. tu fratrem, famae securus, adopta. 430
Diues aquis, diues nymphis, largitor utrique
Alueus extendet geminis diuortia ripis:
Communésque vias diuersa per ostia fundet.
Accedent vires, quas Francia, quásque Camaues,
271 *Germanique tremant. tunc verus habebere limes.* 435
Accedet tanto geminum tibi nomen ab amni.
Quumque uno de fonte fluas, dicere bicornis.
Haec ego, VIVISCA *ducens ab origine gentem,*
Belgarum hospitiis nunc per noua foedera notus,
AVSONIVS *nomen Latium, patriáque, domoque* 440
Gallorum extremos inter, celsamque Pyrenen,
Temperat ingenuos qua laeta Aquitania mores,
Audax exigua fide concino. Fas mihi sacrum
Perstrinxisse amnem tenui libamine musae.
Nec laudem affecto. veniam peto. Sunt tibi multi 445
Alme amnis, sacros qui sollicitare fluores
Aonidum, totámque solent haurire Aganippen.
Ast ego, quanta mei dederit se vena liquoris,
Burdigalam quum me in patriam nidúmque senectae
272 *Augustus pater, & natus mea maxima cura,* 450
Fascibus Ausoniis decoratum, & honore curuli

Dinochares: quadro cui in fastigia cono
Surgit, & ipsa suas consumit pyramis vmbras.
Iussus ob incesti qui quondam fœdus amoris,
315. *Arsinoën Pharij suspendit in aëre templi.* 263
Spirat enim tecti testudine totus Achates, *
Afflictámque trahit ferrato crine puellam.
Hos ergo, aut horum similes, est credere dignum
Belgarum in terris scenas posuisse domorum,
320 *Molitos celsas fluuij decoramina villas.*
Hæc est natiui sublimis in aggere saxi,
Hæc procurrentis fundata crepidine ripæ.
Hæc refugit: captúmque sinu sibi vindicat amnem.
Illa tenens collem, qui plurimus imminet amni,
325 *Vsurpat faciles per culta, per aspera, visus*
Vtque suis, fruitur diues speculatio terris.
Quin etiam riguis humili pede condita pratis
Compensat celsi bona naturalia montis:
Sublimique minans irrumpit in æthera tecto,
330 *Ostentans altam, Pharos vt Memphitica, turrim.* 264
Huic proprium est clausos consepto gurgite pisces
Apricas scopulorum inter captare nouales.
Hæc summis innixa iugis, labentia subter
Flumina despectu iam caligante tuetur.
335 *Atria quid memorem viridantibus assita pratis?*
Innumerísque super nutantia tecta columnis?
Quid, quæ sulfurea substructa crepidine fumant
Balnea, feruenti cum Mulciber haustus operto
Voluit anhelatas tectoria per caua flammas,
340 *Inclusum glomerans æstu exspirante vaporem?*
Vidi ego defessos multo sudore lauacri,
Fastidisse lacus, & frigora piscinarum,
Vt viuis fruerentur aquis: mox amne refotos
Plaudenti gelidum flumen pepulisse natatu.
345 *Quod si Cumanis huc afforet hospes ab oris,* 265
Crederet Euboicas simulacra exilia Baias

His domasse locis: tantus cultúsque, nitorque
Allicit, & nullum parit oblectatio luxum.
Sed mihi qui tandem finis tua glauca fluenta
Dicere? dignandúmque mari memorare Mosellam? 350
Innumeri quod te diuersa per ostia late
Incurrunt amnes? quanquam differre meatus
Possent: sed celerant in te consumere nomen.
Nanque & PRONAEAE NEMESAEQVE *adiuta meatu*
SVRA, *tuas properat non degener ire sub undas:* 355
Sura interceptis tibi gratificata fluentis:
Nobilius permista tuo sub nomine, quam si
Ignoranda patri confunderet ostia ponto.
Te rapidus GELBIS, *te marmore clarus* ERVBRVS,
266 *Festinant famulis quàm primum adlambere lymphis.* 360
Nobilibus Gelbis celebratur piscibus. ille,
Præcipiti torquens cerealia saxa rotatu,
Stridentésque trahens per leuia marmora serras,
Audit perpetuos ripa ex utraque tumultus.
Prætereo exilem LESVRAM, *tenuemque* DRAHONVM, 365
Nec fastiditos SALMONAE *usurpo fluores:*
Nauiger undisona dudum me molle SARAVVS
Tota ueste uocat: longum qui distulit amnem,
Fessa sub Augustis ut uolueret ostia muris.
Nec minor hoc, tacitum qui per sola pinguia labens, 370
Stringit frugiferas felix ALISONTIA *ripas.*
Mille alij, prout quenque suus magis impetus urget,
Esse tui cupiunt. Tantus properantibus undis
Ambitus, aut moles. Quod si tibi dia Mosella
267 *Smyrna suum uatem, uel Mantua clara dedisset,* 375
Cederet Iliacis Simois memoratus in oris:
Nec præferre suos auderet Tibris honores.
Da ueniam mihi, Roma potens. pulsa, oro, facessat
Inuidia: & Latiæ Nemesis non cognita linguæ,
Imperij sedem, Romæque tuere parentes. 380
Salue magne parens frugúmque, uirúmque Mosella.

dum versiculos, ante cenæ tempus absolui, hoc est, dum bibo, & paulo ante, quam biberem. Sit ergo examen pro materia, & tempore. Sed tu quoque hoc ipsum paullo hilarior, & dilutior lege. Nanque iniurium est de poëta male sobrio lectorem abstemium iudicare. Neque me fallit, fore aliquem, qui hunc iocum nostrum acutis naribus, & caperata fronte condemnet: negétque me omnia, quæ ad ternarium, & nouenarium numeros pertinēt, attigisse: quem ego verum dicere fatebor, iuste negabo. Quippe si bonus est, quæ omisi, non oblîta mihi, sed prĕterita existimet. Dehinc qualiscunque est, cogitet secum, quàm multa de his non reperisset, si ipse quæsisset. Sciat etiam me nec omnibus érutis vsum, & quibusdam oblatis abusum. Quam multa enim de ternario sciens neglexi! tempora, & personas, genera, & gradus, nouem naturalia metra cum trimetris, totā grammaticam, & musicam: libróśque medicinę, Termaximum Hermen, & amatorem primum philosophiæ, Varronísque numeros, & quícquid prophanum vulgus ignorat. Postremo, quod facile est, quum ipse multa inuenerit, cómparet se atque me, occupatum cum otioso, pransum cum abstemio, iocum & ludum meum, diligentiam & calumniam suam. Alius enim alio plura inuenire potest: nemo omnia. Quòd si alicui & obscurus videbor: apud eum me sic tuebere. Primum eiusmodi epyllia, nisi vel obscura sint, nihil futura. deinde numerorum naturam non esse scirpum: vt sine nodo sint. Postremo si etiam tibi obscurus fuero, cui nihil neque non lectum est, neque non intellectum, tū vero ego beatus, quod affectaui assequar, me vt requiras, me desideres, de me cogites. Vale. 277

TER bibe, vel totiens ternos. sic mystica lex est: 278
Vel tria potanti, vel ter tria multiplicanti,
Imparibus nouies ternis contexere cubum.
Iuris idem tribus est, quod ter tribus. omnia in istis,
5 *Forma hominis cœpti, plenúque exactio partus:*
Quique nouem nouies fati tenet vltima finis.

Tres ope progeniti fratres. Tres ordine Parcæ.
Vesta, Ceres, Iuno sexus muliebre sorores.
Inde trisulca Iouis sunt fulmina. Cerberus inde,
Inde tridens. Tripléxque Helenes cum fratribus ouum. 10
Ter noua Nestoreos impleuit purpura fusos.
Et totiens trino cornix viuacior æuo.
Quam nouies terni glomerantem sæcula tractus
Vincunt æripedes ter terno Nestore cerui.
279 *Tris quorum ætates superat Phœbeïus oscen.* 15
Quem nouies senior Gangeticus anteit ales,
Ales Cinnameo radiatus tempora nido.
Tergemina est Hecate. Tria virginis ora Dianæ.
Tres Charites. Tria Fata. Triplex vox. Trina elementa.
Tres in Trinacria Sirenes, & omnia trina, 20
Tres volucres, tres semideæ, tres semipuellæ
Ter tribus ad palmam iussæ certare camenis,
Ore, manu, flatu: buxo, fide, voce canentes.
Tres sophiæ partes. Tria Punica bella. Trimestres
Annorum cælíque vices, Noctísque per umbram 25
Tergemini vigiles. Ter clara instantis eoi
Signa canit serus deprenso Marte satelles.
Et qui conceptus triplicatæ vespere noctis,
Iussa quater ternis suspendit opima trophæis.
280 *Et Lyrici vates numero sunt Mnemosynarum,* 30
Tris solas quondam tenuit quas dextera Phœbi.
Sed Citheron totiens ternas ex ære sacrauit
Relligione patrum: qui sex periisse timebant.
Trina Terentino celebrata trinoctia ludo:
Qualia bis genito Thebis Trieterica Baccho. 35
Tris primas Thracum pugnas tribus ordine sellis
Iuniadæ patri inferias misere sepulto.
Illa etiam thalamos per trina ænigmata quærens,
Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia solus,
Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis 40
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Mittent, emeritæ post tempora disciplinæ,
Latius arctoi præconia persequar amnis.
Addam vrbes, tacito quas subterlaberis alueo:
455 *Mœniáque antiquis te prospectantia muris.*
Addam præsidiis dubiarum condita rerum,
Sed modo securis non castra, sed horrea Belgis.
Addam felices ripa ex vtraque colonos.
Teque inter medios hominúmque, boúmque labores,
460 *Stringentem ripas, & pinguia culta secantem.*
Non tibi se LIGER *anteferet, non* AXONA *præceps,*
MATRONA *non, Gallis, Belgísque intérsita fines,*
Santonico refluus non ipse CARANTONVS *æstu.*
Concedet gelido DVRANI *de monte volutus*
465 *Amnis: & auriferum postponet Gallia* TARNEM.
Insanúmque ruens per saxa rotantia late
In mare purpureum, dominæ tamen ante Mosellæ
Numine adorato, Tarbellius ibit ATVRRVS.
Corniger externas celebrande Mosella per oras,
470 *Nec solis celebrande locis, vbi fonte supremo*
Exeris auratum taurinæ frontis honorem:
Quáque trahis placidos sinuosa per arua meatus:
Vel qua Germanis sub portubus ostia soluis,
Si quis honos tenui volet aspirare camenæ,
475 *Perdere si quis in his dignabitur otia musis,*
Ibis in ora hominum, lætóque fouebere cantu.
Te fontes, viuique lacus, te cærula noscent
Flumina: te veteres pagorum gloria luci,
Te DRVNA, *te sparsis incerta* DRVENTIA *ripis,*
480 *Alpinique colent fluuij, duplicémque per vrbem*
Qui meat, & dextræ Rodanus dat nomina ripæ.
Te stagnis ego cæruleis, magnúmque sonoris
Amnibus, æquoreæ te commendabo Garumnæ.

273

GRIPHVS TERNARII NVMERI,

EDYLLIVM IV.

Ausonius Symmacho S.

274 LATEBAT inter nugas meas libellus ignobilis, vtinámque latuisset: neque indicio suo, tãquam sorex, periret. Hunc ego quum, velut gallinaceus Euclionis, situ chartei pulueris eruissem, excussum relégi: atque vt auidus fœnerator, improbum nummum malui occupare, quam condere. Dein cogitans mecum, non illud Catullianum,

Cui dono lepidum nouum libellum,

sed ἀμουσότερον, & verius,

Cui dono illepidum, rudem libellum,

non diu quæsiui. Tu enim occurristi: quem ego, si mihi potestas sit ex omnibus deligendi vnum, semper elegerim. Misi itaque ad te friuola gerris Siculis vaniora: vt quum agis nihil, 275 hæc legas: & ne nihil agas, defendas. Igitur iste nugator libellus, iam diu secreta quidem, sed vulgi lectione laceratus, perueniet tandem in manus tuas. Quem tu aut vt Æsculapius, redintegrabis ad vitam: aut vt Plato, iuuante Vulcano, liberabis infamia: si peruenire non debet ad famam. Fuit autem ineptiolæ huius ista materia. In expeditione, quod tempus, vt scis, licentiæ militaris est, super mensam meam facta est inuitatio, nõ illa de Rubrij conuiuio, vt Græco more biberetur, sed illa de Flacci ecloga: in qua propter mediam noctem, & nouam lunam, & Murenę auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates. Hunc locum de ternario numero, illico nostra illa poëtica scabies cœpit excalpere. Cuius morbi quoniam facile contagium est, vtinam ad te quoque prurigo cómmigret: & fuco tuæ emendationis adiecto, impingas spongiam: quæ imperfectum opus equi male spumantis ab-276 soluat. Ac ne me nescias gloriosum, cœptos inter pranden-

Trina in Tarpeio fulgent consortia templo.
Humana efficiunt habitacula tergenus artes,
Parietibus qui saxa locat, qui culmine tigna:
45 *Et qui supremo fucat tectoria cultu.* 281
Hinc Bromij quadrantal, & hinc Sicana medimna.
Hoc tribus, hoc geminis tribus explicat vsus agendi.
In physicis tria prima, Deus, Mundus, data forma.
Tergenus omnigenum, genitor, genitrix, generatum.
50 *Per trinas species trigonorum linea currit,*
Æquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.
Tris coit in partes numerus perfectus: vt idem
Congrege ter terno per ter tria dissoluatur.
Tris primus par impar habet, mediúmque: sed ipse
55 *Qui medius, quinque & septem quoque diuidit vnus.*
Et numero in toto positus sub acumine centri,
Distinguit solidos cubo pereunte trientes,
Æquipares dirimens partes ex impare terno:
Et paribus triplex medium, quum quattuor, & sex,
60 *Bísque quaternorum secernitur omphalos idem.* 282
Ius triplex, tabulæ quod ter sanxere quaternæ,
Sacrum, priuatum, & populi commune quod vsquam est.
Interdictorum trinum genus, Vnde repulsus
Vi fuero, aut Vtrobi fuerit, Quorúmve bonorum.
65 *Triplex libertas, Capitísque minutio triplex.*
Trinum dicendi genus est, sublime, modestum,
Et tenui filo. Triplex quoque forma medendi,
Quæ logos, aut methodos, cuique experientia nomen.
Et medicina triplex, seruare, cauere, mederi.
70 *Tres oratorum cultus, regnata Colosso*
Quem Rhodos, Actææ quem dilexistis Athenæ,
Et quem de scenis tetrica ad subsellia traxit
Prosa Asiæ, in causis numeros imitata chororum.
Orphéos hinc tripodes: quia sunt tria, terra, aqua, flammæ.
75 *Triplex sideribus positus, distantia, forma,*
Et modus. Et genitrix modulorum musica triplex, 283

Micta libris, secreta astris, vulgata theatris.
Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu.
Hoc numero Tribus, & sacro de monte Tribuni.
Tres equitum turmæ. Tria nomina nobiliorum. 80
Nomina sunt chordis tria. Sunt tria nomina mensi.
Geryones triplex. Triplex compago Chimæræ.
Scylla triplex commista tribus, cane, virgine, pisce.
Gorgones, Harpyiæque, & Erinnyes agmine terno.
Et tres fatidicæ nomen commune Sibyllæ: 85
Quarum tergemini fatalia carmina libri:
Quos ter quinorum seruat cultura virorum.
Ter bibe. Tris numerus super omnia. ter Deus vnus.
Hic quoque ne ludus numero transcurrat inerti,
Ter decies ternos habeat, deciésque nouenos. 90

TECHNOPAEGNION.

EDYLLIVM V.

Ausonius Pacato Proconsuli.

284 SCIO mihi apud alios pro laboris modulo, laudem non posse procedere. quam tamen si tu indulseris, vt ait Afranius in Thaide, maiorem laudem, quam laborem inuenio. Quæ lecturus es, Monosyllaba sunt, quasi quædam puncta sermonum: in quibus nullus facundię locus est, sensuum nulla conceptio, propositio, redditio, conclusio, aliáque sophistica, quæ in vno versu ęsse non possunt, sed cohærentia, vt circuli catenarum separati. Et simul ludicrum opusculum texui, ordiri maiuscula sólitus: sed in tenui labor, at non tenuis gloria. Si probantur, tu facies, vt sint aliquid. Nam sine te Monosyllaba erunt, vel siquid minus: in quibus ego, quod ad vsum pertinet, lusi: quod ad molestiam, laboraui. Libello TECHNOPAEGNII nomen dedi: ne aut ludum laboranti, aut artem crederes defuisse ludenti.

Ausonius Paulino suo.

MISI ad te Technopægnion, inertis otij mei inutile opusculum. Versiculi sunt monosyllabis cœpti, & monosyllabis terminati. Nec hic modo stetit scrupea difficultas, sed accessit ad miseriam cogitandi, vt idem monosyllabum, quod esset finis extremi versus, principium fieret insequentis. Dic ergo, ô mora, & ô pœna. rem vanam, quippe cura exigua est. Et fastiditur inconnexa, & implicatur: quum sit aliquid nihili, vel deprehenditur. Laborauit tamen, vt haberet aut historicòn quippiam, aut dialecticón. Nam poëticam, vel sophisticam leuitatem necessitas obseruationis exclusit. Ad summam, non est quod mireris, sed paucis litteris additis, est cuius miserearis: neque æmulari velis. Et si huc quoque descéderis, maiorem molestiam capias, ingenij & facundiæ detrimento, quam oblectationem, imitationis affectu. 285

Versus monosyllabis cœpti, & finiti, ita, vt à fine versus ad principium recurrant.

286

RES hominum fragiles agit, & regit, & perimit fors.
Fors dubia, æternumque labans: quam blanda fouet spes.
Spes nullo finita æuo: cui terminus est mors.
Mors auida, inferna mergit caligine quam nox.
5 *Nox obitura vicem: remeauerit aurea quum lux.*
Lux dono concessa deûm: cui præuius est sol.
Sol, cui nec furto Veneris latet armipotens Mars.
Mars nullo de patre satus: quem Thressa colit gens.
Gens infrena virûm: quibus in scelus omne ruit fas.
10 *Fas hominem mactare sacris. ferus iste loci mos.*
Mos ferus audacis populi; quem nulla tenet lex.
Lex, naturali quam condidit imperio ius.
Ius genitum pietate hominum, ius certa Dei mens.
Mens, quæ cælesti sensu rigat emeritum cor.
15 *Cor vegetum mundi instar habens, animæ vigor, ac vis.*
Vis tamen hic nulla est: verum est iocus, & nihili res.

287 Vt in vetere verbo est, Sequitur ver hiemem. vbi iam similium nugarum subtexo nequitiam, & hi versiculi monosyllabis terminantur, exordio tamen libero, quanquam fine legitimo. Sed laboraui, vt quantum posset videri apud aures indulgentissimas, absurda concinerent, insulsa resiperent, hiucula congruerent: denique haberent & amara dulcedinem, & inamœna venerem, & aspera lenitatem. Quæ quidem omnia quoniam insuauis materia deuenustat, lectio benigna cõciliet. Tu quoque mihi tua crede securior, quippe meliora. Sed, vt, quod per adagionem cœpimus, prouerbio finiamus, Mutuum muli scabant.

Aemula dijs, naturæ imitatrix, omniparens *ars,*
Pacato vt studeat labor hic meus, esto operi *dux.*
Arcta, inamœna licet, nec congrua carminibus *lex:*
Iudice sub tanto fandi tamen accipiet *ius.* 20
Quippe & ridiculis data gloria, ni prohibet *fors.*

De membris.

288 *Iudicat in pueris septennia prima nouus* *dens.*
Pubentes annos robustior anticipat *vox.*
Inuicta & ventis & solibus est hominum *frons.*
Et durum nerui cum viscere consociant *os.* 25
Palpitat irrequies, vegetum, teres, acre, calens *cor:*
Vnde vigent sensus: dominatrix quos vegetat *mens.*
Atque in verba refert modulata lege loquax *os.*
Quam validum est, hominis quota portio, cæruleum *fel!*
Quam tenue, & molem quantam fert corpoream *crus!* 30
Pondere sub quanto nostrum moderatur iter *pes!*

De inconnexis.

289 *Sæpe in coniugiis fit noxia, si nimia est* *dos.*
Sexus vterque potens, sed præualet imperio *mas.*
Qui recte faciet, non qui dominatur, erit *rex.*
Vexat amicitias, & fœdera dissociat *lis.* 35
Incipe. quicquid agas, pro toto est prima operis *pars.*
Insinuat cælo, dijsque inserit emeritos, *laus.*

	Et disciplinis conferta est, & vitiis,	*vrbs.*	
	Vrbibus in tutis munitior vrbibus est	*arx.*	
40	*Auro magnus honos. auri pretium tamen est*	*æs.*	
	Longa dies operosa viro, sed temperies	*nox,*	
	Qua caret Æthiopum plaga, peruigil, irrequies	*gens:*	
	Semper vbi æterna vertigine clara nitet	*lux.*	

De dijs.

	Sunt & cælicolûm monosyllaba. Prima deûm	*Fas,*	290
45	*Quæ Themis est Graiis. post hanc Rhea, quæ Latiis*	*Ops.*	
	Tum Iouis, & consigermanus, Tartareus	*Dis.*	
	Et soror, & coniunx fratris, regina deûm,	*Vis.*	
	Et qui quadriiugo curru pater inuehitur	*Sol.*	
	Quique truces belli motus ciet armipotens	*Mars:*	
50	*Quem nunquam pietas, nunquam bona sollicitat*	*Pax.*	
	Nec cultor nemorum reticebere, Mænalide	*Pan.*	
	Nec Genius domuum, Larunda progenitus	*Lar.*	
	Fluminibúsque Italis præpollens sulfureus	*Nar.*	
	Quæque piat diuûm periuria, nocticolor	*Styx.*	
55	*Veliuolique maris constrator Leucónotos*	*Libs.*	
	Et nunquam in dubiis hominum, bona destituens	*Spes.*	

De cibis.

	Nec nostros reticebo cibos, quos priscus habet	*mos.*	291
	Irritamentum quibus additur æquoreum	*sal.*	
	Olim communis pecori cibus atque homini	*glans,*	
60	*Ante equidem, campis quàm spicea suppeteret*	*frux.*	
	Mox ador, atque ádoris de polline pultificum	*far.*	
	Instruxit mensas quo quondam Romulidum	*plebs.*	
	Hinc cibus, hinc potus, quum dilueretur aqua	*puls.*	
	Est inter fruges morsu piper æquiparans	*git.*	
65	*Et Pelusiaco de semine plana, teres,*	*lens.*	
	Et duplici defensa putamine quinquegenus	*nux.*	
	Quódque cibo & potu placitum, labor acer apum,	*mel.*	
	Naturæ liquor iste nouæ: cui summa natat	*fæx.*	

De historijs.

292	*Solamen tibi, Phœbe, nouum dedit Oebalius*	*flos.*	
	Flore alio reus est Narcissi morte sacer	*fons.*	70
	Cædis Adonéæ mala gloria fulmineus	*sus.*	
	Periurum Lapitham Iunonia ludificat	*nubs.*	
	Ludit & Æaciden Parnassia Delphicolæ	*sors.*	
	Threicium, Libycum, freta, Cimmeriúmque secat	*bos.*	
	Non sine Hamadryadis fato cadit arborea	*trabs.*	75
	Quo generata Venus, Saturnia desecuit	*falx.*	
	Sæua inter rupes Scythicas stetit alitibus	*crux.*	
	Vnde Promethêo de corpore sanguineus	*ros*	
	Aspergit cautes: & dira aconita creat	*cos.*	
	Ibycus vt perijt, vindex fuit altiuolans	*grus.*	80
	Æacidæ ad tumulum mactata est Andromachæ	*glos.*	
	Carcere in Argiuo Philopœmena lenta adijt	*mors.*	
	Tertia opima dedit spoliatus Aremoricus	*Lars.*	
293	*Sera venenato potu abstulit Annibalem*	*nex.*	
	Vltrix flagrauit de rupibus Euboïcis	*fax.*	85
	Stat Iouis ad cyathum, generat quem Dardanius	*Tros.*	
	Præpetibus pennis super aëra vectus homo	*Cres.*	
	Intulit incestam tibi vim Philomela ferus	*Thrax.*	
	Barbarus est Lydus, seruus Geta, femineus	*Phryx.*	
	Res Asiæ quantas leto dedit immeritas	*fraus!*	90
	Fallaces Ligures. Nullo situs in pretio	*Car.*	
	Nota in portentis Thebana tricorporibus	*Sphinx.*	
	Nota & paruorum cunis muliebre scelus	*Strix.*	

De vêre primo.

Annus ab exortu cum floriparum referat	*ver,*	
Cuncta vigent: nemus omne viret: nitet auricomum	*rus.*	95
Et fusura vmbras radicitus exigitur	*Stirps.*	
Non denso ad terram lapsu glomerata fluit	*nix.*	
Florum spirat odor, Libani ceu montis honor	*tus.*	
Iam pelago volitat mercator vestifluus	*Ser.*	

Per interrogationem, & responsionem.

100 *Quis subit in pœnam capitali iudicio?* *vas.* 294
Quid quum lis fuerit nummaria? quis dabitur? *præs.*
Quis Mirmilloni contenditur æquimanus? *Thrax.*
Inter virtutes quod nomen Mercurio? *fur.*
Turibula, & pateræ, quæ tertia vasa deûm? *lanx.*
105 *Cincta mari quænam tellus creat Hippocratem?* *Cos.*
Grex magis, an regnum Minoïda sollicitat? *grex.*
Quid præter nubem Phæacibus impositum? *mons.*
Dic, cessante cibo, somno quis opimior est? *glis.*
Tergora dic clipeis accommoda quæ faciat? *glut.*
110 *Sponte ablatiui casus quis rectus erit?* *spons.*
Quadrupes oscinibus quis iungitur auspicijs? *mus.*
Quid fluitat pelago, quod non natat in fluuio? *pix.*
Bissenas partes quis continet æquipares? *as.*
Tertia defuerit si portio, quid reliquum? *bes.*

De litteris monosyllabis Græcis, ac Latinis.

115 *Dux elementorum studijs viget in Latiis* *a* 295
Et suprema notis ascribitur Argolicis *ω*
Ητα *quod Æolidûm, quódque e valet, hoc latiare* *e*
Præsto, quod e Latium semper breue, Dorica vox *e.*
Hoc tereti argutóque sono legit Attica gens *o.*
120 Ω *quod &* Υ *Græcum compensat Romula vox* *o.*
Littera sum Iotæ similis, vox plena, iubens, I.
Cecropiis ignota notis, ferale sonans, *V.*
Pythagoræ biuium ramis pateo ambiguis Y
Vocibus in Graiis nunquam vltima conspicior *μ.*
125 *Zeta iacens, si surgat, erit nota, quæ legitur* N.
Mæandrum, flexúsque vagos imitata, vagor *ξ.*
Diuiduum Betæ monosyllabon Italicum B.
Non formam, at vocem Deltæ gero Romuleum D. 296
Hostilis quæ forma iugi est, hanc efficiet Π.
130 *Ausonium si P scribas, ero Cecropium* *ρ.*

Et Rho de Græco mutabitur in Latium	P.	
Malus vt antemnam fert vertice, sic ego sum	T.	
Spiritus hic, flatus tenuissima viuificans,	H.	
Hæc tribus in Latio tantum addit nominibus	K.	
Præualuit post quam Gammæ vice functa prius	C.	135
Atque alium pro se titulo replicata dedit	Q.	
Ansis cincta duabus erit quum Iota, leges	Θ.	
In Latio numerus denarius, Argolicum	X.	
Hæc gruis effigies Palamedica porrigitur	Φ.	
Κάππα fuit quondam Bœotia, nunc Latium	K.	140
Furca, tricornigera specie, pæne vltima sum	Ψ.	

Grammaticomastix.

297 *E Logodædalia stridet modo quid nimium?*	*trux.*	
Friuola condemnas? nequam quoque cum pretio est	*merx.*	
Ennius vt memorat, replet te lætificum	*gau.*	
Liuida mens hominum concretum felle coquat	*pus.*	145
Dic, quid significent catalecta Maronis. in his	*al*	
Celtarum posuit. sequitur non lucidius	*tau.*	
Imperium, litem, venerem, cur vna notet	*res.*	
Estne peregrini vox nominis, an Latij	*sil.*	
Et quo germano mistum male letiferum	*min.*	150
Lintribus ingeminis constratus ponto sit, an	*pons.*	
Bucolico sepes dixit Maro, cur Cicero	*seps.*	
Vox solita, & cunctis notissima, si memor es,	*lac,*	
Cur condemnetur, ratio magis vt faciat	*lact.*	
An Libyæ ferale malum, sit Romula vox	*seps.*	155
Si bonus est insons, contrarius, & reus est	*sons.*	
Diues opum cur nomen habet Ioue de Stygio	*Dis.*	
Vnde Rudinus ait Diuum domus altisonum	*cæl.*	
Et cuius de more, quod astruit, endo suam	*do.*	
Aut de fronde loquens, cur dicit populea	*frons.*	160
Sed quo progredior? quæ finis? quis modus, &	*calx?*	
Indulge, Pacate, bonus, doctus, facilis	*vir.*	
Totum opus hoc sparsum, crinis velut Antiphilæ.	*pax.*	

ROSAE,

EDYLLIVM VI.

VER erat: & blando mordentia frigora sensu — 298
Spirabat croceo mane reuecta dies.
Strictior eoos præcesserat aura iugales,
Æstiferum suadens anticipare diem.
5 Errabam riguis per quadrua compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendêre, aut olerum stare cacuminibus,
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
10 Et cælestis aquæ pondere tunc grauidas.
Vidi Pæstano gaudere rosaria cultu,
Exoriente nouo roscida lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutetis,
Ad primi radios interitura die.
15 Ambigeres, raperétne rosis aurora ruborem, — 299
An daret: & flores tingeret orta dies.
Ros vnus, color vnus, & vnum mane duorum.
Sideris & floris nam domina vna Venus.
Forsan & vnus odor, sed celsior ille per auras
20 Difflatur: spirat proximus iste magis.
Communis Paphie dea sideris, & dea floris,
Præcipit vnius muricis esse habitum.
Momentum intererat, quo se nascentia florum
Germina comparibus diuiderent spatiis.
25 Hæc viret angusto foliorum tecta galero:
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hæc aperit primi fastigia celsa obelisci,
Mucronem absoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exsinuabat amictus,
30 Iam meditans foliis se numerare suis: — 300
Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens inclusi semina densa croci.

f

Hæc modo quæ toto rutilauerat igne comarum,
Pallida collapsis deseritur foliis.
Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam, 35
Et dum nascuntur, consenuisse rosas.
Ecce & defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor: & tellus tecta rubore micat.
Tot species, tantósque ortus, variósque nouatus,
Vna dies aperit: conficit vna dies. 40
Conquerimur, Natura, breuis quod gratia florum est.
Ostentata oculis illico dona rapis.
Quam longa vna dies, ætas tam longa rosarum.
Quas pubescentes iuncta senecta premit.
Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous, 45
Hanc rediens sero vespere vidit anum.
Sed bene, quod paucis licet interitura diebus,
Succedens æuum prorogat ipsa suum.
Collige virgo rosas, dum flos nouus, & noua pubes:
Et memor esto æuum sic properare tuum. 50

EX GRAECO, PYTHAGORICON, DE AMBIGVITATE ELIGENDAE VITAE.

EDYLLIVM VII.

Ausonius Drepanio filio.

301

Cui dono lepidum nouum libellum?
Veronensis ait poëta quondam.
Inuentoq́ dedit statim Nepoti.
At nos illepidum, rudem, libellum,
Burras, quisquilias, ineptiasq́,
Credemus gremio cui fouendum?
Inueni. trepidæ silete nata,
Nec doctum minus, & magis benignum,
Quam quem Gallia præbuit Catullo.
Hoc nullus mihi carior meorum.

Quem pluris faciunt nouem sorores,
Quam cunctos alios, Marone dempto.
Pacatum haud dubie, poëta, dicis.
Ipse est. intrepide volate versus.
Et nudum in gremio fouete tuto.
Hic vos diligere, hic volet tueri.
Ignoscenda teget. probata tradet.
Post hunc, iudicium timete nullum.

QVod vitæ sectabor iter? si plena tumultu 302
Sunt fora: si curis domus anxia: si peregrinos
Cura domus sequitur: mercantem si noua semper
Damna manent: cessare vetat si turpis egestas:
5 *Si vexat labor agricolam, mare naufragus horror*
Infamat, pœnæque graues in cælibe vita,
Et grauior cautis custodia vana maritis.
Sanguineum si Martis opus: si turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vsura trucidat.
10 OMNE AEVVM CVRAE: *cunctis sua displicet ætas.*
Sensus abest paruis lactentibus: & puerorum
Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat FORTVNA *viros per bella, per æquor,*
Iras, insidiásque, catenatósque labores
15 *Mutandos semper grauioribus. Ipsa* SENECTVS 303
Expectata diu, votísque optata malignis,
Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
SPERNIMVS *in commune omnes præsentia. Quosdam*
Constat nolle deos fieri. Iuturna reclamat,
20 *Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est*
Conditio? Sic Caucasea sub rupe Prometheus
Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat
Incusare Iouem, data sit quod vita perennis.
Respice & ad cultus animi. sic nempe pudicum
25 *Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.*
At contra illecebris maculosam ducere vitam
Quem iuuat, aspice & ad pœnas, & crimina regum,
Tereos incesti, vel mollis Sardanapali.

Perfidiam vitare monent tria Punica bella:
304 *Sed prohibet seruare fidem deleta Saguntos.* 30
Viue, & amicitias semper cole. crimen ob istud
Pythagoreorum perijt schola docta sophorum.
Hoc metuens igitur, nullas cole. crimen ob istud
Timon Palladiis olim lapidatus Athenis.
DISSIDET AMBIGVIS *semper mens obuia votis.* 35
Nec voluisse homini satis est: optata recusat.
Esse in honore placet, mox pœnitet: & dominari
Vt possint, seruire volunt. Idem auctus honore,
Inuidiæ obijcitur. Pernox est cura disertis:
Sed rudis, ornatu vitæ caret. Esto patronus, 40
Et defende reos. sed gratia rara clientis.
Esto cliens. grauis imperiis persona patroni.
Exercent hunc vota patrum. mox aspera curis
Sollicitudo subit. Contemnitur orba senectus.
Et captatoris præda est, heredis egenus. 45
Vitam parcus agas: auidi lacerabere fama.
Et largitorem grauius censura notabit.
Cuncta tibi aduersis contraria casibus. ERGO
OPTIMA GRAIORVM *sententia. quippe homini aiunt*
NON NASCI ESSE *bonum, natum aut cito morte potiri.* 50

VIR BONVS,

Πυθαγορικὴ ἀπόφασις.

EDYLLIVM IIX.

305 *VIR bonus, & sapiens, qualem vix repperit vnum*
Millibus è multis hominum, consultus Apollo,
Iudex ipse sui, totum se explorat ad vnguem.
Quid proceres, vanique leuis quid opinio vulgi,
Securus: mundi instar habens, teres, atque rotundus: 5
Externæ nequid labis per leuia sidat.
Ille, dies quam longus erit sub sidere Cancri,
Quantáque nox tropico se porrigit in Capricorno,

Cogitat: & iusto trutinæ se examine pensat:
10 *Nequid hiet, nequid protuberet: angulus æquis*
Partibus ut coëat, nihil ut deliret amussis.
Sit solidum, quodcunque subest: nec inania subtus
Indicet admotus digitis pellentibus ictus. 306
Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
15 *Omnia quam longi reputauerit acta diei.*
Quæ prætergressus? quid gestum in tempore? quid non?
Cur isti facto decus absuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem
20 *Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?*
Quid volui, quod nolle bonum foret? utile honesto
Cur malus antetuli? num dicto, aut denique vultu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis, quam
Disciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia
25 *Ingrediens, ortóque à vespere cuncta reuoluens,*
Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis.

ΝΑΙ', ΚΑΙ' Ο'Υ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟ'Ν.

EDYLLIVM IX.

EST *& Non, cuncti monosyllaba nota frequentant.* 307
His demptis nihil est, hominum quod sermo volutet.
Omnia in his, & ab his sunt omnia, siue negoti,
Siue oti quicquam est, seu turbæ, siue quietis.
5 *Alterutro pariter nonnunquam, sæpe seorsis*
Obsistunt studiis: ut mores, ingeniúmque
Vel faciles, vel difficiles contentio nacta est.
Si consentitur, mora nulla interuenit, Est, Est.
Sin controuersum, dissentio subijciet, Non.
10 *Hinc fora dissultant clamoribus. hinc furiosi*
Iurgia sunt Circi. cuneati hinc læta theatri
Seditio. & tales agitat quoque curia lites.
Coniugia, & nati cum patribus, ista quietis 308

Verba ferunt studiis, salua pietate loquentes.
Hinc etiam placitis schola consona disciplinis, 15
Dogmaticas agitat placido certamine lites.
Hinc omnis certat dialectica turba sophorum.
Est lux: ést ne dies ergo? non conuenit istuc.
Nam facibus multis, aut fulguribus quotiens lux
Est nocturna homini, non est lux ista diei. 20
Est & Non igitur quotiens lucem esse fatendum est,
Sed non esse diem mille hinc certamina surgunt.
Hinc pauci, multi quoque, talia commeditantes,
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant! 25

AETATES ANIMALIVM.

EDYLLIVM X.

309 TER binos, deciésque nouem superexit in annos
Iusta senescentum quos implet vita virorum.
Hos nouies superat viuendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus.
Alipedem ceruum ter vincit coruus. & illum 5
Multiplicat nouies phœnix, reparabilis ales.
Quam vos perpetuo decies præuertitis æuo
Nymphæ Hamadryades: quarum longissima vita est.
Hi cohibent fines viuacia fata animantum.
Cetera secreti nouit Deus arbiter æui 10
Tempora: quæ Stilbon voluat, quæ sæcula Phænon:
Quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno,
Circumitus: quali properet Venus alma recursu:
Qui Phœben, quanti maneant Titána labores:
Donec consumpto, magnus qui dicitur, anno, 15
Rursus in antiquum veniant vaga sidera cursum:
Qualia dispositi steterant ab origine mundi.

RATIO LIBRAE.

EDYLLIVM XI.

MIraris quicunque manere ingentia Mundi
Corpora, ſublimi cæli circundata gyro, 310
Et tantæ nullam moli intercedere labem,
Accipe, quod mirere magis. Tenuiſſima tantis
5 Principia, & noſtros non admittentia viſus,
Paruarum ſerie conſtant connexa atomorum:
Sed ſolidum in paruis, nullique ſecabile ſegmen.
Vnde vigor, viréſque manent, æternáque rerum
Mobilitas, nullóque vnquam ſuperabilis æuo.
10 Diuinis humana licet componere. Sic eſt
AS ſolidus, quoniam bis ſex de partibus æquis
Conſtat: & in minimis paribus tamen vna manet vis.
Nan ſiquid numero minuatur, ſumma vacillat:
Conuulſæque ruunt labefacto corpore partes.
15 Ut medium ſi quis vellat de fornice ſaxum, 311
Incumbunt cui cuncta, ſimul deuexa ſequentur
Cetera, communémque trahent à vertice lapſum.
Non aliter LIBRA eſt. ſi deſuit vncia, totus
Non erit as: noménque deunx iam caſſus habebit.
20 Nec dextans retinet nomen ſextante remoto:
Et dodrans, quadrante ſatus, auctore carebit.
Diuulſusque triens probibet perſiſtere beſſem.
Iam quincunx tibi nullus erit, ſi prima reuellas:
Et ſemis, cui ſemis erit, pereuntibus aſſis
25 Partibus, & cuius libræ pars ſeptima ſeptunx?
Libra igitur, totum ſi nulla in parte vacillet,
Ponderis, & numeri, morúmque, operúmque, & aquarum
Libra: nec eſt modulus, quem non hoc nomine ſignes.
Telluris, medio quæ pendet in aëre, libra eſt.
30 Et Solis, Lunæque vias ſua Libra coërcet.
Libra dij, ſomníque pares determinat horas.
Libra Caledonios ſine littore continet æſtus.
Tu quoque certa mane morum mihi Libra meorum.

RATIO PVERPERII MATVRI,
EDYLLIVM XII.

312 OMNIA, quæ vario rerum metimur in actu,
Astrorum dominatus agit. terrenáque tantum
Membra homini. è superis fortuna, & spiritus auris,
Septeno moderanda choro. sed præsidet ollis
Sortitus regimen nitidæ SOL aureus æthræ. 5
Nec Sol in nobis moderatur tempora vitæ,
Dum breue solliciti spatium producimus æui,
Creditur occultósque satus, & tempora vitæ
Materno ducenda vtero, formare videndo,
Et nondum exortæ leges componere vitæ. 10
Nanque vbi conceptus genitali insederit aluo,
Haud dubium, Solem cuicunque insistere signo.
Qui quum vicini stationem ceperit astri,
Contiguos nullum transfundit lumen in artus.
313 Ast vbi conuersis post menstrua tempora habenis, 15
Scandit purpureo iam tertia sidera curru,
Obliqua exilem dimittit linea lucem,
Aspirans tenues per inertia pondera motus.
Quarta in sede viget primi indulgentia Solis.
Suadet & infusus teneros coalescere fetus. 20
Fulgor tetragono aspectu vitale coruscat,
Clarum & lene micans. Quincti qui cardine signi
Incutit attonitam vegetato infante parentem.
Nam sexto vis nulla loco. quia nulla tuendi
Æquati lateris signatur regula Phœbo. 25
Ast vbi, signiferi media in regione, cohortes
Septimus accepit limes, rutilantia flammis
Recto castra situ, turgentis fœdera partus
Iam plena sub luce videt. nec fulgura parci
314 Luminis intendens, toto fouet igne coronæ. 30
Hinc illud: quod legitimos Lucina labores
Præuenit: & grauidos sentit subrepere nixus
Ante expectatum festina puerpera votum.

Quod nisi septeno quum lumina fudit ab astro,
Impulerit tardi claustra obluctantia partus,
Posterior nequeat, possit prior. an quia sexto
Æmulus, octaui conspectus inutilis astri,
Nescit compariles laterum formare figuras?
Sed nono incumbens signo, cunctantia matrum
Vota leuat, trigono viris sociante sequenti.
*At si difficilis trahit * Ilithyia **
Tetragono absoluet dubiarum vincla morarum.

SIGNA CAELESTIA,

EDYLLIVM XIII.

AD *Boreæ partes, Arcti iunguntur, & Anguis.* 315
Post has Arctophylax, pariterque Corona, Genuque
Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus, & Cassiepêa,
Auriga, & Perseus, Deltoton, & Andromedæ astrum,
Pegasus, & Delphinus, Telum, Aquila, Anguitenénsque.
Signifer inde subest. bis sex & sidera complent.
Hic Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Vrnam
Qui tenet, & Pisces. Post hos in partibus Austri
Orion, Procyon, Lepus, ardens Sirius, Argo,
Hydrus, Chiron, Turibulum quoque, Piscis & ingens.
Hunc sequitur Pistrix, simul Eridanique fluenta.
Sed vaga præterea dicuntur lumina septem,
Luna, & Mercurius, Venus, ac Sol, Mars quoque fulgens.
Hic Ioui & sidus super omnia sidera lucens.
Celsior his Saturnus, tardior omnibus astris.

RATIO DIERVM ANNI *VERTENTIS,*

EDYLLIVM XIV.

NONAGINTA *dies, & quattuor, ac medium, Sol* 316
Conficit, à tropico in tropicum dum permeat astrum,

Octipedem in Cancrum Phryxeo ab Ariete pergens.
Hoc spatio æstiui pulsusque, & meta diei.
Semidiémque, duosque dies, deciesque nouenos,
A Cancro in Chelas æquatæ tempora noctis
Atque dij, cursu peragit Sol aureus altero,
Autumni æstatisque simul confinia miscens.
Vnde autumnales transcurrens ordine menses,
Ad tropicum pergit signum gelidi Capricorni,
Octo dies, decies octonis insuper addens,
Quadrantémque dij. Quincto qui protinus anno
Mense Numæ extremo nomen capit embolimæi.
Inde ad Agenorei festinans cornua Tauri,
Scandit Lanigeri tropicum Sol aureus astrum,
Nonaginta dies decreto fine coërcens.
Hic tibi circus erit semper vertentibus annis,
Ter centum, ac senis decies, & quinque diebus.

DE NOMINIBVS SEPTEM DIERVM,

EDYLLIVM XV.

317 NOMINA, *quæ septem vertentibus apta diebus*
Annus habet, totidem errantes fecere planetæ.
Quos indefessa voluens vertigine Mundus,
Signorum obliqua iubet in statione vagari.
Primum, supremúmque diem radiatus habet Sol.
Proxima fraternæ succedit Luna coronæ.
Tertius assequitur Titania lumina Mauors.
Mercurius quarti sibi vindicat astra diei.
Inlustrant quinctam Iouis aurea sidera zonam.
Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem.
Cuncta supergrediens Saturni septima lux est.
Octauum instaurat reuolubilis orbita Solem.

MENSES, ET QVATTVOR ANNI TEMPORA,

EDYLLIVM XVI.

ÆTERNOS *menses, & tempora quattuor anni,* 318
Quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent.
Martius, Aprilis, Maius sunt tempora VERIS.
Iulius, Augustus, nec non & Iunius, ÆSTAS.
Septembri, Octobri, AVTVMNVS, *totóque Nouembri.*
BRVMALES, *Ianus, Februarius, atque December.*

DE MENSIB. MONOSTICHA,

EDYLLIVM XVII.

PRIMVS *Romanas ordiris Iane Calendas.*
Februa vicino mense Numa instituit.
Martius antiqui primordia protulit anni.
Fetiferum Aprilem vindicat alma Venus.
Maiorum dictus patrum de nomine Maius.
Iunius ætatis proximus est titulo.
Nomine Cæsareo Quinctilem Iulius auget.
Augustus nomen Cæsareum sequitur.
Autumnum Pomona tuum September opimat.
Triticeo October fenore ditat agros.
Sidera præcipitas pelago intempesta Nouember.
Tu genialem hiemem feste December agis.

DE MENSIBVS ALIA MONOSTICHA,

EDYLLIVM XIIX.

DIRA *patet Iani Romanis ianua bellis.* 319
Vota deo Diti Februa mensis habet.

Incipe Mars anni felicia fata reduci.
Tunc Aries Veneri lutea serta legit.
Dulcia, Maia, tuis lucent examina Nonis.
Arce poli Geminos Iunius ecce locat.
Iulius ardenti diuertit lumina Solis
Aëre. Flammigero cuncta Leone calent.
Poma legit virgo maturi mitia Solis.
Fundit & October vina Falerna lacis.
Aret tota soli species vi dura Nepai.
Inde December amat te genialis hiems.

DE MENSIBVS DISTICHA,

EDYLLIVM XIX.

320 IANE noue, primo qui das tua nomina mensi,
Iane bifrons, spectans tempora bina simul.
Post, superûm cultus, vicino Februa mense.
Dat Numa cognatis Manibus inferias.
Martius & generis Romani præsul, & anni, 5
Prima dabat Latiis tempora consulibus.
Æneadûm genitrix vicino nomen Aprili
Dat Venus. est Marti nanque Aphrodita comes.
Maia dea, an maior, Mai, te fecerit ætas,
Ambigo: sed mensi est auctor vterque bonus. 10
Iunius hunc sequitur duplici celebrandus honore,
Seu nomen Iuno, siue iuuenta dedit.
321 *Inde Dionæo præfulgens Iulius astro,*
Æstatis mediæ tempora certa tenet.
Augustus sequitur, cognatum à Cæsare nomen, 15
Ordine sic anni proximus, vt generis.
Nectuntur post hos, numerúmque ex ordine signant,
September Bacchi munere prela rigans:
Et qui sementis per tempora, fenore lætus
October, cupidi spem fouet agricolæ: 20
Quíque salo mergens sollemnia signa Nouember

Præcipitat, cælo mox reditura suo.
Concludens numerum, genialia festa December
Finit: ut à bruma mox nouus annus eat.

DE MENSIB. TETRASTICHA,

EDYLLIVM XX.

IANVARIVS.

HIC *Iani mensis sacer est. en aspice, ut aris* 322
Tura micent: fumant ut pia tura Lares.
Annorum, sæclique caput, natalis honorum.
Purpureos fastis qui numerat proceres.

FEBRVARIVS.

At quem cæruleus nodo constringit amictus,
Quique paludicolam prendere gaudet auem,
Dædala quem iactu pluuio circumuenit Iris,
Romuleo ritu Februa mensis habet.

MARTIVS.

Cinctum pelle Lupæ promptum est cognoscere mensem.
Mars olli nomen. Mars dedit exuuias.
Tempus uer, hædus petulans, & garrula hirundo
Indicat, & sinus lactis, & herba uirens.

APRILIS.

Contectam myrto Venerem ueneratur Aprilis. 323
Lumen turis habet, quo nitet alma Ceres.
Cereus è dextra flammas diffundit odoras.
Balsama nec desunt: quîs redolet Paphie.

MAIVS.

Cunctas ueris opes, & picta rosaria gemmis
Laniger in calathis, aspice, Maius habet,
Mensis Atlantigenæ dictus cognomine Maiæ:
Quem merito multum diligit Vraniæ.

IVNIVS.

Nudus membra, dehinc solares respicit horas
Iunius: ac Phœbum flectere monstrat iter.
Idem maturas Cereris designat aristas.
Floraléſque fugas, lilia fusa docent.

IVLIVS.

324 *Ecce coloratos ostentat Iulius arcus.*
Crines cui rutilos spicea serta ligant.
Morus sanguineos præbet grauidata racemos:
Quæ medio Cancri sidere læta viret.

AVGVSTVS.

Fontanos latices, & lucida pocula vitro,
Cerne, vt demerso torridus ore bibat
Æterno regni signatus nomine mensis:
Latona genitam quo perhibent Hecáten.

SEPTEMBER.

Surgentes acinos varios, & præsecat vuas
September, sub quo mitia poma iacent,
Captiuam filo gaudens religasse lacertam:
Quæ suspensa manu nobile ludit opus.

OCTOBER.

325 *Dat prensum leporem, cúmque ipso palmite fetus*
October. pinguis dat tibi ruris aues.
Iam bromios spumare lacus, & musta sonare
Apparet. vino vas calet ecce nouo.

NOVEMBER.

Carbaseo surgens post hunc indutus amictu
Mensis, ab antiquis sacra deámque colit.
A quo vix auidus sistro compescitur anser.
Deuotúſque satis vbera fert humeris.

EDYLLIVM XXI.

December.

Annua sulcatæ coniecta & semina terræ
Pascit hiems. pluuio de Ioue cuncta madent.
Aurea nunc reuocet Saturni festa December.
Nunc tibi cum domino ludere verna licet.

QVOTENI DIES SINT MENSIVM SINGVLORVM,

EDYLLIVM XXI.

IMPLENT *tricenas per singula menstrua luces* 326
Iunius, Aprilisque, & cum Septembre Nouember.
Vnum ter denis cumulatius adde diebus
Per septem menses, Iani Martisque Calendis,
Et quas Maius agit, quas Iulius, Augustúsque
Et quas October, positúsque in fine December.
Vnus erit tantum duodetriginta dierum:
Quem Numa præposito voluit succedere Iano.
Sic ter centenis decies accedere senos,
Quadrantémque, & quinque dies sibi computat annus.

DE TRIBVS MENSTRVIS MENSIVM,

EDYLLIVM XXII.

BIS *senas anno reparat Lucina calendas:* 327
Et totidem medias dat currere Iupiter Idus.
Nonarúmque diem faciunt infra octo secundi.
Hæc sunt Romano tantum tria nomina mensi.
Cetera per numeros sunt cognomenta dierum.

Quo mense quotæ Nonæ, vel Idus sint.

At Nonas modo quarta aperit, modo sexta refert lux.
Sexta refert Maij, Octobris, Martísque recursu,
Et qui solstitio sua tempora Iulius infert.
Cetera pars mensum quartis est prædita Nonis.
Omnes vero idus octaua luce recurrunt.

Quotæ Calendæ sunt mensium singulorum.

328 *Post Idus, quas quisque suas habet ordine mensis,*
Diuersæ numero redeunt variante Calendæ:
Dum rursumque, iterúmque . . . vocantur,
Vt tandem oblati procedant temporis ortu,
Ter senis, vnóque die, genialia festa
Porrigit, vt Ianum arcessat noua bruma morantem.
Hoc numero mensísque Numæ redit, autumníque
Principium referens Bacchi September alumnus.
Iulius, & Maius, positúsque in fine December,
Octoberque die reuocatur tardius vno.
Inde dies redeunt minus vno, quattuor, vltra, *
Quos numero adijciam, Sextilis, Iunius atque
Aprilis, post quos pænultima meta Nouember.
Ter quinis, vnóque die, Iunonie Mauors,
Vt redeas, referásque exordia prima, cieris.
Hoc numero, ad plenum, vertens reparabitur annus.

IN QVO MENSE QVOD *SIGNVM SIT AD CVR-* SVM SOLIS.

EDYLLIVM XXIII.

329 PRINCIPIVM *Iani sancit tropicus Capricornus.*
Mense Numæ in medio solidi stat sidus Aquari.
Procedunt duplices in Martia tempora Pisces.
Respicis Apriles, Aries Phryxée, Calendas.

Maius Agenorei miratur cornua Tauri.
Iunius æquatos cælo videt ire Laconas.
Solstitio ardentis Cancri fert Iulius astrum.
Augustum mensem Leo feruidus igne perurit.
Sidere Virgo tuo Bacchum September opimat.
Æquat & October sementis tempore Libram.
Scorpius hibernum præceps iubet ire Nouembrem.
Terminat Arcitenens medio sua signa Decembri.

A SOLSTITIO IN AEQVINOCTIVM RATIO,

EDYLLIVM XXIV.

SOL *profectus à teporo veris æquinoctio,* 330
Post semidiem, pósque totos nonaginta & quattuor,
Feruidis flagrans habenis, pulsum æstiuum conficit.
Inde Autumnus noctis horas librans æquo lumine
Octo & octoginta Goëris, & super trihorio.

* * * * *

Inde floridum reflexit ver reuisit oreis *
Additis ad hos priores Goëres geminis orbibus.

DE FERIIS ROMANIS,

EDYLLIVM XXV.

NVNC & *Apollineos Tiberina per ostia ludos,* 331
Et Megalesiacæ matris operta loquar.
Vulcanique dies autumni exordia primi:
Quinquatrúsque Deæ Palládos expediam.
Et medias Idus, Maij, Augustíque recursu,
Quas sibi Mercurius, quásque Diana, dicat.
Matronæ, quæ sacra colant pro laude virorum,
Mauortis, primi quum rediere dies.

Festa Caprotinis memorabo celebria nonis:
Quum stola matronis dempta teget famulas. 10
Quattuor illa etiam discretis partibus anni
Solstitia, & luces nocte diéque pares.
332 *Nec Regifugium pulsis ex Vrbe tyrannis,*
Lætum Romanis fas reticere diem.
Vis neopesunte sacrum, vel Saturnalia dicam? ✻ 15
Festáque seruorum, quum famulantur heri?
Et nunquam certis redeuntia festa diebus,
Compita per vicos quum sua quisque colit?
Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt,
Et quem de Conso consiliśque vocant? 20
Festa hæc, nauigiis, aut quæ celebrata quadrigis,
Iungunt Romanos, finitimósque duces.
Adijciam cultus, peregrináque sacra deorum,
Natalem Herculeum, vel ratis Isiacæ.
333 *Nec non lasciui Floralia læta theatri,* 25
Quæ spectare volunt, qui voluisse negant.
Nunc etiam veteres celebrantur Equiria ludi,
Prima hæc Romanus nomina Circus habet.
Et Dionysiacos Latio cognomine ludos
Roma colit: Liber quæ sibi vota dicat. 30
Ædiles plebeii etiam, ædiléśque curules,
Sacra, Sigillorum nomine dicta, colunt.
Et gladiatores funebria prælia notum
Decertasse foro: nunc sibi harena suos
Vindicat: extremo qui iam sub fine Decembris, 35
Falcigerum placant sanguine cæligenam.

DE LVSTRALIBVS AGONIBVS,

EDYLLIVM XXVI.

334 QVATTVOR *antiquos celebrauit Achaia ludos.*
Cælicolûm duo sunt, & duo festa hominum.

Sacra Iouis, Phœbíque, Palæmonis, Archemoríque.
Serta quibus pinus, malus, oliua, apium.

De locis agonum.

Prima Ioui magno celebrantur Olympia Pisæ.
Parnassus Clario sacrauit Pythia Phœbo.
Isthmia Portuno bimaris dicat alta Corinthos.
Archemori Nemeæa colunt funebria Thebæ.

De auctoribus agonum.

Primus Olympiacæ sacrauit festa coronæ
Iuppiter Argiuis stadia ad longissima Circi.
Proximus Alcides Nemeum sacrauit honorem.
Hæc quoque temporibus quinquennia sacra notandis,
Isthmia Neptuno data sunt, & Pythia Phœbo,
Ancipiti cultu diuorum hominúmque sepultis.

Quod ijdem, qui sacri agones sunt, & funebres ludi habeantur.

Tantalidæ Pelopi mæstum dicat Elis honorem.
Archemori Nemeæa colunt quinquennia Thebæ.
Isthmia defuncto celebrata Palæmone, notum.
Pythia placando Delphi statuere Draconi.

BISSVLA,

EDYLLIVM XXVII.

Ausonius Paulo suo S. P. D.

PERVINCIS tandem: & operta musarum mearum, quæ initiorum velabat obscuritas, quanquam non profanus, irrumpis, Paule carissime. Quanuis enim te non eius vulgi existimen, quod Horatius arcet ingressu: tamen SVA CVIQVE SACRA: nec idem Cereri, quod Libero, etiam sub ijsdem cultoribus. Poëmatia, quæ in alumnam meam luse- 335

tam, rudia, & inchoata ad domesticæ solatium cantilenæ, quum sine metu arcana securitate fruerentur, proferre ad lucem caligantia coëgisti. Verecundiæ meæ scilicet spolium concupisti, aut, quantum tibi in me iuris esset, ab inuito indicari. Ne tu Alexandri Macédonis peruicaciam supergressus: qui fatalis iugi lora quum soluere non posset, abscidit: & Pythiæ specum, quod nefas erat patêre, penetrauit. Vtere igitur vt tuis, pari iure, sed fiducia dispari. quippe tua possunt populum non timere: meis etiam intra me erubesco.

336 *Vt voluisti, Paule, cunctos Bissulæ versus habes:*
Lusimus quos in Sueuæ gratiam virgunculæ,
Otium magis fouentes, quam studentes gloriæ.
Tu molestus flagitator lege molesta carmina.
Tibi, quod intristi, exedendum est. sic vetus verbum iubet:
COMPEDES, QVAS IPSE FECIT, *ipsus vt gestet faber.*

Ad lectorem huius Libelli.

Carminis incompti tenuem lecture libellum,
Pone supercilium.
Seria contractis expende poëmata rugis.
Nos Thymélen sequimur.
Bissula in hoc schedio cantabitur, aut Erasinus.
Ammoneo, ante bibas.
Ieiunis nil scribo. meum post pocula si quis
Legerit, hic sapiet.
Sed magis hic sapiet, si dormiet: & putet ista
Somnia missa sibi.

Vbi nata sit Bissula, & quomodo in manus domini venerit.

337 BISSVLA *trans gelidum, stirpe, & lare prosata, Renum,*
Conscia nascentis Bissula Danubij,
Capta manu, sed missa manu, dominabitur in eius
Delicijs, cuius bellica præda fuit.
Matre carens, nutricis egens, nesciuit heras
Imperium. domina vult domina esse manu.
Fortunæ, ac patriæ quæ nulla opprobria sensit,

Illico inexperto libera seruitio.
Sic Latiis mutata bonis, Germana maneret
Vt facies, oculos cærula, flaua comas.
Ambiguam modo lingua facit, modo forma puellam.
Hæc Reno genitam prædicat, hæc Latio.

De eadem Bissula.

Delicium, blanditiæ, ludus, amor, voluptas, 338
Barbara, sed quæ Latias vincis alumna pupas.
Bissula nomen tenere rusticulum puellæ,
Horridulum non solitis, sed domino venustum.

Ad pictorem, de Bissulæ imagine.

Bissula nec ceris, nec fuco imitabilis vllo.
Naturale decus fictæ non commodat arti.
Sandyx, & cerussa, alias simulate puellas.
Temperiem hanc vultus nescit manus. Ergo age pictor,
Puniceas confunde rosas, & lilia misce.
Quique erit ex illis color aëris, ipse sit oris.

Ad pictorem, de Bissula pingenda.

Pingere si nostram pictor meditaris alumnam,
Æmula Cecropias ars imitetur apes.

CENTO NVPTIALIS,

EDYLLIVM XXIIX.

Ausonius Paulo S.

PERLEGE hoc etiam, si operæ est, friuolum, & nullius 339 pretij opusculum: quod nec labor excûdit, nec cura limauit, sine ingenij acumine, & moræ maturitate. CENTONEM vocant, qui primi hac concinnatione luserunt. Solæ memoriæ negotium, sparsa colligere, & integrare lacerata: quod ridere magis, quam laudare possis. Pro quo, si per Sigillaria in

auctione veniret, neque Afranius Nauci daret, nec Stichum ſuum Plautus offerret. Piget enim Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari dehoneſtaſſe materia: ſed quid facerem? iuſſum erat: quodque eſt POTENTISSIMVM IMPERANDI GENVS, rogabat, qui iubere poterat, Imperator Valentinianus, vir meo iudicio eruditus: qui nuptias quondam eiuſmodi ludo deſcripſerat, aptis equidem verſibus, & compoſitione feſtiua. experiri deinde volens, quantum noſtra contentione præcelleret, ſimile nos de eodem concin-
340 nare præcepit. Quam ſcrupuloſum hoc mihi fuerit, intellige. Neque anteferri volebam, neque poſthaberi: quum aliorum quoque iudicio, detegenda eſſet adulatio inepta, ſi cederem: inſolentia, ſi, vt æmulus, eminerem. Suſcepi igitur ſimilis recuſanti: feliciterque & obnoxius gratiam tenui, nec victor offendi. Hoc, die vno, & addita lucubratione properatum, modo inter liturarios meos quum reperiſſem, tãta mihi candoris tui, & amoris fiducia eſt, vt ſeueritati tuæ nec ridenda ſubſtraherem. Accipe igitur opuſculum de inconnexis continuum, de diuerſis vnum, de ſerijs ludicrum, de alieno noſtrum: ne in ſacris, & fabulis, aut Thyonianum mireris, aut Virbium. illum de Dionyſio, hunc de Hippolyto reformatum. Et ſi pateris, vt doceam, docendus ipſe, CENTO quid
341 ſit, abſoluam. Varijs de locis, ſenſibúſque diuerſis, quædam carminis ſtructura ſolidatur: in vnum verſum vt coëant aut cæſi duo, aut vnus & ſequens cum medio. Nam duos iunctim locare, ineptum eſt: & tres vna ſerie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæſuras omnes, quas recipit verſus Heroicus: cõuenire vt poſſit, aut penthemimeris cum reliquo anapæſto: aut trochaice cum poſteriore ſegmento: aut ſeptem ſemipedes cum anapæſtico chorico: aut poſt dactylum atque ſemipedem, quicquid reſtat hexametro. ſimile vt dicas ludicro, quod Greci ὀστομαχίαν vocauere. Oſſicula ea ſunt ad ſummam quattuordecim. Figuras geometricas habẽt. Sunt enim ęquilatera, vel triquetra extentis lineis, aut rectis angulis, vel obliquis. ἰσοσκελῆ ipſi vel ἰσόπλευρα vocant, ὀρθογώνια quoque, & σκα-

λυτά. Harum verticularum varijs coagmentis simulantur species mille formarum, Elephantus belua, aut aper bestia, anser volans, & mirmillo in armis, subsidens venator, & latrans canis: quin & turris, & cantharus, & alia huiusmodi innumerabilium figurarum: quæ alius alio scientius variegant. Sed peritorum cōcinnatio miraculum est: imperitorum iunctura ridiculum. Quo prædicto, scies, quod ego posteriorem imitatus sum. Hoc ergo centonis opusculum, vt ille ludus tractatur, pari modo, sensus diuersi vt cōgruant: adoptiua quæ sunt, vt cognata videantur: aliena ne interluceant: accersita ne vim redarguant: densa ne supra modum protuberent: hiulca ne pateant. Quæ si omnia ita tibi videbuntur, vt præceptum est, dices, me composuisse Centonem. Et quia sub imperatore meo tum merui, procedere mihi inter frequentes stipendium iubebis. sin aliter, ære dirutum facies: vt cumulo carminis in fiscum suum redacto, redeant versus, vnde venerunt. Vale.

342

A.5. ACCIPITE *hæc animis: lætásque aduertite mentes,* 343
A.11. *Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis,*
B.7. *Ambo florentes,* genus insuperabile bello,* A. 4.
A.6. *Túque prior.* nam te maioribus ire per altum* A. 3.
Auspicijs manifesta fides. quo iustior alter* A. 1.
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.
A.4. *Túque puerque tuus,* magnæ spes altera Romæ,* A.12.
A.8. *Flos veterum, virtusque virûm,* mea maxima cura,* A.1.
A.12. *Nomine auum referens, animo, manibúsque parentem.*
A.6. *Non iniussa cano.* sua cuique exorsa laborem,* A.10.
Fortunámque ferent. mihi iussa capessere fas est.* A. 1.

Cena nuptialis.

A.5. *Expectata dies aderat.* dignisque hymenæis.* A.11. 344
A.6. *Matres atque viri,* iuuenésque ante ora parentum.* G.4.
A.1. *Conueniunt: stratóque super discumbitur ostro.*
Dant famuli manibus lymphas. onerántque canistris* A.8.
Dona laboratæ Cereris. pinguísque ferinæ* A.1.

A.8. *Viscera tosta ferunt.* * *series longissima rerum.* A. 1.
A.8. *Alituum pecudúmque genus,* * *capreæque sequaces* G.2.
Non absunt illis, * *nec oues, hædique petulci,* G.4.
G.3. *Et genus æquoreum,* * *damæ ceruíque fugaces.* G.3.
A.11. *Ante oculos, intérque manus sunt* * *mitia poma.* B.1.
A.8. *Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,*
A.1. *Crateras magnos statuunt,* * *bacchúmque ministrant.* A.8.
A.2. *Sacra canunt.* * *plaudunt choreas, & carmina dicunt.* A.6.
A.6. *Nec non Threicius longa cum veste sacerdos,*
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.
A.9. *At parte ex alia,* * *biforem dat tibia cantum.* A.10.
A.4. *Omnibus vna quies operum.* * *cunctique relictis* A.8.
Consurgunt mensis. * *per limina læta frequentes* A.1.
A.9. *Discurrũt. variántque vices* * *populúsque, patrésque,* A.9.
A.11. *Matronæ, pueri.* * *vocémque per ampla volutant* A.1.
Atria. dependent lychni laquearibus aureis.

Descriptio egredientis sponsæ.

345 A.4. *Tandem progreditur* * *Veneris iustissima cura,* A.10.
A.7. *Iam matura viro, iam plenis nubilis annis,*
A.1. *Virginis os, habitúmque gerens.* * *cui plurimus ignem* A.12.
Subiecit rubor: & calefacta per ora cucurrit,
A.7. *Intentos voluens oculos:* * *vritque videndo.* G.3.
A.7. *Illam omnis tectis agrísque effusa iuuentus,*
Turbáque miratur matrum. * *vestigia primi* A.5.
Alba pedis. * *dederátque comam diffundere ventis.* A.1.
A.3. *Fert picturatas auri subtegmine vestes,*
A.1. *Ornatus Argiuæ Helenæ.* * *qualísque videri,* A.2.
Cælicolis, & quanta solet * *Venus aurea contra:* A.10.
A.6. *Talis erat species.* * *talem se læta ferebat* A.1.
A.2. *Ad soceros.* * *solióque alte subnixa resedit.* A.1.

Descriptio egredientis sponsi.

A.9. *At parte ex alia* * *foribus sese intulit altis* A.11.
A.9. *Ora puer prima signans intonsa iuuenta,*

Pictus acu chlamydem auratam. * *quam plurima circũ* A.5.
Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit:
A.10. *Et tunicam molli mater quam neuerat auro.*
A.1. *Os, humerósque deo similis,* * *lumenque iuuentæ.* A.1.
A.8. *Qualis vbi oceani perfusus lucifer vnda*
Extulit os sacrum cælo, * *sic ora ferebat,* A.3.
Sic oculos. * *cursuque amens ad limina tendit.* A.2.
A.12. *Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.*
A.1. *Oscula libauit.* * *dextrámque amplexus inhæsit.* A.8.

Oblatio munerum.

A.5. *Incedunt pueri. paritérque ante ora parentum* 346
Dona ferunt. * *pallam signis, auróque rigentem,* A.1.
A.11. *Munera portantes, aurique eborísque talenta,*
Et sellam: * *& pictum croceo velamen achanto.* A.1.
A.1. *Ingens argentum mensis,* * *collóque monile* A.1.
Baccatum, & duplicem gemmis auróque coronam.
A.5. *Olli serua datur,* * *geminique sub vbere nati.* A.5.
A.10. *Quattuor hic iuuenes, totidem* * *innuptæque puellæ:* A.2.
A.5. *Omnibus in morem tonsa coma.* * *pectore summo* A.5.
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Epithalamium vtrique.

A.12. *Tum studio effusæ matres* * *ad limina ducunt.* A.10.
G.4. *At chorus æqualis,* * *pueri innuptæque puellæ* A.2.
G.2. *Versibus incomptis ludunt,* * *& carmina dicunt.* A.6.
B.8. *O digno coniuncta viro,* * *gratissima coniunx,* A.10.
A.1. *Sis felix,* * *primos Lucinæ experta labores,* G.4.
G.4. *Et mater, cape Mæonij carchesia Bacchi.*
B.8. *Sparge marite nuces.* * *cinge hæc altaria vitta,* B.8.
A.8. *Flos veterum, virtusque virûm.* * *tibi ducitur vxor,* B.8.
A.1. *Omnes vt tecum meritis pro talibus annos*
Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.
A.9. *Fortunati ambo.* * *si quid pia numina possunt.* A.4.
A.3. *Viuite felices,* * *dixerunt, currite, fusis,* B.4.
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Ingressus in cubiculum.

347 G.4. *Postquam est in thalami pendentia pumice tecta*
Peruentum: * *ncito tandem sermone fruuntur.* A.8.
A.8. *Congressi iungunt dextras:* * *stratisque reponunt.* A.4.
A.1. *At Cytherea nouas artes,* * *& pronuba Iuno* A.4.
A.11. *Sollicitat: suadétque ignota lacessere bella.*
A.1. *Ille vbi complexu* * *molli fouet: atque repente* A.8.
Accepit solitam flammam, * *lectúmque iugalem:* A.4.
A.6. *O virgo noua mi facies,* * *gratissima coniunx,* A.10.
A.6. *Venisti tandem,* * *mea sola, & sera voluptas.* A.8.
A.2. *Ó dulcis coniunx, non hæc sine numine diuûm*
A.12. *Proueniunt.* * *placidóne etiam pugnabis amori?* A.4.
A.4. *Talia dicentem iamdudum auersa tuetur,*
A.12. *Cunctatúrque metu. telúmque instare tremiscit,*
A.1. *Spemque, metúmque inter.* * *funditque has ore loquelas.* A.5.
A.10. *Per te, per, qui te talem genuere, parentes,*
B.2. *O formose puer,* * *noctem non amplius vnam* A.1.
A.9. *Hanc tu, oro, solare inopem.* * *& miserere precantis.* A.10.
A.12. *Succidimus. non lingua valet. non corpore notæ*
Sufficiunt vires. nec vox, aut verba sequuntur.
A.9. *Ille autem, Causas nequicquam nectis inanes.*
A.12. *Præcipitátque moras omnes.* * *soluitque pudorem.* A.4.

Parecbasis.

348 HACTENVS castis auribus audiendum mysterium nuptiale, ambitu loquendi, & circumitione, velaui. Verum quoniam Fescenninos amat celebritas nuptialis: verborúmque petulantiam notus vetere instituto ludus admittit, cetera quoque cubiculi, & lectuli operta prodentur, ab eodem auctore collecta: vt bis erubescamus, qui & Virgilium faciamus impudentem. Vos, si placet, hic iam legendi modum ponite. cetera curiosis relinquite.

Imminutio.

A.11. *Postquam congressi * sola sub nocte per umbram,* A.6.
G.3. *Et mentem Venus ipsa dedit, * noua prælia tentant.* A.3.
A.10. *Tollit se arrectum. * conantem plurima frustra,* A.9.
A.10. *Occupat, os, faciémque. * pedem pede feruidus vrget.* A.12.
A.7. *Perfidus alta petens, * ramum qui veste latebat,* A.6.
B.10. *Sanguineis ebuli baccis, minióque rubentem,*
A.12. *Nudato capite, * & pedibus per mutua nexis,* A.7.
A.3. *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptũ,*
A.10. *Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat.*
A.1. *Est in secessu, * tenuis quo semita ducit,* A.11.
A.8. *Ignea rima micans. * exhalat opaca mephitim.* A.7.
A.6. *Nulli fas casto sceleratum insistere limen.*
A.7. *Hic specus horrendum. * talis se se halitus atris* A.6.
*Faucibus effundens, * nares contingit odore.* A.9.
A.11. *Huc iuuenis nota fertur regione viarum.*
A.5. *Et super incumbens * nodis, & cortice crudo,* A.9.
A.9. *Intorquet summis adnixus viribus hastam.*
A.11. *Hæsit: virgineúmque alte bibit acta cruorem.*
A.2. *Insonuere cauæ, gemitúmque dedere cauernæ.*
A.11. *Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter*
G.3. *Altius ad viuum persedit * vulnere mucro.* A.11.
A.4. *Ter sese attollens, cubitóque innixa leuauit.*
*Ter reuoluta toro est. * manet imperterritus ille.* A.10.
A.3.5. *Nec mora, nec requies. * clauúmque affixus & hærens* A.5.
Nusquam amittebat: oculósque sub astra tenebat.
A.6. *Itque, reditque viam t[...]tuns: * vteróque recusso* A.2.
A.9. *Transadigit costas: * & pectine pulsat eburno.* A.6.
A.5. *Iámque fere spacio extremo, fessíque, sub ipsam*
*Finem aduentabant. * tum creber anhelitus artus,* A.5.
Aridáque ora quatit. sudor fluit vndique riuis.
A.11. *Labitur exanguis. * distillat ab inguine virus.* G 3.

Contentus esto, Paule mi,
Lasciua, Paule, pagina.
Ridere nil vltra expeto.

349 SED quum légeris, adesto mihi aduersum eos, qui, vt Iuuenalis ait,

—— *Curios simulant: & Bacchanalia viuunt.*

ne forte mores meos spectent de carmine.

Lasciua est nobis pagina, vita proba,

vt Plinius dicit. Meminerint autem, quippe eruditi, probatissimo viro Plinio in poëmatis lasciuiam, in moribus cōstitisse censuram. prurire opusculum Sulpicij, nec frontem caperare. esse Appuleium in vita philosophum, in epigrammatis amatorem, in præceptis omnibus extare seueritatem, in epistolis ad Cęrelliam subesse petulantiam. Platonis Symposion composita in ephebos epyllia continere. Nam quid Anniani fescenninos? quid antiquissimi poëtæ Liuij Erotopægníων libros loquar? quid Euēnum, quem Menander sapientem vo-
350 cauit? quid ipsum Menandrum? quid comicos omnes? quibus seuera vita est, & læta materia. quid etiam Parthenіam, dictum causa pudoris? qui octauo Æneidos, quum describeret coitum Veneris atque Vulcani, γλισχροσεμνίαν decenter immiscuit. Quid in tertio Georgicorum de summissis in gregē maritis? nonne obscenam significationem honesta verborum translatione velauit? Et siquid in nostro ioco, aliquorum hominum seueritas vestita condemnat, de Virgilio accersîtum sciat. Igitur cui hic ludus noster non placet, ne legerit: aut quum legerit, obliuiscatur: aut non oblitus, ignoscat. Etenim fabula de nuptijs est. & velit, nolit, aliter hæc sacra non constant.

ORATIO CONSVLIS AVSONII, *VERSIBVS* ROPALICIS,

EDYLLIVM XXIX.

351 SPES *Deus, æternæ stationis conciliator,*
Si castis precibus veniales inuigilamus:
His, pater, oratis placabilis adstipulare.

Da, Christe, specimen cognoscere inreprehensum,
5 *Rex bone, cultorum famulantum viuificator,*
Cum patre maiestas altissima ingenerato.
Da trinum columen paracleto consociante,
Vt longum celebris deuotio continuetur.
Ad temet properant vigilatu conuenientes.
10 *Nox lucem reuehet funalibus anteferendam:*
Nox lumen pariens credentibus indubitatum:
Nox flammis operum meditatrix sidereorum.
Tu mensis dirimis ieiunia relligiosa,
Tu bona promittens surgentia, concelebraris.
15 *Da rector modicos effarier omnipotentem.* 352
Fons tuus emundat recreatu iustificatos,
Dans mentem oblitam positorum flagitiorum,
Dans agnos niueos splendescere purificatos,
Vt noua Iordanis ablutio sanctificauit,
20 *Quum sua dignatum tingentia promeruerunt.*
Lux verbo inducta, peccantibus auxiliatrix,
Et Christus regimen elementis irrequietis,
Fert vndam medici baptismatis intemerati,
Vt noxam auferret mortalibus extenuatam.
25 *Crux pœnæ extremum properata immaculato,*
Vt vitam amissam renouaret mortificatus.
Quis digne domine præconia continuauit,
Tot rerum titulis obnoxius immodicarum?
An terra humano locupletat commemoratu?
30 *Quem vocum resonat modulatus angelicarum,* 353
Dans aulam Stephano pretiose dilapidato:
Dans claues superas cathedrali inchoatori.
Quin Paulum infestum copularis adglomeratu.
Fit doctor populi, lapidantum constimulator:
35 *Vt latro confessor paradisum participauit.*
Sic credo adnectens durissima clarificandis,
Nos feros famulos adcrescere perpetieris
Sub tali edoctos antistite relligionis.

Da sensum solida stabilitum credulitate.
Fac, iungar numero rediuiuo glorificatus, 40
Ad cælum inuitans consortia terrigenarum,
Spes Deus, æternæ stationis conciliator.

EPICEDIVM IN PATREM *SVVM IVLIVM* AVSONIVM,

EDYLLIVM XXX.

354 POST Deum semper patrem colui: secundámque reuerentiam genitori meo debui. Sequitur ergo hanc summi Dei venerationem Epicedion patris mei, titulus a Græcis auctoribus, defunctorum honori dicatus, non ambitiosus, sed religiosus. quem commendo lectori meo, siue is filius est, seu pater, siue vtrunque. Neque vt laudet, exigo, sed vt amet, postulo. Neque vero nunc patrem meum laudo, quod ille non eget: & ego functum oblectatione viuentium onerare non debeo. Neque dico, nisi quod agnoscunt, qui parti ætatis eius interfuerunt. Falsum me autem, morte eius óbita, dicere, & verum tacere, eiusdem piaculi existimo. Imagini ipsius hi versus subscripti sunt: neque minus in opusculorum meorum seriem relati. Alia omnia mea displicent mihi. hoc relegisse amo. Vale.

355 NOMINE *ego Ausonius, non vltimus arte medendi:*
Et mea si nosses tempora, primus eram.
Vicinas vrbes colui, patriáque domóque,
Vasates patria, sed lare Burdigalam.
Curia me duplex, & vterque senatus habebat 5
Muneris exortem, nomine participem.
Non locuples, nec egens: parcus, sine sordibus egi.
Victum, habitum, mores semper eosdem habui.
Sermone impromptus Latio: verum Attica lingua
Suffecit culti vocibus eloquij. 10

Obtuli opem cunctis poscentibus artis inemptæ.
Officiumque meum cum pietate fuit.
Iudicium de me studui præstare bonorum: 356
Ipse mihi nunquam, iudice me, placui.
15 *Officia in multos diuerso debita cultu*
Personis, meritis, tempore, distribui.
Litibus abstinui: non auxi, non minui rem.
Indice me nullus, sed neque teste perit.
Inuidi nunquam. cupere atque ambire refugi.
20 *Iurare, aut falsum dicere, par habui.*
Factio me sibi non, non coniuratio iunxit.
Sincero colui fœdere amicitias.
FELICEM *sciui, non qui, quod vellet, haberet:*
Sed qui per fatum non data, non cuperet.
25 *Non occursator, non garrulus. obuia cernens,* 357
Valuis & velo condita, non adij.
Famam, quæ posset vitam lacerare bonorum,
Non finxi: vera & si qua fuit, tacui.
Ira procul. spes vana procul. procul anxia cura.
30 *Inque bonis hominum gaudia falsa procul.*
Vitati cœtus, eiuratique tumultus,
Et semper fictæ principum amicitiæ.
Deliquisse nihil nunquam laudem esse putaui,
Atque bonos mores legibus antetuli.
35 *Irasci promptus, properaui condere motum:*
Atque mihi pœnas pro leuitate dedi.
Coniugium per lustra nouem sine crimine concors 358
Vnum habui. natos tres numero genui.
Prima obijt lactens. at, qui fuit vltimus æui,
40 *Pubertate rudi non rudis interijt.*
Maximus ad summum culmen peruenit honorum,
Præfectus Gallis, & Libyæ, & Latio,
Tranquillus, clemens, oculis, voce, ore serenus,
In genitore suo mente animóque pater.
45 *Huius ego & natum, & generum pro-Consule vidi.*

Consul ut ipse foret, spes mihi certa fuit.
Matronale decus possedit filia. cuius
Egregia & nuptæ laus erat, & viduæ.
Quæ nati, generique, & progeneri, simul omnium
Multiplici illustres vidit honore domos. 50
359 *Ipse nec affectans, nec detrectator honorum,*
Præfectus magni nuncupor Illyrici.
Hæc me fortunæ larga indulgentia suasit,
Numine adorato, vitæ abitum petere.
Ne fortunatæ spatium inuiolabile vitæ, 55
Fatali admorsu stringeret ulla dies.
Obtinui: auditæque preces. spem, vota, timorem,
Sopitus placido fine, relinquo aliis,
Inter mærentes, sed non ego mæstus, amicos
Dispositis iaqui funeris arbitrius. 60
Nonaginta annos baculo sine, corpore toto
Exegi, cunctis integer officiis.
Hæc quicunque leges, non aspernabere fari:
Talis vita tibi, qualia vota mihi.

AVSONII VILLVLA,

EDYLLIVM XXXI.

360 QVVM de palatio, post multos annos honoratissimus, quippe iam Consul, redisset ad patriam, villulam, quam pater reliquerat, introgressus, his versibus lusit, Luciliano stilo.

SALVE *herediolum maiorum regna meorum,*
Quod proauus, quod auus, quod pater excoluit.
Quod mihi iam senior, properata morte, relinquit.
Heheu, nolueram tam cito posse frui.
Iusta quidem series patri succedere: verum 5
Esse simul dominos, gratior ordo pius.
Nunc labor & curæ mea sunt. sola ante voluptas
Partibus in nostris. cetera patris erant.

Paruum herediolum, fateor: sed NVLLA FVIT RES
10 *Parua vnquam æquanimis, adde etiam vnanimis.*
EX ANIMO REM STARE *æquum puto, non animum ex re.*
Cuncta cupit Crœsus, Diogenes nihilum.
Spargit Aristippus mediis in Syrtibus aurum.
Aurea non satis est Lydia tota midæ.
15 CVI NVLLVS FINIS *cupiendi est: nullus habendi.*
Ille opibus modus est, quem statuas animo.
Verum ager iste meus, quantus sit nosce, etiam vt me 361
Noueris, & noris te quoque, si potis es.
Quanquam difficile est se noscere. Γνῶθι σεαυτόν,
20 *Quam propere legimus, tam cito negligimus.*
Agri bis centum colo iugera. vinea centum
Iugeribus colitur, pratáque dimidium.
Silua supra duplum, quam prata, & vinea, & aruum.
Cultor agri nobis nec superest, nec abest.
25 *Fons própter, puteúsque breuis: tum purus & amnis*
Nauiger. hic refluus me vehit, ac reuehit.
Conduntur fructus geminum mihi semper in annum.
CVI NON LONGA *penus, huic quoque prōpta fames.*
Hæc mihi non procul vrbe sita est, nec prorsus ad vrbem.
30 *Ne patiar turbas, vtque bonis potiar.*
Et quotiens mutare locum fastidia cogunt,
Transeo: & alternis rure, vel vrbe fruor.

PROTREPTICON AD NEPOTEM *AVSONIVM, DE* STVDIO PVERILI,

EDYLLIVM XXXII.

Ausonius Hesperio filio.

LIBELLVM, quem ad nepotulum meum sororis tuæ filium, instar protreptici luseram, venturus ipse præmisi legendum. Hoc enim malui, quam ipse recitare: esset vt tibi censu- 362

ra liberior: quæ duabus causis impediri solet. quod aures nostras audita velocius, quam lecta prætereunt: & quod sinceritas iudicandi, præsentia recitantis oneratur. Nunc tibi vtrunque integrum est. Quia & legenti tibi libera mora est: & iudicaturo non obstat nostri verecundia. Sed heus tu, fili dulcissime, habeo, quod admoneam. Si qua tibi in his versiculis videbuntur (nam vereor, vt multa sint) fucatius concinnata, quam verius: & plus coloris, quam succi habere, ipse sciens fluere permisi, venustula vt essent magis, quam forticula, instar virginum:

——————— *quas matres student*
Demissis humeris esse, vincto pectore: vt graciles sient.

nosti cetera. Superest igitur, vt dicas: Quid moraris iudicationem meam de eo, quod ipse pronuncias esse mendosum? dicam, scilicet me huiusmodi versibus foris erubescere: sed intra nos minus verecundari. Nanque ego hæc annis illius magis quam meis scripsi: aut fortasse & meis. δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Ad summam, valeat austeritas tua. mihi cum infante ratio est. Vale, fili dulcissime.

363 SVNT *etiam musis sua ludicra. mista camenis*
Ocia sunt, mellite nepos. nec semper acerbi
Exercet pueros vox imperiosa magistri,
Sed requies studijque vices rata tempora seruant.
Et satis est puero memori legisse libenter. 5
Et cessare licet. Graio schola nomine dicta est,
Iusta laboriferis tribuantur vt otia musis.
Quo magis alternum certus succedere ludum,
Disce libens. longum delenitura laborem
Interualla damus. Studium puerile fatiscit, 10
Læta nisi austeris varientur festa profestis.
Disce libens. tetrici nec præceptoris habenas
Detestere, nepos. nunquam horrida forma magistri.
Ille licet tristis senio, neç voce serenus,
Aspera contractæ minitetur iurgia frontis, 15

Nunquam immanis erit. placet assuetudine vultus.
Qui semel imbuerit, rugas nutricis amabit, 364
Qui refugit matrem. pappos, auiásque trementes
Anteferunt patribus seri noua cura nepotes.
20 *Sic neque Peliden terrebat Achillëa Chiron*
Thessalico permistus equo. nec pinifer Atlas
Amphitryoniáden puerum. sed blandus vterque
Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos.
Tu quoque ne metuas: quanuis schola verbere multo
25 *Increpet, & truculenta senex gerat ora magister.*
Degeneres animos timor arguit: at tibi consta
Intrepidus. nec te clamor, plagæque sonantes,
Nec matutinis agitet formido sub horis.
Quod sceptrum vibrat ferulæ: quod multa supellex
30 *Virgea: quod fallax scuticam prætexit aluta:*
Quod feruent trepido subsellia vestra tumultu,
Pompa loci, & vani fugiatur scena timoris.
Hæc olim genitórque tuus, genitrixque secuti 365
Securam placido mihi permulcere senectam.
35 *Tu senium, quodcunque super labentibus annis*
Fata dabunt, qui nomen aui geris indole prima,
Prime nepos, vel re, vel spe mihi porge fruendum.
Nunc ego te puerum, mox in iuuenalibus annis,
Iámque virum cernam, si fors ita iusserit: aut si
40 *Inuidia est, sperabo tamen: nec vota fatiscent.*
Vt patris, vtque mei non immemor, ardua semper
Præmia musarum cupias: facundus & olim
Hac gradiare via, qua nos præcessimus: & cui
Proconsul genitor, præfectus auunculus instant.
45 *Perlege quodcunque est memorabile. prima monebo.*
Perlege, quodcunque est memorabile, & vt tibi prosit. ⁂
Conditor Iliádos, & amabilis orsa Menandri
Euoluenda tibi. Tu flexu, & acumine vocis,
Innumeros, numeros doctis accentibus effer:
50 *Affectúsque impone legens. Distinctio sensum*

Auget: & ignauis dant interualla vigorem.
366 *Ecquando ista meæ contingent dona senectæ?*
Quando oblita mihi tot carmina, tótque per æuum
Connexa historiæ, soccos, aulæáque regum,
Et melicos, lyricósque modos, præfando nouabis, 55
Obductósque seni facies puerascere sensus?
Te præeunte, nepos, modulata poëmata Flacci,
Altisonúmque iterum fas est didicisse Maronem.
Tu quoque, qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & astricto percurris pulpita socco, 60
Ad noua vix memorem diuerbia coge senectam.
Iam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum:
Ab Lepido & Catulo iam res & tempora Romæ
Orsus, bis senos seriem connecto per annos.
Iam lego ciuili mistum mauorte duellum, 65
Mouit quod socio Sertorius exul Hibero.
367 *Nec rudis hoc auus admoneo, sed mille docendo*
Ingenia, expertus. Multos lactantibus annis
Ipse alui: gremióque fouens, & murmura soluens,
Eripui tenerum blandis nutricibus æuum. 70
Mox pueros molli monitu, & formidine leni
Pellexi, vt mites peterent per acerba profectus,
Carpturi dulcem fructum radicis amaræ.
Idem vesticipes motu iam puberis æui,
Ad mores, artésque bonas, fandique vigorem 75
Produxi: quanquam imperium ceruice negarent
Ferre, nec insertis præberent ora lupatis.
Ardua temperies, dura experientia, rarus
Euentus, longo rerum spectatus ab vsu,
Vt regat indocilem mitis censura iuuentam. 80
Quæ tolerata mihi, donec iam ærumna iuuaret,
Leniretque vsum bona consuetudo laborum:
Donec ad Augustæ pia munera disciplinæ
Accirer, varióque accingerer auctus honore:
Aurea quum parere mihi palatia iussum. 85

Absistat Nemesis: ferat & Fortuna iocantem. 368
Præsedi imperio, dum prætextatus in ostro,
Et sceptro, & solio, sibi præfert iura magistri,
Maioresque putat nostros Augustus honores.
90 *Quos mox sublimi maturus protulit auctu:*
Quæstor vt Augustis patri, natoque, crearer:
Vt præfecturam duplicem, sellamque curulem:
Vt trabeam, pictamque togam, mea præmia, consul
Induerer: fastisque meis prælatus haberer.
95 *His ego quæsiui meritum quam grande nepoti*
Consul auus: lumenque tuæ præluceo vitæ.
Quamuis & patrio iamdudum nomine clarus,
Posses ornatus, posses oneratus haberi,
Accessit tamen ex nobis honor inclytus. hunc tu
100 *Effice, ne sit onus: per te vt connixus in altum*
Conscendas: speresque tuos, te consule, fasces.

GENETHLIACON AD EVNDEM AVSONIVM NEPOTEM,

EDYLLIVM XXXIII.

CARMINA *prima tibi, quum iam puerilibus annis* 369
Traderet assidui permulcens cura magistri,
Imbueretque nouas auris, sensusque sequaces,
Vt respondendas docili quoque murmure voces
Emendata rudi proferret lingua palato,
Addidimus nil triste senes: ne cura monendi
Læderet, aut dulcis gustus vitiaret amaris:
At modo quum motu vigeas iam puberis æui,
Fortiaque à teneris possis secernere, & ipse
Admonitor morumque tibi, fandique videri,
Accipe non præcepta quidem, sed vota precantis,
Et gratantis aui festum ad sollemne nepotis

* * * * *

*   *   *   *   *

Adnuit, ut reducem fatorum ab fine senectam *
Sospes agam: festúmque diem, dubitatáque cernam
Sidera, deposito prope conclamatus in æuo.
370 *Hoc, mellite nepos, duplicato fœnore partum*
Natali accedente tuo: munúsque salutis
Plenius hoc nostræ, quod iam tibi puberis æui
Crescit honos: iuuenémque senex iam cerno nepotem.
Sexta tibi hæc primo remeat trieteris ab anno,
Septembres notis referens natalibus Idus.
Idus alma dies, geniis quoque culta deorum.
Sextiles Hecate Latonia vendicat Idus,
Mercurius Maias, superorum adiunctus honori.
Octobres olim genitus Maro dedicat Idus.
Idus sæpe colas bis senis mensibus omnes,
Ausonij quicúnque mei celebraueris Idus.
Vale, nepos dulcissime.

AVSONII BVRDIGALENSIS CONSVLATVS.

PRECATIO AVSONII, CONSVLIS designati, pridie calendas Ianuarij, fascibus sumptis.

IANE, *veni: nouus anne, veni: renouate veni Sol,* 371
Consulis Ausonij Latiam visure curulem,
Et quid ab Augusta nunc maiestate secundum
Quod mireris, habes. Roma illa, domúsque Quirini,
5 *Et toga purpurei rutilans prætexta senati,*
Hoc capite, æternis signat sua tempora fastis.
Anne bonis cæpte auspiciis, da vere salubri
Apricas ventorum animas. da roscida Cancro
Solstitia: & gelidum Boream Septembribus horis.
10 *Mordeat autumnas frigus subtile pruinas.*
Et tenuata modis cesset mediocribus æstas.
Sementem Notus humificet. sit bruma niualis,
Dum pater antiqui renouatur Martius anni.
Spiret odorato florum noua gratia Maio.
15 *Julius & segetes coquat: & mare temperet euris.*
Sirius ardentem non augeat igne Leonem. 372
Discolor arboreos variet Pomona sapores.
Mitiget autumnus, quod maturauerit æstas.
Et genialis hiems parta sibi dote fruatur.

Pacem mundus agat: nec turbida sidera regnent. 20
Nulla tuos Gradiue offendat stella penates,
Quæ non æqua tibi, non Cynthia, non celer arcus
Finitimus terris: non tu Saturne supremo
Vltime circumitu procul à Pyroënte remotus
Tranquillum properabis iter. Vos cominus ite 25
Stella salutigeri Iouis, & Cythereïe Vesper.
Non unquam hospitibus facilis Cyllenius adsit.
Jane, ueni: nouus anne, ueni: renouate ueni Sol.
Hostibus edomitis, qua Francia mista Sueuis,
Certat ab obsequium, Latiis ut militet armis. 30
Qua uaga Sauromates sibi iunxerat agmina Chuni,
Quáque Getes sociis Histrum adsultabat Alanis.
Hoc mihi præpetibus uictoria nuntiat alis.
Iam uenit Augustus: nostros ut comat honores,
Officio exornans, quos participare cupisset. 35
373 Jane, ueni: nouus anne, ueni: renouate ueni Sol.
Aurea uenturo sol porrige gaudia Iano.
Fascibus Ausonij succedet Cæsar in annum,
Quinctam Romulei prætextam habiturus honoris.
Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi 40
Auribus hoc Nemesis) post me dignatur oriri
Augustus consul. Plus, quam conferre uidetur
Me sibi, qui iussit nostros præcedere fasces.
Jane, ueni: nouus anne, ueni: renouate ueni Sol.
Coge secuturos bis sena per ostia menses. 45
Tu tropicum Soli da cedere, rursus & illum
Terga dare: ut duplex tropico uarietur ab astro,
Et quater ac ternis properet mutatio signis.
Æstiuos impelle dies, brumámque morantem.
Noctibus adceleret promissus Cæsaris annus. 50
Illum ego si cernam, tum térque, quatérque beatus:
Tunc ero bis consul: tunc tangam uertice cælum.

Eiuſdem precatio Calendis Ianuarijs.

ANne bonis cœpte auſpiciis, felicia cernis
Conſulis Auſonij primordia. prome coruſcum
Sol æternæ caput: ſolitòque inluſtrior, almo
Lumine, purpureum iubar exere lucis eoæ.
Anne pater rerum, quas Iani menſe bifrontis
Voluis in hibernum, glaciali fine, Decembrem,
Anne, veni: & feſtum veteris nouus aſpice Iani.
Sollemnes peruade vias. bis ſenáque Mundo
Curricula æquatis varians per tempora ſignis,
Præcipitem æterna perfer vertigine curſum.
Sic prono raptare polo. contraria Phœbus
Et momenta ferat ſeruata parte dierum:
Et nouus hiberno reparet ſua lumina pulſu,
Menſtrua ter decies redeunt dum cornua Lunæ.
Exortus obitúſque, manu voluente, rotabis,
Legitimum Phœbi cohibens per ſigna meatum.

374

AVSONII AD GRATIANVM IMPERATOREM DISCIPVLVM GRATIARVM ACTIO PRO CONSVLATV.

AGO tibi gratias, Imperator Auguſte. ſi poſſem etiam referrem. Sed nec tua fortuna deſiderat remunerandi vicem: nec noſtra ſuggerit reſtituendi facultatem. Priuatorum iſta copia eſt, inter ſe eſſe munificos. tua beneficia vt maieſtate præcellunt, ita mutuum non repoſcunt. Quod ſolum igitur noſtræ opis eſt, gratias ago, verum ita, vt apud Deum fieri amat, ſentiendo copioſius, quam loquendo, atque non in ſacrario modo Imperialis oraculi, qui locus horrore tranquillo, & pauore venerabili raro eundem animum præſtat, & vultum, ſed vſquequaque gratias ago, tum tacens, tum loquens, tum in cœtu hominum, tũ ipſe mecum, & quum voce patui, & quũ meditatione

375

ſeceſſi, omni loco, actu, habitu, & tempore. Nec mirũ, ſi ego terminum non ſtatuo tam grata profitendi, quum tu finem facere neſcias honorandi. Quis enim locus eſt, aut dies, qui nõ me huius aut ſimilis gratulationis admoneat? admoneat autem? ô inertiam ſignificationis ignauæ? * Quis, inquam, locus eſt, qui non beneficijs tuis agitet, inflammet? Nullus, inquam, Imperator Auguſte, quin admirandam ſpeciem tuę venerationis incutiat: non palatium, quod tu quum terribile acceperis, amabile præſtitiſti. non forum, & baſilica olim negotijs plena, nunc votis, votiſque pro tua ſalute ſuſceptis. Nam de ſua, cui non, te Imperante, ſecuritas? non curia, honorificis modo læta decretis, olim ſollicitis mæſta querimonijs. non publicum, in quo occurſus gaudẽtium plurimorum neminem patitur ſolum gratulari. non domus commune ſecretum. Lectus ipſe ad quietem datus, beneficiorum tuorum reputatione tranquillior. Somnus abolitor omnium, imagines tuas affert. Ipſa autem ſedes honoris, Sella curulis, glorioſa pompis Imperialis officij, in cuius me faſtigio ex qua mediocritate poſuiſti! quotiens a me cogitatur, vincor magnitudine, & redigor ad ſilentium, non ingratus beneficijs, ſed oppreſſus. Ades enim locis omnibus. * Nec iam miramur licentiam poëtarum, qui omnia Deo plena dixerunt. Spem ſuperas, cupienda præuenis, vota præcurris. quæque animi noſtri celeritas Diuûm inſtar affectat, beneficijs præeuntibus anteceditur. Præſtare tibi eſt, quàm nobis optare, velocius. Ago igitur gratias, optime Imperator. Ac ſiquis hunc ſermonem meũ, ijſdem verbis tam ſæpe repetitum, inopiæ loquentis aſſignat, experiatur hoc idem proſequi: ſed nihil poterit proferre facundius. Aguntur enim gratiæ non propter maieſtatis ambitum, nec ſine argumentis, Imperatori fortiſſimo. Teſtis eſt vno pacatus anno & Danubij limes, & Reni. Liberaliſſimo. oſtentat hoc diues exercitus. Indulgẽtiſſimo. docet ſecuritas erroris humani. Cõſultiſſimo. probat hoc tali principe oriens ordinatus. Pijſſimo. huius vero laudis locupletiſſimum teſtimonium eſt pater diuinis honoribus conſecratus:

376

377

instar filij, ad imperium frater ascitus: à contumelia belli patruus vindicatus: ad præfecturæ collegium filius cum patre coniunctus: ad consulatum præceptor electus. * Possum ire per omnes appellationes tuas, quas olim virtus dedit: quas proxime fortuna cōcessit: quas adhuc indulgentia diuina meditatur. Voca Germanicum, deditione gentilium: Alemanicum, traductione captorum: vincendo & ignoscendo, Sarmaticum. Connecterem omnia merita virtutis, & cognomina felicitatis, sed alia est ista materia, & suo parata secreto: quum placuerit signāter, & breuiter omnia, quæ nouimus, indicare, nec persequi, vt qui terrarum orbem vnius tabulę ambitu circunscribunt aliquanto detrimento magnitudinis, nullo dispendio veritatis. Nunc autem, quod diei huius propriū, de consulatu gratias agam. sed procurrunt & aliæ dignitates, atque in vocem gratulationis erumpunt, ac se prius debere profitentur: tot gradus, nomine comitis, propter tua incrementa congesti ex tuo merito: te ac patre principibus, quæstura communis: & tui tantum præfectura beneficij: quæ & ipsa non vult vice simplici gratulari, liberalius diuisa, quàm iuncta. quum teneamus duo integrum, neuter desiderat separatum. Sed illa, vt paulo ante promisi, habebunt sui muneris peculiare secretum. * Consulatus hic meus orat, atque obsecrat, vt obnoxiam tibi vni sinas fieri eius dignitatem, quem omnibus prætulisti. Quod quidem & ipse sibi inuenit gradus, cum clarissimo viro collega meo honore coniunctus, nuncupatione prælatus. Consul ego, Imperator Auguste, munere tuo, non passus septa, neque campum: non suffragia, non puncta, non loculos, qui non prensauerim manus: nec consalutantium cōfusus occursu, aut sua amicis nomina non red diderim, aut aliena imposuerim: qui tribus nō circumiui, centurias non adulaui, vocatis classibus non intremui, nihil cum sequestre deposui, cum diribitore nil pepigi. Romanus populus, Martius campus, equester ordo, rostra, ouilia, senatus, curia, vnus mihi omnia Gratianus. * Iure meo, Auguste Maxime, affirmare possum, incolumi omnium gratia, qui ad hunc

378

379

380

honorem diuersa vnquam virtute venerunt, venturíque sunt. suus enim cuique animus, suum meritum, sibíque mens conscia est. iure, inquam, meo affirmare possum, me mihi videri à ceteris esse secretum. Sunt quos votorum cruciat inanitas: non optaui. quos exercet ambitus: non petiui. qui assiduitate exprimunt: non coëgi. qui offeruntur occasione: non affui. quos iuuat opulentia: obstat temporum disciplina. non emi, nec possum continentiam iactare: non habui. vnum pręstare tentaui, & hoc ipsum quasi meum vendicare nō possum.

381 in tua enim positum est opinione, si merui. * Fecisti autem, & facies alios quoque consules, pijssime Gratiane, sed non & causa pari. Viros gloriæ militaris. Habēt enim tecum vt semper laboris, ita dignitatis plerunque cōsortium, virtutis quàm honoris antiquiore collegio. Viros nobilitatis antiquæ. dantur enim multa nominibus: & est Roma pro merito. Viros fide inclytos, & officijs probatos. quorum me etsi non secerno numero, tamen, quod ad honoris viam pertinet, ratione dispertio. Quartum hunc gradum noui beneficij tu, Auguste, cōstituis deferre tibi ipsi, quo alter ornetur, bona animi tui ad alienam referre præstantiam, eruditionémque naturæ, quam Deo, & patri, & tibi debes, ad alterius gratiam rectius retorquere, quàm verius. Tua hæc verba sunt à te mihi scripta:

382 * *Soluere te quod debebas, & adhuc debere quod solueris.* O mentis aureæ dictum bracteatum! ô de pectore candidissimo, lactei sermonis alimoniam! Quisquám ne tam parcus est in ostentatione beneficij? quisquam pondus gratiæ suæ, vim meriti profitetur alieni? quisquam denique quod indulget, quasi ab obnoxio deferatur, pretium mauult vocare, quā donum? Certent huic sententiæ veteres illi & Homerici oratores, subtilis deducta oratione Menelaus, & instar profundæ grandinis ductor Ithacesius, & melleo delibutus eloquio iam tertiæ Nestor ætatis: sed neque ille concinnius eloquetur, qui se Laconica breuitate collegit: neque ille contortius, qui cū sensibus verba glomerauit: nec dulcius, cuius lenis oratio mulcendo potius quàm extorquendo persuasit. Soluere te

dicis, quod debebas, & debiturum esse, quum solueris. * Auguste iuuenis, cæli tibi, & humani generis rector, hoc tribuat, vt prælatus antiquis, quos etiam elegantia sententiæ istius antecessisti, vincas propria singulorum, in Menelao, regiam dignationem: in Vlixe, prudentiam: in Nestore, senectutem. Subijciet aliquis: ista quidem adeptus es, sed effare, quo merito. Quid me oneras sciscitator? RATIONEM FELICITATIS NEMO REDDIT. Deus, & qui Deo proximus, tacito munera dispertit arbitrio. & beneficiorum suorum indignatus per homines stare iudicium, mauult de subditis dedisse miraculum. Quo, inquis, merito? ego nullum scio, nisi quod, tu, pijssime Imperator, debere te dicis. & hoc debere latissime pertinet: siue hoc eruditonis tuæ fœnus existimas, siue sine fœnore gloriam liberalitatis affectas, siue te pondere conceptæ sponsionis exoneras, seu fideicommissum patris exoluis, seu magnanimitate, cælesti ostētatione suppressa, Dei munus imitaris. * Debere te dicis. cui? quando? quo nomine? lege syngrapham. nomina creditorem. accepti & expensi tabulæ conferantur. Videbis alio summæ istius transire rationem. Tibi cœpit Deus debere pro nobis. Quid autem mihi debes, gratissime Imperator? Patitur enim humanitas tua, vt præter regias virtutes, priuata appellatione lauderis. Quid tu mihi debes? & cóntra, quid non ego tibi debeo? An ne, quod docui? hoc ego possum verius retorquere, dignum me habitum, qui docerem: tot facundia, doctrináque præstantes, inclinata in me dignatione, præteritos: vt esset, quem tu, matura iam ætate subcinctum per omnes honorum gradus, festinata bonitate, proueheres: timere vt videreris, ne in me vita deficeret, dum tibi adhuc aliquid, quod deberes præstare, superesset. * Negat Cicero consularis vltra, se habere, quod cupiat. Ego autem iam cōsul, & senex, adhuc auiditatem meam fatebor. Te videre sæpius in hoc magistratu, Gratiane, desidero: vt & sex Valerij Coruini, & septem Caij Marij, & cognominis tui Augusti tredecim consulatus, vnus æquipares. Tibi plures potest ætas, & fortuna tua præstare:

383

384

385

verum ego in numero parcior, quia tu in munere liberalior. Ipsum enim te sępius hoc honore defraudas, vt & alijs largiaris. Scis etiam, Imperator doctissime, rursum enim vtar laude priuata. scis, inquam, septem ac decem Domitiani cōsulatus, quos ille, inuidia alteros prouehendi, cōtinuando conseruit, ita in eius auiditate derisos, vt hōc eum pagina Fastorum suorum, immo fastidiorum, fecerit insolentem, nec potuerit pręstare felicem. * Quod si principi, honoris istius temperata, & quæ vocatur, aurea, debet esse mediocritas, quid priuati status hominibus? quid æquanimis? quid iam senibus erga se oportet esse moderaminis? Ego quidem, quod ad honores meos petinet, & vota saturaui: tu tamen, Imperator optime, tu pijssime, tu quem non fatigat liberalitas, nisi quando cessauit: tu, inquam, indulgētissime Gratiane, vt ad benefaciēdum subito es necopinus ingenio, adhuc aliquid, quod hoc nomine mihi præstetur, inuenies. Sic intellexere omnes. sic nobis ordinem ipse fecisti. sic amicus Deo es, vt à te iam impetratū sit, quod optatur: à quo &, quod nondum optamus, adipiscimur. * Et rursum aliquis adijciet, aut sermone libere, aut cogitatione liberius, Nonne olim & apud veteres multi eiusmodi doctores fuerunt? an tu solus præceptor Augusti? Immo ego cum multis cōiunctus officio, sed cum paucissimis secretus exemplo. Nolo Constantini temporum taxare collegas. Cæsares docebantur. superiora contingam. Diues Seneca, nec tamen consul, arguetur rectius, quàm prædicabitur, non erudijsse indolem Neronis, sed armasse sæuitiam. Quinctilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus, honestamenta nominis potius videtur quàm insignia potestatis habuisse. quomodo Titianus magister. sed gloriosius ille, municipalem scholam apud Visontionem, Lugdunúmque, variando, non ætate quidem, sed vilitate consenuit. * Vnica mihi amplectenda est Frontonis imitatio: quem tamen Augusti magistrum sic cōsulatus ornauit, vt præfectura non cingeret. Sed consulatus ille cuiusmodi? ordinario suffectus, bimestri spatio interpolitus, in sexta anni parte consumptus: quæren-

dum vt reliquerit tantus orator, quibus cõsulibus gesserit cõsulatum. Ecce aliud, quod aliquis opponat. In tanti ergo te oratoris fastigium, te gloriosus attollis? cui talia requirenti respondebo breuiter. Non ego me contendo Frontoni, sed Antonino præfero Gratianum. Celebrãt quidem sollemnes istos dies omnes vbique vrbes, quę sub legibus agunt, & Roma de more, & Constantinopolis de imitatione, Antiochia pro luxu, & Carthago discincta, & domus fulminis Alexandria: sed Treuiri principis beneficio, & mox cum ipso auctore beneficij. Loca inter se distant, vota consentiunt. * Vnus in ore omnium Gratianus, potestate Imperator, virtute victor, Augustus sanctitate, põtifex religione, indulgẽtia pater, ætate filius, pietate vtrunque. Non possum fidei causa, ostendere imagines maiorum meorum, vt ait apud Sallustium Marius: nec deductum ab heroibus genus, ad deorum stemma replicare: nec ignotas opes, & patrimonia sparsa sub regnis: sed ea quæ nota sunt, dicere potius, quam prædicare, patriam nõ obscuram, familiam non pœnitendam, domum innocentem, innocentiam nõ coactam, angustas opes, veruntamen libris, & liberis dilatatas: frugalitatem sine sordibus, ingenium liberale, animum nõ illiberalem, victum, vestitũ, supellectilem, munda, non splendida: veteribus vt illis consulibus, excepta, quæ tum erat, bellicarum collatione virtutum, si quis me cõferre dignetur, seponat opulentiam, non derogaturus industriam. * Verum quoniam gratijs agendis, iam dudum succumbo materiæ, tu orationi meæ, Gratiane, succede. Tu, Gratiane, qui hoc nomen sic per fortunam adeptus es, vt nemo verius ambitione quæsierit. Neque enim iustius Metellus, cognomento Pius, patre reuocato, qui esset impius exulante: aut verius Sylla, Felix, qui felicior ante, quàm vocaretur, quã tu, Gratianus: cui & hoc nomen est, & illa Metelli, Syllæque cognomina. Tu, inquam, Gratiane, qui hoc nõ singulis factis, sed perpetua grate agendi benignitate meruisti, cui, nisi ab auo deductũ esset, ab omnibus adderetur. Tu ipse tibi, inquam, pro me gratiam refer, tu, tuæque virtutes, Bonitas, qua in om-

389

390

nes prolixus es, perpetuus in me: pietas, qua orbem tuum temperas, quamque in vlciscendo patruo probas, tuendo in fratre cumulas, ornando in præceptore multiplicas. * Agat gratias clementia, quam humano generi impertis: liberalitas, qua ditas omnes: fortitudo, qua vincis: & mens ista aurea, quam de communi Deo plus, quàm vllus, hausisti. Agant & pro me gratias, voces omnium Galliarum: quarum præfecto hanc honorificentiam detulisti. Vltra progredior, & hoc, quia debere te dicis, agat, quæ optime agere potest, vox ista, quam docui. Iam dudum autem quam grati animi, tam sermonis exigui, vt supra dictum est, succumbo materiæ: neque adhuc illa perstrinxi, quæ ne infantissimus quidem, nisi idem impijssimus, eminentia per famam, & omnium gaudijs testata, supprimeret: quæ supra vires dicendi meas posita, cunctor attingere, aut ingrati crimine arguendus, aut temerarij professione culpandus: tamen alterum cum subeundum sit, audaciam, quam maliuolentiam malo reprehendi. * Tu, Auguste venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubij ora prætexitur, comitia consulatus mei armatus exerces. Tributa ista, quod in vrbe Sirmio geruntur, an, vt quod in procinctu, centuriata dicentur: an, vt quondam, pontificalia vocabuntur, sine arbitrio multitudinis, sacerdotum tractata collegio? Sic potius, sic vocentur, quæ tu Pontifex maximus, deo participatus, habuisti. Non est ingenij mei, pijssime Imperator, talia comminisci. Verba sunt litterarum tuarum: quibus apud me auctoritatem summi numinis, & vt tuæ volūtatis, amplificas. sic enim loqueris. *Quum de consulibus in annum creandis solus mecum volutarem, vt me nosti, atque vt facere debui, vt velle te sciui, consilium meum ad Deum rettuli. Eius auctoritati obsecutus, te consulem designaui, & declaraui, & priorem nuncupaui.* * Cuius orationis ordo lucidior? quæ doctrina tam diligens, proprijs comitiorum verbis loqui, nec vocabulis moris antiqui, nomina peregrina miscere? Valete modo classes populi, & vrbanarum tribuum prærogatiuæ, & centuriæ iure-vocatæ. Quæ

391

392

393

comitia pleniora vnquã fuerunt, quam quibus præſtitit Deus conſilium, Imperator obſequium? Et nunc ego, pijſſime Imperator, ne faſtigium auditorij ſacri, dictorum tuorum timidus interpres, offendam, diuinitatis tuæ própe cum piaculo verba tranſcurro. *Quum de conſulibus*, inquis, *in annum creandis*. Erudita vox. Et quum *ſolus mecum volutarem*. O profundi altitudo ſecreti! habes ergo conſiliatorem, & non metuis proditorem. *Vt me noſti, vt facere debui, vt velle te ſciui*. Quid familiarius? quid cõſtantius? quid dici blandius poteſt? * *Conſilium meum ad Deum rettuli*. Et quemadmodum *ſolus:* cui præſto eſt tam grande conſilium? an plenius cum ſenatu, cum equeſtri ordine, cum plebe Romana, cum exercitu tuo, & prouincijs omnibus deliberaſſes? *Conſilium meum ad Deum rettuli*. Non vt, credo, nouũ ſumeres, ſed vt ſanctius fieret, quod volebas, eius auctoritati obſecutus ſcilicet: vt in conſecrando patre, in vlciſcendo patruo, in cooptando fratre feciſti. *Te conſulem deſignaui, & declaraui, & priorem nuncupaui*. Quis hæc verba te docuit? Ego tam propria, & tam Latina neſciui. *Deſignaui, & declaraui, & nuncupaui*. Non fit hoc temere. habet moras ſuas diſpertitis gradibus tam matura cunctatio. * Has ego litteras tuas ſi in omnibus pilis, atque porticibus, vnde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandauero, nõne tot ſtatuis honorabor, quot fuerint paginæ libellorum? Sed ad blandiora feſtino. Ab hac enim litterarum ad me datarum parte digreſſus, eo quoque deſcendiſti, vt quęreres: qualis ad me trabea mitteretur. Omne largitionum tuarum miniſterium ſollicitudine fatigaſti. Non ergo ſupra conſulatum mihi eſt adhibita per te cura tam diligẽs, pro me cura tam felix? In Illyrico arma quatiuntur. tu, mea cauſa, per Gallias, ciuilium décorum indumẽta diſpenſas. Loricatus de toga mea tractas. In procinctu, & maxime dimicaturus, palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponis, feliciter, & bono omine. Nanque iſte habitus, vt in pace conſulis eſt, ſic in victoria triumphantis. * Parum eſt, ſi qualis ad me trabea mittatur, interroges: te córam promi iubes. Nec ſatis habes, vt largitionum miniſtri

394

395

396

ex more fungantur. eligis ipse de multis: & quum elégeris, munera tua verborum honore prosequeris. *Palmatam*, inquis, *tibi misi: in qua diuus Constantius parens noster intextus est*. Me beatum! quum insignibus talis cura præstetur. Hæc plane, hæc est picta, vt dicitur, vestis non magis auro suo, quã tuis verbis. Sed multo plura sunt in eius ornatu, quæ per te instructus intelligo. Geminum quippe in vno habitu, radiat nomen Augusti. Constantius in argumento vestis intexitur: Gratianus in muneris honore sentitur. * Accessit tam impenso beneficio tuo, pondus quorundam sciscitatione cumulatum. Interrogatus, quem priorem decerneres cõsulem, Nec dubitandum esse dixisti tu: &, qui tecum boni sunt, dubitare non poterant. Sed tamen ad hoc dictum erexerant animos, qui libenter clarissimum virum, collegam meum, quem præsentem habebat occasio, prælatum credidissent. Fatigantes tamen, quod intellexerant, requirebant. Hic tu, sicut mihi renunciatum est, noto illo pudore tuo paulisper hæsisti, non rationis ambiguus, sed eorum dubitationem vultu, & rubore condemnans, qui studium tuum, interpretationis errore, palpabant. Deinde illico subdidisti. *Quid de duobus consulibus designatis quæritis, quis ordo sit nuncupationis? an ne alium, quam quem præfectura constituit?* O felicem verecundiam tuam, cui ista popularis ratio tam prudenter occurrit. * Scisti aliud, Gratiane, quam diceres: sed propter quorundam verecundiam dicere noluisti. Scrupulosus hic mihi locus est: & propter eam, quã nunquam appetiui, gloriam, recusandus. Quum prior renunciatus sum, satis est tuum tenere iudicium. Interpretes valete meritorum. Neque autem ego, sacratissime Imperator, in tenui beneficio, gradum nuncupationis amplector. Num est hæc gloria ignota Ciceroni? Prętorem me, inquit, populus Romanus primum fecit, consulem priorem. Ex ipsa eius sententia intelligitur commendabilius ei videri vni, quam pluribus esse præpositum. Nulla enim est quidem contumelia secundi, sed ex duobus gloria magna prælati. * Alexandri Macedonis hoc fertur, quum legisset illos Ho-

397 398 399

mericos versus,quibus,Hectore prouocante,è nouem ducibus,qui omnes pugnare cupiebant,vnum deligi placeret, fortis euentu, trepida vbi conceptione votorum Iouem Optimum Maximum totus precatur exercitus, vt Aiacem, vel Tydei filium, aut ipsum regem ditium Mycenarum sortiri patiatur Agamemnonem, Occiderem, inquit, illum,qui me tertiũ nominasset. O magnanimitatem fortissimi viri! nominari inter nouem tertius recusabat, vbi certe pluribus antecelleret, quam subesset. Quanta hîc verecundia grauaretur posterior de duobus! Est enim in hoc numero arduæ plena dignationis electio. Quum vniuersis mortalibus duo, qui fiant consules,præferuntur, qui alteri præponitur,non vni, sed omnibus antefertur. * Expectare nunc aures præsentium scio,& eminere,in omnium vultu intelligo, quod desiderio concipiatur animorum. Existimant enim quum ea,quæ ad grates agendas pertinebant,summatim,tenuiore filo,vt dicitur,deducta libauerim, aliqua me etiã de maiestatis tuæ laudibus debere perstringere. Quanquam me istam dixerim seposuisse materiam, & in tempus aliud reseruare, nihilominus tamen, vt nuc aliqua contingam,nutu,& própe murmure cohortantur. Itaq́ue faciam: quando cogunt volentem. sed maioribus separatis, tenuiora memorabo, nulla spe ad plenum exequendi: sed vniuersi vt intelligant,eorum,quæ intus prædicanda sunt, a me poscendam esse notitiam,ab alijs dignitatem. Nec excellentia, sed cotidiana tractabo. * Nullum te vnquã diem ab adolescentia tua, nisi adorato Dei numine,& reus voti, & illico absolutus, egisti, lautis manibus, mente pura, immaculabili conscientia,& quod in paucis est,cogitatione sincera. Cuius autem vnquam egressus auspicatior fuit, aut incessus modestior, aut habitudo cohibitior, aut familiaris habitus condecentior,aut militaris accinctior? In exercendo corpore,quis cursum tam perniciter incitauit? quis palæstram tam lubricus expediuit? quis saltum in tam sublime collegit? Nemo abductius iacula contorsit. nemo spicula crebrius iecit: aut certius destinata percussit. Mirabamur poëtam,qui infrænos dixerat

400

401

Numidas: & alterum, qui ita collegerat, vt diceret, in equitando, verbera, & præcepta eſſe fugæ, & præcepta ſiſtendi.

402 * Obſcurum hoc nobis legentibus erat. intelleximus te videntes, quum idem arcum intenderes, & habenas remitteres: aut equum ſegnius euntem verbere concitares, vel eodem verbere intemperantiam coërceres. Qui te viſi ſunt hoc docuiſſe, non faciunt: immo qui viſi ſunt docuiſſe, nunc diſcunt. In cibis autem, cuius ſacerdotis abſtinẽtior cerimonia? in vino, cuius ſenis menſa frugalior? Operto conclauis tui, non ſanctior ara Veſtalis, non Pontificis cubile caſtius: nec puluinar Flaminis tam pudicum. In officijs amicorum nõ dico paria reddi: antéuenis. & quotiens in obſequendo præcedimus, erubeſcis pudore tam obnoxio, quam in nobis eſſe

403 deberet ab Imperatore præuentis. * In illa vero ſede, vt ex more loquimur, conſiſtorij, vt ego ſentio, ſacrarij tui, nullus vnquam ſuperiorum aut dicenda penſius cogitauit, aut conſultius cogitata diſpoſuit, aut diſpoſita maturius expediuit. Et aliqua de oratorijs virtutibus tuis dicerem, niſi vererer mihi gratificari. Non enim Sulpicius acrior in concionibus, nec maioris Gracchi commendabilior modeſtia fuit, nec patris tui grauior auctoritas. Qui tenor vocis, quum incitata pronuncias! quæ inflexio, quum remiſſa! quæ temperatio, quum vtraque diſpenſas! Quis oratorum læta iucundius, facunda cultius, pugnantia denſius, denſata glomeratius, aut dixit, aut quod eſt liberum, cogitauit? Vellem, ſi rerum natura pateretur, Xenophon Attice, in æuum noſtrũ venires, tu qui ad Cyri virtutes exequendas votum potius, quam hiſtoriam commodaſti, quum diceres, non qualis eſſet, ſed qualis eſſe deberet.

404 * Si nunc in tempora iſta procederes, in noſtro Gratiano cerneres, quod in Cyro tuo non videras, ſed optabas. Atque iſta omnia quaſi punctis quibuſdam acuminata ſignaui. Si facundia pro voluntate ſuppeteret, quanquam non copioſus, exequerer, vbertatem ſtilo, rerum magnitudine ſuggerente: ſed nec huius diei, nec huius iſta materiæ. Qui dicturi eſtis laudes principis noſtri, habetis velut ſeminarium, vnde orationum

vestrarum iugera compleatis. Ego ista perstrinxi: atque vt sciunt omnes, possum videri familiaris notitiæ secretus interpres, domestica istæc, non tam prædicare, quam prodere. Atque vt ista dixi de cognitis mihi, atque intra aulam familiaribus, possem & foris celebrata memorare, nisi omnia omnes, & separatim sibi quisque nouisset. Possem pari breuitate dicere superiora.* EMENDATISSIMI VIRI EST POENITENDA non facere: at tu nunquam pœnitenda fecisti: & semper veniam pœnitentibus obtulisti. PVLCHRVM EST INDVLGERE TIMENTIBVS: sed tu perpetuæ bonitatis edictis occurristi omnibus, ne timerent. MAGNIFICVM LARGIRI HONORES: tu honoratos & liberalitate ditasti. LAVDABILE EST IMPERATOREM FACILES INTERPELLANTIBVS PRAEBERE ADITVS, NEC DE OCCVPATIONE CAVSARI: tu confirmas adire cunctantes. etiam querimonijs explicatis, ne quid adhuc sileatur, interrogas. Celebre fuit Titi Cæsaris dictum, PERDIDISSE SE DIEM, QVO NIHIL BONI FECERAT: sed celebre fuit, quia Vespasiani successor dixerat, cuius nimia parsimonia, & austeritas vix ferenda, miram fecerat filij lenitatem. * Tu Valentiniano genitus, cuius alta bonitas, præsens comitas, temperata seueritas fuit, parto & condito optime reipublicæ statu intelligis posse te esse lenissimum sine dispendio disciplinæ. Neque vero vnum aliquod bonum vno die præstas, sed indulgentias sæculares per singula horarum momenta multiplicas. Vel illud vnum cuiusmodi est, de condonatis residuis tributorum? quod tu quam cumulata bonitate fecisti! Quis vnquam Imperatorum hoc prouincijs suis aut vberiore te indulgentia dedit, aut certiore securitate prospexit, aut prudentia consultiore muniuit? Fecerat & Traianus olim: sed partibus retentis, non habebat tantam oblectationem concessi debiti portio, quanta suberat amaritudo seruati. Et Antoninus indulserat: sed imperij, non beneficij successor, inuidit: qui ex documentis tabulisque populi, condonata repetiuit. Tu argumenta omnia flagitan-

405

406

407 di, publicitus ardere iussisti. * Videre in suis quæque foris omnes ciuitates cóflagrationem salubris incendij. Ardebant stirpes fraudum veterum: ardebant seminaria futurarum. Iam se cum puluere fauilla miscuerat: iam nubibus fumus inuoluerat, & adhuc obnoxij in paginis concrematis ductus apicum, & sestertiorũ notas cum iuuantia de ratione cernebant: quod meminerant legi posse & veteres. Quid te, Imperator Auguste, indulgentius? quid potest esse consultius? Quæ bona præstas, efficis ne caduca sint: quæ mala adimis, prospicis, ne possint esse recidiua. Hęc prouincialibus indulgentiæ bona: quid illa nostro ordini? Quid illa militibus, Antoninorum comitas fuit, & iam inde Germanicorum cohorti amicorum, & legionibus, familiaris humanitas? Sed ego nolo beneuo-

408 lentiam tuam aliorum collatione præcellere. * Abundant in te ea bonitatis, & virtutis exempla, quæ sequi cupiat ventura posteritas: & si rerum natura pateretur, adscribi sibi voluisset antiquitas. Necesse est tamen aliquid comparari, vt possit intelligi, bona nostra quo præstent. Ægrotantes amicos Traianus visere solebat: hactenus in eo comitas prædicanda est. tu & visere solitus, & mederi, præbes ministros, instruis cibos, fomenta dispensas, sumptum adijcis medelarum, consolaris affectos, reualescentibus gratularis. In quot vias de vna eius humanitate progrederis? Legionibus vniuersis, vt in cõmuni marte éuenit, si quid aduersi acciderat, vidi te circumire tentoria: satin' salue, quætere: tractare vulnera sauciorum: & vt salutiferæ apponerentur medelæ, atque vt non cessaretur,

409 instare. * Vidi quosdam fastidientes cibum, te cõmendante, sumpsisse. Audiui confirmantia ad salutem verba profari, occurrere desiderijs singulorum. huius sarcinas mulis aulicis vehere, his specialia iumenta præbere, illis ministeria perditorum instaurare lixarum. aliorum egestatem tolerare sumptu, horum nuditatem velare vestitu. omnia agere indefesse, & benigne, pietate maxima, ostentatione nulla. omnia præbere ægris, nihil exprobrare sanatis. Inde cunctis salute nostra carior factus, meruisti, vt haberes amicos obnoxios, prom-

ptos,deuotos,fideles, in æuum omne mansuros: quales caritas,non fortuna conciliat. Concludam deinceps orationem meam, pijssime Auguste, sermonis magis fine, quam gratiæ. nanque illa perpetua est: & spatio non transmeabili, terminum calcis ignorat. Flexu tamen paruo, nec à te procul, conuertar ad Deum. * Æterne omnium genitor, ipse non genite, opifex, & causa Mundi, principio antiquior, fine diuturnior, qui templa tibi & aras penetralibus initiatorum mentibus condidisti: tu Gratiano humanarum rerum domino, eiusmodi semina nostri amoris inolesti, vt nihil in digressu segnior factus, meminisset & relicti: illustraret absentem, præsentibus anteferret. Dein, quia interesse primordijs dignitatis, per locorum interualla non poterat, ad sollemnitatem condendi honoris occurreret, beneficijs ne deesset officium. Quæ enim memoria, memoria, inquam, transcursum tantæ celeritatis, vel in audacibus Græcorum fabulis, commenta est? Pegasus volucer, actus a Lycia, non vltra Ciliciam permeauit. * Cyllarus, atque Arion, inter Argos, Nemeámque senuerunt. Ipsi Cástorum equi, quod longissimum iter est, non nisi mutato vectore, transcurrunt. tu Gratiane, tot Romani imperij limites, tot flumina, & lacus, tot veterum intersepta regnorum, ab vsque Thracia, per totum, quam longus est, locum Illyrici, Venetiam, Liguriámque & Galliam veterem, insuperabilia Rætiæ, Reni accolas, Sequanorum inuia, porrecta Germaniæ, celeriore transcursu, quam est properatio nostri sermonis, euoluis, nulla requie otij, ne somni quidem, aut cibi munere liberali, vt Gallias tuas inopinatus illustres. vt consulem tuum, quanuis desideratus, anticipes. vt illam ipsam, quæ auras præcedere solet, famam, facias tardiorem. Hoc senectuti meæ, hoc honori à te datum. * Supremus ille Imperij, & consiliorum tuorum Deus conscius, & arbiter, & auctor, indulsit, vt sellam curulem, cuius sedem frequenter ornabis: vt prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam: vt trabeam nō magis auro suo, quam munere tuo splendidam, quæ ab Illyrico sermonis dignitas honestauit, apud Gallias

410 411 412

illuſtriora præſtares, quæſtorem vt tuum, præfectum vt tuo prætorio, conſulem tuum, & quod adhuc cunctis meis nominibus anteponis, præceptorem tuum, quem pia voce declaraueras, iuſta ratione prætuleras, liberali largitate ditaueras, Auguſtæ dignationis officijs conſecrares.

APVD GRATIANVM AVGVSTVM.

AVSONII BVRDIGALENSIS EPISTOLAE.

EPISTOLA I.

AVSONIVS ad patrem de suscepto filio.

CREDIDERAM nil posse meis affectibus addi, 413
Quo, venerande pater, diligerere magis.
Accessit gratis super his medióque nepoti. *
Bina dedit nostris qui iuga nominibus.
5 *Ipse nepos te fecit auum. mihi filius idem;*
Et tibi ego. hoc nato nos sumus ambo patres.
Nec iam sola mihi pietas mea suadet amorem:
Nomine te gemini iam genitoris amo.
Accessit titulus, tua quo reuerentia crescat:
10 *Quo doceam natum, quid sit amare patrem.*
Quippe tibi æquatus videor: quia paruulus iste
Nomine honoratum me quoque nobilitat,
Non ætas quia nostra eadem. nam supparis æui
Sum tibi ego, & possum fratris habere vicem.
15 *Nec tantum nostris spatium interponitur annis,* 414
Quanta solent alios tempora diuidere.
Vidi ego natales fratrum distare tot annis,
Quot nostros. Æuum nomina non onerant.
Pulchra iuuenta tibi, senium sic iungit, vt æuum,
20 *Quod prius est, maneat: quod modo, vt incipiat.*
Et placuisse reor geminis ætatibus, vt se
Non festinato tempore vtraque daret.

415 *Leniter hæc flueret, hæc non properata veniret,*
Maturam frugem flore manente ferens.
Annos me nescire tuos, pater optime, testor, 25
Tótque putare tuos, quot reor esse meos.
Nesciat hoc natus. numeret properantior heres,
Testamenta magis, quam pia vota fouens,
Exemplóque docens prauo iuuenescere natos,
Vt nolint patres se quoque habere senes: 30
Verum ego primæuo genitus genitore, fatebor
Supparis hæc aui tempora grata mihi.
416 *Debeo, quod natus. suadet pia cura nepotis,*
Addendum patri, quo veneremur auum.
Tu quoque, mi genitor, geminata vocabula gaude, 35
Nati primæui nomine factus auus.
Exiguum quod auus. faueant pia numina diuûm,
Déque nepote suo fiat auus proauus.
Largius & poterunt producere fata senectam,
Sed RATA VOTA REOR, *quæ moderata magis.* 40

EPISTOLA II.

Ad Vrsulum Grammaticum Treuirorum. cui strenas calendis Ianuarijs ab Imperatore non datas, reddi fecit.

417 PRIMVS *iucundi fuit hic tibi fructus honoris,*
Augustæ faustum munus habere manus.
Proximus ex longo gradus est, Quæstoris amici
Curam pro strenis excubuisse tuis.
Ergo interceptos regale nomisma Philippos 5
Accipe tot numero, quot duo Geryones.
Quot terni biiuges: demptóque triente Camenæ:
Quótque super terram sidera Zodiaci.
Quot commissa viris Romana, Albanáque fata:
Quótque doces horis, quótque domi resides. 10
Ostia quot pro parte aperit stridentia Circus:
Excepto, medium quod patet ad stadium.
Quot pedibus gradiuntur apes, & versus Homeri:

Quótque horis pelagus profluit, aut refluit.
15 *Protulit in scenam quot dramata fabellarum,* 418
Arcadiæ medio qui iacet in gremio.
Vel quot iuncturas geometrica forma fauorum
Conserit extremis omnibus & medius.
Quot telios primus numerus, solúsque probatur,
20 *Quot par, atque impar partibus æquiparat.*
Bis ternos, & ter binos quia conserit vnus:
Qui solus totidem congeminatus habet,
Quot faciunt iuncti subtérque, supráque locati,
Qui numerant Hyadas, Pleïadásque simul.

25 * * * * *

Vrsule collega nobilis Harmonio,
Harmonio, quem Claranus, quem Scaurus, & Asper,
Quem sibi conferret Varro, priórque Crates:
Quique sacri lacerum collegit corpus Homeri,
30 *Quique notas spurijs versibus apposuit:*
Cecropiæ commune decus, Latiæque camenæ,
Solus qui Chium miscet, & Ammineum.

EPISTOLA III.
Ausonius Probo Præfecto prætorio S.

OBLATA per antiquarios mora, scio promissi mei gratiam expectatione cõsumptam, Probe vir optime. In secundis tamen habeo, non fefellisse. Apologos Titiani, & Nepotis chronica, quasi alios apologos (nam & ipsa instar sunt fabularum) ad nobilitatem tuã misi, gaudens, atque etiam glorians fore aliquid: quod ad institutionem tuorum, sedulitatis meæ studio, conferatur. Libello tamen apologorum anteculi paucos epódos, studio in te obseruantiæ meæ impudentissimos: paucos quidem, vt ego loquax iudico, verum tu, quum legeris, etiam nimium multos putabis. Adiuro beniuolentiã tuam, verecundiæ meæ testem, eos mihi subita persuasione 419

fluxisse. Nam quis hoc diu cogitaret? Quod sane ipsi per se probabunt. Fors fuat, vt, si mihi vita suppetet, aliquid rerum tuarum, quanuis incultus, expoliam: quod tu & si lectum nõ probes, scriptum boni consules. Quumque ego imitatus sim vesaniam Chœrili, tu ignoscas magnanimitate Alexandri. Hi igitur, vt Plautus ait, interim erunt antilogium fabularum, garruli, & deceptores. Qui compositi ad honorificentiæ obsequium, ad aurium conuiciũ concurrerunt. Vale, & me dilige.

Ad Librum: vt eat ad Probum.

420

Perge, ô Libelle, Sirmium:
Et dic hero meo, ac tuo,
Aue, atque salue plurimum.
Quis iste sit nobis herus,
Nescis libelle? an, quum scias, 5
Libenter audis, quod iuuat?
Possem absolute dicere,
Sed dulcius circumloquar:
Diuque fando perfruar.
Hunc dico, qui lingua potens, 10
Minorem Atridam præterit,
Orando pauca, & musica.
Qui grandines Vlixei,
Mellifluentem Nestora,

421

Concinnatorem & Tullium. 15
Qui solus, exceptis tribus
Heris, herorum primus est,
Prætorióque maximus.
Dico hunc senatus præsulem,
Præfectum eundem, & consulem, 20
(Nam consul æternum cluet.)
Collegam Augusti consulis,
Columen curulis Romulæ,
Primum in secundis fascibus.
Nam primus è cunctis erit 25

Consul, secundus principi.
Generi hic superstes aureo,
Satórque prolis aureæ,
Conuicit Ascræum senem:
30 *Qui sæculum omne ferreum:* 422
Qui vincit æui iniuriam.
Stirpis nouator Anniæ,
Paribúsque comit infulis,
Aniciorum stemmata.
35 *Probum loquor. scis optime.*
Quem nemo fando dixerit,
Qui non prius laudauerit.
Perge, ô libelle: & vtere
Felicitate intermina.
40 *Quin & require, si sinet*
Tenore fari obnoxio.
Age vera proles Romuli,
Effare causam nominis.
Vtrúm ne mores hoc tui
45 *Nomen dedere: an nomen hoc* 423
Secuta morum regula?
An ille venturi sciens
Mundi supremus arbiter,
Qualem creauit moribus
50 *Iussit vocari nomine?*
Nomen datum præconiis,
Vitæque testimonio.
Libelle felix, quem sinu
Vir tantus euoluet suo.
55 *Nec occupari tempora*
Grato queretur otio.
Quem mille cum vocis modis,
Leni aut susurro impertiet.
Cuique vigiles luminum
60 *Vacare dignabunt coræ.*

424 *Quem mente, & aure consciis,*
Quibusdam omissis, pelleget.
Quæcunque fortuna est tibi,
Perge, ô libelle: & vtere
Felicitate intermina. 65
Dic me valere, & viuere.
Dic viuere ex voto pio,
Sanctis precantem vocibus:
Vt quem curulis proxima
Collegio nati dedit, 70
Hunc rursus Augustus prior
Suis perennet fascibus.
Subnecte & illud leniter.
Apologos, en, misit tibi
425 *Abusque Reni limite* 75
Ausonius, nomen Jtalum,
Præceptor Augusti tui,
Æsopiam trimetriam:
Quam vertit exili stilo
Pedestre concinnans opus, 80
Fandi Titianus artifex.
Vt hic aui, ac patris decus
Misto refulgens sanguine,
Probianòque, ac Anicio:
Vt quondam in Albæ mœnibus 85
Supremus Ænea satus,
Siluios Iulis miscuit:
Sic iste, qui natus tuus,
Flos flosculorum Romuli,
426 *Nutricis inter lemmata,* 90
Lallique somniferos modos,
Suescat peritis fabulis,
Simul iocari, & dicere.
Et adde votum, quod pio
Concepimus rei Deo. 95

Vt genitor Augustus dedit
Collegio nati Probum,
Sic Gratianus hunc nouum
Stirpi futuræ copulet.
100 *Rata sunt futura, quæ loquor.*
Sic merita, sic fatum iubet.
Sed iam vt loquatur Iulius,
Fandi modum inuita accipe
Volucripes dimetria:
105 *Aueque dicto, dic Vale.*

Ausonius Symmacho. EPIST. IV.

MODO intelligo, quam mellea res sit oratio: quam delenifica, & quam suada facundia. Persuasisti mihi, quod epistolæ meæ apud Capuam tibi redditæ concinnatio humana non esset: sed hoc non diutius, quam dum epistolam tuam legi. quæ me blanditijs inhiantem tuis, velut succo nectaris delibuta, ducit. Vbi enim chartulam pono, & me ipsum interrogo, tum absinthium meum resipit: & circunlita melle tuo pocula deprehendo. Si vero, id quod sæpe facio, ad epistolam tuam redij, rursus inlicior: & rursum ille suauissimus, ille floridissimus tui sermonis adflatus, deposita lectione, vanescit, & testimonij pondus prohibet inesse dulcedini. Hoc me velut aërius bracteæ fucus, aut picta nebula, non longius, quam dum videtur, oblectat, Chamæleontis bestiolæ vice, quæ de subiectis sumit colorem. Aliud sentio ex epistola tua, aliud ex conscientia mea, & tu me audes facundissimorum hominum laude dignari? tu, inquam, mihi ista, qui te vltra cōmendationem omnium protulisti? Aut, quisquám ne ita nitet, vt comparatus tibi non sordeat? Quis ita ad Æsopi venustatem, quis ita ad sophisticas Isocratis conclusiones, quis ita ad enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem nostri Maronis accedat? Quis ita affectet singula, vt tu imples omnia? Quid enim aliud es, quam ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio? Hæc, domine

427

428

mi, fili Symmache, non vereor, ne in te blandius dicta videantur esse, quam verius. & expertus es fidem meam mentis atque dictorum, dum in comitatu degimus ambo, æuo dispari: vbi tu veteris militiæ præmia tiro meruisti, ego tirocinium iam veteranus exercui. In comitatu tibi verus fui, nedum me peregre existimes composita fabulari. IN COMITATV, inquam, QVI FRONTES HOMINVM APERIT: MENTES TEGIT. Ibi me & parentem, & amicum, & si quid vtroque carius est, cariorem fuisse sensisti. Sed abeamus ab his: ne istæc commemoratio ad illam Sosiæ formidinem videatur accedere. Illud quoque, quod pæne præterij, qua affectione addidisti, vt ad te didascalicum aliquod opusculum, aut sermonem protrepticum mitterem! Ego te docebo, docendus adhuc, si essem id ætatis, vt discerem? aut ego te vegetum, aut alacrem commonebo? Eadem opera & Musas hortabor, vt canant: & maria, vt effluant: & auras, vt vigeant: & ignes vt caleant, admonebo: &, si quid inuitis quoque nobis natura fit, superfluus instigator agitabo. Satis est vnius erroris: quod aliquid meorum, me pœnitente, vulgatum est: quod bona fortuna, in manus amicorum incidit. Nam si cóntra id euenisset, nec tu mihi persuaderes, placere me posse. Hæc ad litteras tuas responsa sint. cetera, quę noscere habes, compendij faciam. sic iam quoque longa est epistola. Iulianum tuum, familiarem domus nostræ, si quid de nobis percontandum arbitraris, tibi allego: simul admoneo, vt quum causam aduentus eius agnoueris, iuues studium, quod ex parte fouisti. Vale.

429

EPISTOLA V.

430

AVSONIVS, cuius ferulam nunc sceptra verentur,
Paganum è Medulis iubeo saluere Theonem.

QVID geris, extremis positus telluris in oris,
Cultor harenarum vates? cui littus arandum,
Oceani finem iuxta, solémque cadentem. 5

Vilis arundineis cohibet quem pergula tectis:
Et tingit piceo lachrymosa colonica fumo.
Quid rerum, Musæque gerunt, & cantor Apollo?
Musæ non Helicone satæ, nec fonte caballi,
10 *Sed quæ fecundo de pectore Clementini,*
Inspirant vacuos aliena mente poëtas.
Iure quidem: nam quis malit sua carmina dici,
Qui te securo possit proscindere risu?
Hæc quoque ne nostrum possint vrgere pudorem,
15 *Tu recita: & vere poterunt tua dicta videri.*
Quam tamen exerces Medulorum in littore vitam? 431
Mercatúsne agitas? leuiore nomismate captans.
Insanis quod mox pretiis grauis auctio vendat,
Albentis seui globulos, & pinguia ceræ
20 *Pondera, Naryciamque picem, scissámque papyrum,*
Fumantésque olidum paganica lumina tædas.
An maiora gerens, tota regione vagantes
Persequeris fures? qui te, postrema timentes,
In partem, prædamque vocent. tu mitis, & osor
25 *Sanguinis humani, condonas crimina nummis:*
Errorémque vocas. pretiúmque imponis abactis
Bobus, & in partem scelerum de iudice transis.
An cum fratre vagos dumeta per auia ceruos
Circundas maculis, & multa indagine pinnæ?
30 *Aut spumantis apri cursum clamoribus vrges,*
Subsidísque fero? Moneo tamen, vsque recuses
Stringere fulmineo venabula cominus hosti.
Exemplum de fratre time. qui veste reducta 432
Ostentat fœdas prope turpia membra lacunas:
35 *Perfossásque nates vicino podice nudat.*
Inde ostentator volitat: mirentur vt ipsum
Gedippa, Vrsinúsque suus, proléśque Iouini,
Taurinúsque, ipsum priscis heroibus æquans:
Qualis in Olenio victor Calydonius apro,
40 *Aut Erymanthéo pubes fuit Attica monstro.*

Sed tu parce feris venatibus, & fuge nota
Crimina siluarum: ne sis Cinyreia proles,
Accedásque iterum Veneri plorandus Adonis.
Sic certe crinem flauus, niueusque lacertos,
Cæsariem rutilam per candida colla refundis. 45
Pectore sic tenero, plana sic iunceus aluo,
Per teretes feminum gyros, suráque nitentes
Descendis, talos à vertice pulcher adimos.
433 *Qualis floricoma quondam populator in Ætna,*
Virgineas inter choreas Deoida raptam 50
Sustulit, emersus stygiis fornacibus, Orcus.
An quia venatus ob tanta pericula vitas,
Piscandi traheris studio? nam tota supellex
Domnotini tales solita est ostendere gazas,
Nodosas vestes animantum nerinorum, 55
Et iacula, & fundas, & nomina villica lini,
Coláque, & insutos terrenis vermibus hamos.
His opibus confise tumes. domus omnis abundat
Littoreis diues spoliis. referuntur ab vnda
Carroco, letalísque trygon, molléſque platessæ, 60
Vrentes thynni, & male tecti spina elegati,
Nec duraturi post bina triboria corui.
An te carminibus iuuat incestare canoras
Mnemosynes natas, aut tris aut octo sorores?
434 *Et quoniam huc ventum, si vis agnoscere, quid sit* 65
Inter doctrinam, deridendásque camenas,
Accipe congestas mysteria friuola nugas:
Quas tamen explicitis nequeas deprendere chartis,
Scillito decies si cor purgeris aceto,
Anticyrásque bibas Samij Lucumonis acumen. 70
Aut adsit interpres tuus,
Ænigmatum qui cognitor
Fuit meorum, quum tibi
Cadmi nigellas filias,
Melonis albam paginam, 75

Notásque furuæ sepiæ,
Cnidiósque nodos prodidit,
Nunc adsit: & certe modo
Præsul creatus litteris,
80 *Enucleabit protinus,*
Quod militantes scribimus.
Notos fingo tibi poëta versus 435
Quos scis hendecasyllabos vocari.
Sed nescis modulis tribus moueri.
85 *Istos composuit Phalæcus olim,*
Qui penthemimerin habent priorem:
Et post semipedem duos iambos.
Sunt, quos hexametri creant reuulsi,
Vt penthemimeris prior locetur:
90 *Tum, quod bucolice tome relinquit.*
Sunt & quos generat puella Sappho:
Quos primus regit Hippius secundus.
Vt claudat Choriambon Antibacchus.
Sed iam non potes, ô stolo, doceri:
95 *Nec fas est mihi regio magistro*
Plebeiam numeros docere pulpam.
Verum protinus ede, quod requiro.
Nil quæro, nisi quod libris tenetur:
Et quod non opicæ tegunt papyri.
100 *Quas si solueris, ô poëta, nugas,*
Tostam trado tibi simul Vacunam.
Nec iam post metues vbique dictum,
Hic est ille Theon, poëta falsus,
Bonorum mala carminum taberna.

EPISTOLA VI.

AVSONIVS Salue caro mihi dico Theoni, 436
Versibus experiens, quod volo, quodque queror.

TERTIA *fissipedes renouauit Luna iuuencas,*
Dum fugitas nostram, dulcis amice, domum.

Nonaginta dies sine te, carissime, traxi, 5
Huc adde æstiuos: hoc mihi pæne duplum est.
Vis nouies denos, dicam, deciésque nouenos
Isse dies? anni portio quarta abijt.
Sexaginta horas, super & duo millia centum
Te sine consumpsi: quo sine & hora grauis. 10
Millia bis nongenta iubet demensio legum
Adnumerata reos per tot obire dies.
Iam potui Romam pedes ire, pedésque reuerti,
Ex quo te dirimunt millia pauca mihi.
Scirpea Domnotonis tanti est habitatio vati? 15
Paulliacus tanti non mihi villa foret.
An quia per tabulam medica pugna notatam, ⁘
Debita summa mihi est ne repetamus, abes?
437 *Bis septem rutilos regale nomisma Philippos,*
Nec tanti fuerint, perdere malo, Theon, 20
Implicitum quam te nostris interne medullis
Defore tam longi temporis in spatio.
Ergo aut prædictos iam nunc rescribe Darios:
Et redime, vt mora sit libera desidiæ:
Aut alios à me totidem dabo, dum modo cari 25
Conspicer ora viri, pauperis vsque licet.
Puppe citus propera: sinuosáque lintea veli
Pande. Medullini te feret aura noti
Expositum subter paradas, lectóque iacentem:
Corporis vt tanti non moueatur onus. 30
Vnus à Domnotoni te littore perferet æstus
Condatem ad portum, si modo deproperes:
Inque vicem venti, quotiens tua flamina cessant,
Remipedem iubeas protinus ire ratem.
Inuenies præsto subiuncta petorita mulis: 35
Villa Lucani mox potieris aco.
Rescissô disce componere nomine versum.
Lucilij vatis sic imitator eris.

EPISTOLA VII.

Ausonius Theoni, quum ei triginta Ostrea, grandia quidem, sed tam pauca misisset.

EXPECTAVERAM, vt rescriberes ad ea, quæ dudum iocularițer luseram de cessatione tua valde impia, & mea efflagitatione. cuius rei munus reciprocum, quoniam in me colendo fastidisti, inuenta inter tineas epistola veteri, quam de Ostreis, & Musculis affectata obscuritate condideram, quæ adolescens temere fuderam, iam senior retractaui. Sed in eundem modum instaurata est satyrica & ridicula concinnatio: saltem vt nunc respondeas notissimæ cantilenæ, qui illam nouitiam silentio condemnasti. 438

OSTREA *Baianis certantia, quæ Medulorum* 439
Dulcibus in stagnis reflui maris æstus opimat,
Accepi, dilecte Theon, numerabile munus.
Verum quot fuerint, subiecta monosticha signant.
5 *Quot ter luctatus cum pollice computat index:*
Geryones quot erant, decies si multiplicentur:
Ter quot erant Phrygij numerata decennia belli:
Aut ter vt Æolidi mensis tenet ignicomus Sol:
Cornibus à primis quot habet vaga Cynthia noctes:
10 *Singula percurrit Titan quot signa diebus:*
Quótque annis sublimis agit sua sæcula Phænon:
Quot numero annorum Vestalis virgo ministrat:
Dardaniisque nepos regno quot protulit annos:
Priamidæ quot erant, si bis deni retrahantur:
15 *Bisque viros numeres, qui fata Amphrysia seruant:*
Quot genuit fœtus Albana sub ilicibus sus:
Et quot sunt asses, vbi nonaginta trientes:
Vel quot habet iunctos Vasatica reda caballos.
Quod si figuras fabulis adumbratas, 440
20 *Numerumque doctis inuolutum ambagibus*
Ignorat alto mens obesa viscere,
Numerare saltim more vulgi vt noueris,

In se retortas explicabo summulas.
Ter denas, puto, quinquiésque senas:
Vel bis quinque, dehinc decem, decémque: 25
Vel senas quater, & bis adde ternas:
Septenis quater adde vnum & vnum:
Duc binas decies, semelque denas:
Aut ter quattuor, adde bis nouenis:
Octonis quater hinc duæ recedant: 30
Binas terdecies, semel quaternas.
Et sex adde nouem, vel octo septem.
Aut septemgeminis, bis octo iunge:
Aut ne sim tibi pluribus molestus,
Triginta numero fuere cunctæ, 35

441 *Iunctus limicolis musculus ostreis*
Primo composuit fercula prandio,
Gratus delicijs nobilium cibus,
Et sumptu modicus pauperibus focis.
Non hic naufrago quæritur æquore, 40
Vt crescat pretium grande periculis,
Sed primore vado, post refugum mare,
Algoso legitur littore concolor.
Nam testæ duplicis conditur in specu,
Quæ feruentis aquæ fota vaporibus, 45
Carnem lacteoli visceris indicat.
Sed damnosa nimis panditur arca.
Fac, campum replices, Musa, papyrium:
Nec iam fissipedis per calami vias
Grassetur Cnidiæ sulcus arundinis, 50
Pingens aridulæ subdita paginæ,
Cadmi filiolis atricoloribus.
Aut cunctis pariter versibus oblinat
Furuam lacticolor spongia sepiam.
Parcamus vitio Domnotinæ domus: 60
Ne sit charta mihi carior ostreis.

EPISTOLA IIX.

AVSONIVS consul vatem resaluto Theonem. 442

AVREA mala, Theon, sed plumbea carmina mittis.
Vnius massæ quis putet has species?
Vnum nomen vtrisque: sed est discrimen vtrique,
Poma vt mâla voces, carmina vero măla.
Vale beatus, nomen à diuis Theon.
Metochè sed ista sæpe currentem indicat.

EPISTOLA IX.

Pater ad filium. quum temporibus tyrannicis, ipse Treueris remansisset: & filius à patre profectus esset.

Hoc incoatum neque impletum sic de litararys scriptum.

DEBEO & hanc nostris, fili dulcissime, curis 443
Historiam: quanquam titulo non digna sereno
Anxia mæstarum fuerit querimonia rerum.
Iam super egelidæ stagnantia terga Mosellæ
5 Protulerat te, nate, rates: mæstique parentis
Oscula & amplexus discreuerat inuidus amnis:
Solus ego, & quanuis coetu celebratus amico,
Solus eram: profugæque dabam pia vota carinæ,
Solus adhuc te, nate, videns. celerisque remulci
10 Culpabam properos aduerso flumine cursus.
Quis fuit ille dies? non annus longior ille est,
Attica quem docti collegit cura Metonis.
Desertus, vacuis solisque exerceor aris.
Nunc ego pubentes salicum deuerbero frondes:
15 Gramineos nunc frango toros: viridisque per vluas
Lubrica substratis vestigia libro lapillis.
Sic lux prima abijt, sic altera meta diei.
Sic geminas alterna rotat vertigo tenebras,
Sic alias: totúsque mihi sic annus abibit,
20 Restituant donec tua me tibi fata parentem.

Hæc ego conditione licet vel morte paciscar,
Dum decores suprema patris tu, nate, superstes.

EPISTOLA X.

AVSONIVS Hesperio.

444 QVALIS *Picenæ populator turdus oliuæ,*
Clunes opimat cereas,
Vel qui lucentes rapuit de vitibus vuas,
Pendetque nexus retibus,
Quæ vespertinus fluitant nebulosa sub oris,
Vel mane tenta roscido,
Tales, hibernis ad te de sepibus, ipsos
Capi volentes, misimus
Bis denos. tot enim crepero sub lucis eoæ
Præceps volatus intulit.
Tum quas vicinæ suggessit præda lacunæ,
Anates maritas iunximus,
Remipedes, lato populantes cærula rostra,
Et crure rubras punico:
Iricolor vario pinxit quas pluma colore,
Collum columbis æmulas.
Defraudata meæ non sunt hæc fercula mensæ.
Vescente te, fruimur magis.
Vale bene, vt valeam.

EPISTOLA XI.

AVSONIVS Axio Paulo Rhetori Sal.

445 TANDEM *eluctati retinacula blanda morarum,*
Burdigalæ molles liquimus illecebras:
Santonicámque vrbem, vicino accessimus agro.
Quod tibi si gratum est, optime Paule, proba.
Cornipedes rapiant imposita petorita mulæ:
Vel cisio triiugi, si placet, insilias:
Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum

Conscendas, propere dummodo iam venias.
Instantis reuocant quia nos sollemnia Paschæ:
Libera nec nobis est mora desidiæ.
Perfer in excursu vel teriuga millia epodôn,
Vel falsas lites, quas schola vestra serit.
Nobiscum inuenies nullas, quia liquimus istic
Nugarum veteres cum sale relliquias.

EPISTOLA XII.

AVSONIVS Paulo.

SI qua fides falsis vnquam est adhibenda poëtis, 446
Nec plasma semper allinunt,
Paule, Camenarum celeberrime Castaliarum
Alumne quondam, nunc pater,
5 *Aut auus, aut proauis antiquior, vt fuit olim*
Tartessiorum regulus,
Intemerata tibi maneant promissa, memento.
Phœbus iubet verum loqui.
Etsi Pierias patitur lirare sorores,
10 *Nunquam ipse torquet ἄυλακα.*
Te quoque ne pigeat consponsi fœderis: & iam
Citus veni remo, aut rota,
Æquoris vndosi qua multiplicata recursu,
Garumna pontum prouocat.
15 *Aut iteratarum qua glarea trita viarum* 447
Fert militarem ad Blauiam.
Nos etenim primis sanctum post Pascha diebus
Auemus agrum visere.
Nam populi cœtus, & compita sordida rixis
20 *Fastidientes, cernimus*
Angustas feruere vias, & congrege vulgo
Nomen platéas perdere.
Turbida congestis referitur vocibus Echo,
Tene, feri, duc, da, caue.
25 *Sus lutulenta fugit, rabidus canis impete sæuo,*

D

Et impares plaustro boues.
Nec prodest penetrale domus, & operta subire:
Per tecta clamores meant.
448 *Hæc, & quæ possunt placidos offendere mores,*
Cogunt relinqui mœnia: 30
Dulcia secreti repetantur vt otia ruris
Nugis amœna seriis:
Tempora disponas vbi tu tua: iúsque tuum sit,
Vt nil agas, vel quod voles.
Ad quæ si properas, tota cum merce tuarum 35
Veni camenarum citus.
Dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos,
Socci & cothurni musicam
Carpentis impone tuis: nam tota supellex
Vatum piorum, chartea est. 40
Nobiscum inuenies κατιτόπωλα, *si libet vti,*
Non Pœna, sed Græca fide.

AVSONIVS Paulo. EPISTOLA XIII.

449 OSTREA *nobilium cenis, sumptuque nepotum*
Cognita, diuersoque maris defossa profundo,
Aut refugis nudata vadis, aut scrupea subter
Antra, & muriceis scopulorum mersa lacunis,
Quæ viridis muscus, quæ dedecor alga recondit, 5
Quæ testis concreta suis, ceu saxa cohærent,
Quæ mutata loco, pingui mox condita limo,
Nutrit secretus conclusæ vliginis humor,
Enumerare iubes, vetus ô mihi Paule sodalis,
Assuefacte meis iocularì carmine nugis. 10
Aggrediar: quamuis curam non ista senilem
Sollicitent, frugique viro dignanda putentur.
450 *Nam mihi non saliare epulum, non cena dapalis,*
Qualem Penelopæ nebulonum mensa procorum,
Alcinoique, habuit, nitidæ cutis vncta iuuentus. 15
Enumerabo tamen, famam testésque, secutus

Pro studijs hominum semper diuersa probantum.
Sed mihi præ cunctis ditissima, quæ Medulorum
Educat Oceanus, quæ Burdigalensia nomen
20 *Vsque ad Cæsareas tulit admiratio mensas,*
Non laudata minus, nostri quam gloria vini.
Hæc inter cunctas palmam meruere priorem,
Omnibus ex longo cedentibus. ista & opimi
Visceris, & niuei, dulcique tenerrima succo,
25 *Miscent æquoreum tenui sale tincta saporem.*
Proxima sint quæuis, sed longe proxima multo 451
Ex interuallo, quæ Massiliensia: portum
Quæ Narbo ad Veneris nutrit: cultúque carentia,
Hellespontiaci quæ protegit æquor Abydi:
30 *Vel quæ Baianis pendent fluitantia palis:*
Santonico quæ tecta salo: quæ nota Genonis:
Aut Eboræ mistus pelago quæ protegit amnis:
Vt multo iaceant algarum obducta recessu:
Aspera quæ testis, & dulcia farris opimæ.
35 *Sunt &, Aremorici qui laudent ostrea ponti,*
Et quæ Pictonici legit accola littoris: & quæ
Mira Caledonius nonnunquam detegit æstus.
Accedunt, quæ fama recens, Byzantia subter 452
Littora, & insana generata Propontidis acta,
40 *Promoti celebrata ducis de nomine, laudat.*
Hæc tibi non vates, non historicus, neque toto
Orbe vagus conuiua, loquor, sed tradita multis,
Vt solitum, quotiens dextræ inuitatio mensæ
Sollicitat lenem comi sermone Lyæum.
45 *Hæc non per vulgum mihi cognita, pérque popinas,*
Aut parasitorum collegia Plautinorum:
Sed festos quia sæpe dies partim ipse meorum
Excolui, inque vicem conuiua vocatus adiui.
Natalis si forte fuit sollemnis amico,
50 *Coniugióque dapes, aut sacra repotia patrum,*
Audiui: meminique bono laudare frequenter.

EPISTOLA XIV.

AVSONIVS Paulo. S.

453 VERSVS meos vtili, & conscio sibi pudore celatos, carmine tuo, & sermone præmissis, dum putas elici, repressisti. Nam qui ipse facundus, & musicus, editioni alienæ prolectat audaciam, consilio, quo suadet, exterret. Tegat, oportet, auditor doctrinam suam, qui volet ad dicendum sollicitare trepidantem. nec emerita aduersum tirunculos arma concutiat, veterana calliditas. Sensit hoc Venus, de pulchritudinis palma diu ambiguo ampliata iudicio. Pudenter enim, vt apud patrem, velata certauerat: neque deterrebat æmulas priuatus æqualis: at postquam in pastoris examen deducta est lis dearum, qualis emerserat mari, aut cum Marte conuenerat, & consternauit arbitrum, & contendentium certamen

454 oppressit. * Ergo nisi DELIRVS tuus in re tenui non tenuiter laboratus, opuscula mea, quæ promi studueras, retardasset, iamdudum ego, vt palmes audacior, in hibernas adhuc auras improbum germen egissem, periculum iudicij grauis, inconsulta festinatione subiturus. Denique dissonum, quem Tollenomen existimo proprie a philologis appellatum, adcreui, vt iubebas recenti versuum tuorum lectione, non ausus ea, quæ tibi iam cursim fuerant recitata, transmitti. Etenim hoc poposci, atque id ego malui: tu vt tua culpa ad eundem lapidem bis offenderes: ego autem, quæcunque

455 fortuna esset, semel erubescerem. * Vide, mi Paule, quam ineptum lacessieris, in verbis rudem, in eloquendo hiulcum, à propositis discrepantem, in versibus, concinnationis expertem: in cauillando, natura inuenustum, nec arte condîtum: diluti salis, & fellis ignaui: nec de mimo planipedem, nec de comœdis histrionem. ac nisi hæc à nobis missa ipse lecturus esses, etiam de pronunciatione rideres. Nunc commodiore fato sunt, quod licet apud nos genuina, apud te erunt adoptiua.

Vinum quum bijugo parabo plaustro

Primo tempore Santonos vehendum,
Ouum tu quoque passeris marini,
Quod nunc promus ait procul relictum
In fundo patriæ Begerritanæ.

EPISTOLA XV.

ΑΥΣΟΝΙΟΣ Παύλῳ.

ΕΛΛΑΔΙΚΗΣ μέτοχον μούσης, *Latiaeq́ camenæ,*
Ἄξιος Αὐσόνιος *sermone alludo bilingui.*
Musæ quid facimus? τί κεναῖσιν ἐπ' ἐλπίσιν αὔτως
Ludimus ἀφραδίῃσιν ἐν ἤμασι γηράσκοντες,
5 Σαντονικοῖς κάμποισιν, ὅποι κρύος . . . . . ἐστίν,
Erramus gelido-τρομεροὶ, *rigidiq́ poëtæ,*
Πιερίδων πτεροπλεκάμων θεράποντες *inertes.*
Πάντα δ' ἔχει παγετός τε *pedum*, καὶ κρυμὸς ὀδόντων,
Θαλπωρὴ *quia nulla* πέλει χιονώδεϊ χώρῃ,
10 *Et duplicant frigus* ψυχρὰ *carmina* μητιόωντες.
Ἀρχόμενος δ' ἄρα μῆνιν ἀοίδια . . . .
Primitias παύλῳ *nostræ* πέμψω μελοειδεῖς.
Μνημοσύνης κρηδεμνοκόμου πολυκλῆ τινὰ τέκνα
Ἔννεα *verbosæ*, κρινοστεφανοί τε *puellæ.*
15 Ἔνθα τε μοὶ πολὺ . . . . ἐπηκουρωδέα μελπὴν
Frontibus ὑμετέραις πτέρινον *præferte libellum*
Ὑμέτερ . . . . . . στιχον . . . .
Παύλῳ ἐφαρμόζητε μεμυμένον . . . . . ᾠδήν.
Οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶν *in hac regione* μένοντι
20 Ἄξιον *ab nostris* ἐπιδεύεα *esse* καμήναις.
Κεῖνος ἐμοὶ πάντων μέτοχος. *qui seria nostra,*
Qui ioca παντοδαπῇ *nouit tractare* παλαίστρῃ.
Καὶ νῦν *sepositus* μονάχῳ ἐνὶ *rure* Κρεβέννων,
Ἀσταφύλῳ ἐνὶ χώρῳ, *habet* θυμαλγέα λέσχην,
25 Οὔτε φίλοις ἑτάροις, *nec mensæ accommodus vlli,*
Ὅττι ἀθελξινόοις . . . . μέμφεται Μούσαις.
Iam satis, ὦ φίλε Παῦλε, πόνων ἀπεπειρήθημεν, ✣
Ἔν τε φόρῳ *causæ*, καὶ *ingratæ* καθέδραις, ✻
Ῥητορικοῖς *ludis*, καὶ ἔπλετο οἱ δ' ἐν ὄνειαρ.
30 Ἀλλ' ἤδη κεῖνος μὲν ἅπας *iuuenalios* ἱδρὼς
Ἐκκέχυται μελέων. τρομερὴ λάβε βλέμμα *senectus,*
Καὶ *minus in sumptum* δαπανὰς *leuis arca ministrat.*
Οὐ γὰρ ἔχει ἀπάλαμνος ἀνὴρ . . . . . .
Κλεινικὸς οὐδ' ὁ γέρων, ...

456

457

458

AEquanimus si qua fueris, ἐς πάντα μελῳδεῖν 35
Malueris. λήθη γε πόνου ἐστὶ, ἠδὲ πενίης.
Κεῖνο δὲ παγκάλλιστον, *vt omnibus vndiq; Musis*
Σὺν φιάλῃ δέ τε, καὶ σὺν ὀπάονι τῶν Μουσάων
Θυμοῦ ἀνηχεμένου *solatia blanda requiras.*
Hic erit & fructus δημήτερος ἀγλαοκάρπου, 40
Ἔνθα σὺ ἔγλαρε οἱ πολυχανδέα *pocula,* ἔνθα
Κιρνᾶν εἰκαθέλης νέκταρ οὐίνοιο βόνοιο.
Ambo igitur nostræ παραλλάξομεν *otia vitæ,*
Dum res & ætas & sororum ※
Νήματα πορφυρέῳ πλέκεται. ※ 45

EPISTOLA XVI.

ΑΥΣΟΝΙΟΣ Παύλῳ.

459 ΡΩΜΑΙΩΝ ὕπατος, ἀρισταλόγων δὲ ποιητὴς ※
Αυσόνιος Παύλῳ. Σπεῦδε φίλους ἰδέειν.

EPISTOLA XVII.

Ad eundem Paulum.

ÆQVOREAM *liqui te propter, amice, Garumnam:*
Te propter, campos incolo Santonicos.
Congressus igitur nostros pete. si tibi cura,
Quæ mihi, conspectu iam potiere meo.
Sed tantum appropera, quantum pote corpore, & æuo. 5
Vt saluum videam, sat cito te video.
Si post infaustas vigor integratus habenas,
Et rediit membris iam sua mobilitas:
Si riguam lætis recolis Pimpleida Musis
Iam vates, & non flagrifer Automedon, 10
460 *Pelle soporiferi senium, nubémque veterni:*
Atque alacri mediam carpe vigore viam.
Sed cisium, aut pigrum cautus conscende veredum.
Non tibi sit redæ, non amor acris equi.
Canteri, moneo, male nota petorita vites. 15
Nec celeres mulas ipse Metiscus agas.
Sic tibi sint Musæ faciles, meditatio prompta,
Et memor: & liquidi mel fluat eloquij.

Sic qui venalis tam longa ætate Crebennus
20 *Non habet emptorem, sit tibi pro pretio.*
Attamen ut citius venias, leuiúsque vehare,
Historiam, mimos, carmina, linque domi.
Grande onus in musis. Tot sæcula condita chartis, 461
Quæ sua vix tolerant tempora, nostra grauant.
25 *Nobiscum inuenies* ἐπέων πολυμορφέα πληθὴν,
Γραμματικῶν τε πλοκὰς, καὶ λογοδαιδαλίην,
Δάκτυλον ἡρῷον, καὶ λοιδορέλον χορίαμβον,
Συν Θαλείης τε χόρῳ, σύρματα Τερψιχόρης.
Σωταδικόν τε κίναιδον, ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν.
30 Ῥυθμῶν πινδαρικῶν ἔννομον εὐεπίην.
Εἰλιπόδην σκάζοντα, καὶ οὐ σκάζοντα τρίμετρον.
Οκτὼ Θουκυδίδου, ἐννέα Ηροδότου.
Ῥητορικῶν θαυμαστὰ σοφῶν ἐριχυδέα φῦλα
Πάντα μάλ' αἰδὲ θέλοις, καὶ πλέον εἴκε θέλοις.
35 *Hoc tibi de nostris* ἀσπαστικὸν *offero libris.*
Vale. Valere si voles me, iam veni.

EPISTOLA XIIX.

AVSONIVS Tetradio Salutem.

O QVI *venustos uberi facundia* 462
Sales opimas, Tetradi,
Cauésque, ne sit tristis, & dulci carens
Amara concinnatio.
5 *Qui felle carmen, atque melle temperans,*
Torpere musas non sinis.
Paritérque fucas, quæque gustu ignaua sunt,
Et quæ sapore tristia.
Rudes camenas qui Suessæ praeuenis:
10 *Æuoque cedis, non stilo,*
Cur me propinquum Santonorum mœnibus 463
Declinas, ut Lucas boues
Olim, resumpto præferoces prælio,
Fugit iuuentus Romula?
15 *Non ut tigris te, non leonis impetu,*

Amore sed caro expeto.
Videre alumni gestio vultus mei,
Et indole optata frui.
Inuitus olim deuoraui absentiæ
Necessitatem pristinæ. 20
Quondam docendi munere astrictus graui:
Iculisna quum te absconderet.
Et inuidebam deuio, ac solo loco,
Opus Camenarum tegi.
464 *At nunc frequentes, atque claros, nec procul,* 25
Quum floreas inter viros:
Tibique nostras ventus auras deferat:
Auresque sermo verberet:
Cur me supino pectoris fastu tumens,
Spernis poëtam consulem? 30
Tuique amantem, teque mirantem, ac tua
Desiderantem carmina,
Oblitus alto negligis fastigio?
Plectendus exemplo tuo,
Ni stabilis æuo pectoris nostri fides 35
Quanquam recusantes amet.
Vale. Valere si voles me, peruola
Cum scrinio, & musis tuis.

EPISTOLA XIX.

AVSONIVS Pontio Paulino.

465 CONDIDERAT *iam Solis equos Tartesia Calpe,*
Stridebatque freto Titan insignis Hibero.
Iam succedentes quatiebat luna iuuencas,
Vinceret vt tenebras radiis, velut æmula fratris.
Iam volucres, hominumque genus superabile curis,
Mulcebant placidi tranquilla obliuia somni.
Transierant idus: medius suprema December
Tempora venturo properabat iungere Iano:
Et nonasdecimas ab se nox longa calendas

Iugiter acciri celebranda ad festa iubebat.

Nescis, puto, quid velim tot versibus dicere. Mediusfidius neque ipse bene intelligo. tamen suspicor, iam prima nox erat ante diem nonumdecimum calendarum Ianuariarum, quum redditæ sunt mihi litteræ tuæ oppido quam litteratæ. His longe iucundissimum poëma subdideras: quod de tribus Suetonij libris, quos ille de regibus dedit, in epitomèn coëgisti, tanta elegãtia, solus vt mihi videare assecutus, quod contra rerum naturam est, breuitas vt obscura non esset. In his versibus ego ista cognoui.

466

Europámque, Asiámque, duo vel maxima terræ
Membra. quibus Libyam dubie Sallustius addit
Europæ adiunctam: possit quum tertia dici.
Regnatas multis, quos fama oblitterat: & quos
Barbara Romanæ non tradunt nomina linguæ,
Illibanum, Numidámque Auelim, Parthumque Vononem,
Et Caranum, Pellæa dedit qui nomina regum.
Quique magos docuit mysteria vana Nechepsus.
Et qui regnauit sine nomine mox Sesoostris.

Hæc tu quam perite, & concinne, quam modulate, & dulciter, ita iuxta naturam Romanorum accentuum enuntiasti, vt tamen veris, ac primigenijs vocibus, sua fastigia non perirent. Iam quid de eloquẽtia dicam? liquido adiurare possum, nullum tibi ad poëticam facundiam Romanæ iuuentutis æquari. Certe ita mihi videris. si erro, pater sum. fer me: & noli exigere iudicium, obstãte pietate. Verum quum pie diligam: sincére, ac seuére iudico. Affice me, oro, tali munere frequenter: quo & oblector, & honoror. Accessit tibi ad artem poëticam mellea modulatio. Quid enim aliud agunt,

467

468

Audax Icario qui fecit nomina ponto,
Et qui Chalcidicas moderate enauit ad arces,

nisi vt & vegetam, & sublimem alacritatem tuam, temeritatem voces: me vero, & consultum, & quem filius debeat imitari, salutari prudentia preditum dicas? quod equidem cóntra est. Nam tu summa sic appetis, vt non decidas: senectus mea

ſatis habet, ſi conſiſtat. Hæc ad te breuiter, & illico, veſperis illius ſecuto mane, dictaui. Ita enim tabellarius tuus, vt epiſtolam referret, inſtabat. Nam ſi mihi otium fuerit oblectabile, negotium erit ad te prolixius delirare, te vt eliciam, mihi vt ſatisfaciam. Vale.

EPISTOLA XX.

469 PAVLINO *Auſonius.* *Metrum ſic ſuaſit, vt eſſes*
Tu prior: & nomen prægrederère meum,
Quanquam & faſtorum titulo prior, & tua Romæ
Præceſſit noſtrum ſella curulis ebur:
Et quæ iamdudum tibi palma poëtica pollet,
Lemniſco ornata eſt: quo mea palma caret.
Longæuæ tantum ſuperamus honore ſenectæ:
Quid refert? cornix non ideo ante cygnum.
Nec quia mille annos viuit Gangeticus ales,
Vincit centum oculos, regie pauo, tuos.
Cedimus ingenio, quantum præcedimus æuo.
Aſſurgit muſæ noſtra camena tuæ.
Viue, vale: & totidem venturos congere Ianos:
Quot tuus, aut noſter conſerüere patres.

EPISTOLA XXI.

AVSONIVS Paulino ſuo ſalutem dicit.

470 QVANTO me affecit beneficio, non delata quidem, ſed ſuſcepta querimonia mea, Pauline fili! Veritus diſplicuiſſe oleum, quod miſeras, munus iteraſti. addito etiam Barcinonenſis muriæ cõdimento, cumulatius præſtitiſti. Scis autem me id nomen MVRIAE, quod in vſu vulgi eſt, nec ſolere, nec poſſe dicere: quum ſcientiſſimi veterum, & Græca vocabula faſtidientes, Latinum in GARI appellatione non habeant. Sed quocunque nomine loquar, liquor iſte, SOCIORVM vocatur. Vale.

Iam patinas implebo meas: vt parcior ille
Maiorum menſis apalaria ſuccus inundet.

Quid autem tam amabile, támque hoſpitale, quam quod tu, vt me participes delicias tuas, in ipſa primitiarum nouitate defraudas? ô melle dulcior, ô gratiæ venuſtate feſtiuior, ô ab omnibus patrio ſtringende complexu! Sed hæc, atque alia huiuſmodi, documenta liberalis animi aliquis fortaſſe, & aliquando, quanuis rarius: illud de epiſtolarum tuarum eruditione, de poëmatis iucunditate, de inuentione, & continuatione, iuro omnia, nulli vnquam imitabile futurum: etſi fateatur imitandum. De quo opuſculo, vt iubes, faciam. Exquiſitius vniuerſa limabo: & quanuis per te manus ſumma contigerit, cælum ſuperfluæ expolitionis adhibebo, magis vt tibi parcam, quam vt perfectis aliquid adijciam. Interea tamen ne ſine corollario poëtico tabellarius tuus rediret, paucis ïambicis præludendum putaui: dum illud, quod à me heroico metro deſideras, inchoatur. Iſti tamẽ, ita te & Heſperium ſaluos habeã, quod ſpatio lucubratiunculæ vnius effuſi, quanquam hoc ipſi de ſe probabunt, tamen nihil diligentiæ vlterioris habuerunt. Vale.

471

Iämbe, Parthis & Cydõnum ſpiculis,
Iämbe pinnis alitum velocior,
Padi ruentis impetu torrentior,
Magna ſonoræ grandinis vi denſior,
5 *Flammis coruſci fulminis vibratior,*
Iam nunc per auras Perſei talaribus,
Petaſóque ditis Arcádos vectus, vola.
Si vera fama eſt Hippocrene, quam pedis
Pulſu citatam cornipes fudit fremens,
10 *Tu fonte in ipſo procreatus Pegaſi,*
Primus nouorum metra iunxiſti pedum:
Illicque Muſis concinentibus nouem
Cædem in draconis concitaſti Delium.
Fer hanc ſalutem præpes, & volucripes,
15 *Paulini ad vſque mœnia. Ebromanum loquor.*
Et protinus iam ſi reſumptis viribus
Alacri refecti corporis motu viget,

472

473

Saluere iussum mox reposce mutuum.
Nihil moreris: iámque dum loquor, redi
Imitatus illum stirpis auctorem tuae, 20
Triplici furentem qui Chimaeram incendio
Superuolauit tutus igne proximo.
Dic & , Valere: dic, Auere te iubet
Amicus, & vicinus, & fautor tuus,
Honoris auctor, altor ingenij tui. 25
Dic & magister, dic parens, dic omnia
Blanda, atque sancta caritatis nomina.
Auéque dicto, dic Vale: & actutum redi.
Quod si rogabit, quid super scriptis nouis
474 *Maturus aeui, nec rudis, dijudicem,* 30
Nescire dices, sed paratum iam fore
Heroicorum versuum plenum essedum.
Cui subiugabo de molarum ambagibus,
Qui machinali saxa voluunt pondere,
Tripedes caballos terga ruptos verbere, 35
His vt vehantur tres sodales nuntij.
Fors & rogabit, quos sodales dixeris
Simul venire: dic, Trinodem dactylum
Vidi paratum crucianti canterio.
Spondêus illi lentipes ibat comes, 40
Paribus moratur qui locis cursum meum,
Mihique similis, semper aduersus tamen,
Nec par, nec impar, qui Trochaeus dicitur.
Haec fare cursim, nec moratus peruola,
Aliquid reportans interim munusculi 45
De largitate musici promptarij.

EPISTOLA XXII.

AVSONIVS Paulino suo.

475 MVLTAS, & frequentes mihi gratiae tuae causas, & occasio subinde nata, concinnat, & naturae tuae facilitas benigna conciliat, Pauline fili. Nam quia nihil, poscente me, ab-

nuis, magis acuis procaciam, quam retundis: vt nunc quoque in causa Philonis procuratoris quondam mei experiere. Qui apud Ebrómanum cónditis mercibus, quas per agros diuersos coëmit, concesso ab hominibus tuis vsus hospitio, immature periclitatur expelli. Quod nisi indulseris, rogante me, vt & mora habitandi ad commodum suum vtatur: & nauso, aliave quauis naui vsque ad oppidum præbita, frugis aliquantulum nostræ aduehi possit, Lucaniacus vt inopia liberetur mature, tota illa familia hominis litterati non ad Tullij Frumentariam, sed ad Curculionem Plauti pertinebit. Hoc quo facilius impetrarem, aut quo maiorem verereris molestiam, si negares: concinnatam iambis, signatámque epistolam misi: ne subornatum diceres tabellarium, si ad te sine signi fide veniret. Signaui autem, non, vt Plautus ait,

Per ceram, & linum, litterásque interpretes,

sed per poëticum characterem magis notauimus, tanquam signum impressum iudicares.

PHILON, *meis qui villicatus prædiis,* 476
Vt ipse vult ἐπίτροπος.
Nam gloriosum Græculus nomen putat,
Quod sermo fucat Doricus.
5 *Suis querelis asserit nostras preces:*
Quas ipse lentus prosequor.
Videbis istum, qualis astet cominus.
Imago fortunæ suæ,
Canus, comosus, hispidus, trux, artubus
10 *Terentianus Phormio,*
Horrens capillis vt marinus asperis
Echinus, aut versus mei.
Hic sæpe falsus messibus vegrandibus,
Nomen perosus villici,
15 *Semente sera, siue multum præcoqua,*
Et siderali inscitia,
Cælum lacessens, séque culpæ subtrahens, 477
Reos peregit cælites,

Non cultor instans, non arator gnáruris,
Promúsque, quam condus, magis, 20
Terram infidelem, nec feracem criminans,
Negotiari maluit.
Mercatur rem quoquo foro venalium.
Mutuatur ad Græcam fidem.
Sapiénsque supra Græciæ septem viros, 25
Octauus accessit sophos.
Et nunc parauit caseo triticum, & sale:
Nouúsque pollet emporus.
Adit inquilinos, rura, vicos, oppida,
Soli & sali commercio. 30
Acatis, phaselis, lintribus, stlatis, rate,
Tarnim & Garumnam permeat.
Ac lucra damnis, damna mutans fraudibus,
Se ditat, & me pauperat.
478 *Is nunc adusque vectus Ebromanum tuam,* 35
Sedem locauit mercibus,

* * *

Vt inde nauso deuehat.

* * *

Nostros in vsus vt refert. 40
Hunc ergo paucis ne graueris hospitem.

* * *

Adiutus vt mox nauis auxilio tuæ,
Adusque portus oppidi,
Iamiam peresam vel Saguntina fame, 45
Lucaniacum liberet.
Hoc si impetratum munus abs te accepero,
Prior colére quam Ceres.
Triptolemon olim, siue Meden, quem vocant,
Aut Tullianum Buzygen, 50

Tuo locabo postferendos nomini.
Nam munus hoc fiet tuum.

EPISTOLA XXIII.

AVSONIVS Paulino S.

DISCVTIMVS, *Pauline, iugum, quod certa fouebat* 479
Temperies: leue quod positum, & tolerabile iunctis,
Tractabat paribus concordia mitis habenis.
Quod per tam longam seriem, voluentibus annis,
5 *Fabula non vnquam, nunquam querimonia mouit,*
Nulla querela loco pepulit, non ira, nec error,
Nec, quæ compositis male suadæ credula causis,
Concinnat verisimilis suspicio culpas.
Tam placidum, tam mite iugum: quod vterque parentes
10 *Ad senium nostri traxere ab origine vitæ:*
Impositúmque piis heredibus, vsque manere
Optarunt, dum longa dies dissolueret æuum.
Et mansit, dum læta fides. nec cura laborat
Officij seruare vices, sed sponte feruntur
15 *Incustoditum sibi continuantia cursum.*
Hoc tam mite iugum docili ceruice subirent 480
Martis equi, stabulóque feri Diomedis abacti:
Et qui mutatis ignoti Solis habenis
Fulmineum Phaëthonta Pado mersere iugales:
20 *Discutitur, Pauline, tamen: nec culpa duorum*
Ista, sed vnius tantum tua. Nanque ego semper
Contenta ceruice feram. consorte laborum
Destituor. nec tam promptum gestata duobus
Vnum, deficiente pari, perferre sodalem.
25 *Non animus, viré sque labant. sed iniqua ferendo*
Conditio est oneri, quum pondus vtrunque relicto
Ingruit: accedúntque alienæ pondera libræ.
Sic pars ægra hominis trahit ad contagia sanum
Corpus: & exigui quamuis discrimine membri
30 *Tota per innumeros artus compago vacillat.*

481 *Obruar vsque, tamen veteris ne desit amici*
Me durante fides: memorique vt fixa sub æuo
Restituant profugum solatia cassa sodalem.
Impie, Pirithoo disiungere Thesea possis,
Euryalúmque suo socium secernere Niso? 35
Te suadente fugam, Pylades liquisset Orestem,
Nec custodisset Siculus vadimonia Damon?
Quantum oblectamen populi, quæ vota bonorum
Sperato fraudata bono! gratantia cuncti
Verba loquebantur. iam nomina nostra parabant 40
Inserere antiquis æui melioris amicis.
Cedebat Pylades. Phrygij quoque gloria Nisi
Iam minor: & promissa obiens vadimonia Damon.
482 *Nos documenta magis felicia: qualia magnus*
Scipio, longæuique dedit sapientia Læli. 45
Nos studiis, animisque ijsdem, miracula cunctis
Hoc maiora, pares fuimus quod dispare in æuo.
Ocyus illa iugi fatalis soluere lora
Pellæum potuisse ducem reor, abdita opertis
Principiis, & vtroque caput celantia nodo. 50
Grande aliquod verbum nimirum diximus, vt se
Inferret nimiis vindex Rhamnusia votis:
Arsacidæ vt quondam regis non læta triumphis,
Grandia verba premens vltrix dea Medica belli,
Sistere Cecropidûm in terris monumenta paranti 55
Obstitit: & Graio iamiam fingenda trophæo,
Vltro etiam victis Nemesis stetit Attica Persis.
483 *Quæ tibi Romulidas proceres vexare libido est?*
In Medos, Arabásque tuos, per nubila & atrum
Perge chaos. Romana procul tibi nomina sunto. 60
Illic quære alios oppugnatura sodales,
Liuor vbi iste tuus, ferrugineúmque venenum
Opportuna tuis inimicat pectora fucis.
Paulinum, Ausoniúmque, viros, quos sacra Quirini
Purpura, & auratus trabeæ velauit amictus, 65

Non decet insidiis peregrinæ cedere diuæ.
Quid queror, eoúque insector crimina monstri?
Occidui me ripa Tagi, me Punica lædit
Barcino, me bimaris iuga ninguida Pyrenæi.
70 Mœnibus è patriis forsan quoque vestis & oris *
Quémque suo longo dirimat prouincia tractu *
Trans montes, Solemque alium, trans flumina & vrbes
Et quod terrarum, cæliq́ue extenditur inter
Emeritæque amnes, lataq́ue fluenta Garumnæ.
75 Quod si interualli spatium tolerabile limes 484
Poneret exiguus, quanuis longa omnia credant,
Qui simul esse volunt, faceret tamen ipsa propinquos
Cura locos, mediis iungens distantia verbis.
Santonus vt sibi Burdigalam, mox iungit Aginnum
80 Illa sibi, & populos Aquitanica rura colentes:
Vtq́ue duplex Arelas, Alpinæ tecta Vienna,
Narbonem q́ue pari spatio sibi conserit, & mox
Quincuplicem socias tibi Martie Narbo Tolosam:
Hoc mihi si spatium vicinis mœnibus esset,
85 Tunc ego te vt nostris aptum complecterer vlnis:
Adflaretq́ue tuas aures nostræ aura loquelæ.
Nunc tibi trans Alpes, & marmoream Pyrenen
Cæsareæ Augustæ domus est. Tyrrhenica própter
Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.
90 Ter iuga Burdigalæ, trino me flumina cætu, 485
Secernunt turbis popularibus: otiáque inter,
Vitiferi exercent colles, lætúmque colonis
Vber agri: tum prata virentia, tum nemus vmbris
Mobilibus, celebriq́ue frequens ecclesia vico:
95 Totq́ue mea in Nouero sibi proxima prædia pago,
Dispositis totum vicibus variata per annum,
Egelidæ vt tepeant hiemes, rabidósque per æstus
Adspirent tenues frigus subtile aquilones:
Te sine sed nullus grata vice prouenit annus.

Ver pluuium sine flore fugit. canis æstifer ardet. 100
Nulla autumnales variat Pomona sapores.
Effusaque hiemem contristat Aquarius vnda.
Agnoscés ne tuam, Ponti dulcissime, culpam?
Nam mihi certa fides, nec commutabilis vnquam
Paulini illius veteris reuerentia durat: 105
Quæque meo, atque tuo fuerat concordia patri.
486 *Si tendi facilis cuiquam fuit arcus Vlixi,*
Aut præter dominum vibrabilis ornus Achilli,
Nos quoque tam longo Rhamnusia fœdere soluet.
Sed cur tam mæsto sero tristia carmina versu? 110
Et non in meliora animus se vota propinquat?
Sit procul iste metus. certa est fiducia nobis,
Si genitor, natúsque Dei, pia verba volentum
Accipiat, nostro reddi te posse precatu:
Ne sparsam, raptámque domum, laceratáque centum 115
Per dominos, veteris Paulini regna fleamus,
Téque vagum toto, quam longa Hispania tractu,
Immemorem veterum peregrinis fidere amicis.
Accurre, ô nostrum decus, ô mea maxima cura.
487 *Votis, omnibúsque bonis, precibúsque vocatus,* 120
Appropera: dum tu iuuenis, dum nostra senectus
Seruat inexaustum tibi gratificata vigorem.
Et quando iste meas impellet nuntius aures?
Ecce tuus Paulinus adest. iam ninguida linquit
Oppida Hiberorum. Tarbellica iam tenet arua. 125
Ebromani iam tecta subit. iam prædia fratris
Vicina ingreditur. iam labitur amne secundo.
Iámque in conspectu est. iam prora obuertitur amni.
Ingressúsque sui celebrata per ostia portus,
Totum occursantis populi præuertitur agmen. 130
Et sua præteriens, iamiam tua limina pulsat.
Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

EPISTOLA XXIV.

AVSONIVS Paulino.

PROXIMA, *quæ nostræ fuerat querimonia chartæ,* 488
Credideram, quod te, Pauline, inflectere posset:
Elicerétque tuam blanda obiurgatio vocem:
Sed tu iuratis velut alta silentia sacris
5 *Deuotus teneas, perstas in lege tacendi.*
Non licet. ánne pudet, si quis tibi iure paterno
Viuat amicus adhuc, manesque obnoxius heres?
Ignauos agitet talis timor. ac tibi nullus
Sit metus: & morem missæ, acceptæque salutis
10 *Audacter retine. vel si tibi proditor instat,*
Aut quæsitoris grauior censura timetur,
Occurre ingenio, quo sæpe occulta teguntur.
Threicij quondam quam sæua licentia regis
Fecerat elinguem, per licia texta querelas
15 *Edidit: & tacitis mandauit crimina telis.* 489
Et pudibunda suos malo commisit amores
Virgo, nec erubuit tacituro conscia pomo.
Depressis scrobibus vitium regale minister
Credidit, idque diu texit fidissima tellus:
20 *Inspirata dehinc vento cantauit arundo.*
Lacte incide notas: arescens charta tenebit.
Semper in aspicuis prodentur scripta fauillis.
Vel Lacedæmoniam Scytalen imitare, libelli
Segmina Pergamei tereti circundata ligno
25 *Perpetuo inscribens versu: qui deinde solutus*
Non respondentes sparso dabit ordine formas,
Donec consimilis ligni replicetur in orbem.
Innumeras possum celandi ostendere formas,
Et clandestinas veterum reserare loquelas.
30 *Si prodi, Pauline, times: nostræque vereris*
Crimen amicitiæ, Tanaquil tua nesciat istud.
Tu contemne alios, nec dedignare parentem

Adfari verbis. Ego sum tuus altor, & ille
Præceptor primus, primus largitor honorum,
Primus in Aonidum qui te collegia duxi.

EPISTOLA XXV.

AVSONIVS Paulino suo S.

490 QVARTA *tibi hæc notos detexit epistola questus,*
Pauline, & blando residem sermone lacessit:
Officium sed nulla pium mihi pagina reddit,
Fausta salutigeris adscribens orsa libellis.
Vnde istam meruit non felix charta repulsam? 5
Spernit tam longo cessatio quam tua fastu.
Hostis ab hoste tamen per barbara verba salutem
Accipit: & Salue medius interuenit armis.
Respondent & saxa homini. percussus ab antris
Sermo redit. reboat nemorum vocalis imago. 10
Littorei clamant scopuli. dant murmura riui.
Somniferumque canit sæpes depasta susurrum.
Est & arundineis modulatio musica ripis.
Atque arguta suis loquitur coma pinea ventis,
491 *Incubuit foliis quotiens leuis eurus acutis.* 15
Dindymáque Idæo respondent cantica luco.
Nil mutum natura dedit. non aëris ales,
Quadrupedes'ue silent. habet & sua sibila serpens.
Et pecus æquoreum tenui vice vocis anhelat.
Cymbala dant flictu sonitum, dant pulpita saltu 20
Icta pedum. tentis reboant caua tympana tergis.
Isiacos agitant Mareotica sistra tumultus.
Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni,
Innumerum quotiens radiis ferientibus icta
Respondent dociles moderato verbere pelues. 25
Tu velut Oebaliis habites taciturnus Amyclis,
Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet,
Obnixum Pauline taces. agnosco pudorem:
Quod vitium fouet ipsa suum cessatio iugis.

30 Dumque pudet tacuisse diu, placet officiorum
Non seruare vices: & amant longa otia culpam.
Quis prohibet Salue, atque Vale, breuitate parata 492
Scribere? felicésque notas mandare libellis?
Non ego longinquos vt texat pagina versus,
35 Postulo: multiplicique oneres sermone tabellas.
Vna fuit tantum, qua respondere Lacones
Littera: & irato regi placuere negantes.
Est etenim comis breuitas. sic fama renatum
Pythagoram docuisse refert. Quum multa loquaces
40 Ambiguis sererent verbis, contra omnia solum
Est, respondebat, vel Non. O certa loquendi
Regula. nam breuius nihil est, nec plenius istis:
Quæ firmata probant, aut infirmata relidunt.
Nemo silens placuit: multi breuitate loquendi.
45 Verum ego quo stulte dudum spatiosa locutus 493
Prouehor? Vt diuersa sibi, vicináque culpa est,
Multa loquens, & cuncta silens, non ambo placemus:
Nec possum reticere, iugum quod libera nunquam
Fert pietas, nec amat blandis postponere verum.
50 Vertisti Pauline tuos dulcissime mores.
Vasconis hoc saltus, & ninguida Pyrenæi
Hospitia, & nostri facit hoc obliuio cæli.
Imprecer ex merito quid non tibi, Hiberica tellus?
Te populent Pœni: te perfidus Annibal vrat:
55 Te belli sedem repetat Sertorius exul.
Ergo meum, patriæque decus, columénque senatus,
Bilbilis, aut hærens scopulis Calagorris habebit?
Aut quæ deiectis iuga per scruposa ruinis
Arida torrentem Sicorim despectat Hilerda?
60 Hîc trabeam Pauline tuam, Latiámque curulem 494
Constituis? patriósque istic sepelibis honores?
Quis tamen ista tibi tam longa silentia suasit
Impius? vt nullos hic vocem vertat in vsus.
Gaudia non illum vegetent, non dulcia vatum

Carmina, non blandæ modulatio flexa querelæ. 65
Non fera, non illum pecudes, non mulceat ales,
Non quæ pastorum nemoralibus abdita lucis
Solatur nostras Echo resecuta querelas.
Tristis, egens, deserta colat, tacitúsque pererret
Alpini conuexa iugi, ceu dicitur olim 70
Mentis inops, cœtus hominum, & vestigia vitans,
Auia perlustrasse vagus loca Bellerophontes.
Hæc precor. hanc vocem Bœotia numina Musæ
Accipite: & Latijs vatem reuocate Camenis.

AVSONII BVRDI-GALENSIS PERIOCHAE IN HOMERI ILIADEM ET ODYSSEAM.

IN ILIADEM.

SI HOMERVM ſcriptorem Troici belli eatenus, qua Iliadem ſuam incipit, quáque finit, percenſeamus, orſum ab iracundia Achillis ad ſepulturam Hectoris, quattuor & viginti libros contexuiſſe monſtrabimus. Hæc eius ſpecies apparet ſummam cutem primi operis intuenti: verum hoc ſcripturæ ipſius tempus Troiano bello non totum, ſed pæne vltimum fuit. Nam ſi ratio putanda eſt oppugnationis decennis, nonus fere annus, idémque prope finem ſui, ea negotia continebit, quæ ab iniuria Agamemnonis, ac Briſeïdis vſurpatione, vſque ad funus Hectoris, digna memoratu erunt. illa temporum ſeries, quę ab eiuſdem belli cauſis, atque origine, pertinet ad vrbis excidium. 495

* Atque ex eo eueniet, vt ignaris iudicandi, & poëticę œconomiæ expertibus, multa nobilia ab exordio belli vſque ad Achillis iurgium omiſſa videantur: nec minus multa ab Hectoris funere ad vſque deletum Ilium: quorum quidem maxima expectatio erat, propter tam longi certaminis conſummationem: ſed vt diuinum poëtam nihil, quod illuſtre fuerit, omiſiſſe appareat: atque omnia, quæ finiri oportuit, contigiſſe, breuiter, & in epitomæ ſpeciem, belli Troici cauſam originis, apparatúſque, quæ annis ſuperioribus acciderunt, re- 496

texuimus. Horum omnium prima origo est, Paridis iudicium inter deas, denique classis contextio: qua idem Paris in Europam nauigauit. Tum raptio Helenæ. quæ opinione veterum, bipertita est. quod plerique Helenam iuxta Homericum plasma, ad Troiam, deportatam fuisse existimauerunt. nonnulli autem opinati sunt, quum Alexander cursu deerrasset, delatúsque ad Ægyptum fuisset, cognita hospitalis fœderis iniuria, per Ægyptium regem seruantissimum iusti virum, Helenam cum ijs, quæ vna cum eadem fuerant abrepta, Paridi sublatam, expugnatóque demum Ilio, Menelao restitutam.

497

Periocha Iliádos libri primi.

IRAM, Diua, refer nati Peléos Achilli
Pestiferam: quæ mille dedit discrimina Achiuis.

CHRYSES Apollinis sacerdos, ob redimendam filiam quũ Agamemnoni supplicasset, cõtumeliose repulsus, deum precatur vltorem. Insecuta subinde graui pestilentia, quum Græcorum exercitus interiret: cogit Achilles concilium. & ab eodem inuitus Calchas morbi causam compellitur indicare. Qua cognita, Agamemnon concitatur in Achillem. qui percitus iracundia, etiam cædem regis audebat, nisi eum in vltimum furorem progredi Minerua vetuisset. A quo Briseis concubina, in locum Chryseidis, quæ patri reddebatur, abducta est. Inde Thetis mater ad cælum, lachrymas, & contumeliam filij miserata, proficiscitur. Quæ, fiducia defensi quondam cum Ægeone Iouis, vltum iri affectans iniuriam, obtestatur summum deorum: vt Troianos in rebus belli superiores esse patiatur. Quibus Iuno compertis, iracunde aduersum coniugem commouetur: sed gliscens iurgium, per deridiculum, ministrante Vulcano, simul consilij specie intercedente, lenitur.

498

Periocha Iliádos II.

Cælestes, hominúmque genus superabile curis,
Tranquilla obscuri carpebant munera somni.

At non peruigilem nox irrequieta tonantem
Lenijt, immodicos voluentem corde paratus:
Cædibus vt Graiûm, læsum vlciscatur Achillem.

IVPPITER Agamemnonem somno monet, prœlij faciendi tempus adesse, ne cunctetur dimicare. Tum ille in cõcilium proceribus aduocatis, mandatum Iouis, & speciem nocturnæ quietis, explanat. Mox in concione, multitudine congregata, pertentat militum voluntatem: vtque deposito bello ad sua quique redeant, cohortatur. Iámque omnibus nauigationem adornantibus, fœda discessio ab Vlixe cohibetur. à quo etiam Thersites deformis & loquax, in heroum contumelias, verborum licentia promptus, cum acerba obiurgatione pulsatur. ipse Mineruæ monitu cunctos à profectione deterret. Sumpto deinde cibo, armatur exercitus. Neque secius à Troianis instructa acies, Iride ita monente, producitur. Sequitur enumeratio copiarum viritim: vt per catalogi seriem milites, naues, duces, patriæ, referantur.

Periocha Iliádos III.

499

Argiuos, sua quenque, acies in bella sequuntur.
Dispositi in turmas equitum, cuneósque pedestres,
Turbida clangentes confundunt agmina Troës.

INSTRVCTVM prœlio exercitum, priusquam feriret acies, Priamus spectat è muris: & monstratu Helenæ, de viris insignibus edocetur. Dehinc Menelaus ad singulare certamen ab Alexandro prouocatur. Qui, frustra Agamemnone dehortante, congreditur, facta inter vtrosque populos sponsione, & fœdere per sacra firmato, sub ea conditione, vt victorem Helena cum dote sequeretur. Sed superatus Paris, regressúsque ad vrbem, iurgio vxoris excipitur. Ab Agamemnone fœderis pacta repetuntur.

Periocha Iliádos IV.

500

Iuppiter interea cum dijs genitalibus vna
Concilium cogit superûm de rebus Achiuis.

Iovi placet delere Troiam: ad quod pertinacia Iunonis vrgetur. Qúmque id fieri Minerua properaret, dissidium fœderis comminiscitur: & Pándarum sagittandi peritum, astu suadentis aggreditur: vt clam vulnerato Menelao, belli causa crudescat. Quo facto à Grecis prœlium instauratur: congressísque exercitibus, mutua clade decernitur.

501 Periocha Iliádos v.

Hic & Tydidem monitum Tritonia Pallas
Audaci virtute replet. vomit aurea flammas
Cassis: & vndantem clipeus defulgurat ignem.
Ipse autumnali clarum micat æmulus astro.

Diomedes auxilio Mineruæ strenue prœliatur. Venus quoque filio subuenire conata, vulnere affecta, digreditur. Mars etiam fit saucius, exceditque bello. Sequitur Tlepolemi Sarpedonísque congressio: & Tlepólemus Herculis filius, certamine victus, occiditur.

502 Periocha Iliádos vi.

Solæ decertant acies sine numine diuûm.
Cessante auxilio, sua cuique exorsa laborem,
Fortunámque ferunt, proprij discrimine fati.

Troianis fortuna inclinatiore pugnantibus, vates Hélenus suadet, vt Minerua placetur. Igitur Hecuba ab Hectore mónita, vt peplum in arcem inferat, peragit vota cum matribus. Alexander obiurgatus à fratre, pergit in prœlium. Glaucus Lycius, Ætolúsque Diomedes, congressi, vt dimicarent, quum iam certamen oriretur, paterna inter se hospitia recordati, facta armorum permutatione, discedunt.

503 Periocha Iliádos vii.

Hæc vbi dicta dedit, portis sese extulit Hector.

Minervae, Apollinísque consensu, fortissimus Græcorum ab Hectore prouocatur. Nouem ducibus ad dimicandum paratis, pugnaturum deligi placet sortis euentu. Ab

Aiace Telamonio prœlium ſingulare conſeritur: in quo Hector lapide ictus, in ſuorum ſe recipit multitudinem. Perſeuerante certamine caduceator Idæus interuenit. Tum inuicem miſſis muneribus pugna ſedatur. Hector Aiacem gladio, Aiax Hectorem balteo muneratur. Interceſſu noctis exercitus quique in ſua diſcedunt. Die altero, interfectorum humatio procuratur. Græcorum etiam naualia, foſſa ac vallo circundata, muniuntur.

Periocha Iliádos IIX. 504

Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.

ACTO deorum concilio, Iuppiter pro parte pronuntiat, ſua quiſque exercitus ſorte decernat. Nullus deorum odio in alteros, vel fauore, procedat. In Idam montem ipſe digreſſus. Vnde Grçci immiſſo terrore conterriti, turpi fuga ad munimenta compulſi, foſſa & aggeribus ſeſe tuentur. Iunonem & Mineruam Græcis auxiliari volentes, monitis Iouis Iris exterret: diremptóque ob noctem certamine, victores Troiani in ipſo prœlij loco excubias obſidionis inſtituunt. Multíſque ignibus factis, per totam noctem de belli ratione conſultant.

Periocha Iliádos IX. 505

Interea vigilum excubijs cohibentur Achiui.

GRAECIS & præterita dimicatione perculſis, & inſtante conterritis, proceres ab Agamemnone cōuocantur. Quibus rex fugæ conſilia & apparatū ordinandæ per noctem nauigationis indicit, Diomede & Neſtore dehortantibus. Suadente autē Neſtore, Aiax & Vlixes legantur ad Achillem, dona ingentia pollicentes, ſi deſiſtat iraſci, & ſe auxiliatorem feſſis rebus accommodet. Sed Achille in iracundia pertinaciter permanente, legati Achiuorū, re non impetrata, irriti reuertūtur.

Periocha Iliádos X. 506

Cetera per naues ſomno ſopita manebat
Turba ducum, ſolum cura anxia vexat Atridem.

VLIXES & Diomedes ſpeculatum nocte progreſſi, Dolonem conſpicantur: qui & ipſe promiſſis Hectoris incitatus, Græcorum conſilia exploratum prodierat: & fateri vniuerſa compulſum, eodem loco interficiunt. A quo de aduentu Rhœſi Thracum regis edocti, ipſum etiam cum duodecim obtruncant: equóſque eius præmium ſimul & teſtimonium graſſationis abducunt inſignes candore & celeritate, vt & niuibus & ventis antecederent.

507

Periocha Iliádos XI.

Tithoni croceum linquens aurora cubile
Spargebat terras, referens opera atque labores.

AB omnibus Græcis egregie quidem, ſed improſpere, dimicatur. Quorum proceribus vulneratis, incognitæ multitudini pugna committitur. Qua afflictione fortunæ Achilles paulíſper inflexus, Pátroclum mittit præſentia cogniturum. Qui quum aduerſi ſtatus nuncius reuerteretur, Eurypylum contemplatur ægrum ex vulnere: fomentíſque medicæ artis admotis, redintegrat ſanitati.

508

Periocha Iliádos XII.

Actorides fouet Eurypylum dum vulnere feſſum,

RES dubiæ apud Græcos, vel potius afflictæ, vltimæ fortunæ ſtatu aguntur, præſtantibus procerum vulneratis, cetero exercitu fugato, aut formidine perculſo. Troiani naualium munimẽta reſcindunt: vallúmque tranſgreſſi, augurijs iuuantur ex euentu ambiguis. Itaque & pars muri ab Sarpédone conuellitur: & ab Hectore ictu lapidis porta diſcutitur: & in ipſis naualibus pugna conſeritur.

Periocha Iliádos XIII.

509

Juppiter admouit Troas, atque Hectora claſſi.

NEPTVNVS miſeratione commotus, Argiuorum tuendis nauibus auxiliator accedit: & vſurpata vatis effigie, Aiaces duos in prœlium cohortatur: nec minus ceteram multi-

tudinem præsentia maiestatis instigat. Idomeneus egregio certamine eminet. Troiani iam referentes gradum, firmati rursum per Hectorem, contrahuntur. & ingenti clamore vtrinque certatur.

Periocha Iliádos XIV. 510

Concussit quamuis potantem Nestora clamor.
Attonitásque aures pepulit grauitate tumultus.

IVNO vinculum Veneris, cui Cesto nomen est, mutuata, ad Iouem pergit in secessum mõtis Idæ: exhortatóque Somno, vt eum committeret in soporem, dehinc vigilias eius vxorijs labefactat illecebris. Cuius ignoratione Neptunus abutitur: fortunámque Græcorum, promptius auxiliando, restituit, Aiace Locro vltra ceteros prœliante.

Periocha Iliádos XV. 511

Jam vallum, fossamque súper, Troiana iuuentus
Insliterat, captæ minitans incendia classis.

IVPPITER somno expérgitus, videt statum certaminis innouatum, pellíque Troianos, Græcis opem ferente Neptuno. Itaque aspere Iunone increpata, & minaciter per Iridẽ conterrito fratre, iubet auxiliatorem desistere. ipse Apollinem, recreando allẽgat Hectori: monẽtque pro Phrygibus belli instaurare fortunam. Tum & Aiax Telamonius strenue prœliatur: & ab eodem plurimis hostium interfectis, conflagratio classis arcetur.

Periocha Iliádos XVI. 512

Dum face, dum ferro celsam oppugnare carinam
Troës, & Argolici pergunt defendere reges,

ACHILLES Græcorum statum iam sub extrema sorte miseratur. Armis suis Pátroclum permittit armari. Qui quum Myrmídonum produxisset exercitum: consternatósque Troianos Achillis specie fefellisset, ruentes supra vallum, & inuicem officientes, cæco pauore vsque ad campi aperta com-

pellit. Deinde congressus, Sarpédonem perimit: multísque hostium cæsis, ipse ab Hectore interficitur, prius ab Euphorbo vulneratus.

513 Periocha Iliádos XVII

Actoridem cæsum nec te, Menelaë, fefellit.

CIRCA interemptum Pátroclum pugna contrahitur. Quum in diuersa exercitus contenderent, Græci vt corpus defenderent, Troiani vt ad ludibrium cadauer eriperent, à Menelao Euphorbus occiditur: & ad ostentationem gloriosi facinoris, Achillis exuuijs Hector armatur. Antilochus ad Achillem, nuncius cladis acceptæ, Menelao instante, festinat. Qui & ipse postea cum Merione intra naualiũ munimenta se recipit: quum tota moles belli & Aiacibus ingruisset.

514 Periocha Iliádos XIIX.

Dum furit in medio belli vis ignea Martis,

ACHILLES in miserabilem modum Pátrocli defletinteritum. quem vi doloris affectum, consolantibus verbis mater alloquitur: nec inultum amicum fore pollicens, perlaturam sese Vulcani arma promittit. Interea & Iris ab Iunone dimittitur. cuius instantia Achilles extra vallum, quanquam inermis, egreditur: cõterritísque Troianis super alios alijs præcipitantibus, late fuga, & latius formido, porrigitur. Eodémque tempore & Vulcanus exoratus à Thetide, tota nocte, quam longa est, cælestia in gratiam Nymphæ arma molitur.

515 Periocha Iliádos XIX.

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

ACHILLES armis cælestibus ope Vulcani, & munere matris instruitur. Dein Græcorum primoribus in concilium vocatis, iracundiam sua abolitione deponit: & promissis ab rege muneribus, coram concione ditatur. Tum militibus cibum capere iussis, ipse abstinet. infesto deinde, atque intento exercitu pergit in prœlium.

Periocha Iliádos xx. 516

Jámque adeo celsis armati è nauibus ibant
Millia, quæ magnis vnquam venere Mycenis.

AT integris amborum copijs inter vtrosque exercitus pugna conseritur. Dein permissu Iouis, in partes, deorum studia diuiduntur. Quum pro Græcis Iuno, & Minerua decertarent: neque secius eos Neptunus, & Mercurius, & Vulcanus assererent: Troianos Apollo cum Venere, & Diana cum matre, Mars etiam, & cum eis Scamãder, adiuuarent: tum Ænêam, dijs, & viribus iniquis cum Achille congressum, quanquã studens Græcis, nube circundatum Neptunus eripuit.

Periocha Iliádos xxi. 517

Intulerat fluuio trepidas fuga fœda cateruas.

TROIANIS vsque ad Scamandri fluminis alueum fuga & terrore compulsis, quum iam longius abeundi spatium nõ * pateret, in ipso amne, quum flumen exundat. ibi ab Achille duodecim Troianorum iuuenum vinciuntur: qui Pátrocli inferijs immolarentur. Ipse Vulcanus ardoribus suis vim torrentis exurit. Tum in campum Achille progresso, passim studia deorum pro sua singulari parte depugnant. Troianorum èxercitus, instante victore, in mœnia vrbis impingitur.

Periocha Iliádos xxii. 518

Pulsa metu Phrygios lustrabant agmina muros.

HECTOR singulari certamine cum Adhille cõgreditur, Priamo atque Hecuba, ne pugnaret, orantibus, Minerua è cõtrario, specie Deiphobi, vt dimicet, adhortãte. Hector interfectus, & religatus ad currũ, ter circum mœnia Troiana raptatur. Deinde lacerũ corpus defertur ad naues, vltione Pátrocli, & victoris iracundia, ad vlteriora supplicia reseruandum.

Periocha Iliádos xxiii. 519

Troia vacat lachrymis, ludis Argiua iuuentus.

Fvnebres ludi in honorem Pátrocli frequentantur. Quibus Diomedes equis superat: lucta, & cursu Vlixes: alióque alij genere certationis antestant.

520 Periocha Iliádos XXIV.

Quisque suas repetunt, misso certamine, naues.

Ivppiter Thetidem mittit ad filium cum mandatis eiusmodi: vt in defunctum sæuire desistat, fatáque hominum in exanimo hoste vereatur, ad sepulturam corpore restituto. Eiusdem iussu & Iris cohortatur Priamum, vt auro filium rependat exanimum. Qui Mercurio duce inter nocturnas hostium profectus excubias, Achilli supplex aduoluitur: redemptúmque filium iustitio publico & deflet, & sepelit.

521

PERIOCHA ODYSSEAE LIBRI PRIMI.

DIC mihi musa virum captæ post tempora Troiæ
Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

Minerva in Ithacã, Ioue ita volente, descendit: Mentísque Taphiorum ducis sumit effigiem, suasura Telemacho, vt ad Nestorem Menelaúmque festinet: qui recens domum regressi, certi aliquid de Vlixe nouissent. Tunc Phemius citharista adhibitus conuiuio procorum, inchoat flebilem cantilenã nauigationis improsperæ: quæ profectos ab Ilio Græcos diuersis sparsit exilijs. Quem Penelope degressa chalcidico, argumento tam miserabilis offensa materię, vt alia cóncinat, adhortatur.

522 Periocha Odysséæ II.

Oceano extulerat roseos aurora iugales.

Telemachvs Ithacesios proceres cogit ad curiam: atque ibidem de contumelia domus, & bonorum profliga-

tione conquestus,consilia profectionis exponit,Antinoo resistēte: qui eum priusquam mater nuberet,abire prohibebat. Qua altercatione diu protracta, concilium dissolutum est. Telemachus ad littus,procis ignorantibus,pergit. Astantem sibi adorans Mineruam, peregrinationi accommoda parat, hortāte maxime dea,quæ populum,ipsúmque Telemachum, Méntoris simulatione fallebat.Instructo ergo remigio,& naue deducta, Telemachus, & Minerua de portu, vespere instante,soluerunt.

Periocha Odysséæ III. 523

Iam Sol oceano radiatos prompserat ortus.

TELEMACHVS Nestorem de patre percontatus, nihil noui accipit ab ignorante, verum idem senex sequenti die cum Pisistrato filio, vt ad Menelaum pergat, hortatur. nec mora facta consilio. Nocte quippe ea,quæ consecuta est, apud Pheras oppidum hospitio Dioclis versati,altera Lacedæmonem peruehuntur.

Periocha Odysséæ IV. 524

Iámque adeo ventum validæ ad Lacedæmonis arces.

TELEMACHVM, & qui cum eo venerant, Menelaus comiter hospitio accipit. sanéque sub vespera quædam de Vlixe cognoscunt. Die vero altera,totum nauigationis ordinem Menelaus explanat: quódque in Ogygia insula promissis, & illecebris nymphæ Calypsonis Vlixes remoratur, exponit. quæ quidem Proteus eidem narrauerat,de Græcorum ducibus requirenti.Proci autem postquam de ábitu Telemachi compererunt, instructa deductáque naui, viginti, qui sese legerant,nauigauere,redeunti insidias molientes.Circa Asteriam ergo insulam,quæ Ithacam Samúmque interiacet, delitescentes,occasionem fraudis expectant.

Periocha Odysséæ V. 525

Liquerat in tepido Tithonum aurora cubili.

Mercvrivs in Ogygiam insulam deuolat: vt Iouis monitis Calypso conterrita, Vlixem patiatur discedere. Qui contexturatis temere properare nauigationem solus aggreditur. Duodeuigesima die tempestate commota, ex iracundia infestante Neptuno, trabium compago dissoluitur. quo casu proditur vltimæ spei: & irritis conatibus nando ab Ino dea misericorde seruatur. Quæ calanticam capiti suo demptam natanti accommodat. Cuius ille sustentatu ad vsque Phæâcum littus euadit.

526 Periocha Odysséæ VI.

Carpebat somnos dudum ærumnosus Vlixes.

Vlixes postquam ad Pheâcum littus enauerat, fatigationem diluit somno. Sed quum virgo Nausicaa regis Alcinoi, ludum in acta cum æqualibus exerceret, somno excitatus, vt erat nudus erupit, foliorum oppositu pudenda velatus: & quum supplex ad genua regiæ virginis aduolueretur, Mineruæ instinctu mouit misericordiã salutarem: impositúsque carpẽto, & veste donatus, vsque ad templum Mineruæ, quod ante vrbem est, ita suadente virginis pudore, prouehitur: ibíque familiare sibi numen solita veneratione precatur.

527 Periocha Odysséæ VII.

Orabat superos dudum Laërtia proles.

Minerva in puellæ speciem mutata, Vlixem, primum, in oppidum, mox in domum regiam ducit. Quúmque Aréte vxor Alcinoi, & vnde vestem haberet, & cuias esset, & qua sorte delatus, sermone ipsius comperisset, bonum animum habere iussus, suadente vespera concedit quieti.

528 Periocha Odysséæ IIX.

Iam cælum rutilat roseis aurora quadrigis.

Alcinovs nauigationis ærumnam summatim ab Vlixe cognoscit. Exinde iussis primoribus in curiam conuenire, aduentum hospitis, & infortunia diutinę iactationis explanat.

Accitóque ad conuiuium Vlixe, citharam iubet pulsare Demodocum, qui quum de Duréo equo, & de Troico cantaret excidio, lachrymas Vlixi memoria fortunæ superioris, elicuit. Quas cum occultare sedulo conaretur, aut vultu dissimulans, aut veste detergens, oculos in se omnium, & maxime regis aduertit. Tum Alcinous, causa fletuum cognita, vt cuncta ex ordine tolerata differeret, benigne omnia pollicitus adhortatur.

Periocha Odysséæ IX. 529

Tum vice sermonis fatur Laërtius heros.

QVATTVOR istinc libri de Vlixis errore contexti sunt. Nanque ab Alcinoo rogatus, seriem multiplicis erroris exponit, vt ab Ilio profectus, primum ad Cíconas delatus sit: atque illic expugnata Ismaro ciuitate, multis amissis fugatus abscesserit: útque inde Maléam Laconicæ promuntorium circumegerit, ac deinde Lotophagos venerit: mox ad Cyclopum insulam, quæ Lotophagis adiacebat, cum vna naue processerit. eáque sedulo occultata, ipse cum duodecim socijs, in antrum Polyphemi penetrauerit: qui cruentis dapibus expletus, quas cæde sociorũ eius instruxerat, vino etiam, quod Vlixes ingesserat temulentus, quum in somnum procubuisset ab Vlixe cæcatus, pœnas immanitatis exoluit.

Periocha Odysséæ X. 530

Æoliam ventorum agimur patriámque domúmque.

HINC refert Æoliam se fuisse peruectum, donísque donatum ab Æolo rege ventorum. qui omnibus comiter præbitis, quo securior nauigaret, ventos etiam dederit vtre conclusos. útque quum iam Ithacæ propinquaret, refusus sit in soporem: socijque eius opes aliquas in lora inesse existimantes, dormiente ipso vincula dissoluerint: aduersísque flatibus ab ipsa patria iam sint relati. Inde vt Antiphatem, Læstrygonásque delatus sit. Ibi amissis, vna minus, ceteris nauibus, Circæum littus accesserit: ibíque veneficio potentis deæ Eury-

lochus, & præmiſſi cum eo ſocij in ferarum ora conuerſi ſint. Ipſe etiam ſimilia paſſurus, Mercurio procurante vitauerit: ceteróſque ſocios ad ſpeciem priſtinam redigi, virtutis admiratione, compulerit.

531

Periocha Odyſſeæ XI.

At poſtquam ventum ad naues, & littora ponti.

DIGRESSVS à Circe, Auernum peruenit: qui locus deſcenſus ad Manes exiſtimatur. Ibi ſacris rite perfectis, ſcrobem complet ſanguine victimarum: & circumuolitantibus animabus nullam ſinit hauſtum cruoris attingere, niſi, vt Circe monuerat, prius Tireſias vates inde libaſſet. Ibi & heroïdas plurimas videt. Quarum enumerationem multa veterum fabularum venuſtate contexit.

532

Periocha Odyſſeæ XII.

Iámque adeo Oceani liquidos pede liquerat amnes.

COMPERTIS à Tireſia vate, quæ oportuit ſcire, regreditur ad Circen: ab eáque, vt euitet mala cetera, edocetur: vt Sirenas prætereat, letalem nauigantium cantilenam: vt Scyllam præteruehatur, & Charybdim, freti Siculi famoſa portenta. Quibus malis non ſine graui perpeſſione ſuperatis, Trinacriam peruehitur. vbi incuſtodita Solis armenta, fruſtra prohibente ipſo, ceteri ſocij, pænuria cogēte, dilaniant: diríſque prodigijs, admiſſa boum cæde, terrentur: ac mox inde nauigātes, fulmine ad vnum omnes intereunt, excepto Vlixe, qui fragmento carinæ cohærens, & adminiculo eius adiutus, ad Ogygiam inſulam ſolus enauit.

533

Periocha Odyſſeæ XIII.

Conticuere omnes intentíque ora tenebant.

ENARRATIS omnibus, quæ in multiplici errore pertulerat, à principibus Phæaciæ viris, donis plurimis honoratur. à quibus remigio & neceſſarijs omnibus nauis inſtruitur: dormiénſque in Ithacam, quietiſſima nauigatione, deuehitur.

atque illic in portu patrio, cũ muneribus vniuersis quiescens, & omnium ignarus, exponitur, Phęacibus, eo dormiente, remeantibus. Somno expérgitus, admiratur, vt aduectus, vt expositus, vt relictus sit, vt cuncta nesciret. Requirit vniuersa donorum: quæ postquam incolumia videt, quam potest tutissime occultat: consilijsque à Minerua confirmatus, portum, & littus patriæ, non sine animi consternatione cognoscit.

Periocha Odysséæ XIV. 534

Egreditur portu, tenuis quo semita ducit.

VLIXES ad seruum suum Eumæum subulcum simulatus accedit, naufragi & mendicantis imitatu. Interrogatus deinde quis esset, ait se esse Cressium. in Ægyptum, nauigantem Troiam, fuisse delatum. Eumæum etiam cum affectione mæstissima perurgens, & cogente denique vespere, & imbre cõtinuo, sagulo amicitur. atque ibidem multà secum voluens, tandem concedit quieti.

Periocha Odysséæ XV. 535

At Lacedæmonias arces Tritonia Pallas.

TELEMACHVS à Minerua per somnium cõmonetur, domum vt rediret. maturóque digressus cubili, à Menelao veniam reuersionis exorat. qua comiter impetrata, regreditur ad nauem in portu Pylio manentem. Pisistratóque ad vrbem, atque ad patriam emisso, ipse propere soluit è littore, comite nauigationis assumpto Theoclýmeno vate Argiuo, vno ex ijs, quos Melampus Amytháonis erudiuit. Vitatísque insidiatoribus procis, aduehitur in patriam. & socijs quidem portum petere iussis, ipse diuerso itinere ad agrum Eumæúmque proficiscitur.

Periocha Odysséæ XVI. 536

Commune Eumæus mapali & diuus Vlixes.

TELEMACHVS Eumæum nuntium reditus mittit ad matrem. i[illegible], Minerua ita volẽte, patrem cognoscit: & cum

eo deinceps agenda disponit. Penelope autem cognito reditu filij, in conuentum procorum, qua verecundia sinebat, egreditur. increpatísque insidiatoribus filij, non minus irata quam mæsta discedit.

537 Periocha Odysséæ XVII.

Jam cælum roseis rutilat Tritonia bigis.

TELEMACHVS anxiæ matri ordinem peregrinationis enarrat. Vlixes ad oppidum, Eumæo opitulante, perducitur. Domum, in qua proci epulabantur, ingressus, emendîcat cibos, miserabiliter ambiendo. Inde ab Antinoo iniuriose afficitur. Cui Penelope diras ob inhumanum facinus imprecatur. à qua missus Eumæus est, vt hospes, sic enim se ferebat, ad eam prouocaretur. Quod tum quidem inuitatus gratiam facit, sed venturum sese ad vesperam pollicetur.

538 Periocha Odysséæ XIIX.

Jrus adest, populi per mendicabula notus.

MENDICANTE intra proprios lares Vlixe, alius quoque pari egestate Irus accessit popularis Ithacesius, stipes in triuijs solitus rogare. Iurgium ergo, inopiæ communis æmulatione conseritur. quod ex verbis processit ad manus, hortantibus procis, quò magis rixa crudesceret, propositóque præmio caprini ventris omento. Victor igitur Vlixes seminecem Irum extra ianuam proijcit, ridicula adhortatione cōpellans. Penelope etiam munera sibi à procis pro opibus cuiusque conferri, singulorum studia experiens, deposcit. quæ mature, vtpote à cupientibus, offeruntur.

539 Periocha Odysséæ XIX.

At parte interiore domus secretus Vlixes.

VLIXES cum Telemacho arma omnia de medio amoliuntur, procis perniciem cōparantes: ne quid aut munimenti, aut teli relinqueretur, qui vel cauere vim, vel inferre pos-

ſent. Ad Penelopen inde, accitu ipſius, pergit: ibíque, vt Eumæo dixerat, Cretenſem ſe eſſe mentitur: Vlixémque apud ſe hoſpitio diuerſatum comminiſcitur. Mox quum Euryclia eius nutrix, hoſpitalis officij cauſa, pedes eius elueret, tactu manus animaduertit cicatricem: quam habebat ex vulnere, in Parnaſo quondam ſuis dente percuſſus. Quo argumento alumnum ſuum eſſe agnoſcit. Sed ab eodem, ne quid vltra vel quærat, vel garriat, coërcetur.

Periocha Odyſſéæ xx. 540

Iámque procos genua amplectens orabat Vlixes.

EPVLANTIBVS procis Cteſippus in Vlixem crus bubulum iacit: ſed deſtinatione non potitur. Theoclýmenus autem apud Ithacenſes diuinationis expertæ, imminens procis vaticinatur exitium. Quorum multa cauillatione deriſus, menſa, & domo tanquam furioſus excluditur.

Periocha Odyſſéæ xxi. 541

Hic mentem dedit Icariæ Tritonia Pallas.

VLIXES Eumęo & Philœtio, fidei eorum induſtriæque confiſus, quis ſit, reuelat. Et poſtquam facta cognitio eſt, cædem procorum pro tempore inſtrui placet. Quos Vlixes aſtu aggreditur: vt ipſum quoque intendendo arcum, vires ſeniles explorare patiantur, quem vni quondam Vlixi facilem, ſi quis intenderet, habiturus eſſet præmium, ius Penelopes nuptiarum. Sed prohibentibus procis, ne id ridiculus & mendicus auderet, quod fruſtra iuuentus tam lecta tentaſſet, dat Telemachus Vlixi, ceteris abnuentibus, experiendi poteſtatem. Et hinc naſcitur admiratio prima virtutis, dedécore ſuo ceteris erubeſcentibus: quorum ignauiam ſenex & mendicus arguerit.

Periocha Odyſſéæ xxii. 542

Squalentes humeris habitus reiecit Vlixes.

VLIXES loco vlteriore capto, intendit arcum: omnibúsque foribus occlusis, ne qua pateret effugium, plerosque vino saucios, aut nouitate rei stupidos, aut quidlibet aliud meditantes, conficit. Quum primum omnium confixisset Antinoum, qui audacia & petulantia ceteros superauerat: Eumæus, & Telemachus, & Philœtius, sumptis & ipsi armis, egregia in consternatos cæde grassantur. Iámque omnibus interemptis, duobus tantum modo parcitur: Phemio citharœdo: qui ministerij causa adhibitus, nihil omnino in Vlixis domo, quod contumeliosum esset, ediderat: & Medonti, vni cuius modestiæ etiam Telemachus suffragabatur, & qui cum Telemacho erant. Melanthium famulorum Vlixis vnum, qui procorum proteruiam semper armauerat, cruciabiliter occidunt. Puellas inde duodecim, quę cum procis flagitiose consueuerant, suspendio perimunt. Vlixes cęde ad plenum perpetrata, ignem adolet, incensóque sulfure domum piaculo purgat.

543 Periocha Odysséæ XXIII.

Chalcidicum gressu nutrix superabat anili.

EVRYCLIA nutrix gestæ rei nuntia, Penelópen de somno excitat. Quæ aduenientem ad se maritum non temere ipsum esse persuadet. Quadam cubiculi lege, & genialis lectuli positu sibi tantum & Vlixi cognito, an ipse sit maritus, explorat. In cœtum deinde conueniunt: totámque noctem mutuo sermone consumunt. Et hinc quidem elegans replicatio laborum, quos Vlixes pertulit, mira concinnatione colligitur.

544 Periocha Odysséæ XXIV.

Tartaream vocat in sedem Cyllenius vmbras.

PROCORVM animas recenti, & communi cæde congestas, cateruatim Mercurius ad inferna compellit. Tunc circa Agamemnonem manes heroici congregantur. Miratíque lectorum iuuenum congregem densitatem vno agmine commeantem, causas interitionis accipiunt. Tum apud

inferos quoque virtus Vlixis, & Penelopes pudicitia prædicantur, ab Agamemnone præ ceteris, cui diſpar fuerat in vtraque, fortuna. Vlixes ad Laërtem patrem in agrum profectus, inopinato & reditu & rerum geſtarum relatu, affecit ſenem. afficitur ab eo cognitis, quas exantlaſſet, ærumnis. Subinde & patres procorum, neces iuuenum properant vltum ire. conſilióque, & vi communicationis, ante expectatum agro ſuperueniunt. Sed eos iam comitatior Vlixes fundit, fugátque. Verum gliſcentibus odijs, & maiore ſeditione aut tumultu ſpectato, ex ſententia Iouis in Ithacam Minerua deſcendit: conciliata vtrinque pace, ſtudia & motus partium, rerum geſtarum abſolutione, componit.

*

SYMMACHI VIRI CLARISSIMI, PRAEFECTI VRBI, EPISTOLÆ AD AVSONIVM.

EPISTOLA I.

Symmachus Ausonio.

545 INTERPELLO occupationes, assiduitate colloquij. Nam & ipse huiusmodi pascor officio: & peregrinationem tuam solatijs talibus credo recreari. Tuas autem litteras vicissim expecto, non exigo. Iniurium quippe est, magnopere flagitare, quod speres: ne, quod est voluntarium, videatur extortum. Sane fratri meo Innocentio gratulor, amicitias tuas prius, quam scriberem, contigisse. quia facilior mihi cœpit esse eius cõmendatio, quem probasti, quam fuisset incogniti. Itaque hoc vnum beneficij loco postulo, vt qui sui commendatione iam nititur, te. testimonij nostri gratia cumulatius diligatur. Vale.

EPISTOLA II.

Symmachus Ausonio.

546 PLENAE inter nos amicitiæ nihil adijci posse credideram. inuenisti tamen, quo perfectam diligẽtiam tui, in fastigium tolleremus. Amabili enim fiducia, Ausoni, tu præbenda mandasti, quæ peregrinatio poscebat. Tu vere abundans omnibus, studio dandi beneficij, excogitasti causam petendi. Sed dedisse te ex hoc gratiã, satis constat: quia PLVS ACCIPIT, DE QVO aliquid sibi alterius amor vindicat. Vno tantum lapsu (fas sit dicere) amica vindicatio claudicauit, quod remunerandum me de audacia polliceris, vbi ad patrium larem veneris. Nollem constantiam boni facti, in hæc trepidæ verecundiæ verba descendere. Sed prætereo laudatæ epistolæ leue fascinum. neque enim me tantæ gratiæ

obligatio, sermonum esse interpretem finit. Cur autem multa loquimur, parua missuri? Descriptio tradendarum tibi vestium, paginam secundam tenet. Quid de mediocritate sentias, ipse videris. vsui enim magis, quam cultui apta indumenta voluisti. Vale.

EPISTOLA III.

Symmachus Ausonio.

MERVM gaudium mihi eruditionis tuæ scripta tribuerunt: quæ Capuæ locatus accepi. Erat quippe in his oblita Tulliano melle festiuitas, & sermonis mei non tam vera, quam blanda laudatio. Quid igitur magis mirer, sententiæ incertus addubito, ornamenta oris, an pectoris tui. Quippe ita facundia antestas ceteris, vt sit formido rescribere. ita benigne nostra comprobas, vt libeat non tacere. Si plura de te prædicem, videbor mutuum scabere, & magis imitator tui esse alloquij, quam probator. Simul quod ipse nihil ostentandi causa facis, verendum est, genuina in te bona tanquam affectata laudare. Vnum tamen hoc à nobis indubitata veritate cognosce, neminem esse mortalium, quem præ te diligam. sic vadatum me honorabili amore tenuisti. * Sed in eo mihi verecundus plus nimio videris: quod libelli tui arguis proditorem. Nam facilius est ardentes fauillas ore comprimere, quam luculenti operis seruare secretum. Quum semel à te carmen profectum est, ius omne perdidisti. ORATIO PVBLICATA, RES LIBERA EST. An vereris æmuli venena lectoris: ne libellus tuus admorsu duri dentis vratur? Tibi vni ad hoc locorum nihil gratia præstitit, aut dempsit inuidia. Ingratissimo cuique probóque es laudabilis. Proinde cassas dehinc seclude formidines: & indulge stilo, vt sæpe prodaris. Certe aliquod didascalicum, seu protrepticum, nostro quoque nomini carmen adiudica. Fac periculum silentij mei. Quod & si tibi exhibere opto, tamen spondere non audeo. Noui ego, quæ sit prurigo emittendi operis, quod probatur. * Nam quodam pacto SOCIETATEM LAVDIS AFFECTAT, QVI ALIENA BENE dicta primus enunciat. Eapropter, in comœdijs summatim quidem gloriam scriptores tulerunt: Roscio tamen, atque Ambiuio, ceterísque actoribus, fama non defuit. Ergo tali negotio expende otium tuum: & nouis voluminibus ieiunia nostra sustenta. Quod si iactantiæ fugax, garrulum indicem pertimescis, præsta etiam tu silentium mihi, vt tuto simulem nostra esse, quæ scripseris. Vale.

547

548

549

EPISTOLA IV.

Symmachus Ausonio suo Salutem.

PETIS à me litteras longiores. Est hoc in nos veri amoris indicium: sed ego, qui sum paupertini ingenij mei conscius, Laconicæ malo

550

ſtudere breuitati, quam multijugis paginis infantiæ meæ maciem publicare. Nec mirum, ſi eloquij noſtri vena tenuata eſt: quam du dum neque vllius poëmatis tui, neque pedeſtrium voluminum lectione iuuiſti. Vnde igitur ſermonis mei largam poſcis vſuram, cui nihil litterati fœnoris credidiſti? Volitat tuus Moſella per manus, ſinuſque multorũ, diuinis à te verſibus conſecratus: ſed tantum noſtra ora prælabitur. Cur me, quæſo, iſtius libelli exortem eſſe voluiſti? Aut ἀμουσότερος tibi videbar, qui iudicare non poſſem: aut certe malignus, qui laudare neſcirem. Itaque vel ingenio meo plurimum, vel moribus derogaſti. Et tamen contra interdictum tuum, mox ad illius operis arcana perueni.

551 * Velim tacere, quid ſentiam: velim iuſto de te ſilentio vindicari: ſed admiratio ſcriptorum ſenſum frangit iniuriæ. Noui ego iſtum fluuium, quum æternorum Principum iamprìdem ſigna comitarer, parem multis, imparem maximis. Hunc tu mihi improuiſo clarorum verſuum dignitate, Ægyptio Nilo maiorem, frigidiorem Scythico Tanai, clariorémque hoc noſtro populari Tiberi reddidiſti. Nequaquam tibi crederem de Moſellæ ortu ac meatu magna narrãti, ni certo ſcirem, quod nec in poëmate mentiaris. Vnde illa amnicorum piſcium examina reperiſti, quam nominibus varia, tam coloribus: vt magnitudine diſtantia, ſic ſapore? quæ tu pigmentis iſtius carminis ſupra naturæ dona fucaſti.

552 * Atqui in tuis mẽſis ſæpe verſatus, quum pleráque alia, quæ tunc in pretio erant, eſui obiecta mirarer, nunquam hoc genus piſcium deprehendi. Quando iſti piſces tibi nati ſunt in libro, qui in ferculis non fuerunt? Iocari me putas, atque agere nugas: ita me dij Dominis probabilem præſtent: vt ego hoc tuum carmen libris Maronis adiungo. Sed iam deſinam, mei oblitus doloris, inhærere laudibus tuis: ne hoc quoque ad gloriam tuam trahas, quod te miramur offenſi. Spargas licet volumina tua, & me ſemper excipias, fruemur tamen tuo opere, ſed aliorum benignitate. Vale.

EPISTOLA V.

Symmachus Auſonio.

553 AIVNT Cochleas, dum ſitiunt, atque illis de cælo nihil illiquitur, ſucco proprio victitare. Ea res vſu mihi venit: qui deſertus eloquij tui paſtu, meo adhuc rore ſuſtentor. Diu ſcribendi operam diſtuliſti: & vereor, ne in nos parentis claudicet affectio. Si falſa me opinio habet, fac, vt ceteris tuis negotijs reſpondendi cura præuortat. Vale.

EPISTOLA VI.

Symmachus Auſonio.

554 POST longum ſilentium tuum, non minus deſiderabam, quam ſperabam, litteras largiores. Nanque his vicibus humana variantur: vt

DEFECTVI SVCCEDAT VBERTAS. Ea me opinio frustra habuit. Siquidem breuis in manus meas pagina recens à te profecta, peruênit. Erat quidem illa Atticis salibus aspersa, & thymo odorata, sed parcior. quæ magis fastidium detergeret, quam famem frangeret. quasi ego cenas dapales, & saliare conuiuium, tum viscerationes atque epulum postulassem: tu mihi mensas secundas, & scitamenta exiguæ lancis apponeres. Fac veniat in mentem, quid Græca super hoc dicat oratio. *Paruis nutrimentis*, inquit, *quanquam à morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promouemur.* Putásne me de occupationibus tuis taciturum? * Quæstor es: memini. consilij regalis particeps: scio. precũ conditor: recognosco. adde huc alia mille. ille rerum euentus nequaquam eueniet, vt ingenium tuum labor deterat: benignitatem cura flectat: facundiam vsus exhauriat. Sed diurna negotia nunquam distingues quiete. Certe antelucano somno nullus indulserit, vt detur aliquod tẽpus officijs. An tibi parum videtur exempli, in Comico, quum ait, *Quam vellem etiam noctu amicis operam vt mos sit dari!* Sed cur ego diutius sermonis pauper obgannio? Imitanda est mihi epistola recens: ne forte plurimis occupatus, recuses litteras longiores. Id ita esse, recte coniecto. Video enim, quam nolis multa legere, cui vix otium est pauca dictare. Vale.

555

EPISTOLA VII.

Symmachus Ausonio.

ETSI plerumque vera est apud parentes filiorum prædicatio: nescio quo tamen pacto detrimentum meriti sui patitur, dum personarum spectare gratiam iudicatur. Quæro igitur, incertus animi, quæ mihi nunc potissimum super viro honorabili Thalasio tuo genero verba sumenda sint. Si parce morum eius décora attingam, liuenti similis existimabor: si iuste persequar, ero proximus blandienti. Imitabor igitur Sallustiani testimonij castigationem. Habes virum dignum te, & per te familia consulari: quem fortuna honoris parti, maiorem beneficijs suis reperit: emendatio animi, & sanctitas, honoribus æquiparauit. Vale.

556

*

PONTII PAVLINI EPISTOLAE TRES AD AVSONIVM RESCRIPTAE.

EPISTOLA I.

Auſonio Paulinus.

557

QVARTA redit duris hæc iam meſſoribus æſtas,
Et totiens cano bruma gelu riguit,
Ex quo nulla tuo mihi littera venit ab ore:
Nulla tua vidi ſcripta notata manu:
Ante ſalutifero felix quum charta libello
Dona negata diu multiplicata daret.
Trina etenim vario florebat epiſtola textu:
Sed numeroſa triplex pagina carmen erat.
Dulcia multimodis quædam ſubamara querelis
Anxia cenſuræ miſcuerat pietas,
Sed mihi mite patris pluſquam cenſoris acerbum
Sederit, & blandus aſpera penſo animo.
Iſta ſuo retegenda loco tamen, & graviore
Vindicis heroi ſunt agitanda ſono.
Interea levior paucis præcurrit iambus,
Diſcreto referens mutua verba pede.
Nunc elegi ſaluere iubent. dictaq; ſalute,
Vt fecere alias, orſa gradumq; ſilent.

558

QVID abdicatas, in meam curam, pater,
Redire muſas præcipis?
Negant Camenis, nec patent Apollini
Dicata Chriſto pectora.
Fuit iſta quondam non ope, ſed ſtudio pari,
Tecum mihi concordia,
Ciere ſurdum Delphica Phœbum ſpecu,
Vocare Muſas numina:
Fandiq; munus munere indultum Dei,
Petere fonte, nemoribus, iugis:
Nunc alia mentem vis agit, maior deus:
Aliòſq; mores poſtulat,
Sibi repoſcens ab homine munus ſuum:
Vivamus ut vita patri.

559

Vacare vanis otio aut negotio,
Et fabuloſis litteris,
Vetat: ſuis ut pareamus legibus:
Lucemq; cernamus ſuam.
Quam vis ſophorum, callida arſq; rhetorũ, &
Figmenta vatum nubilent.
Qui corda falſis atque vanis imbuunt,
Tantumq; linguas inſtruunt,
Nihil adferentes, ut ſalutem conferant:
Quod veritatem detegat.
Quid enim tenere vel bonum, aut verũ queant,
Qui non tenent ſummum caput,
Veri boniq; fomitem & fontem Deum?
Quem nemo niſi in Chriſto videt.

560

Hic veritatis lumen eſt, vitæ via,
Vis, mens, manus, virtus patris.
Sol æquitatis, fons bonorum, flos dei.
Natus deo, Mundi ſator,
Mortalitatis vita noſtra, & mors necis.
Magiſter hic virtutium,
Deuſq; nobis, atq; pro nobis homo,
Nos induendo, ſe exuit,
Æterna iungens inter homines & Deum,
Vtrunque ſe commercia.
Hic ergo noſtris ut ſuum præcordiis
Vibraverit cælo iubar,
Abſterget ægrum corporis pigri ſitum,
Habitumq; mentis innovat.

561

Exhaurit omne, quod iuvabat antea
Caſtæ voluptatis vice:
Totoq; noſtra iure domini vindicat
Et corda, & ora, & tempora.
Se cogitari, intelligi, credi, legi,
Se vult timeri, & diligi.
Æſtus inanes, quos movet vitæ labor,
Præſentis ævi tramite,
Abolet futura cum deo vita fides.
Quæ, quas videmur ſpernere,
Non ut profanas abiicit, aut viles opes,
Sed ut magis caras monet
Cælis reponi creditas Chriſto deo:
Qui plura promiſit datis,
Contempta præſens, vel mage depoſita ſibi,
Multo ut rependat fœnore.

562

Sine fraude cuſtos, aucta creditoribus
Bonus æra reddit debitor.
Multaq; ſpretam largior pecuniam
Reſtituet uſura Deus.
Huic vacantem, vel ſtudentem, & deditum,
In hoc reponentem omnia,
Ne, quæſo, ſegnem, n... e pe... ue ſum putes:

Nec criminis iure impium.
Pietas abesse Christiano qui potest?
Namque argumentum mutuum est,
Pietatis esse Christianum, & impij
Non esse Christo subditum.
Hanc quum tenere dicimus, possum tibi
Non exhibere, id est patri?
Cui cuncta sancta iura, cara nomina
Debere me voluit Deus.
Tibi disciplinas, dignitatem, litteras,
Linguae, & togae, & famae decus,
Prouectus, altus, institutus, debeo
Patrone, praeceptor, pater.
Sed cur remotus tamdiu degam, arguis:
Pióque motu irasceris.
Conducit istud, aut necesse est, aut placet.
Veniale, quicquid horum erit.
Ignosce amanti, si geram, quod expedit.
Gratare, si viuam, vt libet.

EPISTOLA II.

Paulinus Ansonio.

CONTINVATA *meae durare silentia linguae,*
Te numquam tacito, memoras, placitaque latebris
Desidiam exprobras: neglectaque insuper addis
Crimen amicitiae: formicatamque iugalem
Obijcis: & durum iacis in mea viscera versum.
Parce, precor, lacerare tuum. nec amara paternis
Admiscere velis, ceu melli absinthia, verbis.
Cura mihi semper fuit, & manet, officijs te
Omnibus excolere, affectu obseruare fideli.
Non vnquam tenui saltem tua gratia naeuo
Commaculata mihi est. ipso te laedere vultu
Semper, & incauta timui violare figura.
Quumque tua accessi veneratus, meus cautius ora
Composui: & laeto formaui lumine frontem:
Ne qua vel à tacito contractam pectore nubem
Duceret in sanctum suspicio falsa parentem.
Hoc mea te domus exemplo coluitque, colétque.
Itaque tuo tantus nobis consensus amore est,
Quantus & in Christum connexa mente colendum.
Quis tua, quaeso, tuis obduxit pectora liuor?
Quo rumore pias facilis tibi fama per aures
Irrupit, pepulitque animum? contraque vetustam
Experta pietate fidem noua vulgi amorem,
Laederet vt natu placidum malesuada parentem?
Sed mihi non ficta mens conscia simplicitatis:
Nec patris inculti pietas rea, respuit omne
Immeritum: & falso perstringi crimine non fert.
Immunis merito grauius violatur iniquo.
Vulnera tam tenera offensa, quam libera culpa.
Discussisse iugum quereris me: quo tibi doctis
Iunctus eram studijs. hoc nec gestasse quidem me
Assero. namque pares subeunt iuga. nemo valentes
Copulat infirmis: neque sunt concordia frena,
Si sit compulsis mensura iugalibus impar.
Si vitulum tauro, vel equum committis onagro.
Si confers fulicas cycnis, & aedona parrae,
Castaneis corylos aequas, viburna cupressis,
Me compone tibi. vix Tullius, & Maro tecum
Sustineant aequale iugum. Si iungar amore,
Hoc tantum tibi me iactare audebo iugalem,
Quo modicum socijs magno contendit habenis,
Dulcis amicitia aeterno mihi foedere tecum,
Et paribus semper redamandi legibus aequa.
Hoc nostra ceruice iugum non saeua resoluit
Fabula: non terris absentia longa diremit,
Nec perimet. Toto licet abstrahar orbe vel aeuo,
Nunquam animo diuisus agam prius ipsa recedet
Corpore vita meo, quam vester pectore vultus.
Ego te per omne, quod datum mortalibus
Et destinatum saeculum est,
Claudente donec continebor pectore,
Discernar orbe quolibet,
Nec orbe longum, nec remotum lumine
Tenebo fibris insitum.
Videbo corde, mente complectar pia
Vbique praesentem mihi.
Et quum solutus, corporali carcere,
Terráque prouolauero,
Quo me locarit axe communis pater,
Illic quoque te animo geram.
Neque finis idem, qui meo me corpore,
Et amore laxabit tuo.
Mens quippe lapsis quae superstes artubus,
De stirpe durat caelitis.
Sensus necesse simul & affectus suos
Teneat aeque, vt vitam suam.
Et vt mori, sic obliuisci non capit
Perennis viuax, & memor.

EPISTOLA III.

Paulinus Ausonio.

DEFORE *me patrijs tota trieteride terris,*
Atque alium legisse vagis erroribus orbem,
Culta prius vestrae oblitum consortia vitae,
Increpitas, sanctis mota pietate querelis.
Amplector patrios venerando pectore motus,

Et mihi gratandas salutis affectibus iras:
Sed reditum inde meum, genitor, te poscere mallem,
Unde dari possit. Reuocandum me tibi credam,
Quum steriles fundas, non ad diuina, precatus,
Castalidis supplex auerso numine Musis?
Non his numinibus tibi me, patriaeq́, reduces.
Surda vocas, & nulla rogas. leuis hoc feret aura,
Quod datur in nihilum sine numine nomina Musas.
Irrita ventosae rapiunt haec vota procellae.
569 *Qua non missa deo, vacuis in nubibus haerent:*
Nec penetrant superi stellantem regis in aulam.
Si tibi cura mei reditus, illum aspice, & ora,
Qui tonitru summi quatit ignea culmina caeli:
Qui trifido igne micat, nec inania murmura miscet:
Quique satis caelo Soles largitur, & imbres:
Qui super omne quod est, & in omni totus vbique
Omnibus infuso rebus regit omnia Christo:
Quo mentes tenet, atque mouet: quo tēpora nostra
Et loca disponit. Quod si contraria votis
Constituat nostris, prece deflectendus in illa est,
Quae volumus. Quid me accusas? si displicet actus,
Quem gero agente deo, prius est, fiat reus auctor,
Cui placet aut formare meos, aut vertere sensus.
570 *Nam mea si reputes, quae pristina, quae tibi nota,*
Sponte fatebor, eum modo me non esse. sub illo
Tempore qui fuerim: quo non peruersus habebar,
Et peruersus eram, falsi caligine cernens
Stulta dei sapiens, & mortis pabula viuens.
Quo magis ignosci mihi fas: quia prōptius ex hoc
Agnosci datur a summo genitore nouari,
Quod non more meo geritur, non arbitror istis
Confessus dicar mutata in praua notandum
Errorem mentis: quoniam sim sponte professus,
Me non mente mea vitam mutasse priorem.
Mens noua me, fateor, cepit, mens nō mea quondā,
Sed mea nunc auctore deo. qui si quid in actu
Ingeniove meo sua dignum ad munia vidit,
Gratia prima tibi, tibi gloria debita cedit:
Cuius praeceptis partum est, quod Christus amaret.
571 *Quare gratandū magis est tibi, quam queritandū,*
Quod tuus ille tuis studiis & moribus ortus
Paulinus, eius te non infitiare parentem,
Nec modo quum credis peruersum, sic mea verti
Consilia, vt sim promeritus Christi fore, dum sum
Ausonii. feret ille tua sua praemia laudi:
Déque tua primum tibi deferet arbore fructum.
Vnde, precor, meliora putes: nec maxima perdas
Praemia, detestando tuis bona fontibus orta.
Nō etenim mihi mēs vaga: sed neque participantū
Vita fugax hominum, Lyciae qua scribis in antris
Pegasum vixisse equitem. Licet aula multi
Numine agente colant, clari velut ante sophorum
Pro studiis musisq́, suis, vt nunc quoque castis
Qui Christū sumpsere animis, agitare frequentāt:
572 *Non inopes animi, neque de feritate legentes*
Desertis habitare locis: sed in ardua versi
Sidera, spectantésque deum, verique profunda
Prospicere intenti, de vanis libera curis
Otia amant, strepitúsque fori, rerúmque tumultus,
Cunctáque diuinis inimica negotia donis,
Et Christi imperiis, & amore salutis abhorrent:
Spéque fidéque deum sponsa mercede sequuntur.
Quam referet certus non desperantibus auctor.
Si modo non vincant vacuis praesentia rebus:
Quaeq́; videt, spernat: quae non videt, expetat vt mens.
Nanque caduca patent: nostris aeterna negantur
Visibus. & nunc spe sequimur, quod mēte videmus
Spernentes varias rerum spectacula formas,
Et male corporeos bona sollicitantia visus.
573 *Attamen haec sedisse illis sententia visa est,*
Tota quibus iam lux patuit verique, bonique
Venturi aeternum secli, & praesentis inane.
At mihi non eadem cui gloria, cur eadem sit
Fama? fides non par est, sed amoena colenti,
Nunc etiam & blanda posito locupletis in acta
Littoris. vnde haec iam tam festinata locorum
Inuidia est? vtinam iustus me carpere liuor
Incipiat. Christi sub nomine probra placebunt.
Nō patitur tenerum mens numine firma pudorē.
Et laus hic contempta redit mihi iudice Christo.
Nemo igitur, venerande pater, his vt male versum
Increpites studiis: neque me vel coniuge carpas,
Vel mentis vitio. Non anxia Bellerophontis
Mens est: nec Tanaquil mihi, sed Lucretia coniux.
574 *Nec mihi nunc patrii est, vt vis, obliuio caeli,*
Qui summum suspecto patrem. quē qui colit vnū,
Hic vere memor est caeli. Crede ergo, pater, nos
Nec caeli immemores, nec viuere mentis egentes,
Humanisque agitare locis. Studia ipsa piorum
Testatur mores hominum. nec enim impia summū
Gens poterit nouisse deum. Sint multa locorum,
Multa hominum studiis inculta, expertia legum.
Quae regio agresti ritu caret? aut quid honestis
Improbitas aliena nocet? Quid tu mihi vastos
Vasconiae saltus, & ningida Pyrenaei
Obiicis hospitia? in primo quasi limine fixus
Hispanae regionis agam: nec sit locus vsquam

Rure vel urbe mihi, summum qua diues in orbem
Vsque patet, mersos spectans Hispania Soles.
575 *Sed fuerit fortuna, iugis habitasse latronum:*
Non lare barbarico rigui, mutatus in ipsos
Inter quos habui socia feritate colonos.
Non recipit mens pura malũ: neque leuibus harẽt
Inspersa fibris maculæ. sic Vascone saltu
Quisquis agit, purus sceleris, vitam inter iniquos,
Nulla ab inhumano morum contagia ducit
Hospite. Sed mihi cur sit ab illo nomine crimen
Qui diuersa colo, vt colui, loca iuncta superbis
Vrbibus, & latis hominum celeberrima cultis?
Ac si Vasconicis mihi vita fuisset in oris,
Cur non more meo potius formata ferinos
Poneret, in nostros migrans gens barbara ritus?
576 *Nam quod in euersis habitacula ponis Hiberis*
Vrbibus, & deserta tuo iacis oppida versu,
Montanãq; mihi Calagorrim, & Bilbilim acutis
Pendentem scopulis, collémque iacentis Hilerda
Exprobras, velut his habitem laris exul & vrbis,
Extra hominũ tecta atque vias: an credis Hibera
Has telluris opes? Hispam nescius orbis,
Quo grauis ille poli sub pondere constitit Atlas,
Vltima nunc eius mons portio, metáque terra,
Discludit bimarem celso qui vertice Calpen.
Bilbilis huic tãtum, Calagorris, Hilerda notatur,
Cæsarea est Augusta cui, cui Barcino amœna,
Et capite insigni despectans Tarraco pontum.
577 *Quid numerem egregias terris, & mœnibus vrbes?*
Qua geminum felix Hispania tendit in æquor,
Qua Betis Oceanũ, Tyrrhenũq; auget Hiberus,
Latáque distantis pelagi diuortia complet
Orbe suo finem ponens in limite Mundi.
An tibi me, domine inlustris, si scribere sit mens,
Qua regione habites, placeat reticere nitentem
Burdigalam, & piceos malis describere Boios?
Quunque Maroialicis tua prodigis otia thermis,
Inter & vmbrosos donas tibi viuere lucos,
Læta locis & mira colens habitacula tectis,
Nigrantésne casas, & tecta mapalia culmo,
Dignáque pellitis habitas deserta Bigerris?
578 *Quíque superba tua contemnis mœnia Romę,*
Consul harenosas non dedignare Vasatas.
Vel, quia Pictonicis tibi fertile rus viret aruis,
Romanum Ausonias huc deuexisse curules
Conquerar, & trabeam veteri sordescere fano?
Quę tamen Augusta Latiaris in vrbe Quirini
Cęsareas inter parili titulo palmatas
Fulget natiuo longe venerabilis auro,
Florentem retinens meriti viuacis honorem.
Aut quum Lucani retineris culmine fundi,
Æmula Romuleis habitans fastigia tectis,
Materiam præbente loco, qui proxima signat,
In Condatino dicêris degere vico?
Multa iocis pateant: liceat quoque ludere fictis:
Sed lingua mulcente, grauem interlidere dentem,
Ludere blanditijs vrentibus, & male dulces
Fermentare iocos satyræ mordacis aceto,
Sæpe poetarum, nunquam decet esse parentum.
579 *Nanq; fides pietasq; petunt, vt quod mala nectens*
Insinuat castis fama auribus, hoc bona noti
Mens patris affigi, fixúmque hęrescere cordi
Non sinat, vt vulgus sęuo rumore malignum.
Ante habitos mores, non semper flectere vitam
Crimẽ habet. nãque est laudi benevertere. Quũ me
Immutatum audis, studium officiumque require.
Si prauo rectum, si religiosa profanis,
Luxuriæ parcum, turpi mutatur honestum,
Segnis, iners, obscurus ago, miserere sodalis
In mala peruersi. blandum, licet, ira parentem
Excitet, vt lapsum rectis instauret amicum
Moribus, & monitu reparet meliora seuero.
580 *At si forte id idẽ, quod legi, & quod sequor, audis,*
Corda pio vouisse deo, venerabile Christi
Imperium docili pro credulitate sequentem,
Persuasumq; Dei monitis ęterna parari
Pręmia mortali damnis pręsentibus empta,
Non reor id sano sic displicuisse parenti,
Mentis vt errorem credat sic viuere Christo,
Vt Christus sanxit. Iuuat hoc, nec pœnitet huius
Erroris. stultus diuersa sequentibus esse
Nil moror, æterno mea dum sententia regi
Sit sapiẽs. breue, quicquid homo est, vt corporis ęgri,
Tẽporis occidui, & sine Christo puluis & vmbra.
Quod ꝓbat, aut damnat tantũ est, quãtũ arbiter ipse.
Ipse obit, atque illi suus est comitabilis error:
Cumq; suo moriens sententia iudice transit.
581 *At nisi dum tempus pręsens datur, anxia nobis*
Cura sit ad Domini pręceptum viuere Christi,
Sera erit exutis homini querimonia membris:
Dum leuia humanę metuit conuicia linguę,
Non timuisse graues diuini iudicis iras.
Quem patris ęterni solio, dextráque sedentem,
Omnibus impositum regem, & labentibus annis
Venturum, vt cunctas ęquato examine gentes
Iudicet, & varijs referat sua pręmia gestis,
Credo equidẽ: & metuens studio properãte laboro,
Si qua datur, ne morte prius, quam crimine soluar.
Huius in aduentum trepidis mihi credula fibris
Corda tremũt: gestitq; anima, id iam cauta futuri

Præ metuens, ne vincla ægris pro corpore curis,
Ponderibúsque grauis rerum, si forte reclusõ
Increpitet tuba vasta polo, non possit in auras
Regis ad occursum leuibus se tollere pennis,
Inter honora volans sanctorum millia cælo.
582 *Qui per inane leues, neque Mundi cõpede vinctos,*
Ardua in astra pedes facili molimine tollent:
Et teneris vecti per sidera nubibus ibunt:
Cælestem vt medio venerentur in aëre regem:
Claráque adorato coniungant agmina Christo.
Hic metus est, labor iste: dies ne me vltimus atris
Sopitum tenebris sterili deprendat in actu
Tempora sub vacuis ducentem perdita curis.
Nam quid agam? lentis si dum connivueo votis,
Christus abætheria mihi proditus arce coruscet,
Et subitis Domini cælo venientis aperto
Praestrictus radijs, obscura & tristia noctis
Suffugia in læto confusus lumine quæram.
Quod mihi ne pareret vel diffidentia veri,
Vel præsentis amor vitæ rerúmve voluptas,
Curarúmve labor, placuit præuertere casus
Proposito, & curas finire superstite vita,
Communique Deo ventura in sæcula rebus
Expectare trucem securo pectore mortem.
Si placet hoc, gratare tui spe diuite amici.
Si cóntra est, Christo tantum me linque probarj.

Sume igitur pastas dumoso in rure volucres:
584 *Quas latitans filicis sub tegmine callidus auceps,*
Dum simili mentitur aues, fallitque susurro,
Agmina viscatis suspendit credula virgis.
Tunc referens tenuem non paruo munere prædam,
Digerit aucupium tabulis, & primus opimus
Ordo nitet, sensim tenuatus ad ima tabella:
Vt minus offendat macies prælata sagina.
Gratia præuentas pingui iuuat alite visus.

Ad eundem.

585 PAVPERIS *vt placeat earum tibi munus amici,*
Munera nec reputes, quæ mittis ditia nobis.
Nam tibi quid dignum referam pro piscibus illis,
Quos tibi vicinum locupleti gurgite littus
Suppeditat, miros specie, formáque direptos?
At mihi vix alto vada per saxosa profundo
Rarus in obscura generatur spondylus alga.
Hinc te participans, bis quinque, & bis tibi ternas,
Transmisi æquoreo redolentes nectare testas.
Quas viscus prædulce replet bicolore medulla.
Oro libens sumas: nec vilia dedigneris,
Quæ sunt parua modo, magno metitus amore.

Oratio ad Deum, eiusdem Paulini.

586 OMNIPOTENS *genitor, rerum cui summa potestas,*
Exaudi, si iusta precor, ne sit mihi tristis
Vlla dies. placidam nox rumpat nulla quietem.
Nec placeant aliena mihi: quin & mea prosint
Supplicibus. nullúsque habeat mihi vota nocendi,
Aut habeat nocitura mihi. Male velle facultas
Nulla sit: at bene posse adsit tranquilla potestas.
Mens contenta suo, nec turpi dedita lucro,
Vincat corporeas, casto bene conscia lecto,
Inlecebras, turpésque iocos, obscenáque dicta,
Oderit illa nocens, & multum grata malignis
Auribus, effuso semper rea lingua veneno.
Non obitum adfugar cuiusquam, aut fungre crescã.
Inuideam nunquam cuiquam, nec mẽtiar vnquã.
Adsit læta domus, epulísque adludat inemptis
Verna satur, fidúsque comes, nitidúsque minister,
Morigera & coniux, caraq́, ex coniuge nati.
Moribus hæc castis tribuit Deus. his sibi mores
Perpetuam spondent ventura in sæcula vitam.

EIDEM PAVLINO ET HAEC INSCRIBEBAT ANTIQVVS codex: quæ inter alia eius scripta à Badio Ascensio Lutetiæ formis primum edita, non inuenias.

Domino merito suspiciendo Gestidio Paulinus.

583 INIVRIA quidem est patrifamilias, maririmis deliciis abundanti, terrenum aliquid, & agreste præbere: sed ego vt & causa mihi esset apud vnanimitatem tuam aliquid conloquendi, & aliquod sermoni huic obsequium viderer adiungere, pauculas de paucissimis, quas pueruli vespere inferunt, ficedulas misi. Quarum quum erubescerem paucitatem, plura etiam versiculis verba subtexui, quasi vero numerum loquacitate facturus. Sed quia vtraque culpabilia sunt, tu vtrisque benigne & familiariter ignoscendo, facies: vt nec inhumana videatur paucitas, nec odiosa garrulitas.

QVAEDAM VETERVM QVORVNDAM POETARVM CARMINA. QVÆ INTER AVSONIANA ADHVC SERVATA SVNT.

587

CICERONIS.

Ex vet. cod. Simonis Bosii Lem.

CREDE ratem ventis: animũ ne crede puellis.
Nanque est fœminea tutior vnda fide.
Femina nulla bona: vel si bona contigit vlla,
Nescio quo fato res mala, facta bona.

Hic fuit titulus in vet. cod. Lugdun.

QVINTI CICERONIS. HI VERSVS EO PERTINENT, VT quod signum, quo tempore inlustre sit, nouerimus. quod superius quoque nostris versibus expeditur.

Sup. 329

FLVMINA *verna ciet obscuro lumine Pisces.*
Curriculúmque Aries aquat noctísque diéq;.
Cornua quem comunt florum pranuncia Tauri.
Aridaq; æstatis Gemini primordia pandunt.
Longáque iam minuit praclarus lumina Cancer.
Languificúsque Leo proflat ferus ore calores.
Post modium quatiens Virgo, fugat orta vaporẽ.
Autumni reserat portas: æquátque diurna
Tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
Et fetos ramos denudat flamma Nepai.
Pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
Bruma gelu glaciãs iubar est spirãs Capricorni.
Quẽ sequitur nebulas rorãs liquor altus Aquari:
Tanta supra circaq; vigẽt tũ flumina Mundi.
At dextra, læuáque ciet rota fulgida Solis
Mobile curriculum. & Lunæ simulachra feruntur.
Squama sub æterno conspectu torta Draconis
Eminet. hunc inter fulgentes æthera septem
Magna quatit stellãs. quam seruans serus in alta
Conditur Oceani ripa cum luce Bootes.

SVLPICIAE, De statu Reipublicæ, & temporibus Domitiani.

588

MVSA, *quibus numeris heroas, & arma frequentas,*
Fabellam permitte mihi detexere paucis.
Nam tibi secessi, tecum penetrale retractans
Consilium: quare nec carmine curro phaleco,
Nec trimetro iambo: nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci didicit duce Clazomenio.
Cetera quinetiam, quot denique millia lusi,
Primáque Romanos docui contendere Graijs,
Et salibus variare nouis, constanter omitto:
Teque, quibus princeps, & facundissima calles,
Aggredior. precibus descende clientis, & audi.
Dic mihi, Calliope, quidnam pater ille deorum
Cogitat? an terras, & patria secula mutat?
Quásque dedit quõdam, morientibus eripit artes,
Nósque iubet tacitos, etiam rationis egenos,
Non aliter, primo quam quum surreximus æuo,
Glandibus, & puræ rursus procurrere lymphæ?
An reliquas terras conseruat amicus & vrbes,

589

Sed genus Ausoniũ, Romuliq; exturbat alũnos?
In freta Sicaniæ, & Carthaginis exulit arces.
Ceteraq; imperia, & totum simul abstulit orbẽ.
Quid reputemus enim? Duo sunt, quibus extulit ingens
Roma caput, virtus Belli, & sapientia Pacis.
Sed virtus agitata domi & socialibus armis.
Deinde, velut stadio victor qui solus Achæo,
Languet, & immota secum virtute fatiscit:
Sic itidem Romana manus contendere postquam
Destitit, & pacem longis frenauit habenis,
Omnia bellorum terra quæsita marique,
Ipsa domi leges, & Graia inuenta retractans
Premia consilio & molli ratione regebat.
Stabat in his: neq; enim poterat constare sine ipsis.

590

Aut frustra vxori, mendáxque Diespiter olim,
IMPERIVM SINE FINE DEDI, *dixisse probatur.*
Nunc igitur qui res Romanas infrat inter,
Non trabe, sed tergo prolapsus, & ingluuie albus
Et studia, & sapiens hominum noménque genúsq;,
Omnia abire foras, atque Vrbe excedere iussit.
Quid facimus? Graios, hominúmque relinquimus vrbes,
Vt Romana foret magis his instructa magistris.
Non Capitolino veluti turbante Camillo,
Ensibus & trutina Galli fugere relicta:
Sic nostri palare senes dicuntur. & ipse
Vt ferale suos sonus extirpare libellos.

Ergo Numantinus, Libycúsque erravit in isto
Scipio, qui Rhodio crevit formante magistro:
Cetera & illa manus bello facunda secundo.
591 *Quos inter prisci sententia dia Catonis*
Scire duo magni fecisset, Utrúm ne secundis,
An magis adversis staret Romana propago.
Scilicet adversis. Nam quum defendier armis
Suadet amor patriae, & captiua penatibus uxor,
Conueniunt, vt vespis, quarum domus arce Monetę
Turba rigens strictus per lutea corpora telis.
Ast vbi apes secura redit oblita fauorum,
Plebs, fraterque vna somno moriuntur obeso.
Romulidarum igitur lõga & grauis exitium pax.
Haec fabella modo pausam facit. Optima posthac
Musa, velim, moneas, sine qua mihi nulla voluptas
Viuere, vti quõdam Smyrnalibus . . . peribat.
Nũc itidem migrare velint. vel denique quid vis,
Vt dea, quare aliud. tantum Romana Caleno
Moenia, iucundos pariterque auerte Sabinos. ✻
592 *Haec ego. tum paucis dea me dignarier infit.*
Pone metus aequos, cultrix mea. summa tyranno
Haec instant odia, & nostro periturus honore est.
Nam laureta Numa, fontésque habitamus eosdẽ.
Et comite Egeria ridemus inania coepta.
Viue, vale. manet hũc pulchrum tua fama dolorẽ.
Musarum spondet chorus, & Romanus Apollo.

CYTHERII SIDONII oratoris epigramma de pastoribus tribus.

ALMO, *Theon, Thyrsis, orti sub mõte Pelori,*
Semine dispari, Laurente, Lacone, Sabina.
Vite Sabina, Lacon sulco, sue cognite Laurens.
Thyrsis oues, vitulos Theõ egerat, Almo capellas.
Almo puer, pubésque Theon, & Thyrsis ephebus.
Canna Almo, Thyrsis stipula, Theõ ore melodus.
Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nisa Theonem.
Nisa rosas, Glauce violas, dat lilia Nais.

HADRIANI Imperatoris epigramma de trium Amazonum pugna.

593 V*T belli sonuere tuba, violenta peremit*
Hippolyte Teuthranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce:
Oebalon ense, Clonon iaculo, Teuthranta sagitta.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Teuthras:
Plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros.
Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras.
Epicly Teuthras, Deracly Clonus, Oebalus Idę: ✻
Argolicus Teuthras, Maesus Clonus, Oebalus Arcas.

In Faustulum staturae breuis Anicii Probini.

FAVSTVLVS *insidens formica, vt magno elephanto,*
Decidit, & terra terga supina dedit.
Moxq́, idem ad mortẽ est multatus calcibus eius:
Perditus vt posset vix retinere animam.
Vix tamen est fatus, Quid rides improbe Liuor?
Quod cecidi, cecidit non aliter Phaëthon.

Sulpicii Luperci Sebasti Iunioris.

594 OMNE, *quod natura parens creauit,*
Quamlibet firmum videas, labascit
Tempore: ac longo fragile, & caducum
Soluitur vsu.
Amnis insueta solet ire valle:
Mutat & rectos via certa cursus:
Rupta quum cedit male pertinaci
Ripa fluento.
Decidens scabrum cauat vnda tofum.
Ferreus vomis tenuatur agris.
Splendet adtrito digitos honorans
Anulus auro.

Eiusdem de Cupiditate.

595 HEVS *misera in nimios hominum petulantia census!*
Caecus inutilium quo ruit ardor opum?
Auri dira fames, & non expleta libido.
Ferali pretio vendat vt omne nefas.
Sic latebras Eriphyla viri patefecit, vbi aurum
Accepit turpis materiam sceleris.
Sic quondã Acrisia in gremiũ per claustra puellae,
Corruptore auro, fluxit adulterium.
O quam mendose votum insaturabile habendi
Imbuit infami pectora nostra malo!
Quamlibet immenso diues vigil incubet auro,
Aestuat augendae dira cupido rei.
Heu mala paupertas nunquam locupletis auari!
Dum struere immodice, quod tenet, optat, eget.
596 *Quis metus hic legum? quaue est reuerentia veri!*
Crescente nummo si mage cura subest. ✻
Cognatorũ animas promptũ est, fratrumq́, cruorẽ
Fundier, affectus vincit auara fames.
Diuitis est, semper fragiles male quaerere gazas.
Nulla huic in lucro cura pudoris erit.

Illud templorum damno, excidióque requirit. *
Hoc calo, iubeas, vt petat, inde petet.
Mirum, ni pulchras artes Romana iuuentus
Discat, & egregio sudet in eloquio,
Vt post iurisona famosa stipendia lingua,
Barbarica ingenijs anteferantur opes.
At qui sunt, quos propter honestũ rumpere fœdus
Audeat inlicite pallida auaritia.
597 *Romani sermonis egent: ridendáque verba*
Frangit ad horrificos turbida lingua sonos.
Sed tamen exulta adpetitur spes grata nepotum *
Saltim istud nostri forsan honoris habent.
Ambusti torris species, exesáq; saeclo
Aptantur priscis corpora de tumulis
Perplexi crines, frons improba, tempora pressa, *
Extantes mala deficiente gena,
Simæ intúsque iacent pando sinuamine nares:
Territat os nudum, cæsáq; labra tumetit.
Defossum in ventrem propulso pondere tergum
Frangitur, & vacuo crure tument genua.
Discolor in manibus species. ac turpius illud,
Quod cutis obscura pallet in inuidiam.

Versus sine auctore. Quo die quid demi de corpore oporteat.

598 VNGVES *Mercurio, barbam Ioue, Cypride crines.*

Hoc sic refellendum.

MERCVRIVS *furti probat vngues semper acutos:*
Articulísque aciem non sinit imminui.
Barba Ioui, crines Veneri decor. ergo necesse est,
Vt nollent demi, quo sibi vterque placent.
Mauors, imberbes, & caluos, Luna, adamasti.
Non prohibent comi tum caput, atque genas.
Sol & Saturnus nihil obstant vnguibus. Ergo
Non placitum diuis, tolle monostichium.

In Ausonium quoque poëtam extant hæc, ex variis eius versibus consarcinata.

599 AVSONIVS, *genitor nobis. Ego nomine eodẽ,*
Qui sim, qua secta, stirpe, lare, & patria,
Adscripsi: vt nosses, bone vir, quicunque fuisses:
Et notum memori me coleres animo.
Vasates patria est patri: gens Ædua matri
De patre: Tarbellis sed genitrix ab Aquis.
Ipse ego Burdigala genitus. diuisa per vrbes
Quattuor antiquæ stirpis origo mea,
* *Hinc late fusa est cognatio. nomina multis*
Ex nostra, vt placitum, ducta domo veniunt
Deriuata alijs. nobis ab stemmate primo
Et non cognati, sed genitiua placent.
Sed redeo ad seriem. Genitor studuit medicinæ:
Disciplinarum quæ dedit vna deum.
Nos ad Grammaticen studium conuertimus: & mox
Rhetorices etiam quod satis, attigimus.
Nec fora non celebrata mihi: sed cura docendi 600
* *Cultior. & nomen Grammatici merui,*
Non tam grande quidẽ, quo gloria nostra subiret
Æmilium aut Scaurum, Berytiumq; Probũ,
Sed quo nostrates, Aquitanaq; nomina, multos
* *Conlatus, sed non subditus, aspicerem.*
Exactisque dehinc per trina decennia fastis,
Adserui doctor municipalem operam.
Aurea & Augusti palatia iussus adire
Augustam subolem Grammaticus docui,
Mox etiam Rhetor. Nec enim fiducia nobis
Vana, aut non solidi gloria iudicij.
Cedo tamen, fuerint fama potiore magistri,
Dum nulli fuerit discipulus melior.
Alcides Atlantis, & Æacides Chironis, 601
Pane Ioue iste satus, filius ille Iouis,
Thessaliam, Thebásque suos habuere penates:
At meus hic toto regnat in orbe suo.
Cuius ego Comes, & Quæstor, & culmen honorũ, Epiced. 358.
Præfectus Gallis, & Libyæ, & Latio:
Et prior indeptus fasces, Latiámque curulem,
Consul, collega posteriore, fui.
Morigeræ vxoris virtus cui contigit omnis: Epitaph. Aemiliæ 102.
Fama pudicitiæ, lanificæq; manus,
Coniugijq; fides, & natos cura regendi,
Et grauitas comis, lætáque seritas.
Pulcher honore oris, tranquillo pectore comis, Epitaph. Anasii, 112.
Facundo ciuis maior ab ingenio.
Nosci inter primos cupiens, prior esse recusans,
Ipse tuo viuens segregus arbitrio.
Nullo felle tibi mens liuida. tum sale multo
Lingua dicax, blandis & sine lite iocis. Epitaph. Tiberij, 140.
Mensa nitens, quam non censoria regula culpet.
Nec nolit Frugi Piso vocare suam.
Comis conuiuis, nunquam inclamare clientes. Epitaph. Lucioli, 144.
Ad famulos nunquam tristia verba loqui.
Grammatice ad Scaurum, atque Probum, promptissime Rhetor, Epit. Staphylij, 164.
Historiam callens Liuij, & Herodoti.
Omnis doctrinæ ratio tibi cognita, quantam 602
Condit sexcentis Varro voluminibus.

Aurea mens, vox suada tibi. tum sermo quietus,
Nec cunctator erat, nec properator erat.
Pulchra senecta, nitens habitus. procul ira dolusq́;,
Et placida finis congrua meta tibi.
Commode, laete, benigne, abstemie, tam bone dandis
Semper consilijs, quam taciturne datis.
Ergo qui nostra leges otia tristia charta,
Eloquium ne tu quare sed officium,
Quod claris doctisq́; viris pia cura parentat,
Dum decus egregiae commeminit patriae.

Epitaph. Attij, 169. Ex coronide, 170

AVSONIVS SVAGRIO.

H*Ic ego Ausonius. sed tu ne temne, quod vltro* *
Patronum nostris te paro carminibus.
Pectoris vt vostri sedem colis alme Syagri:
Communemq́; habitas alter ego Ausonium:
Sic etiam nostro praefatus habebere libro,
Differat vt nihilo, sit tuus, an ne meus.

FINIS.

ERRATA.

Ad numerum 17, *scribendum, Scire aeui merit.* 54, *epigramma* XCIIX *est hexametrum: nec debuit in modum elegi describi. Ibidem, lege, Et tu formosæ iuuen.* 66, *dextera, Timomache*. 90, *nec arcanis num.* 118, *sed ingenio prior.* 123, PVDENTILLÆ: *quæ for.* 126, ERMINVSCIVS REG. 190, *Laudatum imp.* 200, *amentis populi mal.* 218, *pugnans iste vit.* 292, *Parnasia Delph.* 334, *Parnasus Clar.* 337, *dominatur in ein.* 407, *militibus Antoninor.* 441, *Cadmi filiol.* 465, *Tartessia Calp.*

ELIAE VINETI SANTONIS COMMENTARIVS IN AVSONII BVRDIGALENSIS EPIGRAMMATA.

IN vetere Lugdunensi codice, qui multa illa Ausonij Burdigalensis habuit scripta, quæ Charpinus publicanda primus curauit, titulus hic fuit, ABHINC AVSONII OPVSCVLA. quem sequebatur carmen, *Ausonius genitor nobis*, cum titulo, AVSONIVS LECTORI SALVTEM. sed libros suos Ausonius tam inepte inscripserit? Et carmen istud quis credat Ausonium poëtam cōdidisse? Quod semidocti cuiuspiam versificatoris fœtus fuerit: qui Ausonij tamen studiosus, eius Epicedium in patrem Iulium imitari conatus est: carménque ex varijs ipsius carminibus composuit. Mariangelus Accursius, qui ante Charpinum hoc ediderat in Diatribis, disticha triginta tria in eo inuenerat, quum in Lugdunensi exemplari vndeuiginti tantum essent, ita iudicauerat: qui inscripsit, Epicedion in Ausonium poëtam, incerto auctore. Ceterum qualequale sit carmen, & à quocunque priscorum hominum sic compactum, non contemnendū videtur, sed loca etiam eius quædam illustranda. ¶ *Quattuor antiquas.* Vasatas, Æduos, Aquas, Burdigalam. Hæc tibi confirmabunt Epitaphia Æmiliæ matris, & Cæcilij aui, ac Epicediū in patrem ¶ *Disciplinarum.* Æsculapius ob insignem Medicinæ artis peritiam pro deo habitus. ¶ *Pene Ioue iste satus.* Alcides, Hercules, Atlantis discipulus, Iouis filius fuisse perhibetur. Æacides vero Achilles discipulus Chironis Iouis fere fuit filius. Peleum enim patrem habuit: Peleus Æacum Ioue genitū. ¶ *At meus hic.* discipulus Gratianus Augustus. ¶ *Præfectus Gallis.* versus quadragesimus secundus epicedij in patrem. ¶ *Morigeræ vxoris.* ex epitaphio Æmiliæ. ¶ *Pulcher.* Ex carmine de Attusio Lucano. ¶ *Nullo felle.* Quattuor hi versus de Tiberio Mineruio oratore. ¶ *Comis conuiuis.* Et hoc distichon de Lucio'o Rhetore. ¶ *Grammaticæ ad.* Et hæc disticha quattuor de Staphylio Rhetore. ¶ *Commode.* Hi vero versus duo de Attilio Glabrione: sed reliqui quattuor ex Coronide sumpti.

1 S

Carmen hoc inuenies 599.

105.

106. 355.

358.

105.

112.

140.

144.

160.

169.

170.

In Ausonij hexasticon ad Suagrium.

1 T — Hic ego Ausonius. Absque synalœpha pronunciandũ hoc. Verum quis hic Ausonius & quis Suagrius Syagriúsue? vt vtroque modo sine vitio scribebat antiquum exemplar. ac si poëta sit Ausonius, quando hoc ipse scripsit hexasticon?& cui suo libro præscripsit? At hoc vide, quomodo in vetusto illo Lugdunensi libro positum erat. Diximus modo illic decem & nouem tantũ habuisse disticha Epicedium in Ausonium, cuiuscunque sit auctoris. eorum nonodecimo, quod est, *Et prior indeptus fasc.* continuabat antiquus liber distichon, *Hic ego Ausonius.* Huic disticho subijciebat titulum, AVSONIVS SVAGRIO. & titulo tetrastichon, *Pectoris vt nostri.* Quam rem quum minus recte habere censuissent Lugdunenses, distichon *Hic ego Ausonius* separarunt à superiori carmine: eique titulum illum superscripserunt.

IN THEODOSII AVGVSTI EPIstolam ad Ausonium.

1 V — Et in hanc epistolam quædam monere visum est: quæ in libris calamo exaratis, quibus vsus sum, non fuit, sed impressi omnes habuerunt scriptisque Ausonij præscribebant, & merito, quando in causa fuisse videtur, cur ea sint edita. Rogat enim perhumaniter honorificentissiméque Ausonium poëtam potentissimus Imperator his litteris, vt vetera nouáque, cuncta, sua scripta mittat. Est autem hic Theodosius Augustus, qui alijs Magn^9, alijs Senior Superiórue Theodosius vocatur, à Gratiano Augusto, Ausonio eodẽ, & Olybrio cõsulibus, id est, anno Christi trecentesimo & octogesimo secundo, Augustus factus, atque aduersus Gothos in Thraciam missus: qui Valentem Augustum ceciderãt. Theodosium enim, qui Iunior & Minor est appellatus, Theodosij magni nepotem, Ausonium vidisse haudquaquam crediderim. ¶ *parens incubdissime.* Parentem ideo, vt arbitror, appellat Theodosius Ausonium, quod se non paullo maior natu esset. Auctores sunt Sextus Victor, & Prosper Aquitanus, Theodosiũ quidem annos solum quinquaginta vixisse, sed Imperatorẽ à Gratiano Augusto creatum esse annos natum triginta tres in Ausonij & Olybrij consulatu, vt modo diximus: quo tempore iam senex erat Ausonius, vt ostendimus in eius vita. *

IX — ¶ *morem principibus alijs solitum.* Viri namque principes aliena manu solent vti in exarandis litteris: habéntque quos librarios Cicero, ab epistolis Suetonius, nos *Secretarios* vocitamus. ¶ *sequestrarem,* Apud sequestrem deponere & ponere sequestro, per aduerbium, dicebant antiqui, auctore Aulo Gellio, libro vicesimo: quod nescio, quando cœptum est vnico verbo dici *sequestrare*: vnde hoc loco Theodosius Augustus, Pollio Trebellius in tyrannis, Sidonius Apollinaris in epistolis, *sequestrare* vsurparunt, pro tollere, abducere, seponere. ¶ *sermonem autographum.* Sic epistolam autographam,

Cap. 10.

pham,& litteras autographas Augusti, Suetonius dixerat: quas ipse sua manu scripserat Augustus. Est αὐτὸς, ipse: & γράφω, scribo: vnde fit αὐτόγραφος. Gratiores autem veniunt nobis à principibus litteræ, quas ipsi sua manu scripserint. ¶ *regio*. principali. Imperatorio. ¶ *sed illius priuatæ*. quæ inter nos fuit consuetudo & familiaritas, quum priuatus essem, & versarer in comitatu Vālētiniani Augusti, & Gratiani filij, discipuli tui, nondum Imperator. ¶ *recolam*. repetam, & in memoriam reuocem vetera, ac noua tua carmina abs te accipiam.* ¶ *de promptuario scriniorum*. quæ de scrinijs tuis, in quibus condita latent, depromas: & ad me mittas. Ita Promptuarium à promendo originem habet vel ipso Sosia Plautino auctore, *Inde quasi è promptuaria cella depromar ad flagrum*: ac ita sine P promtuarium scriberet Marius Victorinus. qui à sumo, demo, emo, sumtum, demtum, emtum scribere præcepit. Sed v in istius verbi medium vnde irrepserit, miror: quod nec habent codices Plautini in Italia annis ante septuaginta editi, quam hæc commentarer: nec probat analogia. Cōmodatum enim, depositum, legatum, cur commodatarium depositarium, legatarium, faciant: promtum vero promtuarium potius quam promtarium? Est autem apud Catonem adiectiuum, vt arbitror, promptuarium, quum dicit armarium prōptuarium æque. atque in primo actu Amphitruonis Plautinæ. Sed in his Theodosij litteris substantiuum est, & in extremo iambico epistolarum Ausonij vicesimæ primæ, sicut & apud Paullum iurisconsultū in capite de penu legata libro tricesimo tertio Digestorum Iustiniani, *Sicui, quæ in promptuario sint, legata fuerint, non omnis penus legata est*. Definitúrque Promptuarium, locus, in quo repositæ sunt res: vt quum vsus fuerit, statim illinc proferri promique possint. SCRINIA vero sunt arcæ, plutei, & armaria: quibus commentarij, libelli, litterariáque monumenta concludi solent, vt in carmen vicesimum quartum parentalium monuimus. ¶ *auctorum optimorum*. Vergilij, Horatij, Manilij, Ouidij, Vitruuij. Omnibus autem modis Octauianum Augustum ingenia sui sæculi fouisse scribunt Suetonius, Solinus, Sextus Victor, Eutropius.

2. 474 129

IN CARMEN AVSONII AD Theodosium Augustum.

RESPONDET Ausonius Theodosij Augusti litteris: dicítque negare non posse, quod optimus maximus princeps peteret. ac ita carmina sua emisit. Est CERES dea frugum, & agricolarum: quam Ausonius flauā vocat, sicut Virgilius libro primo Georgicōn. GRADIVVS Mars, deus belli, prima syllaba ancipiti. NEPTVNVS. deus maris. ¶ *Nil dubites auctore bono*, vt siquis magnus princeps, & deus quispiam tibi sit auctor, consiliarius, suasor, horta-

3 Vers. 96

tor, impulsor, ne cuncteris. ¶ *Mortalia.* iussa hominũ mortaliũ. ¶ *Quaerunt consilium.* consilio egent: vt consultandum tibi sit, facere debeas an non, quod tibi sit imperatum. ¶ *certus.* nihil dubitans sine cunctatione. ¶ *Iussa capesse dei.* fac, & exequere, quicquid deus imperauerit, vt Ceres agricolæ, Mars militi, Neptunus nautæ. *Mihi iussa capessere fas est*, hemistichium est versus octogesimi primi Æneidos. ¶ *Blando.* In blando imperio vis inest. Idẽ Ausonius in epistola Centonis. *Potentissimum imperandi genus est, quum is rogat, qui iubere potest.* ¶ *Obsequium sufficit esse meum*, satis fuerit me Theodosio Augusto obsequi, & morem genere. ¶ *Non tutum renuisse deo.* Assentatio principes illos Romanos, dominos, & deos tandem appellauit. Vide, quid annotatum sit in versum centesimum & tricesimũ sextũ epistolæ Paulini primæ. ¶ *Non iussa.* sua sponte. ¶ *Erumpere.* prodire, egredi à me carmina mea, & ad te, Cæsar, ire. ¶ *Indignum vatem.* Auctorem suum miserum. Hoc enim vitio laborant fere scriptores: vt si opus à se conditum, & cui summam manum imposuisse sibi videantur, relegant, nondum perfectum inueniant: addant semper aliquid, aliquid etiam detrahant, non pauca mutent. Quo fit, vt interdum non satis sibi constante iudicio, quæ bona erant corrumpantur, &, sicut hic ait, deteriora fiant, quæ mala erant. *Diligentiam in retractandis operibus valde probo*, ait Plinius Appio libro nono epistolarum: *est tamen aliquis modus. Primum, quod nimia cura deterit magis, quã emendat. deinde* & reliq. Martialis libro primo ad librum suum.

Sed tu ne totiens domini patiare lituras:
Néue notet lusus tristis arundo tuos,
AEtherias, &c. Quinctilianus in hanc sententiam plura libro decimo de emendatione. ¶ *Pater Romane.* Theodosi, Romanorum pater, & Imperator. ¶ *Inque meis culpis.* Legitur &, *tuis* pro *meis*. In cogente, culpa esse videtur maior, quam in eo, qui coactus inuitúsque facit. Culpas autem eodem modo positas vide in versu quartodecimo præfationis in ludum Sapientum.

IN AVSONII BVRDIGALENSIS EPIGRAMMATA COMMENTARIVS

Eliæ Vineti Santonis.

IN EPIGRAMMA PRIMVM.

IMPERATOR à multis hoc primo epigrammate laudatur, népe quod egregius sit poëta, orator, pugnator, victor. ¶ *Phœbe potens numeris.* Phœbus, Apollo, Sol, idem numen apud antiquos. à quo, & à Musis dicunt poëtæ sibi inspirari versus, quos numeros frequẽter appellant. ¶ *præses Tritonia bellis.* Παλλὰς, quæ Latinis Minerua, à Tritone fluuio, & Tritonide palude Africæ cognominata, bellis etiam, vt Mars, præsidere credita est: vnde & armata fingitur nata. ¶ *Tu quoque ab aërio præpes Victoria lapsu.* quæ laberis & descendis è cælo: quæ dei donum es: & ab eo è cælo in terram hominibus mitteris. *aërio* autem, *aëreo, æthereo, & æthe-rio* hîc legitur pro eodem. Monuit vero Mar. angelus Accursius in Diatribis, Ausonium imitatum esse poëtam Titinium: ex cuius Iliade hunc versum legerat libro sexto Noctium Atticarum Auli Gellij. Cap. 6.

Dum dat vincenti præpes Victoria palmam.

Vbi præpetem Gellius volucrem Victoriam exponit. Victoriæ nanque, quam inter deos quondam habitam fuisse Lilius Ferrariensis pluribus ostendit, alæ affigebantur, quas etiam præperes dixit post Virgiliũ idem Ausonius in Technopægnio. Lampridius in vita Augusti Alexandri. *Pater eadẽ nocte in somnis vidit alis se Romanæ Victoriæ, quæ in senatu, ad cælum vehi.* Pistheræ rus in Auibus Aristophanis.

Ἀυτίκα Νίκη πέτεται πτέρυγοιν χρυσαῖν.

Est & libro quarto Anthologiæ distichon in statuam Victoriæ, quæ alas iam ferat*. ¶ *Cume.* orna, vt in sexagesimo versu Protreptici, & in tricesimotertio iambici ad Probum. ¶ *serenatam.* exhilaratã, lætam, deuictis hostibus. ¶ *duplici diademate.* duabus coronis, togæ, & pugnæ: fandi, & bellandi: rei litterariæ, & bellicæ. ¶ *Bellandi fandique potens.* Quanquam scio in vtroque hoc genere magnum fuisse Augustum Valentinianum patrem Gratiani, tamen placet Augustum hîc intelligere Gratianum, Ausonij discipulum: qui valde iuuenis apud Argẽtariam oppidum Galliæ, longe impari militum numero hostem aggressus, plusquam triginta Alemanorum millia minimo suorum detrimento, interfecit in prœlio, anno à Christo nato trecentesimo & octogesimo. Fuisse præterea Gratianum litteris haud mediocriter institutum, carmen fecisse probatum, ornate locutum, explicasse controuersias, Rhetorum more, Sextus Victor scribit. ¶ *Geticum moderatur Apolline Martem.* Carminibus bellum tẽperat, quod cõtra Getas gerit. Sunt autem GETAE populus Thraciæ, quos eosdem & Gothos esse Spartianus, Claudianus, Orosius, Si-

5 A

193

5 B
366
422.

5 C donius, & Iornandes auctores sunt.* ¶ *Chunosque*. Ioannes Scoppa hic inuenerat scriptum Conos, sed quum eam gentem non nosset, mendum putauit esse, & mutauit in Cimbros. Mariangelus Cuneos: sed pro eo verbo Chunos ex Ptolemæo & Ammiano legendum censuit. Placet autem Mariangeli emendatio. Nam in ijs, quæ in Sidonium Apollinarem scripsimus, monuimus in antiquis libris frequenter Chunos scribi, aut etiam sine h Cunos, quomodo habuit quoque membraneus codex

372 in precatione Consulis Ausonij, qui vulgo Hunni seu Huni, Dionysio etiam Geographo Οὖννοι, id est, Vnni appellantur. Epitome Victoris sic habet de Gratiano Augusto. *Hic quum animaduertisset Thraciam Daciámque, tanquam genitales terras possidentibus Gothis, Triballisque, atque omni pernicie atrocioribus Hunnis & Alanis*, & reliq. Recensentur autem Hunni inter gentes Scythicas & Septentrionales. de quibus plura Ior-

6 A nandes in Gothicis & Ammianus libro tricesimo primo.* ¶ *Sauromatas*. qui & in nono versu Mosellæ memorantur. ¶ *Indulget*. vacat, dat

141. operam, studet. ¶ *Latijs*. Latinis. Habent tamen quidam libri *Clarijs*, id est Apollineis Camenis, & Musis. ¶ *Et commutata arundine*. Est arundo, qua ferimus, vt in epigrammate sexto. & libro quinto Æneidos.

Extremus volucri qui fixit arundine malum.

Vers.544 & septimo. ——— *actáque multo*

Ver.500, *Pérque vterum sonitu, pérque ilia venit arundo.*

434.

6 B Est & qua scribimus: vt dicetur in epistolam ad Theonem.* ¶ *Martis Othrysij*. Sic omnes nostri codices habent, verum nec mons Thessaliæ Othrys, nec, vt puto, quicquam aliud loci reiue cognomentum huiusmodi, Marti indiderit. Odrysij legendum arbitror pro Othrysij, vt Odrysius Mars sit idem quod Thracius. Martem enim deum belli, Thraces in primis colebant. Idem Ausonius in Monosyllabicis.

186 *Mars nullo de patre satus, quem Thressa colit gens.*

eúmque in Thracia sua, regione Europæ Septentrionali, natum ex Iunone sine patre iactabant. quæ fabula narratur Ouidio libro quinto Fastorum. Fuerunt autē Thraciæ gens ὀδρύσαι ab vrbe sua Odrysa dicti: quorum meminerunt Strabo, Plinius, Solinus, Stephanus, & alij, Odrysæ Latine scripti apud Cornelium Tacitum libro tertio, vnde Odrysius pro

Ver.794 Thracius, quomodo diximus. Statius libro quarto Thebaidos.

Sic tener Odrysia Mauors viue. ——— & libro duodecimo de

Vers.156 Diomēdis Thraciæ tyrāni equabus. *Odrysii quæ famē stabuli.* ———

Ver.433 Silius libro quarto. ——— *at Mauors in prælia currus*

Odrysia tellure vocat. ———

Cui & libro septimo Odrysius Boreas dicitur, qui spiret à Thracia. Sic Odrysius vates Sidonio Apollinari epistola vndecima libri octaui, Thracius Orpheus Virgilio appellatus, & eius antrum Odrysium in versu centesimo & octogesimo primo carminis vicesimi tertij. eídémque Odrysij mystæ in versu quadringentesimo & nonagesimo octauo carminis

quinct,

quincti, qui in Thracia, Orgia Bacchi celebrabant. At apud Claudianum in carmine de tertio Honorij Consulatu, idem similiter corruptum vocabulum.

Othrysium pariter Getico fœdavimus Hebrum
Sanguine. ——— Fuitque quum libro sexto Metamorphóseon Ouidij in hoc versu de Tereo Thraciæ Rege, Ver. 495

Atque ex Odrysius, quamuis secesfit ab illa,

modo Orthrysius, modo Orthysius excuderetur, pro Odrysius.* ¶ *Thressaque.* Thrax, qui è Thracia est, vir. Thrassa, & Thressa, quæ è Thracia est femina. Idem nomen in carmine septimodecimo de professoribus Burdigalensibus. 160. ¶ *Viraginis.* Penthesileæ Amazonum reginæ. quæ quum aduersus Græcos strenuam Troianis nauaret operã (eam inter reliquos pictam agnoscit Æneas libro primo Æneidos) ab Achille interfecta Ver. 495 refertur Quincto Calabro. Thraciã autem Amazones primum tenuisse scribit Seruius in illud vndecimi Æneidos, vers. 659

Quales Threiciæ quum flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.

Sic autem in carmine de laboribus Herculis, Threiciam dictam Amazonẽ inuenies. 78. Lilius tamen Ferrariensis, Enyo hic significari vult: quam Bellonam Latini dicunt, deam scilicet belli, quod bellaces semper fuerunt Thraciæ populi. ¶ *AEacide.* O Achilles, quem in Iliade celebrauit Homerus. Peleus autem pater Achillis patrem habuit Æacũ. vnde Æacides dictus Achilles. ¶ *Romanus Homerus.* Imperator Romanus, Latinus homo, est tibi alter Homerus in tuis rebus canendis.

6 C

IN EPIGRA. II. ¶ *Nostra simul certant varijs epigrammata nugis.* pro hoc versu alium Mariangelus reperit.

7 A

Est iocus in nostris, sunt seria multa libellis.

¶ *Stoicus has.* Stoici, qualis apud Romanos Cato ille fuit, erant tetrici, graues, seueri, temperantes: contra, Epicurei, voluptuosum genus, leuiores. ¶ *Salua mihi veterum.* Maiorum nostrorum vitam, instituta, mores, res gestas, nostris fere præferimus: quod & fortasse merentur: vnde Hesiodus ex quinque hominum generibus, seu ætatibus (sic imitati Latini appellarunt, vt Ouidius libro primo Metamorphóseon) primum vt vetustissimum, ita optimũ præstantissimúmque facit, & dijs ipsis plane par: quinctum vero, vt postremũ, ita pessimum miserrimúmque. Hinc Trogus Iustino vir priscæ eloquentiæ appellatur, & Paterculo Apronius vir antiquissimi moris, & priscæ grauitatis. & Fauorinus Gallus Arelatensis iuuenem viuere moribus præteritis iubet apud Aulum Gellium libro Cap. 10. primo: quod antiquitas, qua delectabatur, sobria, modesta, bona fuisset. Sic Plauto, Terentio, Ciceroni apud Augustinum libro secundo de ciuitate Dei, Ausonio rursus eidem in postremo carmine Parentalium, & 135. alijs, commendantur antiqui mores. ¶ *Dum.* dummodo. ¶ *permissis.* permissa habet Parisinũ exemplar. Seria iocis, grauia leuibus est commistu-

rus in hoc epigrammatum libro Ausonius & temperaturus: quod & alij ante eum fecerant, quorum exemplo se tutum fore putat. Vide autem, quæ Centoni subiecit idem Ausonius de lasciuis scriptis. 349

7 B

IN EPIGRAM. III. Aurelius Victor vbi de Gratiani Cæsaris moribus & studijs agit, eum solitum scribit, nihil aliud die, noctúque agere, quam spicul[a] meditari: summeque voluptatis, diuineque artis credere, ferire perite sibi destinata. Eadem habet etiam Paulus Diaconus. ¶ *Quam grandes*. Idem *grandis*, in Ioannis Tilij vetusto codice: qui & *Mirantur* habebat pro *Miratur*. ¶ *lato ferro*. Venabulo lati ferri, vt exponit Seruius. Est enim hoc ex libro quarto Æneidos Virgilij: qui ea coniungit ad hunc modum.

Vers.131 *Retia rara plagæ, lato venabula ferro.*

¶ *Dextra* manus Gratiani. ¶ *valēs*. certa, fortis, valida. Pro hoc autē versu,

Quas ferat à celeri vulnere dextra valens, Mariangelus reperit,

Quæritur, & fallit lumina plaga recens.

¶ *Coniungit mortes*. Fera illa grauida erat. In eandem sententiam est epigramma sextum. Est & apud Martialem epigrāmatū in Domitianum, vndecimum de sue, quæ ex vulnere peperit.

8 A

IN EPIGRAM. IV. ¶ *Illyricis regnator aquis*. Id est, ego qui regno. Alloquitur Nilum Danubius. Quam longe latéque pateat Illyris, Illyricum in Epicedio & Gratiarum actione, & quę regio sit, cognosces ex Appiano Alexādrino, ex Ptolemęo, Plinio, & alijs Geographis: apud quos multa de Danubio, & Senecam in Naturalibus quęstionibus. 359. 395. ¶ *Tibi Nile secundus*. Nilus & Danubius sunt fluuiorum omnium in mare internum influentium, maximi, Nilus Africæ, alter Europæ. sed Danubius tamen Nilo minor, teste Pomponio Mela libro secundo, & Gellio libro decimo: quare se hic illi secundum facit. De Nilo plurima Seneca in libris Naturalium quæstionum. ¶ *Augustos*. Anno ab vrbe Roma condita millesimo centesimo & nonodecimo, vt Eutropius scribit, qui annus Christi [illegible] putatur, Valentinianus quum esset Tribunus [illegible] fuit apud Nicæam Bithyniæ metropolin [illegible] Augustus nuncupatus, sexto Calendas Martias.* [illegible] patria [illegible] Cibalæ Pannoniæ oppidum. Pater Gratianus, vir ignobili stirpe ortus, sed strenuus. Frater Valens (Huic Eutropius suum Romanæ historiæ breuiarium dedicat) quem hoc ipso anno Calendis Aprilis Augustum pronunciauit Constātinopoli Valentinianus atque in communionem imperij assumpsit. Vxores simul duæ, Seuera ex qua Gratianus: & Iustina ex qua Valentinianus iunior, & filię tres, Iusta, Grata, Galla. Gratianus patre hauddum Imperatore natus, magistrum litterarum Ausonium Burdigalensem habuit: & à patre Ambianis in Gallia Imperator creatus est, Idibus Augusti, Lupicino, & Iouiano consulibus, vt tradunt. annos nondum natus octo. Hieronymi [illegible] non [illegible] rationes, qui illa tempora vidit, & Eusebij chronicis addidit. * In quo ne-

Cap.7. 8 B 8 C

gotio

gotio Valentianus Cæsar morem institutum antiquitus supergressus, non Cæsares sed Augustos germanum nuncupauit, & filium, beneuole, satis, inquit Ammianus vicesimo septimo. *Neque enim quisquam antehac asciuit sibi pari potestate collegam præter Principem Marcum.* Valentinianus vero, Valentiniano iam Cæsare, ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν, inquit Socrates, fratre gratiano & Dagalæpho Consulibus natus, mortuo patre, ab eodem Gratiano Augusto fratre, qui tum agebat in Gallia, Treuiris, vt quidam referunt, paruulus admodum, imperij socius factus est. Valentinianúsque Iunior dictus. Alij in Italia illum a militibus Cæsarem creatum die sexta à patris morte, scribunt. Legendi horum auctores Socrates Constantinopolitanus, Zosimus, Ammianus, Victor, Orosius, Diaconus, Beda Anglus. 8 C

8 D

Valentiniani Imperatoris

- Pater, Gratianus, Funarius dictus.
- Frater, Valens Imperator.
- Vxores duę,
  - Seuera
  - Et
  - Iustina.
- Filij duo,
  - Gratianus Imperator ex Seuera,
  - Et
  - Valentinianus Iunior Imperator ex Iustina.
- Filiæ tres,
  - Iusta,
  - Grata,
  - Galla. Hanc duxit Theodosius Magnus Imperator.

¶ *natúmque*. Gratianum. ¶ *patrémque*. Valentinianum. ¶ *Armiferis*. ferocibus, bellicosis. Cœlius Rhodiginus, libri duodeuicesimi capite vicesimo primo. ¶ *pannonijs*. Barbarorum continuæ irruptiones, atque haud facile cedēs immanitas, in Pannonijs Imperatores Romanos diutissime agere coëgit, vnde multi in ea regione nati, & educati Cæsares: quod videre licet apud eos, quos modo citauimus auctores, aliósque cōplures. Est autē PANNONIA duplex Geographis, vt Ptolemæo libro secundo, superior & inferior. Vtramque fere postquam tenuere Hunni: & Auares, Hungariam composito nomine appellarunt: per quas multásque alias terras in Euxinū Pontum grandis defluit Danubius.* ¶ *Euxino* Pontus Euxinus est pars maris interni ad septentriones, circa quem lo- 8 E 10. A. 8 F

cum bellum gessit Valens Imperator. ¶ *Vt sciat hoc.* quod sequitur. ¶ *superum cura secunda Valens.* Vt deorũ prima cura sit Valentinianus. Duo autem illi fratres quum Constantinopoli in Pannoniam rediissent, ibi diuisa inter se imperij cura, Valẽtinianus in Galliam seu Occidẽtem, Valens in Thraciam Orientémue profectus est: atque ita aliquandiu in duo mãsit diuisus orbis Imperij Romani, Gratiano puero Augusto cum patre agente. ¶ *frates.* à Valentiniano patre Augustorum. *fractos* pro

8 G *fratos* Tilianus codex.* ¶ *Sueuos.* Sueuj, qui & Suebi, populi sunt Germaniæ, quorum meminerunt, Cæsar, Mela, Plinius, Strabo, Ptolemæus, & Ausonius ipse in epigrammate nono, & in Trochaico de Bissula, & in precatione Cõsulatus, sed hoc loco Sueui intelligendi sunt, auctore Beato Renano libro primo rerum Germanicarum, qui alijs, vt Ammiano, Alemani dicuntur, collecticia gens, qui se appellarẽt Sueuos: quod eorũ ex Sueuis maior esset fortasse pars. ¶ *Nec Renum Gallis.* id est, Renum fluuium, qui Galliam á Germania disterminat, quem olim Iulio Cæsari quarto Cõmentariorum responsum est à Germanis, Romanum Imperium finire, nunc Romani Imperatoris auspicijs passim transiri à Gallis & Romanis, & proinde ab ijs subigi Germaniam. ¶ *lege maris refluus.* Id est, si liceret à Ponto, in fontem vsque, mihi refluere, sed non refluunt, amnes, nisi quousque exæstuãtis maris accessibus repelluntur.* ¶ *Gothos.* prima breui, vt in Getis, quos eandem esse gentem in primum epigramma scripsimus. Γότθοι vero prima syllaba positione longa in Stephani Byzantij, & aliorum Græcis plerumque scribuntur. Porro quanuis aliquot expeditionibus primum ex sententia Gothos fregerit Valens, tamẽ ab ijs tandẽ victus, ac in prœlio sagittis saucius, in casam quum deportatus fuisset vilissimam, ait Aurelius Victor, à superuenientibus Gothis igni supposito, incendio concrematus est, nono die Augusti, in suo sexto & Valẽtiniani Iunioris secũdo Cõsulatu, inquit Socrates quarto Ecclesiasticæ historiæ, id est, anno Christi trecentesimo octogesimóque primo.

(margin: 8 H; 336. 371.)

8 I IN EPIGRAM. V. ¶ *Augustus frater.* Binos legimus his temporibus Augustos fratres, Valentinianum & Valentem, Gratianum & Valentinianum Iuniorem, vt diximus in epigramma quartum. Quod si Cæsaris & Augusti differentia illic ex Ammiano adscripta locum haberet, posset Augustus frater, Valens intelligi, vt sit sensus, quum redierit è Thracia profligatis Barbaris Valens ad nos, ad Valentinianum. Parisinus tamen codex admonet, hos versus sub Valentiniani Iunioris signo marmoreo fuisse positos: reliqui imitationem duntaxat Maronianam esse. Est enim in Ecloga septima Virgilij ad Priapum,

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.

8 K IN EPIGRAM. VI. *¶ *Quod leo.* Si hæc ea fera sit, de qua est epigrãma tertiũ, leonẽ pro femina leæna, seu lea, vsurpauerit Ausonius.

IN

IN EPIGRAM. VII. ¶ Matris Augustæ verba sunt de filio: quem Gratianum Augustum intelligas, per me licebit. Ego, inquit, sum hoc filio meo felix, quæ alioqui felicitate cedebam feminarum nulli. ¶ *Siue deum peperi.* assentatio est immodica.

IN EPIGRAMMA VIII. ¶ *Agathocléa.* Accusatinus Græcus est. Fuit autem Agathocles Siciliæ tyrannus. de quo non pauca Iustinus, Suidas, Polybius. ¶ *Samio.* Samos clara Cariæ adiacens insula, quæ prius Parthenia, & Dryúsa, & Anthemúsa, & Melamphylos dicta fuit, auctore Stephano: ex cuius terra, elegantia quondam fiebant vasa fictilia. *Samia*, inquit Plinius libro trigesimo quinto, *etiamnum in esculéntis laudantur.* ¶ *opes pauperiémque.* Aurea vasa, fictiliáque pretiosa, quibus soli diuites vti solent, & terrena, quibus pauperes. ¶ *Sicaniæ.* Siciliæ insulæ. producit autem primam syllabam Sicania, sicut & Italia: quæ in Sicano & Siculo breuis est. ¶ *figulo sum genitore satus.* Ita ex Trogo scribit Iustinus vicesimo secundo. ¶ *Reuerenter habe.* reuerere. Sicut suū ἔχειν Græci, ita Latini habere suum cum aduerbio frequenter construunt. Dicunt enim hi bene, male, recte, ægre, habere, quemadmodum Καλῶς, ὀρθῶς, μαλακῶς ἔχειν, Græci. Cornelius Tacitus libro primo. *Populum per tot annos molliter habitum, nondum audebat ad duriora vertere.* Idem secundo. *Neque coniugem & filium eius hostiliter haberi.* Salustius. *Sylla exercitum luxúriose nimísque liberaliter habuerat.* Ouidius secundo de arte amandi.

Riualem reuerenter habe. —— ¶ *exili.* tenui, obscuro, paupere.

IN EPIGRAMMA IX. Danubij fluminis ἀποστροφὴ est ad Valentinianum, Valentem, & Gratianum Imperatores. ¶ *penitis.* intimis, latentibus, reconditis, & ob id ignoratis locis. Sic autem lego, pro penitus, sicut Plautus dixit in Asinaria, exercere ex penitis faucibus. ¶ *caput.* fontem, de quo Strabo, Plinius, Tacitus in libro de situ & moribus Germaniæ, Solinus, Ausonius ipse in Mosella & Bissula, Beatus Rhenanus tertio rerum Germanicarum, & Munsterus in Solinum. ¶ *Imperiis grauidas.* quæ multos pepererunt Imperatores, vt Decium, Iouianum, Valentinianum, Valentem, Gratianum. Sic Virgilius Italiam imperiis grauidam dixerat libro quarto Æneidos. Duplicem autem esse Pannoniam monuimus in epigramma quartum. ¶ *diues aquis.* Plinius libro quarto de Danubio sic scribit. *Ortus hic in Germaniæ iugis montis Abnobæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis, vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, Danubij nomine, immenso aquarum auctu, & vnde primum Illyricum alluit, Hister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili, in Pontum vastis sex fluminibus euoluitur.* Hæc Plinius. qui etiam ostiorum Danubij nomina tradit, vt Solinus, & alij. * ¶ *Scythico soluo ostia Ponto.* Qua parte Pontus Euxinus Scythiam regionem alluit, Scythicum appellat

9

Cap. 12.

10 A

273. 337.

vers. 229

vers. 229

8. E.

Cap. 12.

10 B

Pontum. ¶ *Inueniet fontes.* Ex vetustioribus Graecis, Latinisque permulti fontes Danubij, & Nili ignorarunt. Horatius in Ode quartadecima libri quarti.

Te fontium qui celat origines
Nilúsque, & Hister.

270 Ausonius in Mosella.

Et fontem Latiis ignotum annalibus Histri.

Est enim idem fluuius Hister & Danubius, vnde & binominis dicitur in versu centesimo sexto Mosellae. Inuentus tamen tandem etiam ab antiquis Danubij fons, vt ex Strabone, Plinio, Tacito, & aliis cognosces: sed de Nili fontibus & ortu Pomponius Mela nihil compertum habebat. Dio in Seueri Augusti historia, ex Atlante monte Mauritaniae, Ptolemaeus & plerique alij ex Æthiopia, Australi Africae parte oriri tradiderunt: quod & nostris temporibus certius compererunt Lusitani. Vult dicere itaque Ausonius, quum Danubij & Nili fontes ignoti essent antiquis, Danubij ortum iam tandem iuuentum esse in Germania, deuictis barbaris, qui accolebant: sicque totum iam fluuium principibus Romanis parêre. Restare autem Nili fontes ad partem Mundi aduersam inueniendos. Inuenturum autem eos Valentem Augustum, & eam orbisterrarum partem subacturum. Sic solent Poëtae assentari.

11 IN EPIGRAMMA X. ¶ Carminis huius titulus erat in veteri codice Lugdunensi, IN EVMPINAM ADVLTERAM. seu sic Barbarice Eumpina diceretur venefica illa mulier, seu librarij aliquid corruperint in eo nomine. Alij libri inscribebāt, *De vxore, quae virum voluit veneno necare.* ¶ *Toxica zelotypo.* Toxicum veneni genus: de quo Plinius & Dioscorides. ¶ *Argenti letalia.* Quod Plinius dicit Argentum viuum venenum esse rerum omnium, id scribit Dioscorides, potum, suo pondere interna excesse. ¶ *vis geminata.* Existimabat duplex venenum fortius, praesentiúsque futurum. ¶ *Antidotum. ἀντίδοτον*, remedium, quasi dicas, contradatum, quod aduersus venenum datur. Toxicum, inquit, & argentium viuum si quis separata biberit, morietur. sed illa sociata & commista si hausta sint, non interiment. Sic enim temperantur contrariae qualitates, vt calidum frigido, humidum sicco: sicque *venenorum venena sunt*, vt ait Plinius libro vicesimo de ruta & cicuta differens. *Sumit* autem & *bibit*, erant in Tilij codice, pro *sumet* & *bibet*: quae magis respondent ei, quod praecessit, *faciunt.* Tum *mortalis* pro *letalis*, in sequente pētametro. ¶ *crudelior.* Crudelitatis insignioris in ea muliere argumentum est, geminatum venenum. Si vno contenta fuisset, minus crudelis in virum videretur: quae sic tamen cum sustulisset, quem seruauit.

Cap. 13.

12 A IN EPIGRAMMA XI. ¶ *Vane, quid affectas.* Dex verba sunt ad pictorem. De ea Ouidius tertio Metamorphoseon. Luserunt etiam in eam multi in libris epigrammatum Graecorum. ¶ *Igno-*

támque oculis. Auribus percipitur ἠχὼ, id eſt, ſonus, vox, non oculis. ¶ *Aëris & linguæ ſum filia. Quid enim eſt vox niſi intentio aëris, vt audiatur linguæ formata percuſſu?* Seneca libro ſecundo quæſtionum Naturalium. De ſono & voce multa Seuerinus libro primo εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας Ariſtotelis. ¶ *Extremos pereunte modos.* τὴν Echo appellat Euodus libro quarto Græcorum epigrammatum.

Ἠχὼ μιμολόγον, φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐρήν,

Id eſt,

Echo imitatricem ſermonis, vocis fæcem, verbi caudam. Vide & epigramma nonageſimum ſeptimum, & verſum ducenteſimum & nonageſimum ſeptimum Moſellæ, & viceſimum tertium epiſtolæ Auſonij duodecimæ, & viceſimæ quinctæ ſexageſimum octauum. 54. 261 447. 494.

IN EPIGRAMMA XII. ¶ *Cuius opus? Phidiæ.* Dialogi huius perſonæ ſunt hoſpes aliquis, Occaſio, Pœnitentia. Producit autem primam ſyllabam Φειδίας, quã hoc loco corripere metrum coëgit. Athenienſis fuit ſtatuarius, cuius inter alia multa opera egregia, celebrantur Iuppiter Olympius, & Minerua Athenienſis, ex ebore & auro facti, vt meminit Plinius libro triceſimo quarto. Quam autem dicit Auſonius à Phidia factam Occaſionem, quæ inter eius opera tertium locum tenuerit, hanc nos aliunde non nouimus. Auſonium ipſum eius plaſten eſſe putat Politianus in capite vndequinquageſimo Miſcellaneorum, Eraſmus in prouerbio noſce tempus, ac alij, ex illa Lyſippi, quam Poſidippus epigrammate deſcribit, quod ſic habet libro quarto τῆς ἀνθολογίας epigrammatum Græcorum. 13 A Cap. 8.

Τίς; πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. Οὔνομα δὴ τίς;
Λύσιππος. Σὺ δὲ τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; Ἀεὶ τροχάω. Τί δὲ ταρσοὺς
Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; Ἵπταμαι ὑπήνεμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτέρῃ, τί φέρεις ξυρόν; Ἀνδράσι δεῖγμα,
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; Ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία τ' ἐξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν
Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων,
Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην. 13 B

Id eſt,

Quis? vnde plaſtes? Sicyonius. Nomine vero quis?
Lyſippus. Tu vero quis? Occaſio omnia domans.
Curnam autem ſummis digitis ingrederis? Semper rotor. Cur vero talaria
Pedibus habes gemina? Volo ſublimis.
Manu vero dextra cur fors nouaculam? Hominibus indicium,

Quod acie qualibet acutior sum.
At coma cur per faciem? Occurrenti vt capiar.
Per Iouem, posteriora cur calua sunt?
Nam semel volucribus prætergressam me pedibus
Nemo amplius desiderans capiet postea.
Talem artifex me finxit causa vestra
O hospes, & pro foribus posuit magistram.

3 C Sic Græca adscribere, eorúmque interpretationem huius modi, in gratiam eorum, qui Græci sermonis rudiores fuerint, subiicere placuit, siqua nouisse meminimus, quæ Ausonius interpretatus, aut aliquo pacto æmulatus esse videatur: quod Latinis semper aliquid lucis collata Græca, allatura esse existimauimus. Vides itaque, Phidiaca Ausonij Occasio quam diuersa sit à Lysippéo Posidippi Cæro. cui Posidippi Καιρῷ Ioannes Tzetzes in historiis hoc etiam addit, quod surdus esset, super globum staret, vt rotulæ insistere suam Occasionem dicit Ausonius: & sequenti se alicui gladium porrigeret. Calistratus quoque illi alia adiicit, quæ apud Politianum fere inuenies. Hic porro Lysippus, nobilis ille est statuarius, à quo solo fingi voluit Alexáder magnus, eíq; occasionem huius fingendæ Occasionis dedit, quum eum stomachari, & valde animi se angere ob amissam negotij cuiusdam bene gerendi occasionem, aliquando vidisset. Addit Callistratus, ex ære id opus factum, publicatúmque fuisse à Lysippo Sicyone: quæ Peloponnesi vrbs, eius patria fuit. ¶ *Sum dea, quæ rara.* Dea hîc fingitur, qui deus est apud Græcos: propterea quod occasio nomen est femininum, quo Græcorum masculinum καιρὸς redditur. Καιρὸν tamen hunc, tempus etiam

215.216 interpretatus est idem Ausonius in ludo Sapientum, sicut illum Lysippi Καιρὸν, χρόνον quoque dixit Ioannes Tzetzes: sed cui tempestiui no-

13 D men addiderit tam Pittacus ipse, quam Ludius. * ¶ *quæ rara, & paucis Occasio nota.* Non semper adest occasio & eam per quam pauci cognoscunt: vt cum vltro se offert, illam complectentes retineant. Est autem Occasio, vt definit Cicero libro primò de Inuentione, *pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem.* ¶ *Sum dea, cui nomen nec Cicero.* Pœnitentiæ verba sunt. ceterum vt Ciceronianum verbum non sit pœnitentia, apud quem pœnitet & pœnitens leguntur, tamen Liuius, Plinius & alij recentiores Latini eo nomine libenter vsi sunt. Pœnitudo autem, nescio, quanto sit antiquius:

224. quod pro pœnitentia vsurpauit Ausonius in ludo Sapientum, Sidonius in libri sexti epistola nona, & alibi. ¶ *sic Metanœa vocor.* Vocabulum pœnitentia cum hoc genus carminis subire nequeat (prima parte amphimachrum habet) Græco vsus est poëta pro illo. Sicut enim Latinis est pœnitere & pœnitentia, ita Græcis μετανοεῖν, & μετάνοια: quæ Lactantius libro sexto Diuinarum institutionum, resipiscere & resipiscentiam Latine dici posse existimat. ¶ *Tu modo dic,* Tu modo dic, ó Oc-

casio, inquit hospes, quid te comitetur Pœnitentia. ¶ *Si quando volaui. Quandoque volaui* Ioannis Tilij liber vetus, & non male, si *quandoque* pro quandocunque sumatur, vt apud Horatium de Arte poëtica, *verf. 349*

——— *quandoque bonus dormitat Homerus.*

IN EPIGRAMMA XIII. * ¶ *Dicebam tibi*. Ode decima libri quarti carminum Horatij. Est & libro septimo epigrammatum Græcorum eiusdem fere sententiæ epigrammia in Prodicen. ¶ *rene tuo.* legitur, & *vere tuo.* Adolescentia enim cum vere comparatur. ¶ *anus est.* similis est anui. ¶ *ista voluntas.* Quæ tibi nunc est, quum anus es deformis. ¶ *Da tamen amplexus.* Amplectere tamen, inquit, interim me, quamuis ea sit ætas nostra, vt nihil gaudij ex eo percipere possimus; liceátque mihi tandem aliquando eo frui, non quod nunc volo senex de anu, sed quod maxime petiui, cum vtriusque ferret ætas. — 14 A

IN EPIGRAMMA XIIII. Germanici Cæsaris duo sunt epigrammata in leporem hunc libro primo epigrammatum Græcorum: quorum sententiam in hoc suum Latinum Ausonius fere transtulit: prius est. — 14 B.

> Οὔρεος ἐξ ὑπάτοιο λαγωὸς πέσεν ἔς ποτε βένθος
> Ἐκπεριφυγεῖν μεμαὼς τρηχὺν ὀδόντα κυνός.
> Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὡς ἤλυξε κακὸν μόρον αὐτίκα γάρ μιν
> Εἰνάλιος μάρψας, πνεύματος ὀρφάνισεν.
> Ἐκ πυρὸς, ὡς αἶνος, πέσες ἐς φλόγας. ἦ ῥά σε δαίμων
> Κἠν ἁλὶ, κἠν χέρσῳ θρέψε κύνεσσι βορήν.

Id est,

> *Monte ex summo lepus cecidit aliquando in mare*
> *Effugere conatus asperum dentem canis.*
> *At neque sic effugit malam mortem. Statim enim ipsum*
> *Marinus correptum spiritu priuauit.*
> *Ex igne, vt dicitur, cecidisti in flammas: siquidem te Deus*
> *Et in mari & in terra nutriuit canibus cibum.*

Alterum est,

> Ἐκ κυνὸς εἷλε κύων με. τί τὸ ξένον; εἰς ἐμὲ θῆρες
> Ὑγροὶ καὶ πεζοὶ θυμὸν ἔχουσιν ἕνα.
> Αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιτε λαγοὶ βατόν. ἀλλὰ φοβοῦμαι,
> Οὐρανέ. καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

Id est,

> *Ex cane cepit canis me. Quid hoc monstri est? in me feræ*
> *Aquatiles & terrestres animum habent vnum.*
> *Aetherem reliquum habeatis, ô lepores, peruium. sed metuo,*
> *O cælum: etiam tu fers stellatum canem.*

* ¶ *Trinacrij*. Siculi. Fingit Ausonius hoc gestum in litore maris Siciliæ insulæ. ¶ *Caeruleus.* Sic in Græco εἰνάλιος. subauditur Κύων, id est canis. De cane autem pisce Plinius. ¶ *Si canis astra tenet*. Est canis maior — 14 C

& minor in cælo: de quibus Aratus, Plinius, Hyginus. Seneca libro secundo de beneficijs. *Ingens*, inquit, *copia est rerum sine nomine, quas non proprijs appellationibus notamus, sed aliunde commodatis: qui Pedem & nostrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. Canem & venaticum, & marinum, & sidus.* Hæc ille. Sic triplex memoratur Lepus, in terra, mari, cælo. Hunc nouerunt astronomi: de marino Plinius, & Appuleius in Apologia.

15 A

IN EPIGRAMMA XV. ¶ Ante inuentam diuinam illam libros formis & prælo exscribendi rationem, vt in reliquis artibus, ita in libris scribendis antiqui, seruorum manu vtebantur. Tales fuisse scriptores multos Tryphoni, cui suos de Institutione oratoria libros Quinctilianus emittendos dedit, alijsq; tales bibliopólis, nemo dubitauerit. quin Cicero, Atticus, Varro tales seruos habuisse leguntur. Ex eo itaq; genere fuit, in quem hoc epigramma scribitur. ¶ *Pergame.* Pergamum, & Pergamus, & plurali Pergama, locus in Asia, vnde huius serui nomen. A patria enim plerunq;, & ab ijs locis, vnde venerant, seruis antiqui nomina imponebant, vt de Dauis & Getis meminit Strabo libro septimo. Sic apud Comicos Syrus, Lydus, Mysis, Phrygia appellati, à Syria, Lydia, Mysia, Phrygia regionibus.*

15 B

¶ *primo captus es in stadio.* Ante quam stadium vnum progressus fuisses, a persequente domino captus es. Valet autem στάδιον centum & viginti quinq; passus auctore Plinio. ¶ *Ergo notus scripto.* Talia monstra hodie non videt nostra Gallia, nisi si quod fugerit ex Hispania vel Italia in hoc asylum: aut cum domino suo venerit. Leges itaq; in miserorum vultibus, modo suorum dominorum nomina scripta, modo aliquam sententiam, vt, Nequid nimis. Nosce te. modo aliud. Nulla interdum fuerit littera, sed varij flores picti, herbæ, arbores, cerui, canes, aues, figuræ geometricæ, vt pro dominorum libidine, & frons, & vultus totus miserorum varie deformatur. Fiunt autē notæ illæ indelebiles, acutissimis ferreis stilis, vt quibus cultellulis in apparandis calamis vtimur, cutem compungendo, aperiendóq; eo altitudinis, vt sanguis emanet: tum atramento paullo crassiore, aut alio aliquo colore læsum locum oblinendo.*

15 C

Ad hunc modum omnium ætatum vultus minimo dolore inscribuntur. Sic quondam glasto herba se totos Britanni pingebant, vt auctores sunt, Cæsar, Plinius, Solinus: sicq; potest serui caput inscripsisse ille in libro septimodecimo Noctiū Auli Gellij.

cap. 9.

Notant vero domini ob eam fere causam seruos suos, ob quam nos boues & equos nostros, nempe vt suos ex nota & litteris probēt, si quo pacto amiserint. Sed in equis, & bobus, ob hispidam & crassiorem cutem, candente ferro nobis opus est: quod in homine maior esset barbaries, nisi siquis ob flagitia sua, eam pœnā & ignominiā meritus esset, vt hic videtur Pergamus, qui fugisset. Quibus etiam cauterijs frontes, & humeros furum, & falsariorum apud nostra iudicia aliquando inuri videmus.

15 D

*Qui autem seruorum vultus ita deformati erant, Plinio inscripti appellentur libro duodevicesimo de agricultura scribenti: taléſq; serui Plauto in

Cap. 3.

to in Casina dicuntur litterati, Græcis *στιγματίαι*: qui eas notas stigmata vocant (aliæ notæ stigmata in Ludo Sapientum) quibus se signatum Christi seruus Paulus scribit in extremis litteris ad Galatas. Sed re istis notis & frontium inscriptionibus, vtalicubi Seneca apellauit, legere poteris etiam, quæ scribit Franciscus Connanus secundo commentario Iuris ciuilis. ¶ *Aut profugos, ferri pondere nocte pedes.* Sic compedibus & catenis conuinciuntur serui, ne fugiant. Aegio in Captiuis Plaut.

111.

Aduorte animum sis tu. Istos captiuos duos,
Heri quos emi de præda de quæstoribus,
His indito catenas singularias:
Istas maiores, quibus sunt vincti, demito.
Sinito ambulare, si foris, si intus volent
Sed vti asseruentur magna diligentia.
Liber captiuos, auis fere consimilis est.
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est, nunquam postilla possis prendere.

IN EPIGRAMMA XVI ¶ *Canus rogabat. Ioca eius plurima extant. Nam fuit etiam dicaculus. Vnde illud quoque innotuit, quod quum quidam canescenti, quiddam negasset, eidem iterum petenti, sed infecto capite, respondit, Iam hoc patri tuo negaui.* Hoc Ælius Spartianus de Hadriano Cæsare: quod scomma Ausonium finxisse à Laide in Myronem detortum, vult Baptista Pius in annotationibus posterioribus: vbi hoc epigramma explicatur, si cui forte in eo obscurius quicquam occurrerit. Est autem hic primus versus Iambicus trimeter: secundus Iambicus dimeter. Sicq; habent alij deinceps. De scorto Laide, vide quę monuimus in epigramma quinquagesimum quartum. ¶ *Fucauit, βαφῇ ἐπεισῆγε τὸ ἀφανίζειν* dixir de sene Ceo Ælianus septimo Variæ historiæ. ¶ *oratum prius.* Id quod iam ante rogauerat, noctem Laidis.

16

33.

Cap. 10

IN EPIGRAMMA XVII. Lais & Glycere scortorum nomina. de Laide vide quæ scripsimus in epigramma quinquagesimum quartum. ¶ *Coniux.* vxor mea Attusia Lucana Sabina. De qua est nonum carmen Parentalium.

17 A

33

113.

IN EPIGRAMMA. XVIII. ¶ *Nomina.* sponsi & sponsæ. ¶ *Nestore sim quamuis prouectior.* Etiam quum tres Nestoris ætates super auero, & tu annorũ numero Sybillam Cumanã viceris. Vxor tamen Ausonij Attusia Sabina annos vixit tantum viginti octo, vt in parentalibus luget maritus. Nestoreæ autem senectæ, quæ in prouerbium abijt de longissima vita ex Homeri fabula, fit rursus mentio, ac mellitæ eloquentiæ Nestoris, in carmine vicesimo secundo Professorum, epitaphio octauo Heroum, versu vndecimo Griphi, in Gratiarum actione, in Iambico ad probum: suntq; de Nestore Pyliorum rege alia in periochis Iliados & Odysseæ Homeri. Sybilla vero illa Cumana (vrbs fuit Campanię Italicæ, Cumæ) Deiphobe dicebatur, Glauci filia, Triuiæ Phœ-

114.

166.178
378.
382 383.
420.505
510.521.
523.

vers. 104 vers. 628 biq; Sacerdos, viuax Ouidio quartodecimo Metamorphoseon appellata, quæ iam sæcula septē vixisset: ac lōgæua Virgilio Aeneidos sexto.

17. B. * ¶ *Nos ignoremus quid sit matura senectus.* Marcus Porcius Cato de senectute disserēs apud Ciceronem. *Nec enim vnquam sum assensus illi veteri laudatóque prouerbio, quod monet, Mature fieri senem, si diu velis esse senex. Ego vero me minus diu senem esse mallem, quam esse senem ante quam essem.* Hęc ille: sed de qua sentēt a vide Erasmum in Adagio, Mature fias senex. ¶ *cui meritum.* quid possit ætas, & ferat. ¶ *non numerare decet.* Numerare æuum, & computare annos, inquit, non decet: quoniam annum iam quinquagesimum, sexagesimum, septuagesimum vitæ trāsactum fuisse, tristis est recordatio.

18. A. IN EPIGRAMMA XIX ¶ *Qui primus Meroë.* Meroēn anum poëta alloquitur. ¶ *Theside.* filio Thesei regis Athenarum Hippolyto. Est autem ἵππος equus, & λύομαι soluor. Fuit enim distractus ab equis, vnde illi nomen erat: verum quod ridet Ausonius, quum hoc illi nomen impositum fuit, quis mortalium sic eum periturum præscierat? Narratur autem hæc fabula de Hippolyto, Nasoni Ouidio libro quintodecimo Metamorphóseō, Euripidi, Senecæq; in tragœdia Hippolyto, Hygino, Seruio, & alijs. Cuius hæc summa est, vnde cognoscantur, quæ de illa hoc loco attingit Ausonius, & in epigrammate nonagesimo, & in Cupidinis cruciatu, & Edyllio de Vita humana, & in epistola

50.237. 301.340.

18. B. Centoni præfixa.* Theseus Atheniensium rex, patres habuit deū Neptunum, & Athenarum regem Aegeum, at matrem Aethram. Illi filius fuit Hippolytus ex vxore Hippolyta, siue vt alibi legitur, Antiopa. Qua mortua, Phædram Minois regis Cretæ insulæ filiam duxit Theseus. Hęc priuignum suum egregia forma iuuenem, amore capta, marito absente, de stupro interpellauit. Hippolytus, qui cunctarum alioqui mulierum commercium auersabatur, tantum scelus exhorruit. Quem cōtemptum Phædra impatientius ferens, litteras ad Theseum dedit, quibus ab Hippolyto se per vim stupratam mentiebatur. & suspendio se necauit. Theseus litteris cōiugis credidit: & quum non facile posset ipse de filio pœnas sumere, patrem Neptunum rogauit, vt Hippolytum puniret. Neptunus itaq; è mari phocam, vitulum marinum, immanem, emisit: cuius forma, & horribili mugitu, equi, quibus iunctis Hippolytus secundum mare vehebatur, territi, dominū suum distraxerunt. Diana autem quum Hippolytum propter castitatem vnice carum haberet, eum in vitam per Æsculapium fratris filium Apollinis reuocauit: indéque Latini pro

18 C Hippolyto Virbium, quasi Bisuirum vocauerunt. * ¶ *Protesilaē tibi.*

177. De quo epitaphium inter heroica duodecimum. ¶ *Idmona quod vatem.* Ἴδμων interpretari potest sciens & peritus, quum deriuetur à verbo εἴδω, quod est scio, noui. Fuit autem Idmon augur & vates insignis inter Argonautas. de quo lege plurima apud Herodotum, Apollonium Rhodium, Valerium Flaccum, Hyginum, Ammianum libro vicesimo

cesimo secundo.¶ *medicum quod Iapida dicunt. Aptum nomen medico. Nã ἰᾶσθαι Græci dicunt curare*. Sic medici nomen, qui ictum sagitta Æneam curauit, ἐτυμολογεῖ Seruius in versum trecentesimum & nonagesimum primum duodecimi Æneidos: siue Iapis hic fuerit, siue Iapix, siue Iapyx. Tot enim modis variare Virgilij exẽplaria monuit castigator Pieri*.

Iamque aderat, Phœbo ante alios dilectus Iapis. &

Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis.

18 D

* Iapida autem, id est Iapidem, si hic legas, vt pleraque scribunt exemplaria, is accusatiuus erit a recto Iapis: sin Iapiga g, pro d, vt in Tiliano codice scribebatur, ab Iapix erit, vt arbitror: si forte vnquam fuerit hic Iapix. Iapygia fuit olim dicta Apulia Italiæ prouincia: & Iapyx Apulus, veluti ventus Iapyx apud Horatium, Lucanũ, Aulum Gellium: & Iapyx equus apud Siliũ libro quarto, quarta littera υ in Herodoti, Strabonis, Diodori, Plutarchi, Arriani, Stephani, Hesychij, Suidæ, Græcis. Itaque Iapyx pluribus notum vocabulum, & familare magis quam Iapis, Iapis illud Virgilianum corrupit. Iapides gentem quandam Carnis iungit in decima regione Italiæ Plinius. cuius nominis singularẽ genitiuum in extremo tertio Georgicôn,

ver. 557

Castella in tumulis & Iapidis arua Timaui, in genitiuum Iapygis ab illo Iapyx, quæritur imperitos deprauasse vetus Virgilij interpres. * ¶ DISCENDAS ARTES. Augur Idmon, & medicus Iapis, Auguris & medici nomina sũnt ante fortiti, quam augurandj & medicandj artem discere cœpissent. Sic Probum præfectum prætorio, probum esse ante vocatum quam probus esset, dixit idem Ausonius in Iambico ad eum ipsum scripto. ¶ *Meroë*. Insula est Æthiopiæ, quam Nilus facit. Sunt autem nigri Æthiopes. ¶ *merúmque merum*. Purum vinum, non dilutũ. Ita vinosæ feminæ Meroe nomen deducit à mero, id est vino, quemadmodum Appuleius quoque libro primo Asini aurej: vnde fortasse epigrammatis huius argumentum. Sed quid si cum Quinctiano Stoa legamus? *Potare immissum sueta merum Meroë*.

18 E

413.

IN EPIGRAMMA XX. Græca Leonidæ sunt hæc libro quarto anthologiæ.

19 A

Καί με λίθον Πέρσαι δεῦρ' ἤγαγον, ὄφρα τρόπαιον
Στήσωνται νίκας. εἰμὶ δὲ νῦν Νέμεσις.
Ἀμφοτέροις δ' ἕστηκα, καὶ Ἕλλησσι τρόπαιον
Νίκας, καὶ Πέρσαις τοῦ πολέμου Νέμεσις.

Id est,

Et me lapidem Persæ huc aduexerunt, vt tropheum
Statuerent victoriæ. sum vero nunc Nemesis.
Vtrisque autem steti, & Græcis tropæum
Victoriæ, & Persis bellj Nemesis.

Sunt alia quoque in eodem libro non minus lepida Græcorum poëtarum epigrammata in Nemesin: quæ significat iram, inuidiam, indigna-

tionem ex improborum prosperiore successu, vim quandam fortunæ, ait Capitolinus in Maximo & Balbino: animaduersionem diuinam, inquit Budæus libro primo rerum fortuitarum, in eos vindicantem, qui superbe, arroganter (& eam reueretur Ausonius se iactans in Mosellæ versu trecentesimo & septuagesimo nono, & octogesimo sexto Protreptici, & alibi insolenter) scelerate perfide aut proterue in vita versentur. Vnde vltricem facinorum impiorum, præmiatricémque bonorum appellauit Ammianus Marcellinus libro quartodecimo. ˇ Finxerunt deam Græci (Romanæ incognitam linguæ dicit Ausonius in versu trecentesimo & septuagesimo nono Mosellæ, in versu sexagesimo epistolæ vicesimæ tertiæ) filiam Oceani & Noctis, vt est apud Hesiodum & Pausaniam: matrem Cástoris, Pollûcis, & Hélenæ, quomodo est in epigrammate quinquagesimo quincto: nisi illa sit alia. Persæ itaque, qui in Marathone ab Atheniensibus, duce Miltiade, victi fuerunt (historiã narrat, Plutarchus, Iustinus, & alij) secũ ex Paro insula marmor aduexerãt, quo tropæum erigerent, profligatis, quod factu facile sperabant, Atheniensibus: verum tantam barbarorum superbiam, insolentiámque non tulit Nemesis. Cui deæ postea ex eo marmore (cõmendatur plurimum in operibus marmor Parium) Phidias statuam fecit. Ausonius in epistola vicesima tertia, Rhamnusiam appellauit: quæ Adrastia dicitur. Sed de illa plura Erasmus in prouerbijs, Adrastea Nemesis, Nemesis in dorso, Ne magna loquaris. Petrus Crinitus libri vndeuicesimi capite sexto de Honesta disciplina, & Rhodiginus.

Inf. 169 / 368. 483 — 19 B — Inf. 33. — Inf. 482

19 C IN EPIGRAMM. XXI, ET XXII. Latina hęc ex Græcis illis facta sunt, quę libro primo Anthologiæ legũtur duobus distichis: quorum prius est. (Cap. 84.)

> Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ᾽ ὤλεσεν. ὧν ὁ μὲν εὑρὼν
> Ῥῖψεν, ὁ δ᾽ οὐχ εὑρὼν, λυγρὸν ἔδησε βρόχον. Id est,
>
> *Aurũ vir, hic quidem inuênit, ille vero amisit: quorũ hic quidẽ qui inuênit.*
> *Abiecit: ille vero qui non inuênit, Letalem ligauit laqueum.*

Alterum est.

> Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπε βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
> Ὃν λίπεν, οὐχ εὑρὼν, ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον. Id est,
>
> *Aurum vir qui inuênit, reliquit laqueum, sed aurum*
> *Quod reliquerat, non inuênit, nexuit, quem inuênit, laqueum.*

De quorum Græcorum auctoribus inter Diogenem Laertium, & illum, qui epigrammata illa collegit, non conuenit. Quoniam prius ille Platoni vel Antipatro inscribit, & posterius Statyllio Flacco: Diogenes vero posterius Platoni, alterius non meminit. ¶ *Ouans.* Lętus. In Lugdunensibus autem membranis non fuit hoc tetrastichum, sed alterũ hoc titulo. *De eo qui thesaurum reperit, quum se laqueo vellet suspendere.*

20 A IN EPIGRAMMA XXIII. Legitur hoc Græcum apud Plutarchũ in Apophthegmatis Laconicis, tacito auctoris no-

ris nomine. Dioſcuridi aſcribitur libro tertio epigrāmatum Gręcorū.

Τᾶ Πιτάνᾳ Θρασύβυλος ἐπ' ἀσπίδος ἤλυθεν ἄπνους,
Ἑπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος,
Δεικνὺς πρόσθια πάντα. τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
Παῖδ' ἐπὶ πυρκαϊὰς Τύννιχος εἶπε τιθείς.
Δειλοὶ κλαιέσθωσαν. ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς
Θάψω, τὸν, καὶ ἐμὸν, καὶ Λακεδαιμόνιον. Id eſt.

Pitanam Thraſybulus in clypeo venit exanimus,
Septem ab Argiuis plagas quum accepiſſet,
Oſtendens aduerſas omnes. Quem cruentum ſenex
Filium in rogum, Tynnichus dixit, ponens,
Ignaui fleantur. Ego vero te, fili, ſine lachrymis
Sepeliam, talem, & meum, & Lacedæmonium.

¶ *Pitane.* Pitanas legi duas. Vnam in Aſia Pomponius, Plinius, Stephanus ponunt. Alteram idem Plinius libro quarto, inter Laconicas vrbes recenſet. Sunt autem Lacones, qui & Lacedæmonij. *Cap. 5.*

IN EPIGRAMMA XXIV. Plutarchus hoc recenſet inter Lacænarum apophthegmata. Latina autem Auſonij, Græca Politianus fecit ad hunc modum. 20 B

Παιδὶ Λάκαινα σάκος πολεμηνοτίοντι διδοῦσα,
Παῖ, ἔφη, ἢ σὺν τῷδ', ἢ ἐπὶ τῷδε νέου. Id eſt,

Filio Lacæna clipeum in bellum profecturo porrigens,
Fili, inquit, aut cum hoc, aut in hoc reuertere.

Laconice magis, id eſt, conciſe magis & breuiter, quod genti peculiare fuiſſe iactat Chilo in Sapientum ludo, mater Lacedæmonia in oratione ſoluta quam in vincta ſic ad filium, Τέκνον, ἢ τάν, ἢ ἐπὶ τᾶς. Id eſt, Fili, vel hunc, vel in hoc: pro eo, quod eſt, Fili, aut clipeum hunc è pugna referto, aut in eo tibi ſaluo ipſe refertor, morte pro patria fortiter oppetita. Lacedæmonij bellicoſi homines ac ſtrenui, qui ex Lycurgi ſui legibus, vti meminit Suidas, pueros in ſcutis alebant, turpiſſimum exiſtimabant clipeum in prœlio ſiquis amiſiſſet, quemadmodum & Iſocrates ad Philippum ſcribit: idémque ſentit Epaminondas Thebanus libro ſecundo de finibus Ciceronis, & in extremo ſexto hiſtoriarum Trogi Pompeij. Iambici autem huius diſtichi, prior verſus trimeter eſt, alter dimetros. *Laer.*

IN EPIGRAMMA XXV. Idem metri genus. 21
¶ *vigentis.* præſentis, huius ſæculi: in quo ſunt etiam clari, & nobiles viri. ¶ *Stemmata.* claras origines, nobiles familias. ¶ *parentes.* ſuos. ¶ *Serum veſte.* ſerica veſte. Σὴρ ſingulare, plurale habet Σῆρες. Populus eſt Aſiæ, qui lanificio ſiluarum nobiles, *aquarum aſpergine inundatis frondibus, vellera arborū ac adminiculo depectunt liquoris: lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium. Hoc illud eſt Sericum, in vſum publicum damno ſeueritatis admiſſum: & quo oſtendere potius corpora quam ve-*

stire primo feminis, nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido. Iulius Solinus. ¶ *Et atriorum pegmata.* πῆγμα machinæ, ornamentique genus in principum ædibus. ¶ *nec pater certus fuit.* Romani vrbis suæ conditores Romulum & Remum fratres incerto patre natos, Martis filios finxerunt. ¶ *vere lupa.* scortum. Meretricum enim mores, voraci luporum ingenio, haud sunt dissimiles. Alludit autem ad fabulam de Romulo & Remo à lupa lactatis, apud Liuium, Plutarchum, Halicarnasseum.

22 A IN EPIGRAMMA XXVI. Atheniensem Antisthenem scribit Diogenes Laërtius, quum a Socrate tolerantiam didicisset, Cynicam primum instituisse sectam, principémq; in ea fuisse. ¶ *Cynices.* Secta hęc tum Κυνικὴ tum Κυνισμὸς Gręcis appellatur. Antisthenes autē, auctore codē Laertio, disserebat in Gymnasio, cui Cynosarges nomen, haud procul portis Athenarum. a quo loco sectam Cynicā nonnulli dictum volunt. alij vero a Canis, qui Græce Κύων dicitur, ingenio, dictos opinantur Cynicos: quod eorum mores caninis persimiles essent, qui allatrarēt, maledicerent omnibus, riderent omnes contemnerentq;, & postremo etiam morderent. Lucianus cum alijs in locis, tum in vitarum auctione, præclara Cynicorum philosophorū instituta scite elegantérque depingit.* ¶ *Alcides.* Hercules à patris Amphitryonis patre Alcæo, non ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, à viribus & fortitudine. Seruius in sextum Aeneidos. Antisthenē Cynicum scribit idem Laertius, quod labor bonum esset, Herculis exemplo comprobare solitum. qui etiam doceret ἐν Κυνοσάργει, vbi Hercules templum habebat, auctore Suida. & Diogenes Σινωπεὺς, Antisthenis pertinacissimus affectator, aliud Cynicæ familiæ columē, in auctione vitarum Luciani, imitatorem se profitetur Herculis. Idem facit Alcidamas quoque, in Cynico ordine, Antisthene Diogeneq; maioribus suis non inferior. Talem describit Idem Lucianus in Symposio seu Lapithis. Cui⁹ hęc sūt verba, Erasmo interprete. *Quin ego tibi, inquit, vel stans censuero, in ipso interim conuiuio etiam obambulans. Quod si defatigatus fuero, tum humi substrato pallio, cubito innixus cubuero: qualem videlicet Herculē pingūt.* Atque paullo post egregius ille Cynicus, Herculē deū suū appellat.* ¶ *Nūc ego sum Cynices.* Pro Cynices, Cynicus legit Scoppa. ¶ *& ille deus.* Hercules. qui quo pacto exuta immortalitate, ex Oeta monte ad deos abierit, Oetæus ipse Hercules Senecæ ostendit, & Ouidus libro nono Metamorphóseon.

22 B

Ver. 391

22 C

IN EPIGRAMMA XXVII. Idem de se Antisthenes: dicítque se discipulum quidem optimum Herculis, magistrum vero Diogenis optimum & diligentissimum fuisse: quod non minus studiose Diogenes sit Antisthenem imitatus, quam Antisthenes prius Herculem. Vult autem Mariangelus hoc, esse partem superioris epigrammatis. ¶ *ἐς ἀρετήν.* id est, ad virtutem contigit, & Cynicam sapientiam. ¶ Καὶ θεόν. hoc est, Et deum Alciden, & Canem Diogenem. Inuenies autem Diogenis epitaphium infra inter Heroum epitaphia.

184.

IN EPIGRAMM. XXVIII, ET XXIX. 22 D

¶ Αἰγύπτου μὲν. Id eſt,

Aegypti quidem Oſiris ego, myſtarum vero Phanaces,
Bacchus inter viuos, inter mortuos Aedoneus,
Ignigena, bicornis, Titanicida, Dionyſſus.

Græcum hoc carmen hexametrum, & quod ſequitur Latinum eiuſdem argumenti, Iambicum dimetrum, cuius auctoris ſint, vt dubitem, facit, quod quum ad hanc partem ſcriptorum Auſonij pertineât, vnicum fuit exemplar inter multa, quibus vſi ſumus, quod hoc loco Latinum inſereret, reliqua omnia id cum Græco in calce libri poſt periochas in Homerum, ponerent. Quiſquis autem vtriuſq; auctor ſit, Græcũ transferre huc, Latinóq; adſcribere viſum, propter argumenti ſimilitudinem: vt commodius conferri poſſint. Eſt & hoc notandum, Pariſinum codicem monere Græcum carmen fragmentum eſſe, vt verear, ne tam Latinũ quam Græcũ, vt mendoſa ſunt, ita neque caput, neq; pedes habeant.* Sũt autem illa de varijs Bacchi cognominibus apud varias gentes, ſi intelligi poſſint. Primo itaq; loco vult Aegyptiorum deum Oſirim, eundem eſſe cum Baccho: ſed hic pro Αἰγύπτου μὲν Ὄσιρις, habebat Pariſienſe exemplar Αἰγυπτίοισιν ὄσιρις: pro eoq; legit Αἰγυπτίων μὲν ὄσιρις, Mariangelus ¶ Μυστῶν δὲ φανάκης. Myſtę dicũtur vates, ſacerdotes, ſacras res & arcanas tractãtes, ſed hic tamen pro Μυστῶν, legit Μυσῶν Lilius, ſicut in Latino *Myſi Phanacen*, pro *Myſtæ Phanacẽ*. Mariangelus vero in D atribis dubitat, num pro φανάκης, ſcribendum ſit φανάτης, qui legerat in Macrobij Saturnalibus, apud Thraces gentem Myſis conterminam, eundem haberi deum Solem & Bacchum, eundémque φάνητα appellari in quodam Orphei carmine.* ¶ ἐνὶ φθιμένοις Αἰδωνεύς. Legitur & ἐνὶ φθιμένοισιν Αδωνεύς. Sic incertũ Αἰδωνεύς, ſeu Αιδωνεύς, an Αδωνεύς, ſcripſerit auctor. Eſt autem Aidoneus Pluto inferorum deus, & quidem Moloſſorum rex in extremo Theſeo Plutarchi: at Adoneus prima breui, Adonis, vt mox docebimus. Plutoni vero & Adonidi eadem attribuuntur apud Macrobium primo Saturnaliorum, & in hymnis Orphei, vt idem numen eſſe videatur quare vtro modo hic legas, non multum interfuerit. ¶ Πυρογενής. & πυριγενής, ignigena Ouidio libro quarto Metarmorphóſeon. Ignigenus Appuleio, libro ſeptimo. Quod autem ita dicatur Bacchus, id pertinet ad fabulam de Semele, quæ paucis memoratur in Cupidine cruci affixo. * ¶ δίκερως. Duo habens cornua. Sic in Orphei hymno. Eſt autẽ δὶς, bis: κέρας, cornu. Sidonius Appollinaris in Burgo de Baccho.

22 E

22 F

236.E 22 G

——— *caput aurea rumpunt*
Cornua: & indigenam iaculantur fulminis ignem.

¶ Τιτανολέτης. Lilius Gregorius Τιτανολύτης videtur legiſſe: ſed vt Τιτανολέτης, ſic γιγαντολέτης, in eo carmine, quod ex primo libro epigrammatũ adducit. Quos autem Titanes, Gigantes, Heroes, gẽtes ſub-

egerit Bacchus, narrabunt Herodotus, Diodorus Siculus, Ouidius, & alij. ¶ *Διόνυσος*. Sicut Nyssa & Nysa eadem insula, mons, vrbs: sic qui ab ea cognominatus est Bacchus, Διόνυσος, & Διόνυσος mihi scribi inuenitur: at hinc nusquam Dionyssius, Dionysius, quod meminerim. Disputat tamen Macrobius libro primo Saturnaliorum vnde Dionysij nomen sit factum.* Pro *Myhobarbum* autem, & *Myohobarbum* verbo parum noto in Latini epigrammatis lemmate, legendum putat Lilius Mixobarbarum, id est, μιξοβάρβαρον, quod Græcis & Latinis misceantur barbara Bacchi nomina: sed Myobarbum Turnebus & Scaliger. ¶ *Ogygia*. Bœotia, Thebæ. Ogyges apud Varronem libro tertio de Re rustica, sed Ὤγυγος apud Strabonem & Pausaniam, appellatur rex Thebarum Bœotiæ, vnde hoc nomen factum. Thebanus autem genere fuit Bacchus. ¶ *Romana sacra liberum*. Liber Romanis & Latinis appellatur deus vini Bacchus: quod vt volunt, animum curis vinum liberet.* ¶ *Arabica gens Adoneum*. Legitur & Aedoneum prima diphthongo, vt Αἰδωνεὺς supradictus: sed Adoneum prima breui malo: intelligóque, vt Lilius, Adonidem illum, Veneris deæ amores, & delicias: quomodo apud Plautum in Menæchmis.

Dic mihi, nunquid vidisti unquam tabulam pictam in pariete,
Vbi aquila catamitum raperet, aut vbi Venus Adoneum?

Natum autem Adonidem apud Sabæos gẽtem Arabiæ fabulatur Ouidius decimo Metamorphoseon. Idemque numen esse Bacchum & Adonidem ex Plutarchi symposiacis tradit Cœlius Rhodiginus: atque διμορφος vterque appellatur, Orpheo in hymnis. Adonidis præterea meminit Ausonius in Glauciæ epitaphio, in cupidine cruci-affixo, & in epistolarum quincta ad Theonem.* ¶ *Lucaniacus Pantheum*. Lucaniam aliam non noui, quam quæ in vltima Italia est: vnde nescio, an possit esse hoc Lucaniacus. Quum autem Lucaniacus a Lucania ea forma factum videatur, qua, ab Ilio, Ἰλιακὸς fit, & a Phidia Φειδιακὸς, quę, & reliqua huiusmodi, pęnultimam corripiunt, hic post primum pedẽ spondeum *luca* Pyrrhichius erit *nia* pro Iambo. quare Lilius legit, Lucaniacus sed Pantheum: vt sit secundo loco anapæstus pro Iambo: qui pes vno tempore Iambum superat quanto Pyrrhichius Iambo breuior. Ego vero nihil ausim addere, quod sciam Ausonium, Sidonium, & eorum æquales poëtas multa sibi in metris permisisse. Noluit enim fortasse Ausonius pęnultimam illam breuem esse Græcorum more, ne sit Pyrrhichius, sed longam, vt sit legitimus pes Iambus, quomodo Latina nomina, opacus meracus, eam producũt. Lucaniacum certe idem rursus Ausonius eodem modo protulit in Iambico ad Paulinum, pęnultima scilicet nobis ancipitj, ceterum ea prorsus breui in carmine ad Theonem: quicquid id loci sit.* Pantheum autem & Pentheum quidem ferre potest versus, sed in ijs tamen, quæ ad Bacchum pertinent, nihil memini de hoc legere, nisi quod Pentheus quidam fuit, quem Bacchę discerpserint

23 A — 13 B — 285. 235. 432. — 23 C — 478. 437. — 23 D

rint

rint apud Ouidium & Hyginum: quod Bacchi sacra contemneret, ἀπὸ τοῦ πένθους, id est, à luctu, nomine facto. Sed neque de Panthei Bacchi cognomine aliud comperi. quod ex eo factum apparet; quod omnes dij vnus Bacchus esse videatur: sicut Macrobius libro primo Saturnaliorũ ostendit, omnes pæne deos ad solem referri. Est nãque πᾶς, πᾶσα, πᾶν, omnis omne, θεὸς Deus: vnde πάνθεος, hic Bacchus: & Πάνθεον Romæ, omnium deorum tẽplum, cuius meminerunt, Plinius, Dio, Spartianus in Hadriano, Eusebius in chronicis, Paulus Diaconus, & alij.

IN EPIGR. XXX. ¶ Αἴξ, χίμαρος. Id est. 23 E

Capra, caper, pera, pastor, virgifer, oliua,
Vnus lapis ex cunctis exilis ego Corydon.

Quidam tamen codices pro λιτὸς minutus, habent αὐτὸς, ipse. Corydonis ergo pastoris statua erat: & in vno eodémque lapide hæc omnia, Capra, & Caper, quos ipse pascebat. Pera, in qua panem, & siquid aliud erat cibi, gestabat. Pastor, ipse Corydon. Pedum, bacculum pastorale. & oliua, arbor, cui fortassis incumbebat, vt Damon apud Virgilium. *Eclog. 8.*

IN EPIGRAMMA XXXI. Plato primo epigrammatum libro, capite, εἰς ποιητάς. 23 F

Ἐννέα τὰς Μούσας φασίν τινες ὡς ὀλιγώρως.
Ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη. Id est,

Nouem Musas dicunt quidam quam oscitanter.
Ecce autem & Sappho è Lesbo decima.

¶ *Lesbia.* è Lesbo maris Aegei insula, Troadi adiacente: vnde Lesbiũ carmen in Ephemeride, & Lesbius Pittacus in ludo Sapientum, & Lesbiacæ sagittæ in Cupidine cruci affixo. Alia Lesbia in epigrammate cẽtesimo & quartodecimo. ¶ *Pierijs.* a Pieria regionẽ amœnissima, & vrbe in Thessalia siue Macedonia. Sapphones autem duas facit Suidas, ambas Lesbias, alterã hanc poëtriam, quæ floruerit, quo tempore Alcæus, Stesichorus, & septem illi sapiẽtes. De altera in epigrammma nonagesimum, & in Cupidine cruci affixo. ¶ Εἰ ἐνάτη. hoc est, Es nona Lyricorũ, Aonidum decima. Ita habuit Parisiense exemplar. alia, Εἰμ' ἐνάτη. id est, Sum nona. Adeo autem præstans poëtria fuit Sappho (ab ea & Sapphicum carmen nominatũ) vt non solum inter Græcos Lyricos poëtas nona habita sit, sed etiam decimi loci honorem femina inter deas Aonides meruerit. Dicuntur Aonides, Musę, ab Aonia regione Bœotiæ, auctore Stephano, quam credebantur incolere. Idem patronymicum in vltimo versu epistolæ vicesimæ quartæ, & alibi. Ceterum Lyrici illi, sunt Pindarus, Simonides, Stesichorus, Ibycus, Alcman, Bacchilides, Anacreõ, Alcęus, cum Sappho: quibus, vt decem sint, Corinnam poetriã addit Lycophronis interpres. De his omnibus multa in epigrãmatibus Græcis. Sapphus autem scripta recenset Suidas, quæ intereiderunt. *85. 215. 116. 136. 61 51. 2, 6. 489*

IN EPIGRA. XXXII. ¶ *salo.* mari. ¶ *solo.* terra. Est autem παρονομασία in his, salo, solo, cælo. Sic in versu tricesimo Iambi- 23 G

477 ci epistolæ vicesimæ secundæ, Soli & sali commercio. ¶ *patre edita cælo.* Hesiodus in theogonia terram & Cælũ inter primos deos nominat: Cæliq; filium facit Saturnũ, qui ex eo cæligena cognominatur in extremo
354 edyllio de Ferijs Romanis. Saturnus ergo iste quum patris sui Cæli virilia falce amputasset, eáque in mare decidissent, Venerem deam genuerunt. Idem Ausonius in versu septuagesimosexto Technopægnij, ex
191 eadẽ Theogonia Hesiodi. ¶ *Aeneadum genitrix.* His duobus verbis suum carmen incipit Lucretius. Aeneadum autem pro Aeneadarum, a recto Græco Aeneades. Sic solent poetæ Aeneadas vocitare Romanos, qui ab Aenea Troiano Veneris filio genus duxissent. ¶ *hic habito.* hunc incolo locum. Veneris statuę aliquo in loco positæ subscriptum fuerat hoc distichum.

24 IN EPIGRAMMA XXXIII ¶ *Si tineas cariémque pati.* Id est, si nemo est lecturus, euoluturúsque te. Nam infestantur situ, & carie: depascuntur à blattis, & tineis, atque tandem perierint chartæ, quas excutit, contrectat, legit nemo. Est apud Erasmum prouerbium. Tineas pascere. Sed istarum quoq; tinearum meminit idem Ausonius in
418 epistola prosaica ad Theonem. ¶ *versiculis anteperire meis.* Anteperire dixit cum datiuo quemadmodum antecedo, anteeo, antefero tibi, dicimus. ¶ *Perfungi.* Sic vetus liber. Alij quidam Perfundi, D pro G. Idem post, vetus, *quod*, pro, *qui. bene ais*, pro, *verum.* ¶ *Irascor Proculo.* Ad quem
80 est epigramma de Fastis Ausonij. ¶ *Hinc studeo.* Hunc pro hinc idem vetus. Proculũ inquit, qui sua optima scripta nos celat, vlciscar meorum lectione malorum. ¶ *cedro.* Cedrus arboris genus in Creta, Africa, Syria. cuius oleo perunctæ res, vt etiam libri, nec tineam, nec cariem sentiunt. Vitruuius, Plinius & alij. ¶ *siue tegat.* abscondat, premat, indignum editione iudicet. Paronomasia etiam in verbis, legat, & tegat. Vide mul-
211 tas in præfatione Ludi Sapientum.

25 A IN EPIGRAMMA XXXIIII ¶ *geminis sed dissita punctis.* sic ne? .L.MARCIVS. an vero sic? L: MARCIVS. Posteriore modo, ni fallor. Nam ita aliquando obseruaui in antiquis marmoribus, quum id esset inscriptionis principiũ. Duo vero puncta, quorum alterum præcederet, alterum sequeretur litteram, non memini obseruare nisi in medio inscriptionis, verborũ distinguendi gratia, vt Burdigalæ



Quorum tamen punctorum quod notę pręponitur, id in principio inueniri potest, si forte marmore effracto, principium inscriptionis exciderit. ¶ *Post M incisum.* Periculũ ἐκθλίψεως poterat sic vitari in huius versus principio, M post incisum.* ¶ *Nec quisquam Marcus.* Est nanq; M prima littera horum trium nominum Marci, Marcij, Metelli: vt aliquod ex ijs ibi scriptum fuisse possis suspicari tantum, non autem affirmare, quodnam fuerit ex illis, nisi M sola cum punctis cernatur, sicut L dixit, quando Marcũ significat, vt M. Tullius Cicero. ¶ *Mors etiam saxis.* Iuuenalis versu centesimo & quadragesimo sexto libri quarti,

Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris.

& Ouidius quincto fastorum. —— *longa vetustas*

Destruit, & saxo longa senecta nocet.

Nihil enim est opere aut manu factum, inquit Cicero pro Marcello, *quod aliquando non conficiat & consumat vetustas.* Rutilius Numatianus poeta Gallus in itinerario de Populonia euersa.

Non indignemur mortalia corpora solui:
Cernimus exemplis oppida posse mori.

25 B

26 —— 113 IN EPIGRAMMA XXXV Poteſt Auſonius hęc ſcripſiſſe de Attuſia Sabina coiuge ſua:de qua eſt carmen nonum Parentalium. ¶ *Tyrio*.purpureo, pretioſo.

Non modo fulgentem Tyrio ſubtegmine veſtem.

Albius Tibullus in principio libri quarti. Tyrus olim inſula, nunc continens Phœniciæ, conchylio atq; purpura nobilis. Plinius libro quincto. Cap. 19.

IN EPIGRAMMA XXXVI ¶ *Achæmenias*. Perſicas, Parthicas, Babiſonicas, Orientales. Achæmenidæ, auctore Herodoto, libro primo, ſunt gens Perſidis: vnde Perſarum reges oriundi, & Achæmenes dicti. Meminit Stephanus etiam, & Solinus. ¶ *telas* tapetia, aulæa: vt quæ Babilonica, & belluata dicta ſunt Plauto, & aliis. Vide carmen, quod eſt poſterius in epiſtola tertia decima libri noni epiſtolarum Sidonij Aruerni. ¶ *palis Græcia.*

——— *pallam ſignis auróque rigentem,*

Ornatum Argiuæ Helenæ, ——— dixit Virgilius libro primo Aeneidos. Plura de palla Baifius in libro de Re veſtiaria: quæ in vetere gloſſario μίτρα, πέπλος, παραπέτασμα exponitur. ¶ *Auſoniam.* Italam Romanam, quæ telas tam pretioſas non habet quidem, ſed arte tamen non cedit neque Græcis, neque orientalibus illis. ver. 652

27 —— IN EPIGRAMMA XXXVII. Loquitur de ſe Sabina. ¶ *Licia*.telas. Licium, quo ſtamen implicatur in tela. ¶ *caſta Minerua*.Minerua, quæ & Pallas, non tantum armorum, ſed etiam lanificij dea eſt. Seruius in extremum ſeptimum Æneidos, & Ouidius in principio ſexti Metamorphoſeon

IN EPIGRAMMA XXXVIII. Legerat Auſonius Valerij Martialis epigramma viceſimum quinctum, & centeſimum & octauumdecimum libri primi. ¶ *Nec diſcincta*. Pro hoc habebat *bis cincta* Tilij codex. diſcincta enim eandem cum nuda ſignificationem habere videtur: quum contrariam hic habere debeat. *Succincta* mallē, quomodo iſtam dixerat deam Ouidius verſu centeſimo & quinquageſimo ſexto tertij Metamorphóſeon & aliam venatricem ſimiliter Virgilius verſu trecenteſimo & viceſimo ſeptimo primi Æneidos. ¶ *Illa*. Diana. quæ virgo perſtitit. ¶ *hæc*. Cythere, id eſt Venus. ¶ *quod Volo-nolo vocet.vocant*, Tilij codex.

28 —— IN EPIGRAMMA XXXIX. ¶ χρῆϛος.id eſt, Chreſtus, Acindynus ſunt fratres: miſeri autem filij. Οὐδ' οὗτος. Ideſt, Neque hic Chreſtus, neque ille Acindynus eſt. ¶ Αἴκεν.id eſt, ſi Chreſtus ſumpſerit, & Acindynus A amiſerit. Pariſienſis tamen codex hic habet,

Αἴκεν χρῆϛος ἔχῃ παρ' Ἀκινδύνου ἄλφα ἀδέλφου, Id eſt,

Si Chreſtus habeat ab Acindyno A fratre.

Sic & in primo verſu legitur, &, αὐτοὶ ἀδέλφεοι, pro, εἰσὶν ἀδέλφεοι. Eſt autem χρῆϛος, bonus frugi, vti is: ἄχρηϛος contrarium. κίνδυνος per culum, diſcrimen: ἀκίνδυνος, ſine periculo, & tutus. Producūt tamen poëtę Grę-

ci pænultimam ſyllabam huius verbi, quam Auſonius corripit, vt Solon in elegia.

Πᾶσι δέ τοι κίνδυνος ἐπ᾽ ἔργμασιν.

IN EPIGRAMMA XL. Vereor, vt nequid huic acciderit tetraſtico de ijſdem fratribus: cuius tres primi verſus ſunt hexametri: quartus, ſolus pentameter.

IN EPIGRAMMA XLI. ET XLII. Sunt in hanc ſententiam aliquot epigrammata quarto Anthologiæ: inter quę eſt hoc tetraſtichon. 29 A

Παλλὰς τὰν κυθέρειαν ἐνόπλον εἶπεν ἰδοῦσα,
 Κύπρι, θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα;
Ἡ δ᾽ ἁπαλὸν γελάσασα, Τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν;
 Εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω; Id eſt,

Pallas Cytheream armatam, dixit, quum vidiſſet,
 Cypri, vis ſic in iudicium veniamus?
Illa vero molliter ridens, quid mihi ſcutum contra te capere opus eſt?
 Si nuda vinco, quomodo quando arma cepero?

Apud Lacedemonios autem armata colebatur Venus, vt indicant epigrāmata Gręca in eam libro quarto: quod & cognoſces ex Plutarcho, Pauſania, Quinctiliano, Lactantio libro primo Inſtitutionum. Epigrammatum quoque Græcorum libro primo eſt Leonidæ in eam rem feſtiuum carmen. *¶ *Lacedæmone*. Clariſſima Peloponneſi vrbs Lacedęmō, quæ prius Sparta. Stephanus. & alij. ¶ *iudice vel Paride*. Paris, qui & Alexander, filius Priami regis Troiæ, paſtor in Ida, iudex fuit de pulchritudine trium dearum, Iunonis, Palladis, Veneris. ¶ *Vincere ſi poſſum nuda*. Iudicaturus de forma Paris, Deas videre nudas voluit. Vide Iſocratis orationem de Helena, & Luciani dialogum, qui Κρίσις θεῶν inſcribitur. 29 B

IN EPIGRAMMA XLIII. Luciani quoque extat oratio in eum; qui quum litteras non noſſet, multos ſibi cōparabat libros. Huius autem epigrāmatis titulus fuit in antiquo libro, *De Philomuſo Grāmatico*. ¶ *Omnia mercatus cras*. Pariſienſis codex, *Hodie*, pro, *Omnia* habebat, hoc eſt anapeſtum pro dactylo: & *mercator* pro, *mercatus*. Lucius Scoppa hîc vult legere, *hoc die mercator*: ſed ipſe viderit, quomodo poterit ſic conſtare metrum. Quinctianus vero Stoa *mercatus* & non *mercator* legit: qui etiam *hoc die*, quod primo loco probat Scoppa, caſtigandum cenſet, Hoc here. vt ſit here pro heri, reſpondeátque ei, quod eſt cras: quamuis vidiſſet antiquum librum, vt ait, in quo legebatur, *Omnia mercatus*. *Mercator hodie* legi poteſt, vt, h, vim conſonantis habeat: & ſecunda ſede ſit dactylus. 29 C

¶ IN EPIGRAMMA XLIV. Siquis Latina hæc in Rufum Rhetorem, cum ijs contulerit, quæ in Græcorum epigrammatum libris in Rhetores ſcripta habētur ineptos, & indoctos, hęc fere ex Gręcis, vel cóntra etiam fortaſſe ex his facta Græca comperiet. Quis enim 30 A

pro certo affirmer, Græca illa Ausonio visa, atque ideo ante eius mortem scripta fuisse omnia? ¶ *Ipsa adeo. Ipse adeo* multi legunt. ¶ *mollior*. Mollis ad res & ad mores pertinet. Non autem mollis statua, sed mollis ipse Rhetor, id est semiuir, effeminatus, libidinosus.

30 B IN EPIGRAMMA XLV. Extat libro quarto anthologiæ distichon hoc.

Τίς σε τὸν οὐ λαλέοντα τύπῳ ῥήτηρος ἔγραψε;
Σιγᾷς. οὐ λαλέεις. οὐδὲν ὁμοιότερον. Id est,
Quis te non loquentem, forma dicentis pinxit?
Taces. non loqueris. nihil similius.

31 A IN EPIGRAMMA XLIX. Genus carminis vt epigrammatis sextidecimi. ¶ *Generísque neutri filios*. Hermaphroditos, andrógynos, neutrius generis filios, qui habeant vtrumque sexum. Est Palladæ libro primo epigrammatum Græcorum non dissimile distichon. De Genitiuo neutri, Priscianus libro sexto.

IN EPIGRAMMA L. Carminis huius primus tertiúsque versus sunt Throchaici tetrametri catalectici. secundus & quartus Iambici trimetri. ¶ *quæ sim?* Imago ipsa loquitur. ¶ *Pictauici*. Sic hoc loco ediderunt Lugdunenses, quum in vetusto codice reperissent scriptum Pictauice pro Pictalici, Pictatici, Pictivici, quæ in alijs codicibus legebantur, a Pictauis, Pictonum metropolj, de qua nos in carmen vndecimum libri de professoribus Burdigalensibus quæremus, verbum factum suspicantes, vti puto. * ¶ *Hoc mi*. Mi pro mihi, vt, *& mi genus ab Ioue summo*, libro sexto Aeneidos: & in epigrammate septuagesimo sexto. ¶ *Imago imaginis*. suæ. Vt minus rhetoris, & dicentis hominis habeat, quam sua ipsius imago, & effigies. Incerti autem auctoris distichon libro secundo anthologiæ,

(margin: 155. — 31 B — vers. 123. — 44.)

Εἰκὼν Σέξτου μελετᾷ. Σέξτος δ' ἐ σιωπᾷ.
Ῥήτωρ ἦν εἰκὼν. ὁ δ' ὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών. Id est,
Imago Sexti declamat. Sextus autem tacet.
Rhetor est imago. sed rhetor imaginis imago.

Quia rhetorem istum, Sextum vocat, quem Ausonius Rufum, nomine vtroque Romano, videris, hic ineptus rhetor an non possit esse Sextus Rufus, cuius extat de historia Romana libellus ad Valentinianum Augustum scriptus.

IN EPIGRAMMA LI. ¶ *Si saxea Rufus*. Si hęc statua est saxea, Rufus ipse est, non statua. Quoniam ipse semper fuit lapis, caudex stipes, asinus, plumbeus.

(margin: 32 A)

IN EPIGRAMMA LII ¶ *Pera*. πήρα. quæ Ionice πήρη, & in epigrammate tricesimo. Eiusdem mentio & in epitaphio eiusdem Diogenis post Heroum epitaphia. ¶ *polenta*. Quod genus farinæ & cibi hoc fuerit, disce ex Plinio, libro duodenicesimo de frugum generibus & natura. Iubet tamen idem Diogenes in Vitarum auctione

(margin: 13. — 184 — Cap. 7.)

apud Lucianum peras suorum, lupinis & libris opisthographis plenas esse. ¶ *tribon.* τρίβων, pallium. ¶ *bubulcum.* παιδίον, id est puerulum, dicit Diogenes Laertius: puerum Seneca in epistolarum nonagesima prima quæ est secunda in libro quartodecimo. Est autem in extremo libro tertio Anthologiæ distichum in canem Diogenem.

> Βάκτρον, καὶ πήρη, καὶ διπλόον εἷμα σοφοῖο
> Διογένευς, βιότου φόρτος ὁ κουφότατος. Id est,
> *Baculus, & pera, & duplex pallium sapientis*
> *Diogenis, vitæ onus leuissimum.*

IN EPIG. LIII. Est & hoc incerti auctoris in eorundem Græcorum epigrammatum libro primo, capite εἰς αὐτάρκειαν. 32 B

> Ἐλθὼν εἰς ἀΐδην, ὅτε δὴ σοφὸν ἤνυσε γῆρας
> Διογένης ὁ κύων, Κροῖσον ἰδὼν ἐγέλα.
> Καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τριβώνιον ἐγγὺς ἐκείνου
> Τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένου,
> Εἶπεν, ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος. ὅσσα γὰρ εἶχον,
> Πάντα φέρων σὺν ἐμοί, Κροῖσε, σὺ δ᾽ οὐδὲν ἔχεις, Id est,
> *Profectus ad inferos, quum sapientem exegisset senectutem*
> *Diogenes canis, Crœsum intuitus ridebat.*
> *Et strato senex pallio prope illum,*
> *Qui multum ex fluuio aurum hauserat,*
> *Dixit, Mihi & nunc plus loci. quæcunque enim habebam,*
> *Omnia fero mecum, Crœse. tu vero nihil habes.*

¶ *Effigiem.* manes, vmbram. ¶ rex. Lydiæ in Asia: vt referet Solon in Ludo Sapientum. 218

IN EPIGRAMM. LIV. Platoni cuidam hæc Græca inscribuntur libro sexto epigrammatum. 33 A

> Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ᾽ Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐρώντων
> Ἑσμὸν ἐνὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων,
> Τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον. ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
> Οὐκ ἐθέλω. οἵη δ᾽ ἦν πάρος, οὐ δύναμαι. Id est,
> *Quæ procaciter derisi Græciã, quæ amantium*
> *Examen pro foribus Lais habebam iuuenum,*
> *Veneri speculum: postquam talis quidem videri*
> *Non volo: qualis vero eram prius, non possum.*

Sunt eiusmodi illic in Laidem epigrammata: sed epitaphia libro tertio. Fuit autem Lais, quod nomen etiam in epigrãmate sextodecimo & septimodecimo, meretrix nobilissima Corinthi, quæ vrbs est Achaiæ, quum tamen Siciliam haberet patriã, auctoribus Strabone, Plutarcho in Nicia, Athenæo, & Solino. De illa Aulus Gelli⁹ libro primo, & Erasmus in prouerbio, Non est cuiusuis Corinthum appellere. Plutarchus in Alcibiade Laidi matrem facit Timandram. Suidas in verbo χελώνη à Thessalis mulieribus zelotypia in templo Veneris interfectam fuisse scribit, ex Athenæo. 16 17. Cap. 8.

33 B IN EPIGRAMMA LV ¶ *Illos tergemino.* Quod hic

178. tergeminum, in Gripho triplex ouum appellatur: quod illos tres exclu-
serit, Castorem, Pollucem, & Helenam. Alia paullo ratione vno partu
editi tres Curatij, & tres Horatij, Tergenimi Liuio, & reliquis Latinis
dicuntur. Ceterum sunt, qui dicant duo oua fuisse, ex quorum vno Ca-
stor & Helena, ex altero Pollux & Clytæmnestra nati sint. ¶ *Patribus
ambiguis.* Tyndarei filij putabantur, qui Iouis erant ex adulterio. ¶ *& ma-
tribus* etiam ambiguis. incertum enim Ledáne, an Nemesi. ¶ *Hos genuit
Nemesis, sed Leda.* Sic Hyginus & Pausanias in Atticis. Nemesis enim ab
Ioue in olorem verso compressa (conuersam & eam in anserem quidam
tum fuisse finxerunt) actis mensibus, ouum procreauit. quod Mercurius
iussu Iouis auferens, detulit Spartã: & Ledę sedenti proiecit in gremium:
quod ab illa fotum, Castorem, Pollucem, & Helenam edidit. Multi ta-

33 C men hæc omnia soli Ledæ attribuũt.* Quare Lactantius Firmianus ean-
dem Nemesim, & Ledam fuisse existimat, licet Isocrates in Helenæ en-
comio, & duas, & ab Ioue cygno vtramq; compressam fuisse referat. Vi-
de Lycophronis interpretem in versum octogesimum septimum Alc-
xandrę. De Nemesi plura ad epigramma vicesimũ. Leda vero hæc Thy-

19

172 estæ filia fuit, & Tyndarei coniux. ¶ *Tyndareus.* Vnde Tyndareo obli-
quus in epitaphio Menelai. Τυνδαρεὺς, & Τυνδάρεως Græcis hic dictus,
Spartæ, quæ & Lacedemon, rex fuit. a quo Helena apud poetas Tynda-
daris, & Tyndaridæ Castor & Pollux. Synesij philosophi versus, est libro
quarto epigrammatum.

Οἱ τρεῖς τυνδαρεῖδαι, Κάστωρ Ἑλένη, Πολυδεύκης.

¶ *hic putat.* Tyndareus. ¶ *hic scit.* Iuppiter. Si quis in hunc locum plu-
ra velit, legat caput octogesimum secundum Collectaneorum Iacobi
Constantij Fanensis, & caput vndevicesimum libri vndecimi Cælij Ro-
digini, & Lilij Gregorij syntagma quinctum de dijs.

34 A IN EPIGRAMMA LVI. ¶ *Verà Venus factam.* *Cni-
diam* pro *fictam* habuisse veteres libros monuit Mariangelus: ceterum
Græca subijciebat Tilij nostri codex, ex quibus sua Latina fecisse vide-
retur Ausonius.

> Ἁ Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα,
> Φεῦ, φεῦ. ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
> Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν, ἃ μὴ θέμις, ἀλλ' ὁ σίδηρος
> Ἔξεσεν, οἵαν Ἄρης ἤθελε τὴν Παφίην. Id est,

> *Cypris Cyprin in Cnido dixit intuita,*
> *Papæ. vbi nudam vidit me Praxiteles?*
> *Praxiteles non vidit, quæ non fas: sed ferrum*
> *Poliuit, qualem Mars volebat Paphiam.*

Cap. 12. Quæ Græca, quarto quidem libro Anthologiæ inuenies, sed separata:
prius distichon, solum, incerto auctore: alterum, tertium in hexasticho,
quod Platoni inscribitur: quisquis hic sit Plato. De Praxitele statuario, &
eius

eius Venere Plinius libro tricesimosexto, Arnobius sexto, Lucianus in dialogo, cui nomen Ἔρωτες. Est autem Cnidus vrbs Asiæ, vt dicitur in epistolam ad Theonem. ¶ *Cyprida.* Cypris, & Cythere seu Cytherêa cur venus dicatur, disce ex theogonia Hesiodi. ¶ *Ferrum.* Mars, est deus Belli & armorũ, quæ fere de ferro fiunt. Gradiuus in carmine ad Theodosium. ¶ *Qualem igitur.* Martis & veneris adulterium narratur libro quarto Metamorphoseõ Ouidij, & apud Lucianũ in Dialogis Deorum.

Cap. | 434 | 5.

IN EPIGRAMMA LVII ¶ *Myronem Eleutheris natum, & ipsum Ageladis discipulum, bucula maxime nobilitauit, celebratis versibus laudata: quando alieno plerique ingenio magis, quam suo, commendantur.* Plinius libro tricesimo quarto: vbi clara Myronis huius statuarij opera recenset. De eodem Petronius Arbiter. *Myron, qui pæne hominum animas, ferarúmque ære comprehendit, non inuenit hæredem.* Extant autem veterum poëtarum epigrammata in Vaccam hanc nõ pauca libro quarto epigrammatum Græcorum, quos multa cum laude Ausonius non solum imitatus est, sed etiam aliquando interpretatus feliciter, vt cõferenti palam fiet. BVCCVLA autẽ diminutiuum a bucca crediderim c c merito geminare: sed à bos deminutum bucula, vnico c scribere m. quod miror, cur buccula quoque scribatur hoc loco.* ¶ *genitoris.* qui me genuit, id est fecit, finxitue ex ære. ¶ *nec factam me puto.* Epigrãmatum in hanc buculam Græcorum quinctidecimi versus est.

35 B | Cap. 8

Α'δὲ Μύρωνος χεὶρ οὐ πλάσεν, ἀλλ' ἔτεκεν. Id est.

Myronis autem manus non finxit, sed peperit.

Huc ita alludunt Latina Ausonij, vt credam scripsisse non factam sed fictam. Est autem naturæ gignere, fingere artis.

IN EPIGRAMMA LIX ¶ *Dædale cur.* Dædalus faber insignis vaccam fecit ligneam, & veræ vaccæ corium induxit: in qua inclusa Pasiphaë vxor Minois regis Cretæ insulæ, à tauro fuit inita. Cuius infandum amorem illi Venus obiecerat. Hyginus, Philostratus in Iconibus, Seruius in sextum Æneidos, idem Ausonius in epigrammate, sexagesimo quincto, in Cupidine cruci affixo, & in Technopægnio.

35 | 37. 136. 293

IN EPIGRAMMA LX. Hoc ad Græcum Antipatri Sidonij proxime accedit, quod est,

36 A

Μόσχε, τί μοι λαγόνεσσι προσέρχεαι, τίπτε δὲ μυκᾷς;
Α' τέχνα μαζοῖς οὐκ ἐνέθηκε γάλα. Id est,

Vitule, quid mihi ilia accedis? quidnam vero mugis?
Ars vberibus non imposuit lac.

IN EPIGRAM. LXI Et hoc è Græco Anacreontis conuersum non ambigo.

Βουκόλε, τὰν ἀγέλαν πόρρω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
Βοΐδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς. Id est,

Bubulce, armentum procul pasce: ne Myronis
Buculam vt spirantem vna cum bobus coëgeris.

Grammatici autem, qui ab eo, quod est bos, datiuo & ablatiuo plurali bobus & bubus fieri monuerunt, nescio, an hic obseruauerint, bubus priorem syllabam corripere, quam producat bobus.

36 B IN EPIGRAM. LXII Lepidius multo, me-hercule hoc Græce, quam Latine. Sic enim Demetrius.

Ἤν μ' ἐσίδῃ μόσχος, μυκήσεται· ἢν δ' ἔγε ταῦρος,
Βήσεται· ἢν δ' ὁ νομεύς, εἰς ἀγέλην ἐλάσει. Id est,

Si me viderit vitulus, mugiet: si vero taurus,
Inibit: si vero pastor, ad gregem coget.

¶ *mittet amans. ouans* pro *amans* hoc postremo loco legeret Mariangelus. alij *agens*.

IN EPIGRAM. LXIII ¶ *Nec sunt facta Dei mira.* Quæ deus & natura facit, maxime quidem mira sunt, sed non miratur tamen vulgus veluti, quas aues deus ex elementis iisdem cum ceteris animantibus fecit, non miramur, quod volent: sed quod volauerit Colũbæ simulachrum è ligno ab Archita Tarentino, ratione quadã, ait Gellius libro decimo, (Cap. 12.) disciplináq; mechanica factum, hoc quis non admiretur?

IN EPIGRAMMA LXIIII ¶ *Sed dea.* Mineruа, inquit Myronis vacca, animam veræ vaccæ sibi sacrificatæ in me transtulit. Ita fingitur ærea ista vacca etiã animã habuisse, sensum, & vitã. ¶ *Hæc.* pars ærea.

37 IN EPIGRAM. LXV ¶ *Minoa.* Minois regis Cretæ, uxor fuit Pasiphaë. Vide epigramma quinquagesimum nonum. (55.)

IN EPIGRAM. LXVI Hoc metrum est iambicum trimetrum. ¶ *me menebat. minabat* pro *monabat* quum legendum cẽsuisset Antonius Loiselus, assensit Iacobus Cuiacius: probauitq; in titulum septimumdecimum libri primi receptarum sententiarum Iulij Pauli, Appuleio & Hieronymo testibus, Latinos MINARE, pro eo quod est, ducere, agere, ante se pellere, aliquando dixisse nostrumq; Romanofrancum verbum *mener*, quod istius minare significationem prorsus habet, ex eo ipso fuisse ortum. Exhodi tertio capite, vt sacros illos libros in nescioque capita capitulaue nos non ita dudum secuimus. *Quúmq; minasset gregem ad interiora deserti.* Capite sexto secundi Regum. *Filij Abinadab minabant plaustrum nouum.* Isaiæ capite decimo. *Leo & ouis simul morabuntur: & puer paruulus minabit eos.* Actorum Apostolicorum capite vndeuicesimo. *Et minauit eos à tribunali.* Appuleius septimo de Asino Aureo. *Aduenunt illi, vinarios vtres ferentes, & gregatim pecua comminantes.*

38 A IN EPIGRAMMA LXVII. Metra, quæ epigrãmatis sext decimi.

IN EPIGRAM. LXVIII. In eum, qui muliebria patiebatur.* ¶ *Valle Bana.* Duo vt puto vocabula ex vno loci nomine mihi incogniti. Memoratur vallis Ibana, siue Vallaibana, vallis quædam Hispaniç, in rebus Ludouici pij Francorũ regis. Est & in Alpibus Vallis bona, cuius meminit Tscudus, sed quid hic diuines? ¶ *conuertit.* conuersus fuit, neutra significatione, ¶ *Pauáque de pauo.* Apud Plinium & alios

Latinos

Latinos pauus & pauo recti inueniuntur, genere, vt appellant, epicœno: Ausonius autem, vt feminam cōmodius significaret, pauam dixit: quod respondeat ei, quod est pauus. ¶ *hebetis*. obstupefcitis. attoniti estis. Sic Parisiense Iodoci Badij exemplar. alia, *habetis*. ¶ *Cænéa*. Accusatiuus Græcus est. Cæneus Elati filius, Magnesius, auctore Hygino, primū Cenis puella fuit. Sicq; appellatur in Cupidine cruci affixo, quam pro concubitus præmio, in virum trasformauit Neptunus. Ouidius Naso duodecimo Metamorphoseō, & Phlegon Trallianus de Mirabilibus & longæuis.* ¶ *proles Saturnia Consus*. Filius Saturni Neptunus. Consum enim quidam Neptunū dicunt, vt hic Ausonius, & in carmine de Athenis, & in Technopægnio. Alij alium faciunt, consilij deum, vt idem Ausonius in carmine de ferijs Romanis. ¶ *Ambiguóque*. Tiresias vates, vir natus, femina annos septem fuit, cui octauo demum anno,

236

38 B

106.

290.

333.

Forma prior rediit, genitiuáque venit imago.

Ouidius tertio Metamorphoseon. ¶ *semiuirum*. sic in versu octagesimo septimo cupidinis cruci affixi. Semimarem dixerat Ouidius, non tantum mollem & eneruum, sed etiam, qui vtrumq; gereret sexum. ¶ *fons Salmacis*. Est Salmacis Nympha, & fōs Cariæ, de quo Vitruuius libro secundo tibi legendus. ¶ *Hermaphroditum*. Fuit hic Mercurij, & Veneris filius,

240

Cap. 8

Cuius erat facies, in qua matérque patérque
Cognosci posset. nomen, quoque traxit ab illis.

Nam Ἑρμῆς Mercurius, Ἀφροδίτη Venus Græcis nominatur. Ouidius libro quarto Metamorphoseō sic de Salmacidis, & Hermaphroditi coitu canit

Ver. 377

Sic vbi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo sunt, sed forma duplex: nec femina dici
Nec puer vt possit. neutrúmque & vtrúmque videtur.

In eosdem sunt epigrammata nonagesimum octauum, & nonagesimum nonum. ¶ *Vidit nubentem Plinius*. Eius sunt verba libro septimo. *Ex feminis mutari in mares, non est fabulosum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem, nuptiarum die, Lucium Cossicium, ciuem Trisdritanum.** ¶ *Androgynum* Græcis vir ἀνὴρ dicitur, cuius nominis obliquus casus est ἀνδρὸς: mulier vero γυνή. Ex ijs est andrógynos. Idem Plinius in eodem libro septimo. *Gignuntur & vtriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigijs habitos, nunc vero in delicijs*. hæc ille. Ausonius autem appellat Androgynum, quem Plinius è femina in marem mutatum vidisse se refert. De Androgynis & Hermaphroditis multa in Symposio Platonis, & apud Cælium Rhodiginum. Porro quæ modo Plinij citauimus, ea leguntur libro nono Noctium Gellij: quæ si quis contulerit, inueniet plura, quam in Plinij libro vulgo legantur. ¶ *Campana in Beneuento*. A recto Beneuentus est hic ablatiuus. Inuenitur enim Βενέβεντος, & Βενέβεντον apud Ptolemæum, Stephanum, & Suidam: quamuis Beneuentum sit frequentius. Vrbs est Campaniæ in Italia. ¶ *Ecce ego*

54.

Cap. 4

38 C.

Cap 4

sum. Catanũtũ, Pathicúmue quẽpiam hæc de se dicere, finxit Ausonius.

39 A IN EPIGRAM. LXIX. ¶ *Pythagora Euphorbi.* Pythagoram Philosophum poëta alloquitur: qui quum animorum immortalitatem doceret, eos prioribus mortuis corporibus, in alia commigrare dicebat. Lege orationem eius libro quíntodecimo Metamorphóseon Ouidij, & vitam apud Laërtius. Euphorbus autem Panthi & Phrontidis filius fuit: quem Menelaus interfecit, Iliádos septimodecimo. Pythagoras autem se troiano bello Euphorbum illum fuisse asserebat. quo mortuo, animã in Hermotimi corpus transijsse. ab illo in Pyrrhum, Delium, piscatorẽ: a Pyrrho in Pythagoram. Hinc renatum inuenies dictum Ausonio Pythagoram in versu triecesimooctauo epistolę vicesimęquinctæ.* ¶ *Quis*

491.

39 B *Marcus?* Est hoc Pythagoræ. cui poëta respõdet. ¶ *Feles nuper pullaria dictus.* Παιδεραστὴς, puerorum amator, & cum pueris nefandam libidinem exercens, pedico, is pullarius interpretatur in vetere glossario. Pullarius quondam dictus fuit, qui pullos aues in cauea aleret, ac ex ijs futura se cognoscere profiteretur: verum pullarius hic pæderastes, a pullis pueris, qui & puelli, & puerculi, per diminutionem, & inde pulli per Synæresin sunt dicti, appellatus est. Pullarius ergo hic, pullaria felles ideo vocitabatur, quod sicut feles solet auiculas, & musculos, ita ipse pueros captaret, raperétque: ac ijs ad libidinẽ suam abuteretur. Sicque monet Turnebus, felem virginalem Plauto in Rudente dictum leonem, qui virgines subriperet. Est Feles, quem *Catum* vulgo dicimus, nomen quidem femininum & epicœnum, apud omnes auctores: sed quod dubito, felesne, vt moles: an felis vt bilis: an vtroque modo recto casu dici debeat. Vtrũque enim reperio in ijsdẽ etiã veterũ scriptorũ locis, veluti libro sexto Naturalis historiæ Plinij de ciuitate Radãta, feles aurea, & felis aurea. quamuis inter nomina in es desinentia ponat Carisius Fæles. Sic enim apud eum diphthongum habet hoc nomẽ. sed de fele etiam quædam in epigramma septuagesimum quinctum.* ¶ *Puerile decus.* puerile secus Scaliger, vt monuimus in versum nonagesimum tertium Technopægnij. ¶ *Lucili.* Lucilij. vt peculi pro pecu'ij apud Virgilium. Fuit autem Lucilius antiquissimus poëta Latinus, memoratus etiam in extrema sexta epistola ad Theonem, & in epistola octauadecima ad Tetradium: in cuius satyris ea verba legerat Ausonius, quibus vsus est in exprimendo Marci sui scelere turpissimo. Mendosa autem esse, arguit varia lectio. Parisiensis editio habet, *subulo pullipremo.* alię *supplo pullipremo.* Rhodiginus legit, *subulo, pullo premor.* Quinctianus Stoa similiter, prçterquam quod in fine vltimi verbi non ponit, r: qui & ex duobus illis postremis vnum faciendũ censet, quod sit pullipremo: vt appellet poëta pulipremonẽ: eũ qui pullos puellosue premeret, & subigeret. In capite quarto secũdi Miscellaneorum Magij, est *pullopremon.* In Scaligeri nostri lectionibus *pulliprema,* qui puerorum plagiarium accipit, & pueros prementem, furantem. Subulo vero quid hic fuerit? Eo nomine significatur

Cap. 29.

44.

39 C

293

437. 462

tibicen

tibicen apud Tuscos, Varrone, Festóque auctoribus. Sũtque in naturali historia Plinij, subulones ceruí, cornuum minime ramosorum: quos innuit ita esse dictos, quod eorum cornua sint subulæ similia, instrumento, quo sutores, quũ calceos suũt, coria perforant. Eius apponam verba ex libro vndecimo. *Nec alibi maior naturæ lasciuia. Lusit animaliũ armis. Sparsit hæc in ramos, vt ceruorum. Alijs simplicia tribuit, vt in eodem genere subulonibus, ex argumento dictis.* Baptista Pius in Casinã Plauti, & in epistolã quinctã libri primi Sidonij Apolinaris, Subulonẽ Lucilij in suppilonẽ mutauit: sed homo hic fuit paulo audacior in commutãdis, quæ in antiquis auctoribus non intelligebat. Doctior multo, modestiórque Turnebus: qui nihil mutandum vidit: sed Subulonem hic ex Plinij etymo pediconẽ esse appellatum: qui quasi subula pertunderet, perforarétque pueros.* ¶ *Non taurus.* Hæc sunt respondentis Pytagoræ: qui dicit apud Ouidium, quod

Cap. 37.

19 B

39 D

quælibet occupat artus
Spiritus: éque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster, nec tempore deperit vllo.

Lib 15. Met.

¶ *Non hippocamelus.* De equis & camelis multa apud Aristotelẽ, Pliniũ, Ælianum: sed de animalibus, quæ ex vtrisque fiant, nihil memini legere. Ἵππος tamen non semper equum significat in compositione, sed interdum ἐπίτασιν tantum, hoc est intentionem, quemadmodum & in epigramma centesimum & octauum diximus. vt hippocamelus sit magnus aliquis camelus è montibus Caspijs. ¶ *sed scarabæus erit.* in quo insecti genere non sunt feminæ sed mares tantum: qui fimo & stercore gaudẽtes, ex eo pilas faciunt & in ijs generant vt scribit Plutarchus de Iside, & Claudius AElianus libro decimo de Animalibus. Locum hũc explicare conati sunt Cœlius Rhodiginus libri octaui capite quincto lectionum antiquarum, & Brodęus Turonensis primi Miscellaneorum capite sexto. Multa autem de Scarabæo Erasmus in Adagijs.

60

Cap. 15.

IN EPIGRAMMA LXX. ¶ *genitalia fœdera.* quæ generandi causa ineuntur. ¶ *Cœtus.* coitus, concubitus, vt in extrema Ephemeride, & in Tertulliani Apologetico. *Neque eas cœt⁹ incesti sanguinis agnoscat.* Lucretius in extremo libro primo.

40 A

97.

Omne genus motus, & cœtus. ——— *&,*
——— *vt possint à cœtu libera ferri.*

& libro tertio,

Nil tamen ad nos: qui cœtu, coniugióque
Corporis, atque animæ, consistimus vniter apti.

¶ *Herculis heredi.* Philoctetę Pœantis filio. quem Hercules rogũ subiturus, arcu & sagittis donauit. Ipse hoc Philoctetes in Hercule Oetæo Senecæ narrat. ¶ *Quam.* venerẽ, libidinem, pathicam scilicet. * ¶ *Lemnia suasit egestas.* Lemnos insula est ante thraciã, celebris. Quod autem Ausonius Philocteten, quum post mortem Herculis in Lemno ageret,

40 B

egestate coactum fecisse vult, id alij Veneri vltrici adscribunt: remque ad hunc referunt modum. Quum iam paullo serius responsum Graecis fuisset, Herculis sagittis, ad Ilij expugnationem opus esse, accercitus è Lemno Piloctetes, Paridem læsit. quo vulnere ille mortuus est. Paridis itaque sui mortem irata vt vlcisceretur Venus insanum pathicæ libidinis amorem Piloctetæ iniecit. Hanc tamen fabulam non infestiuiter ridet

Epig. 84 Martialis libro secundo, epigrammate in Sertorium quendam. Cæterũ si de Philoctete plura vis, eáque inter se nonnunquam pugnantia, lege Sophoclis Philocteten, Quinctum Calabrum, Diodorũ, Philostrati iunioris εἰκόνας & ἡρωϊκά, & Marcum Ciceronem de Finibus secundo, & quincto: & quæstionum Tusculanarum libro secundo, Seruium in Virgilium, Ludouicum Cælium libri sexti capite primo, & postremo An-

40 C dream Alciatum Παρέργων libri quincti sexto capite. * ¶ *Quam toga.* Venerem Cinædicam significat. Toga Romanorum vestis fuit, vnde togatæ comœdiæ dictæ: quarum scenica atque argumenta Latina essent, vt scribit Terentij interpres. Tales edidisse Afranium Poëtam vel ex Varronis fragmento de lingua Latina disces. Citant Aulus Gellius, Festus Pompeius, Nonius Mercellus multas ex eius fabulis. Suetonius vero in ludis Neronis, inductam fuisse Afranij Togatam, quæ incendium inscribebatur, memorię prodidit. concessique, vt scenici, ardẽtis domus supellectilem, diriperent, ac sibi haberent. De Afranio itaque sic Quinctilianus libro decimo. *Togatis*, inquit, *excellit Afranius: vtinámque non inquinasset argumenta, puerorum fœdis amoribus, mores suos fassus.* Illi prænomen est Lucio apud Ciceronem in Bruto: citátque Thaidem Afranij comœdiam idem Ausonius in præfatione in Technopægnion. sed de

384 hoc poëta plura Crinitus & Gregorius. ¶ *Et quam Nolanis*. Nihil de Nolanis habeo quod ad loci huius explicationem faciat: nisi forte, quod Nola est vrbs Campaniæ: & Campani, vt scribunt vetusti commentatores Horatij in hunc versum sermonis quincti.

Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus,

Campani ergo, oris immundi habiti sunt. vnde Oscos, dictos putant, inquit Porphyrio, quasi obscœnos. Vide, si vacat, caput vndeuicesimum tertij aduersariorum Turnebi, & vicesimum quartum tertij Miscellaneorum Brodæi. ¶ *molitur.* Molo verbum, quod à mola fit, notæ est significationis: sed vsi sunt eo verbo poëtæ in re obscæna, vt hic,

63. & in epigrammate centesimo & sextodecimo: indéque verbali in epi-

49. grammate octogesimonono. ¶ *Ne quid inexpertum.* Quarti Æneidos Virgilij versus quadridgentesimus & quinctusdecimus.

41 A IN EPIGRAMMA LXXI. Legitur ἄδηλον, hoc, libro primo epigrammatum Græcorum.

Κεῖνον ἐν τελόδωσι κατοιχομένου τις ἑταῖρων,
    Εἰκόνα τὴν κοινὴν οὐχ ἑὰ χρυσὲ βίου.
Δεξιτέρην δ' ἔρεψεν ἐπὶ χθόνα, καὶ λίθον ἧκα

Κωφὸν μὲν δοκέοντ', ἀλλὰ πνέοντα δίκης.
Οστέον ὡς γὰρ ἔπληξεν, ἐφήλατο, καὶ τὸν ἀφέντα
Πήρωσε, γλυκεροῦ βλέμματος ὀρφανίσας.
Καὶ πάλιν εἰς ἅδην ἐκολάζετο. τὴν ἰδίην δὲ
Ἔκλαυσεν χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην.

Id est,

Caluariam in triuiis mortui quidam aspiciens.
Imaginem communem non fleuit vitæ.
Dextram vero iniecit in terram, & lapidem misit
Stupidum quidem apparentem, sed tamen qui spirabat vltionem.
Ossum enim vt percussit, resiliit. & eum, qui iecerat,
Mutilauit, dulci visu priuans.
Et rursus in infernum vsque puniebat. Suam autem
Fleuit manuum certam stultitiam.

*¶ *testa hominis.* Testæ, vasa ex argilla, a quorum similitudine, quæ Latinis Caluaria, Græcis κρανίον dicitur, testam hominis Ausonius vocat, sicut & nos hodie Galloromani: sed qui testam vulgo vocitemus, non nudum humani capitis ossum, sed totum ipsum plenum, & suis partibus absolutum cuiusque caput animalis. Ita vocabulum hoc à Latinis sumus mutuati: indéque *tes* contraximus, quum volumus dicere, quas iidem Latini testas quoque, vasorum scilicet fictilium fragmenta, eáque qui bus oua, ostrea, aliáque eiusmodi teguntur: quæ & in ouis putamina Plinius appellat libro decimo. Sed de testa quædam rursus in cupidinem cruci affixum, & in epistolas Paulini. ¶ *Auctorem vt ferant tela retorta suum.* Alia exemplaria, In proprium vt redeant tela retorta caput. ceterum qui fuit in impressis exemplaribus titulus, De Achilla, qui dissecuit caluariam, is fuit in vetere. DE EO QVI TESTAM HOMINIS IMMISERICORDITER DISSIPARE VOLVIT. Neuter Ausonij videtur.

41 B

Cap. 52.

256. 585

IN EPIRAMMA LXXII. Lucillius secundo epigrammatum Græcorum libro, quisquis hic sit.

42 A

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἀστρόλογος Διόφαντος
Εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν.
Κἀκεῖνος γελάσας, τί μὲν ὁ χρόνος ἐννέα μηνῶν.
Φησί, λέγει, σὺ νόει. Τὰ μὲν δὲ συντομά σοι.
Εἶπε, καὶ ἐκτείνας μόνον ἥψατο, καὶ Διόφαντος
Ἄλλον ἀπελπίζων αὐτὸς ἀπεσκλήκει. Id est,

Hermogenem medicum astrologus Diophantus.
Dixit, solos vitæ nouem menses habere.
Et ille ridens, Quidnam tempus nouem mensium
Inquit, dicat, tu considera. Mea autem breuia tibi.
Dixit: & extensa manu, solum tetigit. & Diophantus
Alium desperans, ipse expirauit.

¶ *Alcon.* Est & apud Martialem Alcon medicus. ¶ *victuri, ni tetigisset.* Victurus erat Marcus dies sex, à Diodoro aruspice ex deûm fatórumue præscripto reliquæ vitæ definitos, nisi diis, satísque potentior medicus Alcon, decumbentis manum tetigisset, qua parte, motu, atque pulsu, habitum & modum febris, arteria indicat. Efflauit enim ille statim animam. Mirum autem genus hoc medicorum, quod solo contactu manuum, vt præsentissimo veneno, homines enecat.

42 B

IN EPIGRAMMA LXXIII. Et hanc sententiam eleganti complexus est disticho idem Lucillius eodem libro secundo.

Τοῦ λιθίνου Διὸς ἐχθὲς ὁ κλινικὸς ἥψατο Μάρκος.
Καὶ λίθος ὤν, καὶ Ζεὺς, σήμερον ἐκφέρεται. Id est,

Lapideum Iouem heri Clinicus tetigit Marcus,
Et lapis qui erat, & Iuppiter, hodie effertur.

¶ *hesterno.* scilicet die. ¶ *medici.* Alconis. ¶ *Effertur.* Scilicet Iuppiter, seu statua Iouis, & non Alcon. Efferri autem dicuntur mortui, cadauera, funera. Aliæ à ferendo verbi significationes, notæ sunt: in quo consistit huius loci iocus.

43

IN EPIGRAMM. LXXIIII. ¶ *moriturum dixerat ægrum. olim* pro *ægrum*, vetus liber. Olim nanque de futuro quoque dicitur. ¶ *Ipsum videt.* In somnis visus est Eunomo indocto medico mortuus Caius. Qua specie territus, rogauit, quis esset. ¶ *Caius, at.* Ego, inquit Caius, sum Caius, quem moriturum prædixeras, Eunome. ¶ *Hoc abnuit.* Negat. Respondet Caius se esse mortuum, & à Dite inferorum deo, ad superos missum. *Hic* autem pro *hoc* antiquus liber, ac *Et* pro *At.* Et quid. ¶ *Accirem medicos.* ad inferos. Accirem autem rectius quam acciperem, aut arriperem. ¶ *dico ego & omnes.* Non solum ego, sed etiam quicũque te norunt. Quidã tamen codices, dico ego ad omnes. In Caius autẽ, & Staius, & Põpeius, & Vulteius, i consonans est: & vocales eam præcedentes producuntur: sed eadem consonans vim vocalis ibi recipit interdum: & sic fit dactylus ex trochæo Caius. vt apud Martialem in epigrammate nonagesimo quarto libri noni.

Peruigil in pluma Caius ecce iacet.

44

IN EPIGRAM. LXXV. In quem vocis absonæ hominem scribitur hoc epigramma, Marcum sic appellabat vetus liber, in versu quarto,

Quum vis Arcadicum fingere, Marce, pecus.

si legere valuisset Lugdunensis librarius. Vocem autem non solum dicit absonam Cicero, verum etiam hominem absonum, qui voce sit absona, absurda & dissona. ¶ *Arcadicum pecus.* asinos. Arcadiæ pecuaria, apud Aulum Persium. ¶ *& ouantes gutture cornos.* Virgilium hemistichium, ex versu quadringentesimo vicesimotertio primi Georgicôn. ¶ *bellua talis.* aliqua huiusmodi bestia. Sic fuit in vetusto codice. sed

felis pro talis ſcripſerunt Lugduneſes, quum in mentem veniſſet, quam prodigialiter vocem ſuam variare nouerit felis, quæ & feles potius: vt in epigramma ſexageſimum nonum diximus. 371

IN EPIGRAM. LXXVIII, ET LXXIX. Lucillij Græca libro primo epigrammatum Græcorum. 45

Ἤ τὸ φιλεῖν περίγραψον Ἔρως ὅλον, ἢ τὸ φιλεῖσθαι
Πρόσθες. ἵν' ἢ λύσῃς τὸν πόθον, ἢ κεράσῃς. Id eſt,
Aut amare illud expunge, ô Amor, totum, aut amari
Adiunge, vt vel ſoluas deſiderium, vel miſceas.

Extat Ruffini cuiuſdam, & hoc diſtichon.

Ἤ δυσὶν οὐκ ἴσχυσας ἴσην φλόγα, πυρφόρε, καῦσαι,
Τὴν ἐνὶ καιομένην ἢ σβέσον, ἢ μετάθες. Id eſt,
Si duobus non potuiſti æqualem flammam, ô ignifer amor, incendere,
Vni incenſam vel ſerua, vel transfer.

¶ *Alma Dione.* Dione hoc loco Venus ipſa. alias Veneris mater: vnde Dionæus in diſtichis de Menſibus. Hyginus, Seruius, Heſiodus in Theogonia. 46 A 321

IN EPIGR. LXXX. ¶ *Incipe.* Titulus huius epigrammatis in vetúſto Lugdunenſi libro, Ἀρχὴ τὸ ἥμισυ παντός. Legitur hemiſtichium heroicum in Luciani vita.

—— *ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός,*

quod Heſiodo videtur attribuere in Hermotino his verbis. Ἀλλὰ τήν γε ἀρχὴν ὁ αὐτὸς οὗτος ἡσίοδος ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι. Idem Auſonius in Technopægnio.

Incipe, quidquid agas, pro toto & primo operis pars. 289

Caius in digeſtis Iuſtiniani de origine Iuris. *Et certe cuiuſque rei potiſſima pars, principium eſt.* Meminit veteris prouerbij Polybius libro quinto. ſed vide apud Eraſmum Adagium, *Principium dimidium totius.*

IN EPIGRAM. LXXXI. ¶ *Gratia, quæ.* Ex his Græcis, quæ in antiqui etiam libri titulo reperimus, 46 B

Ἀ χάρις, ἁ βραδύπους ἄχαρις χάρις, ——

fecit ſua Latina Auſonius. quorum Græcorum dialectus Doris eſt. Monet autem Eraſmus Roterodamus in prouerbio, *Bis dat, qui cito dat,* heroici verſus initium eſſe, ex epigrammate quopiam, quod perierit.

IN EPIGRAM. LXXXIII. Lucillij hæc ſunt Græca libro ſecundo anthologiæ.

Πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
Τῶν ἔργων παριδὼν ἠνίασας μεγάλως.
Τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης,
Καὶ πάλιν ὢν Καπανεὺς ἐξαπίνης ἔπεσες.
Ἀλλ' ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς. ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι,
Καὶ ζῶν ἐξῆλθες. Τοῦτο παρ' ἱστορίην. Id eſt,
Omnia iuxta hiſtoriam ſaltans, vnum, quod erat maximum,

Operum prætermittens, offendisti grauiter.
Nam Nioben saltans, vt lapis stetisti.
Et rursus referens Capaneum, repente cecidisti.
Verum in Canace, inepte, quoniam & gladius erat tibi,
Et viuens exiisti. Hoc contra historiam.

47 B Saltare autem, & ruere Nioben, Capaneum, Canacen, est saltando, cadendo imitari, referre Nioben, Capaneũ, Canacen. ¶ *Capanêa.* Accusatiuus Græc⁹ Ionicus Καπανῆα a recto Καπανεύς. Fuit Capane⁹ ex iis, qui cum magno exercitu aduersus Thebas profecti sunt, vt narrant Diodorus Siculus, Hyginus, & Statius in Thebaide. Flauius Vegetius rei militaris libro quarto sic scribit. *Hoc facto, scalis appositis occupant ciuitatem. sed qui scalis nituntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, à quo primũ hæc scalarũ oppugnatio perhibetur inuenta. qui tanta vi occisus est à Thebanis, vt extinctus fulmine diceretur.* ¶ *saltauit saxeus.* saxum potiùs, quã saltator, ille videbatur. Ex sex autẽ epigrãmatis huius versibus, duo hi soli fuerũt in uetere libro, cũ hoc titulo. DE EO QVI CAPANEVM SALTANS RVIT. De Niobe tria sunt epigrammata inter Heroum 183 epitaphia: quę tibi locum hunc explicabunt. ¶ *In Canace.* Fuit hæc Æoli ventorũ regis filia. quæ misso à patre gladio se interfecit, quum ex suis & fratris nefandis amoribus, concubitúque natus puer esset. Cupido cruci affixus, Hyginus, Canaces litteræ Macareo apud Ouidium.

237 IN EPIG. LXXXIV. Palladæ Græcum est libro secundo 48 A anthologiæ.

Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός,
Ὡς ξύλινος Δάφνην, ὡς λίθινος Νιόβην. Id est,
Daphnem & Nioben saltauit Memphis ille simus,
Vt ligneus Daphnem, vt saxeus Nioben.

Sicui autem compertum foret, quibus temporibus vixerit Palladas ille, poëta epigrãmatograph⁹, sciri fortassę posset, vter hui⁹ argumẽti auctor sit: atque hoc ego aliquando quæsiui. Lilij Ferrariensis tabulæ illæ, profecto quid sibi velint, non video, quæ Palladam medium inter Archimelum & Theætetum pingunt. Nam est libro secundo Anthologiæ Palladæ epigramma, quod fertur scripsisse in Themistium philosophũ, Valentiniano Valentéque fratre Cæsaribus, Constantinopoli præfectũ: quod si ita habet, certe Palladas Ausonio ætate non præstiterit. Quare, qui Ausonium Græcorum semper interpretem fuisse existimant, videãt: quam tuto id credere possint. De Niobe iam monuimus. Δάφνη est laurus, & Daphne puella, quæ in laurum mutata fingitur, Parthenio in Eroticis, & Ouidio libro primo Metamorphoseon. De ea sunt epigrammata, centesimum, & centesimum ac primum. 95

48 B IN EPIGRAMMA LXXXVII. ¶ Δόδρα πότος καὶ ἀριθμός. id est,

Dodra potio & numerus, habeo mel, vinum, oleum.

Panem,sal,herbam,ius,aquam,piper.

Parisinus tamen codex, Δώδρα πότον, καὶ ἀερθμός. Alij Δώδεκα πότον, καὶ ἀερθμόν. Lugdunensis vetustus Græcum epigramma non habebat, sed priori Latinorum titulum præfigebat, IN DODRALEM. & alteri, IDEM. Quis autem huius potionis vsus foret & vis, parum comperi.

IN EPIGRAMMA LXXXVIII. ¶ *Pappia lex.* Hãc tulit Augustus, sed ab ijs, qui tum consules erant, Pappia & Poppæa dicta est, inquit Dio libro quinquagesimo sexto. Ea fuit de maritandis ordinibus: vt loquitur Suetonius. Continebat enim, vt si vir & vxor filios non haberẽt, quod alter alteri reliquisset, decima pars fisco addiceretur. Placuit itaque ea lex iurisconsulto illi, qui vxoris adulterijs fauere videbatur: quo ex illa nullo non modo prolem susciperet. Andreas Alciatus locum hunc exponit libri tertij capite tertio Dispunctionum, & παρέργων decimi capite sexto. ¶ *Iulia displicuit.* Et huius legis plura capita: quorum vno plectebantur: vt lenocinij rei, mariti, qui adulteras vxores in matrimonio retinebant. Tulit Diuus Augustus, inquit Vlpianus quadragesimooctauo digestorum, Titulo quincto. ¶ *Scatiniam metuens.* Lauronia apud Iuuenalem libro primo.

49 A

Ver. 214

Quod si vexantur leges ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia. Respice primum,
Et scrutare viros. faciunt hi plura.

Sic Ausonius corripuit secundam syllabam nominis Scatiniæ, quam Iuuenalis produxerat. Primæ vero sunt, qui addunt N, sicut Caius Scantinius scribitur apud Valerium Maximum libro sexto de pudicitia, & vt Publius Scantinius appellatur Pomponio Læto, is, qui legem tulit, homo mihi parum notus. Quin ne lex illa quidem quæ fuerit, satis nobis compertum. Quidam dixerunt in pedicones, & puerorum concubitores latam, quos Beroaldus Suetonij interpres (Scatiniæ meminit Suetonius in Domitiano) reprehendit: asseritq; in eos latam, qui muliebria paterentur, hoc est, qui viri viris se, feminarum more, postituerent. quare hic noster iurisconsultus, sit dictus semiuir, & in hoc, & in sequenti epigrammate. ¶ *non metuit Titiam.* Titiam legem Caius Titius tulit: *qua cauetur* antiquitus, inquit Cornelius Tacitus libro vndecimo historiæ Augustæ, *ne quis ob causam orandam, pecuniam donúmue acciperet.* Illam hic Iurisconsultus timere non debuit. Quis enim vnquã sanæ mentis, rudem prorsus, & imperitum hunc adeat, roget, causam oret, & muneretur? Egregij tantum, & celebres hîc quæruntur: quos periculum est in legem peccare, vbi pecunia donúmue offertur. Quem autẽ non satis viderat Alciatus elegantissimi epigrammatis nasum, pulchrè detexit Pithœus noster in capite secundo libri secundi aduersariorum.

49 B

IN EPIGRAM. LXXXIX In eundem iurisconsultum est & hoc. ¶ *Zoile.* Inuide, obtrectator alienarum laudum, & alienorum

laborum reprehensor. Erasmus in prouerbio octauo Centuriæ quinctę,
40 Chiliadis secundæ. ¶ *molitor tuus.* De hoc verbo in epigramma septuagesimum.

50 IN EPIGRAMMA XC, ¶ *Perfacile id faciam.* Hęc sunt Veneris. ¶ *rursus idem patiar,* ac prius. inquit Marcus, si nostros omnium mores, & amores mutaueris, vt amet, quæ ante oderat: & oderit, quæ prius amabat. ¶ *Marce, vt ameris, ama.* Hemistichium ex vndecimo epigrammate libri sexti Martialis. ¶ *Suasisti. Venus alma, duas Glyceras vt amarem.* Antiquus codex.

Suasisti, Venus. ecce, duas dyseros vt amarem.

qui & hoc facit alterius epigrammatis principium, præfixo titulo, ΔΥΣΕΡΩΣ. Dicitur autem δύσερως morosus in amore, & infelix.
51 A * *Stulte, ab omore.* Ita fere Syrus ad Clitiphonem in Terentij Heautontimorumeno.

Vis amare, vis potiri, vis, quod des illi, effici:
Tuum esse in potiundo periculum non vis. haud stulte sapis.

¶ *Odit vtraque,* Notandum *vtrâque* media producta, recto etiam casu, quo natura breuis est, vt ante tres versus ——— *Si diligas vtraque:*
44 *vellem.* Eandem similiter productam inuenies in versu vicesimo secundo epistolę ad patrē. ¶ *datis.* donis. muneribus. ¶ *Suasi, quod potui.* Marce, inquit Venus, malo tuo nullum aliud ego inuenire possum remedium.
51 B consule iam alios.* ¶ *Phædra.* Hæc amoris impatientia se suspendit, vt
18 diximus in epigramma vndeuicesimum. Elisa Dido gladio incubuit.
237 Sappho in mare se præcipitauit. Eædē fabulæ in Cupidine cruci affixo.
61 & in epigrãmate centesimo & vndecimo. Pro his autē duobus versibus,

Phædra, & Elisa tibi dent laqueum aut gladium,
Præcipitem pelago vel Leucádos elige rupem,

fuerunt in Lugdunensi codice,

Quod sibi suaserunt Phædra & Elisa dabunt
Quod Canace Phyllisque & fastidiata Phaonis

47 De Canace in epigrammate octogesimotertio. Phyllis, quæ scribit Demophoonti apud Ouidium. Sed quid verbi, fastidiata Phaonis? fastidita Phaoni potius. A Phaone autem fastidita & spreta Sappho, se ex summa Leucadis insulæ rupe in mare deiecit, vti modo dictum fuit. ¶ *Hoc das consilium?* ait Marcus. cui statim Venus. ¶ *Tale datur miseris.* qualis supra dici & esse maluisti.

52 A IN EPIGRA. XCI. Lucillij Græca sunt libro secundo anthologiæ titulo secundo.

Πρὸς τὸν μάντιν Ὀλυμπον Ὀνήσιμος ἦλθ᾽ ὁ παλαιστής,
Καὶ πένταθλος Ὕλας, καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς,
Τίς μέλλει νικᾶν τὸν ἀγῶνα, θέλοντες
Γνῶναι. κἀκεῖνος τοῖς ἱεροῖς ἐνιδών,
Πάντες, ἔφη, νικᾶτε. μόνον, μή τίς σε παρέλθῃ,

Καὶ σε κατάςρεψη, καὶ σε παραδραμεῖ. Id eſt,
Ad vatem Olympum Oneſimus venit paleſtrita,
Et quinquertio Hylas, & curſor Menecles,
Quis victurus eſſet ipſorum certamen, volentes
Scire: & ille ſacris inſpectis,
Cuncti, inquit, vincitis. ſolum ne quis te ſuperauerit,
Et te deieceris, & te præcucurrerit.

¶ *Ammonem Libyæ.* Quod in prædictione Oneſimi aſtrologi Lucillius, Auſonius in æque incertum Iouis Ammonis oraculum ſcribit. De quo numine Libyco Diodorus Siculus, Lucanus, Curtius, & alij.* Sunt & alia in his epigrammatibus mutata, ſed eodem manente ioco. De ludis & agonibus Græciæ eſt carmen Auſonij infra. CÆSTVS per diphthōgum ſcribitur, auctore Seruio in verſum ſexageſimumnonum quinti Æneidos, quando arma pugilum ſignificat, & per quartam declinationem flectitur, vtroque numero, quum ceſtus ſine diphtongo, & numero tantum ſingulari, Veneris balteum ſignificet. Cæſtus iſtos Apollonius in principio ſecundi Argonauticorum, ἱμάντας vocat, hoc eſt lora, vt lora erant, bubula, perdura: quibus pugnaturi manus armabant, & inter ſe nudi feriebant, os & tempora in primis petentes: ſed eorum alia etiam nōmina apud Iulium Pollucē. Qui cæſtibus pugnabant, vt Pollux & Amycus apud eundem Apollonium, Entellus & Dares quinto Æneidos, ij Græcis πύκται, Latinis pugiles: & res ipſa illis πυγμὴ, his pugilatus dicitur: hæcq; pugna proprie dicta videtur, quæ πὺξ, hoc eſt, pugnis peragitur, quemadmodum ἐτυμολογεῖ Donatus.* Pugil ergo dicebatur, qui cæſtibus: παλαιςὴς & palæſtrita, qui lucta, quæ πάλη & παλαίςρα Græcis appellatur: ςαδιεὺς, qui in ſtadijs & circis curſu: δισκοβόλος, qui diſci in ſublime iaculatione: ἁλτικὸς, qui ἅλματι, id eſt ſaltu certabat. Quæ quinque πένταθλον Græcis (πέντε quinq; ſunt, & ἆθλος certamen) Latinis quinquertiū dicebatur, vel Budæo auctore ex Feſto: & is, qui in illis quinque vicerat, iiſdem Græcis πένταθλος, quinquertio Latinis. Πένταθλος tamen Lucillij, pugil Auſonio hic eſſe videtur. ¶ *Catus.* doctus, vt in ode decima libri primi Horatij, ac in duodecima tertij.

52 B

52 C

IN EPIGRAM. XCII ¶ *Punica.* puniceï coloris, & purpurei, vt in epiſtola Auſonij decima. Hæc autem, de Hermione illa nō poſſunt accipi, cuius ad Oreſten apud Ouidiū eſt epiſtola. ¶ ἐλεγεῖον diſtichon elegiacum, quod ſequitur. Huius autem elegêi plurale eſt elegêa in pænultimo carmine Parentalium. ¶ *Paphie.* Venus.

444.

IN EPIGRAM. XCIII. Hylas, non qui dictus eſt pugil in epigrammate nonageſimoprimo, ſed egregia forma iuuenis, Theodamantis & Menodices filius, Herculis ad Colchos proficiſcentis comes, qui quum ex Argo deſcendiſſet, aquatum profectus, à Nymphis in Mœſia raptus eſt. Fabulam narrat Apollonius libro primo Argonauticōn, Seruius, Strabo, Solinus, Theocritus, Eraſmus in prouerbio, *Hy-*

13
53

lam inclamas. ¶ *Naiades Eumenides.* Naiades sunt fontium fluuiorúmue deæ. Eumenides, furiæ infernæ & diræ. Verum autem dixeris nymphas illas, quæ amore captæ, ipsum ad se demerserunt Hylam, Naiadas, an Eumenidas? Pro Naiadas autem legitur & Naidas a recto Nais, qui est
247. versu octogesimo secundo Mosellæ.

IN EPIGRAMMA XCIIII. Quomodo ad Hylam hoc pertineat, non satis video. Ad Narcissum potius, qui in florem mutatus est. Est autē metrū Iambicum dimetrū. ¶ *Ephebus.* ἔφηβος. Ephebia, prima pars adolescentiæ, & extrema pueritiæ, ait Donatus in Andriam.

IN EPIGRAMMA XCV. De insano Narcissi amorē, atque in florem sui nominis transformatione, legendus Ouidius tertio Metamorphóseon. Is sui mirator dicetur in Cupidine cruci affixo, rursúsque memorabitur in versu septuagesimo Thechnopægnij.

115. 292. IN EPIGRAMMA XCVII Hoc quoq; de Echo
54 & Narcisso, ibidem Ouidius. De Echo epigramma vndecimum.

55 IN EPIGRAMMA XCIX. De Hermaphrodito &
38. Salmacide, epigramma sexagesimum octauum.

IN EPIGRAMMA C. De Apollinis arcu, sagittis, amoribus in Daphnen, Ouidius libro primo Metamorphóseon. ¶ *Pean.* Phœbe. Apollo.

IN EPIGRAMMA CI. De Daphne quædam anno-
48. tata supra in epigramma octogesimum quartum. Est laurus sacra Apollini. *Apollo Daphnen,* inquit Hyginus, *Penei fluminis filiam, quum virginem persequeretur, illa à terra præsidium petijt: quæ eam recepit in se, & in arborem laurum commutauit. Apollo inde ramum fregit, & in caput imposuit.* Vide finem fabulæ apud Ouidium, & commentarium in sextum Cassandrę Lycophronis versum. Aphthonij Sophistæ progymnasmáton caput quoddam de hac etiam est fabula. meminit & Ausonius in carmine de Antio-
203 chía & Alexandría:

57 IN EPIGRAMMA CIV Ex Antipatri Sidonij Græcis, quæ extant libro quarto Græcorum epigrammatum.

> Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάττας
> Κύπριν Ἀπελλείου μόχθον ὅρα γραφίδος,
> Ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν,
> Ἐκθλίβει νοτερὸν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων.
> Αὐταὶ νῦν ἐρέουσι Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη,
> Οὐκ ἔτι σοὶ μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα. Id est,

> *Emergentem ex matre modo aqua marina*
> *Cyprin Apelleæ laborem aspice picturæ:*
> *Quomodo manu comprehendens madentem aqua crinem*
> *Exprimit humidis spumam a comis.*
> *Ipsæ iam dicent Pallas & Iuno,*
> *Non amplius tibi de forma in contentionem venimus.*

Hæc

Hæc est autem Venus, cuius patrem Cælum esse dixit epigramma tricesimum secundum. Eius vero matrem eleganter poëta Græcus θάλατταν appellat: quod hoc nomen sit femininum, pro quo sunt Latinis mare, pelagus, & alia alio genere. Porro Plinius libro tricesimo quinto, Venerem hanc modo anadyoménen, modo Grę cum verbum interpretãs, Venerẽ exeuntẽ è mari nominat. ¶ *Appellêi.* Appellis, pictoris clarissimi. ¶ *Iam tibi nos.* Epigrãma quadragesimũ primũ, & quadragesimũ secundũ. ¶ *innuba Pallas.* innupta Minerua in principio secũdi Æneidos.

23

Cap. 10.

19

IN EPIGRAM. CVI. ¶ *Thermarum in solio.* vbi ille suam scabiem lauabat. Solium inter alia significat lacum, vas iuxta thermas & aquæ calidæ fontes, in quod deriuatur aqua, lauandi corporis gratia. Aliquot vidimus antiqua solia marmorea in margine fontis multæ aquę & perferuidę Aquis Augustis. Cuius vrbis Aquitanię meminimus in Parẽtalium carmine secundo. ¶ *enthea dæmone Mænas.* Martialis in epigrammate octogesimo quinto libri vndecimi.

58 A

103

Quum furit ad Phrygios enthea turba modos.

Θεὸς, deus & adiecta præpositione ἐν, id est, in, ἔνθεος, in quo est deus, numine agitatus quispiam, & afflatus. Vnde & entheatus apud eundem Martialem in libri duodecimi epigrammate quinquagesimo septimo,

Nec tuba cessat entheata Bellona.

Scite vero, & vere enthea dæmone, id est, deo seu numine, describitur libro sexto Æneidos Virgilij, Sibylla,

Vers. 45

——— quum virgo, poscere fata
Tempus, ait, deus ecce deus. Cui talia fanti
Ante fores, subito non vultus, non color vnus,
Non comptæ mansere comæ: sed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument: maiórque videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore dei. ——— * ¶ *Mænas.* Est μαίνεσθαι furere, insanire, numine perciri. vnde Mænades furiosæ fœminæ: quales cõtra Pentheũ describũtur in Theocriti Idyllio tricesimo tertio, & contra Orpheum libro vndecimo Metamorphoseon Ouidij. ¶ *Symplegados antrum.* podicem. Vide Martialis epigramma centesimum libri vndecimi. Sunt Symplegades Geographis, & Apollonio libro secundo Argonautieôn, & Ouidio quintodecimo metamorphóseõ scopuli seu insulæ duæ paruæ, paruóque distantes spatio, cõtra Thracium Bosporon, aliquando creditæ dictæque concurrere: & inde nomen a se inuicem concutiendo, sortitæ. Πλήττω enim simplex verbum cædere & percutere significat: σὺν vero est con præpositio: ex quibus συμπληγάδης. ¶ *Desectos viros.* castratos, & eunuchos Græcis dictos: quos Terẽtiana illa Pythias, mulierum amatores esse maximos, sed nihil posse, audierat. ¶ *Ad Phlegethontêas.* Φλεγέθων apud inferos rapidus flammis torrentibus amnis, ait Virgilius sexto Æneidos. vnde Φλεγεθόντιος id est Phlegethontêus.

58 B

59 IN EPIGRAMMA CVII. In quendam Siluium Britanum, cognomento Bonum.¶ *Britto bonus.* verus Britto. Sic infra, *Silus Britto Bonus.* Arbitror autem cum ex Sidonio Apollinare, & Beda, tum ex hoc Ausonij epigrammate, satis liquere, Brittones a Brittannis nihil differre: & proinde non leuiter illos errare, qui Brittones, eos solum nuncupari volunt, qui in Gallia ad Ligerim habitant. Sed de

246 his plura in versum sexagesimum octauum Mosellæ. ¶ *Si simplex Siluius.* vt pro Siluio bono, duplici nomine, sit illi simplex & vnicum vocabulum Siluius. ¶ *Nec se quit iungere Britto bono.* Omnes libri, quotquot vidi, Britto & homo habuerunt sed quis non videt corruptum locum, si ita legatur, & sententiam ineptam? Quis enim Brittonem, hominem esse neget? Est itaque sensus. O Silui, tu es bonus Britto (bonus in malam partem, vt nobile scortum, insignis sicarius) quamuis dicaris esse non bonus homo, & Britto non possit esse bonus.

60 A IN EPIGRAMMA CVIII. Furippus si primam producit, vult à furando factum: si vero corripit, à furendo. Ἵππος autem & βοῦς, quæ animalium genera sunt, id est equus & bos, in compositione

39 sicut & in epigramma sexagesimum nonum meminimus, fere τὸ μέγα, id est valde, significant, vt etiam ex Budæi commentarijs discere poteris quare Furippus, vt ex Latino & Græco sit compositũ, insignem furem, aut valde furiosum hominem, significabit. ¶ *Pars vero.* Sic Parisiense exemplar. Corruperat quispiam germanam lectionem, qui *vero* in *vera* commutauerat, quam ignoraret in coniunctione *vero* syllabam ro sæpius quidem produci, sed interdum etiam corripi.

60 B IN EPIGRAMMA CIX. Carmen hoc, Iambicum trimetrum. Cicero libro primo de Natura deorũ. *Quæ enim nobis Natura informationem deorum ipsorum dedit eadem insculpsit in mentibus, vt eos æternos & beatos haberemus. Quod si ita est, vere exposita illa sententia est ab Epicuro, Quod æternum, beatúmque sit nec habere ipsum negotij quicquam, nec exhibere alteri.* & codẽ post libro. *Vbi igitur illud vestrum, Beatum & æternum? quibus duobus verbis significatis deum.* Quæ sententia Epicuri sic Græce habet apud Diogenem Laertium. Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. Seneca in Claudiũ Cæsarem, eiusdem meminit. Contra quam disputat Lactantius Firmianus in libro de ira Dei, & Maximus Tyrius sermone vicesimo nono.

IN EPIGRAMMA CX. Si non fallit Stobæus in capite περὶ ἀργίας, Hæc Menãdri poëtæ Comici Græca, fecit Ausonius Latina,

Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ
Ἔστ' ἀθλιώτερος. διπλᾶ οἷα γοῦν μάτην
Ἐσθίει.——— Id est,
Piger vero bene valens, febricitante multo
Est miserior. duplum videlicet frustra.
Comedit.——— Est autẽ metrum Iambicũ trimetrum tam Græcũ

hoc Menandri, quam Latinum Ausonij.

IN EPIGRAM. CXI. Ἀδέσποτον *hoc* libro quarto anthologiæ. 61 A

Ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος, ὦ ξένε, λεύσσεις
Εἰκόνα θεσπεσίῳ κάλλεϊ λαμπομένην.
Τοίη καὶ γενόμην. ἀλλ' οὐ νόον, οἷον ἀκούεις,
Αἰσχρὸν ἐπ' εὐφήμοις δόξαν ἐνεγκαμένη.
Οὐδὲ γὰρ Αἰνείαν ποτ' ἐσέδρακον, οὐδὲ χρόνοισι
Τροίης περθομένης, ἤλυθον ἐς Λιβύην.
Ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίων ὑμεναίων,
Πῆξα κατὰ κραδίης φάσγανον ἀμφίτομον.
Πιερίδες τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσασθε Μάρωνα;
Οἷα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης. Id est,

Archetypon Didonis clarissimæ, o hospes, vides
Imaginem diuina pulchritudine splendentem.
Talis etiam fui: sed non qua mente fuisse audis,
Turpem ob honesta gloriam consecuta.
Neque enim Aeneam vnquam vidi, neque temporibus
Troiæ cadentis, veni in Lybiam.
Sed vim fugiens Iarbæ nuptiarum,
Fixi in cor gladium ancipitem.
Pierides, quid in me castum armastis Maronem?
Talia contra nostram mentitus est pudicitiam.

¶ *Sed non Maro.* Publius Virgilius Maro quarto Æneidos. * ¶ *Namque nec Æneas.* Quod commentus est Virgilius in odiũ Carthaginensiũ. Macrobius libro quincto Saturnaliorum. ¶ *Nec Libyam.* Nec in Africã venit. Dionysius Halicarnassensis libro primo. ¶ *procacis Iarbæ.* Iouis fuit filius Iarbas rex Libyæ. Vide Virgilium, & eius commentatores. ¶ *Vlta virum, Positis mœnibus.* Allusio est ad illa, quæ moriens Dido dicit quarto Æneidos. 61 B Cap. 17.

Vrbem præclaram statui. mea mœnia vidi.
Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.

Narrat autem Virgilius primo Æneidos, & Iustinus libro duodeuicesimo, quo modo sit vlta Dido virum suum Sichæum a Pygmalione fratre interfectum. Cuius etiam rei nos mentionem fecimus in epitaphium ipsius Didonis. Ceterum alij, quam Dido, traduntur Chartaginis conditores in Eusebij chronicis, & Libycis Appiani. ¶ *Vos magis historicis.* His nihil simile in Græco. ¶ *Falsidici vates.* falsi poëtæ, in epistola duodecima, Homerus in primis, auctore Lactantio, & Cicerone, & aliis. 184 B 446

IN EPIGRAM. CXII. ¶ *Tres vno in lecto.* Strato libro secundo anthologię capit. εἰς αἰσχρολογεῖς, vtercunque poëtarum maior natu fuerit. 62 B

Ἡ κλίνη πάσχοντας ἔχει δύο, καὶ δύο δρῶντας.
Οὓς σὺ δοκεῖς πάντως τέσσαρας· εἰσὶ δὲ τρεῖς.
Ἢν δὲ πόθῃ, πῶς τοῦτο, τὸν ἐν μέσσῳ δὶς ἀρίθμει,
Κοινὰ πρὸς ἀμφοτέρους ἔργα σαλευόμενον.

Id est,

Lectus patientes habet duos, & duos patrantes.
Quos tu putas omnino quatuor. sunt autem tres.
Si vero roges, quo modo hoc, Illum, qui est in medio, bis numera,
Communis cum vtroque alterum opera agitantem.

Terni autem isti se sic inuicem incestantes, si sint quos spurcissimus ille Tiberius appellat Spintrias apud Suetonium, de isto vocabulo quæsiit Magius, secundi Miscellaneorum capite quarto post Beroaldum, Sabellicum, Pium, & alios. ¶ *qui facit & patitur.* Nefandæ libidinis historiam narrat Seneca in extremo libro primo Naturalium quæstionum.

IN EPIGRAMMA CXIIII. χάριτες, id est, Gratiæ, Hesiodo in Theogonia, Iouis & Eurynomes ὠκεανοῦ κούρης filiæ, tres sunt Aglaïa, Euphrosyne, Thalia. Iis quartam addit, suam Lesbiam Ausonius. Alia Lesbia in epigrammate tricesimoprimo.

23

62 B

IN EPIGRAMMA CXV. Est libro secundo Anthologiæ diuersorum epigrammatum Græcorum caput εἰς λεπτοὺς, in paruæ nimis staturæ homines, quos Sulpici' Apollinaris dicit in extremo libro nonodecimo Noctium Atticarum AulliGellij, Latinis pumiliones esse dictos, Græcis νάνους, quomodo & Galloromani vulgo vocitamus. Cuius verbi etymon dare sunt conati Hesychius & Suidas. In eo igitur capite tetrastichon hoc inuenies in Menestratum quendam.

Ἱππεύων μύρμηκι Μενέστρατος, ὡς ἐλέφαντι,
Δύσμορος ἐξαπίνης ὕπτιος ἐξετάθη.
Λακτισθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ καίριον, ὦ φθόνε, φησίν,
Οὕτως ἱππεύων ὤλετο καὶ Φαέθων.

Id est,

Equitans in formica Menestratus vt in elephanto,
Infelix repente supinus prostratus est.
Calcibus autem impetitus, vt habebat, letaliter, ô liuor, ait,
Sic equitans periit etiam Phaëton.

De casu Phaëtontis lege Ouidium secundo Metamorphoseon. Ceterum dubitari video, Ausoniine sit hoc epigramma in Faustulum Anicij Probini nanum, an vero ipsius Probini in Faustulum quendam. In quo duo hæc iampridem emendanda censui. Primum enim quum *Anci-Probini* scriberent libri omnes, tametsi Ancos etiam habuit Latium, tamen Probinum hunc semper esse existimaui, de quo in Iambicum ad Probum mentionem fecimus: qui non Anicus sed Ancius Probinus ab Anicia, Anicianáue familia dicebatur. Deinde, *Quid rides improbe liber*, habebant omnia exemplaria: vbi *liuor* pro liuide & inuide, non *li-*

416

ber legendum indicarunt Lucilij Græca.

IN EPIG. CXVI. ¶ Aëre. odore. fragrantia. ¶ *Seplasiæ.* Capuæ, quam inter claras vrbes suas celebrat Ausonius, platea fuit Seplasia: in qua vnguentarij negotiabantur, ait Asconius in orationem contra Lucium Pisonem. Meminit Cicero in Verrem, & Valerius Maximus libro nono in capite de luxuria, vbi de Annibale & exercitu Punico. ¶ *Dum custon costonque.* Philippus Beroaldus in Annotationibus, ita hic legendum censuit, quum scriptum reperisset, *Dum cicton coctonque*: verum vt hoc recte restituisse demus, cur ex illo non fecerit cistum potius, quam *cyston* siue custon? Est κύσος quidem, siue vt in Acarnensibus Aristophanis aspiratur κύσθος, vulua & pudendum mulieris, sed κίστος fruticis genus est, quemadmodum & κόστος, costo longe cedens odore, quamuis vnica litterula ab eo differat. Sic nardum & sardam, salgamum & balsamum ille idem esse putabat, vt iocatur Ausonius propter vocum similitudinem. De cisto & costo Dioscorides & Plinius. ¶ *Et nardum ac sardas.* Dicitur Nardus femineo genere, & neutro Nardum. Frutex est graui & crassa radice, sed breui ac nigra fragilique. *Sincerum.* inquit Plinius libro duodecimo, *Nardum leuitate deprehenditur, & colore rufo, odorisque suauitate, & gustu maxime siccante os, sapore iucundo.* & reliq. Hinc nardinum vinum, & nardinum vnguentum. Sardas vero, quæ Græcis τριχίας, & τριχίδες, *Sardinas* nostras esse putant. Sunt ingratissimi saporis pisciculi, nisi recentes edantur.

63 / 202

Cap. 12.

IN PIGRAMMA CXVII. Eundem obscœnum, qui coston & ciston communis putabat odoris, & nardum ac sardas eiusdem esse saporis, monet rursus, salgamum & balsamum non esse idem, licet vocabula sint inter se admodum similia. Salgama autem videntur à sale nomen inuenisse. Sunt enim ita appellata, quæcunque ex herbis, pomis, radicibus condiebantur sale, muria, aceto: & asseruabantur ad comedendum: cuiusmodi sunt portulaca, pira, oliuæ, cucumeres. Columella libro duodecimo. *Post hoc præceptum, locum & vasa idonea salgamis, præparari iubent. Locum esse debere auersum à sole, quam frigidissimum, & siccissimum: ne situ penora mucorem contrahant. Vasa autem, fictilia, vel vitrea, plura potius, quam ampla: & eorum alia recte picata, nonnulla tamen pura, prout conditio conditura exegerit. Hæc vasa, dedita opera fieri oportet patentiore, & vsque ad imum æqualia, nec in modum doliorum formata, vt exemptis ad vsum salgamis, quicquid superest, æqualiter pondere vsque ad fundum deprimatur: quum ea res innoxia penora conseruet, vbi non innatent, sed semper sint iure submersa*, & reliq. Idem libro decimo.

64 A

Cap. 4.

Tempore non alio, vili quoque salgama merce,
Capparis, & tristes inulæ, ferulæque minaces,
Plantantur.

64 B * Inde SALGAMARII, qui condiunt salgama, dicti apud eundem auctorem in extremo eodem libro duodecimo. *Raporum*, inquit, *quam rotundissima sumito. eáque, si sunt lutosa, detergito: & summam cutem nouacula decerpito. deinde, sicut consueuerunt salgamarij, decussatim ferramento lunato incidito.* Est in libro duodecimo Codicis Iustiniani, Titulus de Salgamo hospitibus non præstando. quem locum Andreas Alciatus, & Philippus Beroaldus quomodocunque legerint, is sic habet in aliquot vetustis exemplaribus, quæ contuli. *Nequis comitum, vel tribunorum, aut præpositorum, aut militum, nomine Salgami, culcitram, lignum, oleum, a suis extorqueat hospitibus: sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferat sed prouinciales sint nostri hac præbitione securi, comitibus Tribunis, vel certe præpositis militibusque, graui vexationi subiacentibus.* De Balsamo autem quod & in epitaphio tricesimo sexto memoratur, & omnibus odoribus præfertur, arbuscula vni terræ Iudææ concessa, Plinius, & Solinus. ¶ *Cedite*, facessite. recedite. fugite a me.

64 C IN EPIGRAM. CXVIII ¶ *Lais, Eros.* Vt habeatur verbum tertiæ personæ singularis λείχει, id est lingit, sic scribendus versus.

Λαὶς, Ἔρως, & Ἴτυς, Χείρων, & Ἔρως, Ἴτυς alter.

Ita veterum quispiam poëtarum ex primis syllabis nominum Penelope, Dido, Canus, Remus, obscœnum composuerat verbum PEDICARE.

Penelopes primam, Didonis prima sequatur,
Et primam Cani syllaba prima Remi.

Vnde didicissent Grammatici quidam diligétes turpium verborum expositores, non esse pædicare scribendum, ἀπὸ τοῦ παιδός, id est, a puero. Sed est & in eodem obscœno poëmate epigrāma aliud, quod hanc rem confirmet.

Quum loquor, vna mihi peccatur littera. nam T
P dico semper: blæsaq; lingua mihi est.

De Laide scorto, supra. Ἔρως est amor. Itys & Chiron virorum propria ¶ *Dicere me Latinum.* Pudet me Latino verbo enunciare id, quod tu facis: adeo obscœnum, & turpe est, ac flagitiosum.

IN EPIGRAM. CXIX ¶ *Festinas glossas.* Γλῶσσα lingua proprie, qua ille sceleratus lingebat: & glossa expositio, interpretatióque eorum, qui litteras docent, vt apud Quinctilianum libro primo institutionum oratoriarum. Hunc autem postea magistrum vocat Ausonius. ¶ *non natis.* qui nondum nati, adhuc in vxoris tuæ sunt vtero. ¶ *natis.* filijs tuis.

65 IN EPIGRAM. CXX Carmen est Iambicum trimetrum scazon, non minus obscurum quam obscœnum. Eunus autem is appellabatur, qui Seruile bellum commouit: cúmque natione Syrum fuisse Liuius scribit, & Lucius Annæus. Quare suū Eunū Ausonius quod Syriscum appellet, id ad Eunum illum Syrum alludere videtur. Est enim

Συφίσκεος diminutium ab eo,quod eſt Σύφεος, vel vetuſto Terentij interprete auctore ¶ Opicus. fetidus.immundus.obſcœnus.indoctus.Idem verbum carmine viceſimo tertio de Profeſſoribus,& in epiſtola quinta ad Theonem. ¶ O'υ tibi. Quid ſi οὐαὶ. id eſt, væ,legas? οὐ certe, id eſt non,quid hîc ſit,non video. ¶ Tuúmque nomen θ. Theta,mortis erat nota in iudicijs:quod ea littera in verbo θάνατος, hoc eſt mors, prima ſit. Vide apud Eraſmum prouerbium, θ præfigere. Nomen autem neutrum, vt apud Perſium,

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta,

cur hîc ſit femininum,cauſa,quod reſpexit Auſonius nomen commune littera, & genus eius femininum.ſed cur θ ſectilis?an quod eam transuerſam ſecet lineola?De qua etiam in verſu centeſimo & triceſimo ſeptimo Technopægnij.

IN EPIGRAM. CXXI. Antiphilus Byzantius libro quarto Anthologiæ.

Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χεὶρ
Ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν,
Μυρίον ἄρατο μόχθον, ἵν' ἤθεα δισσὰ χαράξῃ,
Ὧν τὸ μὲν εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ' εἰς ἔλεον.
Ἄμφω δ' ἐπλήρωσεν. ὅρα τύπον ἐν. γὰρ ἀπειλᾷ
Δάκρυον. ἐν δ' ἐλέῳ θυμὸς ἀναστρέφεται.
Ἀρκεῖ δ' ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός. αἷμα δὲ τέκνων
Ἔπρεπε Μηδείᾳ, κ' οὐ χερὶ Τιμομάχου. Id eſt,

Crudelem Medeam quando pingebat Timomachi manus,
Zelotypia & filijs in diuerſa tractam,
Immenſum cepit laborem,vt affectus duos exprimeret,
Quorum vnus in iram nuebat,alter ad miſericordiam.
Ambos autem expreſſit.aſpice imaginem. nam in minis
Lachryma, in miſericordia vero ira verſatur.
Sufficit autem cunctatio,inquit ſapiens,ſanguis enim filiorum
Conueniebat Medeæ, & non manui Timomachi.

¶ *Timomachi mens.* Τιμομάχου χεὶρ, id eſt, Timomachi manus. *Timomachus Byzantius Cæſaris Dictatoris ætate. Aiacem ei pinxit. & Medeam.ab eo in Veneris genitricis æde poſitas, octoginta talentis venundatas.* Plinius triceſimo quinto Naturalis hiſtoriæ.¶ *in natos.*in filios ſuos Mermeru, & Phereten: quos ex Iaſone procreatos; zelotypia interfecit. Ita illos nominat Pauſanias in Corinthiacis: Hyginus Mercerum & Pheretum, niſi ſit mendum. ¶ *Cunctantem ſatis eſt.* ſubaudiendum,eſſe,pinxiſſe,aut aliquid huiuſmodi. Plinius libro triceſimo quinto, ſic huius Medeæ, & ſui pictoris meminit. *Illud vero perquam rarum,ac memoria dignū,etiam ſuprema opera artificum,imperfectáſque tabulas,ſicut Irin Ariſtidis,Tyndaridas Nicomachi,Medeam Timomachi,& quam diximus, Venerem Appellis,in maiori admiratione eſſe quam perfecta.quippe in ijs lineamenta reliqua,ipſæq;*

cogitationes artificum ſpectantur: atque in lenocinio commendationis, dolor eſt. Manus, quum id agerent, extinctæ, deſiderantur. Hęc Plinius. Extat autem & hoc in eodem anthologiæ capite, εἰς μηδείας.

Ἄδηλον, εἰς εἰκόνα Μηδείας ἐν Ῥώμῃ.

Τέχνη Τιμομάχου στοργὴν καὶ ζῆλον ἔδειξε
Μηδείης, τέκνων εἰς μόρον ἑλκομένων.
Τῇ μὲν γὰρ συνένευσεν ἐπὶ ξίφος, ᾗ δ' ἀνανεύει,
Σώζειν, καὶ κτείνειν βουλομένη τέκνα. Id eſt,

Incerti auctoris in imaginem Medeæ, quæ in vrbe Roma eſt.

Ars Timomachi amorem in filios & Zelotypiam oſtendit
Medeæ, filijs ad cædem deſtinatis.
Hac enim parte innuebat in gladium, illa renuit,
Seruare & interficere volens filios.

66 C * ¶ *Indigna eſt ſanguine.* Satis Græca monent, Auſonium interpretem hic aliter ſcripſiſſe. Suſpicor locum a ſemidocto quopiam deprauatum, qui vidiſſet in epigrammate ſequenti, pictorem ob id laudari, quod Medeam ſanguine filiorum maculare in tabula, nefas duxiſſet. quare pro *indigna*, ſi condigna cum Mariangelo legere non placet, *nam digna* idem efficiet quod condigna, hoc ſenſu. Medea proprios filios interfecit. quare eam in tabula ex hiſtoriæ veritate, decuit filiorum ſanguis. Tuam autem manum, ô Timomache, eorum cædes non decuit, qui ipſos non iugulaſti. Quamobrem matrem pinxiſti non occidētem, ſed cunctantem tantum, & dubitantem, an ſuos occideret.

67 IN EPIGRAMMA CXXII Philippi cuiuſdam eodem libro quarto.

Τίς σου, Κολχὶς ἄθεσμε, συνέγραψεν εἰκόνι θυμόν;
Τίς καὶ ἐν εἰδώλῳ βάρβαρον εἰργάσατο;
Αἰεὶ γὰρ διψᾷς βρεφέων φόνον. Ἦ τις Ἰάσων;
Δεύτερος, ἢ Γλαύκη τις πάλι σοι πρόφασις?
Ἔρρε καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε. σῶν γὰρ ἀμέτρων
Ζήλων εἰς ἃ θέλεις καὶ γραφὶς αἰσθάνεται. Id eſt,

Quis tuæ, o Colchis impia, compinxit imagini iram?
Quis etiam in ſimulachro barbaram fecit?
Semper enim ſitis infantium cædem. An aliquis Iaſon
Alter, aut Glauce aliqua rurſus tibi cauſa?
Male peri etiam in cera filiorum interfectrix. Tuas enim immodicas
Zelotypias in quæ vis etiam pictura ſentit.

¶ *Colchis.* Medea. filia Aeetæ regis Colchorum gentis Aſiaticæ. Patronymicum eſt. ¶ *Altera vel Glauce.* Fuit Glauce, quæ & Creuſa, filia Creontis regis Corinthi: quam, repudiata Medea, duxit Iaſon vxorem. ob quam iniuriam Medea ſuos ex Iaſone filios interfecit. Fabula eſt apud Euripidē, Apolloniū Rhodium, Ouidium, Hyginū, Valerium Flaccum. ¶ *nāque tui vim.* Legitur. & *tua mens*, &c, *tua amens*, &c, *tui mens*, pro *tui vim* annota-

annotátque Mariangelus ex Alexandro, legi posse, *namque tumentis*. Sic *creta* pro *cera*, & cæli pro *zeli*: sed in Græco cera, hoc est cerata tabula, vel cerea imago: & zelus amor vel zelotypia.

IN EPIGRAMMA CXXIII. ¶ *leuas dropace*. Δρώπαξ vnguenti genus, ex resina ceu pice, ad pilos cuellendos & leuigandam cutē. De eo Paulus Aegineta libro septimo, & Aëtius tertio. Epigramma Martialis, tricesimum secundū libro tertio sic habere debet.

68 A

Psilothro faciem leuas, & dropace caluam.
Nunquid tonsorem Gargiliane, times?
Quid facient vngues? nam certe non potes illos
Resina, Veneto nec resecare luto.

Quod commentatores, & Cœlius Rhodiginus libri quinctidecimi capite vndecimo Antiquarum lectionum, legisse videntur corruptum. Idē Martialis ad Carmenionē libri decimi epigrāmate sexagesimo quincto.

Leuis dropace tu cotidiano,
Hirsutis ego cruribus genísque.

* ¶ *volsas lupas*. vulsas, glabras, & depiles meretrices. ¶ *leuia*. non setosa. Leue, quod opponitur graui, priorem corripit syllabam, vt in prima Virgilij ecloga,

68 B

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui:

sed LEVE pro eo, quod est glabrum, nitidum, politū, non scabrum, non asperum, vt quum leues fibras dixit Paulinus ad Ausonium: vnde fiunt leuare, & leuigare verba, æquare, complanare glabrare, radere, polire significātia, hoc quia eandem syllabā producit, sunt illam qui per æ scribant: sicut memini in Technogpægnion. ¶ *plantaria*. pilos. Imitatus Persium in Satyra quarta.

364

287 B

Tu cum maximis balanatum gausape pectas,
Inguinibus quare detonsus gurgulio extet?
Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant,
Elixásque nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen ista filix vllo mansuescit aratro.

¶ *pumice*. Pumex, lapidis genus, quo leuantur, poliuntúrque aspera & scabra. Plinius de illo. * ¶ *Clazomenas*. Sic quidem habent libri alij *Clazemecas*. verum hoc quid verbi sit, non noui. *Clazomenas* vero si germana sit lectio, sūt Clazomenę vrbs Asiæ, vt & in carmē Sulpiciç diximus, & participio, substantiuo nomine intelligam appellari scissuras, fissurásue, quæ medicis ῥαγάδες dicuntur: quod verba κλάζεσθαι, & ῥήγνυσθαι, vnde ea fiunt nomina, eandem habeāt significationē, hoc est, frangendi scindēdíq;: & fissuras illas Cornelius Celsus, Plinius, & alij inter ani vitia enumerent: quibus vix carere possunt, qui se vulgo pedicandos prostituunt: vt in quem hoc scriptum epigramma. *inclusas* autem clausas & latentes inter nates.

68 C

588 B

IN EPIGRAMMA CXXIV. In hanc sunt sen-

tentiam aliquot epigrammata libro primo anthologiæ. quorum hoc Πλάτωνος νεωτέρου, omnium est tum breuissimum, tum lepidissimum.

Ἀνέρα τὶς λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγὴς

Ἦγε, πόδας χρήσας ὄμματα χρησάμενος. Id est,

Virum quidam cassum pedibus, super humerum cassus oculis

Ducebat, pedes mutuans, oculos mutuatus.

69 IN EPIGRAMM. CXXVI. *Cereali munere.* farre, quod Ceres dicitur inuenisse, & pane.

70 IN EPIGRAMMA CXXVII. In grammaticos est caput septimumdecimum primi libri Græcorum epigrammatum. ¶ *Canonas.* Accusatiuus est Græcus. ὁ κανών, regula.

IN EPIGRAMMA CXXIIX. ¶ *Arma virúmque* Hoc AEneidos Virgilianæ principium Tucca & Varus esse voluerunt. Similis est Palladæ lusus libro primo anthologiæ, ex principio Iliados Homeri. Hos enim præ ceteris poëtas grammatici enarrare solent.

71 A IN EPIGRAMMA CXXIX. Vetusto illi Lugdunensi libro soli debemus hoc epigrāma in quo, quæ scribebantur Ausilio, & Ausilium, nemo dubitet, quin Auxilio, & Auxilium esse debeant. Sic enim in illo, quum etiam propriam suam significationem adiuuandi retineret auxiliū, mendose scriptum obseruauimus. Auxilium autē, & quędā alia eiusmodi appellatiua neutra in vm, vt consiliū, desideriū, pręsidium, principium, studium, aliquando hominum propria sunt effecta: quomodo ex Sidonij, Augustini, Hieronymi, Ambrosij, & aliorum scriptis cognosces: túmque syllabam vltimam verterunt in us pro viris, fuerúntq; Auxilius, Cōsilius, Desiderius, Præsidius, Principius, Studi⁹: ac in *a* pro feminis: vti virgo quædam, Principia appellatur, ad quā scribit Hieronymus. Iocatur ergo poëta cum grammatico, cui Auxilij nomē erat: & ludit in ambiguo. ¶ *Da rectum casum.* Auxilius. Sed quis ferat tantum solœcismum, præsertim in Grammatico? Quis veterū Latinorum auxilius vnquā dixit? ¶ *iam solœcismus eris.* Qui grāmatici vitium, & Solœcismum ridet, ac reprehendit, Solœcismum ipse aperte committit, siue de industria id faciat cum suo grammatico, siue metro coactus. Solœcismi namque secundam natura longam, corripit. In vetusto tamen illo libro erat solicismus, hoc est σολικισμὸς, pro σολοικισμὸς, si forte sic Ausonius diphthōgi vocalem præpositiuā syllabæ longæ corripiēdæ gratia reiecit.

71 B IN EPIGRAMMA CXXX. ¶ *Nec Stygijs lucis.* in morte. rogo. busto. Leguntur autem hæc Bianoris Græca libro tertio epigrammatum, capite εἰς ἥρωας.

Οἰδίποδος παίδων Θήβη τάφος, ἀλλ᾽ ὁ πανώλης

Τύμβος, ἔτι ζώντων αἰσθάνεται δοράτων.

Κείνους οὔτ᾽ ἀΐδης ἐδαμάσσατο, κἠν Ἀχέροντι

Μάρνανται. κείνων χὼ τάφος ἀντίπαλος.

Καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον. Ὦ ἐλεεινοὶ
Παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δοράτων.

Id eſt,

Oedipodis filiorum Thebe ſepulchrum. ſed infelix
Buſtum adhuc viuentium ſentit haſtas.
Illos neque infernus domuit. & in Acheronte
Pugnant. Illorum etiam tumulus ſecum luctans.
Et igni ignem arguerunt contrarium. ô miſerabiles
Filij, inſopibiles qui contrectaſtis haſtas.

¶ *Fratres Oedipodionidæ.* Eteocles, & Polynices filij Oedipodis. ¶ *de miſero.* patre Oedipode, qui patrem ſuum Laium interfecit, matrem duxit vxorem, quam diximus Iocaſtam fuiſſe vocatam in Griphi verſum triceſimumoctauum, & prolem habuit tam infelicem. ¶ *ah miſeri.* ob quos tam cruentum bellum exortum. qui mutuis conciderunt vulneribus, & reliq. ¶ *ex vno ſurgentes.* Eteoclis & Polynicis fratrum, quum ſimul cremarentur cadauera, etſi ventus erat vehemens, tamen fumus ſe nunquam in vnam partem conuertit, ſed alius alio ſeductus, ac diuiſæ flammæ. ¶ *Atque vtinam & Thebas.* Thebæ vrbs Bœotiæ. Eteocles & Polynices iam grandiores facti, domeſtica impietate cognita, Oedipum patrem coëgerunt, ob dedecus, domum non egredi. ipſi ſumpto regno, fœdere inuicem ſanxerunt, vt alternis annis imperarent: primúſque imperij annus Eteocli cederet, maiori natu. Is autem exacto anno, petenti ex fœdere renuit tradere regnum fratri, quæ bellorum inter eos cauſa fuit. Hyginus, Euripides in Phœniſſis, Statius in Thebaide, Ouidius libri quincti Triſtium elegia ſexta, Pauſanias in Bœoticis, Diodorus Siculus, Seneca Tragicus, ¶ *quiſſent.* quiuiſſent. potuiſſent.

71 C

20 P

IN EPIGRAM. CXXXI. Metrum Iambicum trimetrum. ¶ *gratia.* Gratiam non nouit habere ingratus, nedum referre. ¶ *aut totum.* Hoc eſt, & ipſa gratia, quam non habet tibi, & ſtudium tuum in eum, labor inſumptus, beneficium, & reliq. Sed puto tamen *actutum*, id eſt, continuo, ſtatim, legendum, pro illo, *aut totum*, Habet enim Florentinum exemplar, at tantum, quod proxime accedit ad *actutum.*

72

IN EPIGR. CXXXII. Hoc, quod de Demoſthene inſcribitur, nunquam quiui intelligere, quid ſibi velit. Vbi abſumere eſt adſumere in quibuſdam codicibus. Demoſthenis autem oratoris clariſſimi etiam fit mentio in carmine primo de Profeſſoribus, & in epiſtola ad Symmachum.

138 418

IN EPIGRAM. CXXXIII, ET CXXXIIII. Iambica trimetra hæc.

73 A

IN EPIGRAM. CXXXV. Auſonius conuertit Græca Platonis, quæ apud Diogenem Laërtium in vita Platonis, &

Appuleium in priore apologia, & in libro tertio epigrammatum, hæc inuenies.

> Ἀστὴρ, πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος.
> Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

Id est,

> *Stella prius quidem lucebas inter viuos Lucifer.*
> *Nunc vero mortuus luces Vesperus inter mortuos.*

Ἀστὴρ, stella. Hoc fuit nomen puero, quem amauit insignis ille vir. Venus autem pulcherrimum lucidissimúmque post Solem & Lunam, siderum omnium, præueniens, *& ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt sol alter diem maturans. Contra, ab occasu refulgens, nuncupatur Vesper, vt prorogans lucem, vicémque Lunæ reddens.* Plinius libro secundo.

73 B IN EPIGRAM. CXXXVI. Ex Menandro hoc conuersum esse, monet titulus: sed eius poëtæ nihil extat, præter aliquot sententias, quas suis scriptis veteres alij interseruerunt. Græca vero illa, quæ Luciano libro primo epigrammatum inscribuntur, Ausonij Latinis omnino conueniunt.

> Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
> Ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο σῶν κτεάνων.
> Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
> Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο. Id est,

> *Tanquam moriturus tuis bonis fruere:*
> *Vt vero victurus parce tuis opibus.*
> *Est enim vir sapiens hic: qui ambobus his consideratis,*
> *Parsimoniæ & sumptui modum adhibuit.*

Isocrates Demonico, patris sui Hipponici exemplum proponens, οὐδὲ τὸν πλοῦτον παρακαλέσας ἠγάπα, inquit, ἀλλ' ἀπήλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν, ὡς θνητὸς, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων, ὡς ἀθάνατος. Neque diuitias importune amabat, sed fruebatur quidem præsentibus bonis, vt mortalis: curabat vero suas opes, vt immortalis.

74 A IN EPIGRAM. CXXXVII. Hoc carmen est Iambicum dimetrum. In vetusto Tilij libro erat titulus, *In notarium in scribendo velocissimum.* ¶ *notarum præpetum.* Velocium notarum, velociter excipiens & scribens, quæ alius dictat. Suetonius de Tito Vespasiano. *E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissime solitum.* Dicuntur ergo hic notæ, A, B, C, D; & reliquę litteræ, seu quælibet alia signa, quibus pro litteris, quas omnes nouerunt, vtimur. Vtimur autem his notis, vt interdum, quum nolumus à quoquam legi, quæ scribimus: veluti de Iulio Cæsare Suetonius, & Gellius memoriæ prodiderunt. Huius verba apponam ex libro septimodecimo. *Libri sunt epistolarum Caij Cæsaris ad Caium Oppium, & Balbum Cornelium: qui res eius absentis curabant. In his epistolis, quibusdam in locis inueniuntur litteræ singulariæ sine*

Cap. 9.

coagmentis syllabarum: quas tu putes positas incondita. Nam verba ex his litteris confici nulla possunt. Erat autem conuentum inter eos clandestinum de commutando situ litterarum, vt in scripto quidem alia aliæ locum & nomen teneret, sed in legendo locus cuique suus & potestas restitueretur. Quænam vero littera pro qua subderetur, ante iis, sicuti dixi, complacebat, qui hanc scribendi latebram parabāt. * *Est adeo Probi Grammatici commentarius satis curiose factus, de occulta litterarum significatione, epistolarum Caij Cæsaris.* Hæc Gellius. Suetonius vero de eiusdem Cæsaris litteris loquens, *Extant*, inquit, *& ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo litterarum ordine, vt nullum verbum effici posset. Quæ siquis inuestigare & persequi volet, quartam elementorum litteram, id est D, pro A, & perinde reliquas commutet.* Sic Suetonius. qui præterea hoc memoriæ prodidit, Augustum, quotiens per notas scriberet, B pro A, C pro D, ac deinceps eadem ratione sequentes litteras ponere solitum: pro X autem duplex A A. Vtimur rursus interdum eo compendioso scribendi genere, quum difficultatem, laborem, & tædium, omnia omnibus suis litteris scribendi, fugere volumus: veluti quando sola M, littera pro Marco, aut Mille ponitur. L, pro Lucio aut quinquaginta aut lege, vnicā scilicet notula, decem plerumque litterarum vicem reddente, commodissimo compendio * Cuiusmodi notis, nemini dubium esse debet, quin ante Ciceronem quoque illi vsi sint, qui ex ipso dicentium ore, orationes totas excepisse traduntur: quemadmodum hodie sunt in *parlamentis* nostris, qui faciunt, Actuarij miranda solertia, vt scribit Budæus in annotationibus, omnia propemodum dicta aduocatorum quoque, nedum iudicum excipientes. Vix enim crediderim cuiquam vnquam fuisse tantam manus agilitatem, vt potuerit omnibus suis litteris singula dicētis verba subsequi, & excipere. Priscis ergo scriptoribus, parum compertum fuisse video, quis notas illas compendiarias primus commentus sit. Seneca ad Lucilium libri quartidecimi epistola secunda. *Quid verborum notas, quibus quamuis citata excipitur oratio: & celeritatem linguæ, manus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt.* Sic Seneca. Plutarchus vero in Catonis Vticensis vita, Marcum Tullium Ciceronem inuentorem facere videtur. In Eusebij chronicis Latinis non Ciceronem sed eius libertum Tironem inuenisse legimus. Dio libro quinquagesimo quincto, neque si quid Cicero, neque si quid eius libertus inuenerit, meminit: sed Mecenatem πρῶτον σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τάχος excogitasse, & multos docuisse per Aquilam libertum suum * Ceterum hanc controuersiam componet fortasse Diaconi liber de Notis, si vsquam sine mendo extat, ad Conradum primum, imperatorem scriptus. In quo leges, Lucium Annæum Senecā postremo, ab alijs ante se inuentas, contraxisse notas; digessisse, & auxisse, adeo numerum, vt opus in quinque millia extenderetur. Hæ sunt ita-

74 B

74 C

74 D

que notę, quas signa appellat Sidonius Appollinaris in epistola nona libri noni. *Tribuit* ,inquit , *& quoddam dictare celeranti ,scribarum sequacitas saltuosa,compendiumq; qui comprehendebant signis, quod litteris non tenebant.* Græci σημεῖα, vt διὰ σημείων, scribere,pro scribere notis,seu per notas dixit Cicero libro tertio decimo epistolarum ad Atticum,ad hūc modum.*Et quod ad te de decem legatis scripsi,parū intellexti.credo, quia διὰ σημείων scripserā.* Inde σημειογράφοι apud Plutarchum,qui ita velociter γράφειν,id est scribere διὰ σημείων,nouerant.Quos etiā a suis notis Notarios Latini appellarunt , vt in notarium velocissime excipientem hoc Ausonij epigramma inscribitur : & Notarius hoc Martialis distichon libro quartodecimo.

Currant verba licet,manus est velocior illis.

Nondum lingua,suum dextra peregit opus.

Et notarium velocem dicit idem Martialis in epigrammate sexagesimo secundo libri decimi, quemadmodum præpetes notas, præpetem dextram, alitem dexteram, velocem manum Ausonius.

74 E ¶ *Bipatens pugillar.* vt liber quum aperitur.& explicatur . Sunt autem in frequenti vsu pugillaria neutro plurali,& masculino plurali pugillares: sed pugillar raro inuenies.Pugillaria autem illa quomodo quondam fierent clarissime intelliges ex illo Auli Gellij capite nono libri septimidecimi. Quibus vero nunc vtimur, ea non egent cera, ex tabellis buxeis, vel ex crassiori mēbrana,facta,in quibus stilo æneo scribitur . Fiunt cum suo stilo & ex lapide atro,quam *Ardæsiam* appellamus, in tenuissimas laminas dissecto,quaternis quinisue in vnum veluti librum compactis tabellulis. ¶ *per æquor cereū* . per tabellas cera illitas . Titinnius apud Carisium. ——*velim ego osse arare campum cereum.*

76 ¶ *Quod lingua nondum absoluerit.*Marcus Manilius,vbi de eius differit ingenio,qui sub Virginis signo natus sit. *Lib. 4.*

Hic & scriptor erit felix,cui littera verbum est.

Quique notis linguam superet,cursumque loquentis.

Excipiet longas noua per compendia voces.

¶ *Celeripedis compendij.*Cicero epistolarum nono ad Atticum.*Venit autem eo ipso die ille celeripes,quem Saluius dixerat. Attulit vberrimas* tuas litteras. Volucripes autem est etiā in versu penultimo Iābici ad Probum- *Epist. 6.*

77 A IN EPIGRAMMA CXXXVIII. Vide,quæ de numero Musarum monuimus in versum tricesimū Griphi . quæ hoc ordine Hesiodo in Theogon a , & Herodoto, qui nouem suis libris earum nomina indidit,& Phornuto,recensentur.

Κλειώ τ', Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε,

Τερψιχόρη τ', Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ', Οὐρανίη τε,

Καλλιόπη θ', ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.

Discrepant autem nonnihil hæc Latina de Musis,ab ijs,quę extant libro primo epigrammaton Grecorūm,capite εἰς ποιητάς.

Καλλιόπη σοφίην ἡρωΐδος εὗρεν ἀοιδῆς.
Κλειὼ, καλλιχόρου κιθάρης μελιηδέα μολπήν.
Εὐτέρπη, τραγικοῖο χοροῦ πολυηχέα φωνήν.
Μελπομένη θνητοῖσι μελίφρονα βάρβιτον ηὗρε.
Τερψιχόρη χαρίεσσα πόρεν τεχνήμονας αὐλούς.
Ὕμνους ἀθανάτων Ἐρατὼ πολυτερπίας εὗρε.
Τέρψιας ὀρχηθμοῖο Πολύμνια πάνσοφος εὗρεν.
Ἁρμονίην πάσαισι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς
Οὐρανίη πόλον εὗρε καὶ οὐρανίων χορὸν ἄστρων.
Κωμικὸν εὗρε Θάλεια, βίον τε, καὶ ἤθεα κεδνά.

Id est,

Calliope ſcientiam heroici inuenit carminis.
Clio dulciſonæ cythara ſuauem cantum.
Euterpe tragici chori multiſonam vocem.
Melpomene mortalibus dulcem barbitum conſtituit,
Terpſichore gratioſa ſuppeditauit artificioſas tibias.
Hymnos immortalium Erato multum oblectantes inuenit.
Oblectamenta ſaltationis Polymnia omnino ſapiens inuenit.
Harmoniam cunctis polymnia dedit cantionibus.
Vranie polum inuenit, & caleſtium chorum aſtrorum.
Comicam inuenit Thalia vitámque,& mores honeſtos.

Vbi nouem tantum fuiſſent verſus,quot ſcilicet numero Muſæ ſunt, niſi Polymnia duos ſola,neſcio quo pacto nacta eſſet.Latinus poëta de Muſis plures non fecit,quam ſingulos:ſed duos de Apolline, quem Muſarũ choro præeſſe volunt,ſubiecit. Iuuentum hendecaſiichon hoc de Muſis & Apolline inter minora Virgilij carmina, commentatus eſt Iodocus Badius Aſcenſius, & quod ſequitur de laboribus Herculis. ¶ *loquitur q́ Polymnia geſtu.* Sic legit Aſcenſius.alij,loquitur Polyhymnia geſtu. Grãmaticos enim torquet huius Muſæ nomen,quod omnes quidem compoſitum vident,ac in eius priore parte πολὺ,id eſt multum agnoſcũt:ſed altera eius pars vtrum ὕμνος,id eſt hymnus & laus,an vero μνεῖα, hoc eſt mentio & memoria intelligi debeat, ambigitur. Πολύμνια penultima breui eſt apud Heſiodum;quam putat interpres ſic nuncupatam a celebrando,ὡς πολλοὺς ὑμνοῦσαν καὶ δοξάζουσαν:ſed eadẽ penultima diphthõgo Πολύμνειαν vocant Lucianus περὶ ὀρχήσεως, a multa memoria. Vtrã vera appellatio? Præterea quod vocabulum ſæpius eſt tetraſyllabum, id pentaſyllabum inuenitur in primo carmine Horatij,& in Ciri Virgilij, Polyhymnia, & Polymneïa, hoc eſt Πολυμνήïα ab illo tetraſyllabo Πολύμνεια, ſoluta diphthongo ει, & vocali ι breui in longam η mutata, vt in multis Græci faciunt. Vbi nanque Calderinus, & Aſcenſius legerunt,

Nam verum fateamur.amat Poyhymnia verum, alij poſtea ediderunt,
Nam verum fatamur.amat Polymneia verum.

77 B

78 A IN EPIGRAM. CXXXIX. Ioannes Tzetzes in Chiliade secunda Historici, res gestas Herculis commemorat. ibique Quincto Smyrnæo attribuit hoc carmen, quod sine auctore legitur libro quarto epigrammatum Græcorum.

Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέῃ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα.
Δεύτερον ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδρην.
Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.
Χρυσόκερων δ' ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε τέταρτον.
Πέμπτον δ' ὄρνιθας Στυμφηλίδας ἐξεδίωξεν.
Ἕκτον Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν.
Ἕβδομον Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.
Ὄγδοον, ἐκ Κρήτης δὲ πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον.
Ἔνατον, ἐκ Θρήκης Διομήδεος ἤγαγεν ἵππους.
Γηρυόνου δέκατον βόας ἤγαγεν ἐξ Ἐρυθείης
Κέρβερον ἑνδέκατον κύν' ἀνήγαγεν ἐξ αΐδαο.
Δωδέκατον δ' ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα.
Τὸ τρεισκαιδέκατον τοῖον λυγρὸν ἔσχεν ἄεθλον,
Μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούραις. Id est,

Primo quidem in Nemea fortem interfecit leonem.
Secundo, in Lerna multiceruicem perdidit hydram.
Tertio, rursus post hæc Erymanthium interfecit aprum.
Auricornum vero ceruum post hæc cæpit, quarto.
Quincto vero aues Stymphalidas abegit.
Sexto, Amazonidis abstulit balteum splendidum.
Septimo, Augeæ multum fimum purgauit.
Octauo, ex Creta igniuomum expulit taurum.
Nono, ex Thracia Diomedis abducit equas.
Geryone decimo boues abducit ex Erythêa:
Cerberum vndecimo canem eduxit ex inferno.
Duodecimo vero portauit in Græciam aurea mala,
Tertiodecimo tale graue habuit certamen,
Vna nocte quinquaginta concubuit puellis.

78 B De laboribus Herculis Ouidius, Hyginus, Pausanias, Diodor' Siculus, Apollodorus, & alij multi. de quibus est & aliud carmen in Opusculis, quæ vulgo feruntur Virgilij.

Compessit Nemeæ primum virtute Leonem.
Extincta est anguis quæ pullulat Hydra, secundo.
Tertius euictus sus est Erymantius ingens.
Cornibus auratis ceruum necat, ordine quarto
Deijcit horrisono quincto Stymphalidas arcu.
Abstulit Hippolitæ sexto sua vincula victæ.
Septimus Augiæ stabulum labor egerit vndis.
Octauo domuit magno luctamine Taurum.

Tum Diomedis equos nono cum rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.
Vndecimo abstractus vidit noua Cerberus astra.
Postremo Hesperidum victor tulit aurea poma.

¶ *Cleonæi.* κλεωνὴ oppidum, cui propinqua loca hic leo infestabat. ¶ *Proxima.* secunda. Lerna autem vrbs fuit Laconiæ, & palus, quę serpentem illam multorum capitum habuit, quam Hercules interfecit. ¶ *Erymanthêum.* Erymanthus, mons Archadiæ. Vnde Ερυμάνθιος, id est Erymanthêus, seu Erymanthius. ¶ *AEripedis quarto.* χαλκὸς est æs, & πούς pes: vnde equos χαλκόποδας Homerus Iliádos θ, & alibi, id est, ęripédes dixit, vt putant interpretes, quod eorum solido grauiter sonet vngula cornu, vt inquit Virgilius tertio Georgicôn. Idem autem Virgilius quum libro sexto Aeneidos, ceruam hanc (fœmina est illic qui hic mas) dixit æripedem, quem imitâs Ausonius, æripedes ceruos in Griphi versu quartodecimo dixit, Homeri χαλκόπουν exprimere ad verbum voluisse, Apronianus, vt audio, existimauit: at Sosipater Carisius, Diomedes, & Priscianus clarissimi rei grammaticæ auctores, aliter acceperunt, nempe tetrasyllabum nomen Virgilio pro pentasyllabo prolatum, ęripedem pro aëripede per episynalephen: vt non ab ære metallo, sed ab aëre elemento dicantur cerui aëripedes, quasi qui aërios pedes habeant, leues nimium, & veloces, sicut & alipedes ab eadem velocitate, leuitatéque, & ceruos & equos dixerunt Lucretius, Catullus, Virgilius, & idē Ausonius in Equi epitaphio.* ¶ *Stymphali,* legitur & Stymphalides, sed mendose, quemadmodum Constantius Fanensis monuit: quod eius nominis syllaba secunda sit natura longa. Pro *discrimine* quidam libri *certamine.* ¶ *Threiciam.* è Thracia. Vide, quę de Amazonibus diximus in extremum epigramma primum. Hippolytæ autem nomen fuisse traditur illi Amazonum reginæ, cui balteum abstulit Hercules. ¶ *Augei.* αυγίας & apud poëtas etiam Αυγέιας appellatur rex ille, cuius stabula purgauit Hercules: Latinísque, vt Græcis suis, prima inflectione declinatur: quare putat Camers Solini interpres hoc loco legendū *Augeis stabulis.* Ego Augeus pro Augeas non memini quidem legere, sed viderit tamen Camers, quid sit idem obliquus apud Hyginum, vbi sic legitur. *Augei regis stercus bouile, vno die purgauit, maiorem partem Ioue adiutore.* Genitiuus Αυγείου in septimo versu Græci carminis potest certe lectorem facile fallere, qui animum minus aduertat, quod eius terminatio sit primæ & tertiæ Græcorum declinationis communis: quæ duæ declinationes eū prima & secunda Latinorum conueniunt. Α᾽υγεῖος enim Α᾽υγείου haberet, sicut & Α᾽υγείας facit Α᾽υγείου.* ¶ *adorea.* corona. victoria octaua de tauro Cretensi. ¶ *Diomedêis.* Rex Thraciæ fuit hic Diomedes, quem interfecit Hercules, & eius equos humana carne vescentes. Quadrigas autem dixit, quia quatuor erant equi, quorum nomina apud Hyginum. ¶ *Hiberia.* Hispania, quæ regem habuit tricorporem illum Geryonen.

78 C
Vers. 88
274
186
78 D
78 E

De quo nomine in versum octogesimum secundum Griphi. ¶ *mala Hesperidum.* Harum Nympharum hortum in Oceano Atlantico situm Draco custodiebat, quem interfecit Hercules. Qui autem hic vndecimus numeratur Herculis labos, in Græco, & altero Latino est duodecimus. ¶ *Cerberus.* cuius mentio in Diogenis epitaphio. Addit autẽ Græcus poëta tertiumdecimum, stupratas vna nocte quinquaginta filias Thespij regis. Sed plures etiam apud Hyginum Herculis labores, & Tretzen.

79 A

IN EPIGRAMMATA, QVAE DE SVIS FASTIS SCRIPSIT AVSONIVS.

IONOTA AETERNAE. Patrem se dicit Ausonius eius, ad quẽ scribit hoc carmen, siue pater ipsius natura fuerit, seu caritate. ceterum in vetere Lugdunensi codice titulus erat, CONCLVSIO AVSONIVS HESPERIO FILIO SALVTEM. In alijs, DE SVO FASTORVM LIBRO AD GREGORIVM. Ad Gregorium mittitur etiam Cupido cruci affixus: filiúsque illic salutatur, sed de hoc dubitare me scripsi in carmen nonum Parentalium. Ausonio vero ex Sabina coniuge filium fuisse nomine Hesperium, ibidem ostendimus. Parum autem sapuerunt, qui hoc loco Hectoreæ pro æternæ legendum censuerunt. Roma namque tametsi Hectorea & Troiana dici potuit, tamẽ Ammianus Marcelinus eam passim æternam vocat, & Iulius Frontinus, Ouidius Naso, & alij: Romáque non solum, verum etiam Romani principes fuerunt æterni nuncupati: vt in quarta Symmachi epistola ad Ausonium, *quum æternorum principum iam pridem signa comitarer.*

634. 114 551

79 B ¶ *Regibus & Patrum.* Tempora traducta sub regibus septem, & quum exacti fuissent reges, sub consulibus, qui pro rege vno bini quotannis creabantur ex Patribus Senatoribúsque appellatis, & sub Regibus rursus Imperatorum nomine. ¶ *Digessi Fastos.* Opus hoc ad nos non peruenit, siue carmen id esset, seu soluta oratio. *Fastos* autem, *&*, id est, æui *nomina perpetui* (*perpetis* enim hic, quam *præpetis* legere malim) temporum seriem, omnes ciuitatis Romanæ annos ab Vrbe cõdita ad mea vsque temqora, quid singulis gestũ, qui principes Romani fuerunt, qui Cõsules, alijque magistratus. ¶ *Sparsa iacẽt.* Collegi ex Romanis historicis, Fabio Pictore, Porcio Catone, Valerio Antiate, Marco Tuberone, Cnæo Gellio, Hemina, Quadrigario, Varrone, Tito Liuio, Cornelio

79 C Tacito, & alijs, qui de rebus Romanis scripserunt. ¶ *perlongum.* Aduerbium est. Hesperio illi precatur longam vitam. ¶ *Ianos.* Ianuarios. annos

vt protinus

¶ VT PROTINVS ET TE. hoc est, fias etiam tu protinus Consul post me. De Hesperij tamē filij Ausonij post̄e Consulatu nihil comperi, sed fuisse saltem eum Proconsulem ex Ausonij in patrem Iulium epicedio cognosces: potéstque Hesperius is esse Proconsul Gratiano Imperatore, cuius æquitatem vna cum grauitate commendat Ammianus Marcellinus in extremo libro vicesimooctauo. *Applicet* autem alij, *Aggreget* vetus codex Lugdunensis. Sed Tilianus hoc distichon ita legit.

Exemplo confide meo. Sic protinus & te

Explicet Ausonius purpura Consulibus.

¶ *Ausonius.* Romanis, seu mihi Ausōnio. De Consulum Romanorum purpura in extremam Gratiarum actionem.

¶ *Annis vndecies.* Solis Lugdunensibus illis membranis debemus hoc tetrastichon cum suo hoc titulo, SVPPVTATIO AB VRBE CONDITA IN CONSVLATVM NOSTRVM. Anni autem vndecies centum, hoc est mille & centum, & quatuor anni, & vndecies vnus annus, id est anni vndecim, ac τριςπλὸς, hoc est tres anni, vt etiam scripsimus in carmen de Cæsaribus, fiunt anni mille & centum & decem & octo: quot efficient & insequenti carmine ad Proculum mille & centum, & bis noueni, à condita Vrbe vsque ad Consulatum Ausonij: sed quæ sunt hæ rationes? Alciatus, Haloander, Onuphrius, ac alij, qui nostra ætate in recognoscendis Romanæ ciuitatis temporibus, & restituendis Fastis operam posuerunt, annos hic tredecim quattuordecimue desiderāt. Putant enim Ausonium fuisse Consulem collega Hermogeniano Olybrio, anno vrbis millesimo centesimo & tricesimo primo secundóue: sed potest Ausonius alios hîc esse secutus auctores, quam ipsi. Ignorarunt nãque veteres Romani Græcique scriptores, vt ex Dionysio Halicarnasensi, & Iulio Solino cognosces, non solum à quo, verumetiam quibus temporibus Roma fuerit condita. Eratosthenes, Pomponius Atticus, Marcus Tullius, Cornelius Nepos, & alij quidam, quos noui sequūtur chronologi, Olympiade sexta septimáue condiram putarunt, sed alij tardius, vt Fabius Pictor, Olympiade octaua: Lucius Cincius extrema duodecima.

1100	1000
4	100
11	9
3	9
1118	1118

¶ *Vrbis ab æterna.* Proculum, ad quem scribitur hoc carmē, eum esse arbitror, de quo est epigramma tricesimumtertium: potéstque ille Proculus esse, qui in codice Theodosiano aliquot Valentiniani, Theodosij Arcadij, rescriptis, Præfectus prætorio vocatur. ¶ *Quirino.* Romulo. ¶ *Fors erit.* Fors, fortuna, casus. Fors, fortasse. Epigramma sequens. Epistola ad Probum. Iambicum trimetrum ad Paulinum. ¶ *vt lustrum.* Quod est quinque annorum, at Olympias quattuor, vt in Censorinū documus. ceterum pro eodem spatio temporis interdum accipiuntur:

358

416

80 A

189

80 B

24

419

474

hócque dicit Ausonius, intra paucos annos post suum consulatum, consulem fore Proculum.

¶ *Si Fors.* si fortuna. si fatum. si diutius vixero, & valuero ¶ *Sinon.* Si non volet sors, si nihil addere ego potuero, adijcies tu, quisquis es. nostris fastis, quod ipse eram additurus. ¶ *qui quartus ab imo.* Sic omnes nostri libri, quicquid hoc sit: at Scoppa pro *imo*, *vno* legit cum verbo *est*: intelligitque versum huius tetrastichi quartum *ab vno*, hoc est a primo, qui habeat nomen auctoris Ausonij.

* *
*

IN AVSONII BVRDIGALENSIS

EPHEMERIDEM ELIÆ VINETI

Commentarius.

Ἐπὶ, in, apud, super, & alia: ἡμέρα, dies. ex quibus ἐφημερὶς, diarium Sempronio Asellioni apud Aulum Gellium libro quincto Noctium Atticarũ: vbi scribit ephemeridem in historijs dici, quum per dies singulos res gestæ scribuntur. Ita Ephemeridem inscripsit Ausonius carmen hoc, quo fuerat complexus quicquid vno quoque die gerere facereúe solitus esset, ipso etiam interprete titulo, qui sic omnino habebat in suo illo Lugdunensi códice. INCIPIT EPHEMERIS ID EST TOTIVS DIEI NEGOTIVM. Seneca librum duodecimũ epistolarum ad Lucilium sic incipit. *Singulos dies tibi meos & quidem totos, indicare iubes. bene de me iudicas.* ¶ *Mane iam clarum.* Dixerat Aulus Persius.

82 — Cap. 17.

——Iam clarum mane fenestras
Intrat. ¶ *Iam strepit nidis.* Poëta quidam apud Senecam libro vicesimo secundo epistolarum ad Lucilium. *Vigilax*, minimi somni, summo mane excitari & garrire per tectum solita hirundo. Sic canes dixit vigilaces Columella libro septimo ¶ *Tu velut primam.*

Epist. 123 — Cap. 12.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit. & dono diuûm gratissima serpit.

Vers. 68

Virgilius secundo Æneidos. ¶ *Parmeno.* Serui nomen, sicut & in fabulis Comicorum. ¶ *Dormiunt Glires,*

Tota mihi dormitur hiems: & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Lib. 13. 57.

Glis apud Martialem libro tertiodecimo, genus muris. de quo plura Plinius. ¶ *Multa.* multum, nimium. * ¶ *Annuam.* non vnum, sed triginta totos annos dormisse Endymionem fabulantur, & plus eo. Cupido cruci affixus. ¶ *ne longus tibi Somnus.* mortis. Ne te verberibus excitem, occidã. Horatius libri tertij carmine vndecimo de Hypermnestra, qua no-

83 — 257

& Danaides viros suos iugularunt.

Surge, quæ dixit iuueni marito.
Surge, ne longus tibi somnus, vnde,
Non times, detur. Socerum & scelestas
Falle Sorores.

80. ¶ *fors*. fortasse. vt in Epigrammate ad Proculum de fastis. ¶ *Sapphico Versu:* à Sappho poëtria dicto. ¶ *Suadet*. affert, conciliat tibi somnum. Mutabo itaque hoc gen⁹ in aliud, quod te fortassis exeitet ex isto veterno. ¶ *Lesbij depelle modum*. Sic prorsus exẽplar, nisi quod supra *um* habebat syllabam *lu*, sed alio additum calamo, & quæ versum corrumpat, si modulum legas. Ordo autem & sensus loci huius esse poterit, O iambe & iambicum metrum vehemens & acre, vt pluribus efficitur in Iambi-
472. co ad Paulinum, depelle & abige a quiescente, & tam altum dormiente verberone, lenẽ, mollem, & somnificum modum, cantilenámque versus Lesbij & Sapphici. Fuit enim Sappho, quæ Sapphico metro nomen de-
23 F dit, è Lesbo insula, vt diximus in epigramma tricesimum primum.

84 A ¶ *Puer*. Modo Parmenonem nominabat. Est autem hoc metrum Iãbicum dimetrum. Cuius titulus, ITEM PARECBASIS A SAPPHICO AD DIMETRVM. Interpretatur autem *παρέκβασις* excessus & transcursus, Vetusto glossarũ auctori: egressus vel egressio Quinctiliano, libro quarto De digressione. ¶ *Et linteam da sindonem*. quã nunc nos *camisiam* vocitamus, sicut & Eginardus appellauit in eo, quod ante annos septingentos & quinquaginta scripsit de Carolo Magno Francorum rege. Græcum est *σινδών*. ¶ *Sacrarium*. locus in ædibus religiosus, & cultui numinis sacer. Sed de sacrario plura in Gratiarum actionem pro Consulatu
375. Ausonij. ¶ *Nullo paratu extrinsecus*. nihil quicquam mihi pares alicunde, tus, libum, &c. ¶ *Res diuinæ copia est* Hæc ad sacrificium satis sunt, piæ preces, & vota innoxia, quæ aperta Persius appellat: & in ijs ponit mẽtem bonam, famam, fidem. vide eius Satyram ad Macrinum. Metrum autem hoc & octauum ab eo, spondẽum habent pro iambo in secundo loco: quod rarius fieri solet. * ¶ *Nec liba*. Scribit vetus Virgilij inter-
84 B pres in sept mi Æneidos versum centesimum & nonum, LIBA esse placentas de farre, ex melle & oleõ, sacris aptas. ¶ *Feculúmque vini cæspitis*. Horatius in ode vndeuicesima sic dixerat.

Hic viuum mihi cæspitem, hic
Verbenas pueri ponite, thurá que
Bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hostia.

¶ *Vanũ*. falsorum deorum. ¶ *Precandus*, passiue significationis participium à deponenti verbo, etiam apud Ouidium & Tacitum. ¶ *Spiritui*. Anapęstus, seu potius tribrachus pro iambo. Pro *Spiritui* tamen, Spiritu scripsisse potest Ausonius, vt ex ijs disces, quæ scripsit de datiuo quartæ declinationis Priscianus in extremo libro septimo. ¶ *Et cogitatio*. mea.

¶ *Præsentiam sentit pauens*. Habebat hic versiculos tres margo interior: in quorum primum nullam potui agnoscere litteram.in reliquis duobus erat, *Pauet neme quam spes fides*. quod non intelligo, quod sibi velit

¶ *Omnipotens, solo mentis mihi cognite cultu*. Sic vetus exemplar Lugdunense, cum hoc titulo, ORATIO. Alia ad hunc modum,

Omnipotens, quem mente colo, pater vnice rerum,

Hoc lemmate, PRECATIO MATVTINA AD OMNIPOTENTEM DEVM, cum sola extaret, ex media sua Ephemeride excerta ¶ *Fas habet*. Soli filio datum est, & licet, omnium rerum opifici & auctori, patrem deum cernere, &c. ¶ *Et patriam propter*. ad dexteram patris sedere. ¶ *causa ipsa. ipse* pro *ipsa*, vetus liber. ¶ *Anticipator Mundi*. ante Mundũ factus. Apud Ciceronem est Anticipatio.* ¶ *Eeus* Ἐῷος, in epigrammate centesimo & tricesimo quincto. ¶ *Per quem facta omnia*. ex principio Euangelij Ioannis Apostoli. ¶ *& obscura chaos*. Inferi, tristes sine Sole domus, loca turbida, tartara, & quibuscunque nominibus alijs apellauit Virgilius sexto Aeneidos. ¶ *Vegetator inertum*. qui vegetat inertia, pigra, torpentia, nihil creantia, emortua. Sic glebas dixit inertes Virgilius versu nonagesimo quarto primi Georgicon: & pondus iners, Ouidius in principio primi Metamorphoseon, chaos illud Hesiodêum, rudẽ, indigestámque molem. ¶ *superbi populi*. Iudæorum. ¶ *gentes*. eos, qui ex Iudæorum genere non erant. Epistola Pauli ad Romanos. ¶ *Stirpis adoptiuæ*. Allusio ad ea, quæ in illa tractantur epistola de oliua, oleastro, insitione.* ¶ *Cernere quem*. filium Christũ. ¶ *quo numine viso*. filio. Sic enim ille in Euangelio Ioannis ad Philippum ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. hoc est, qui vidit me, vidit patrem meum. Porro precationes hæ Ausonium Christianarum litterarum studiosum valdeque peritum fuisse indicant. ¶ *contagia nostra*. ex priore epistola ad Corinthios de mortuo Christo pro peccatis aliorum, & de Resurrectione mortuorum.* ¶ *ætas prædicta*. Prædixerant Prophetæ venturum Christum. ¶ *qua me ferat*. qua me feram, alij libri. ¶ *Lactea semita*. Via lactea Ouidio, orbis lacteus, γαλαξίας, est in octaua Sphera: Luna vero in prima. Sedi autem beatorum summum cælum Theologi deputant. ¶ *Qua proceres*. *Quã* pro *qua* duobus locis vetus codex, & *olim* pro *ætas*, *perdidit* pro *prodidit*, *aëra* pro *æthera*, *spiratã* pro *speratẽ* ¶ *Raptus Elias*. libro quarto Regũ Hebræorũ, hoc refertur. ¶ *præuius Enoch*. Ante Eliam eo etiam abierat Enoch. Hoc in Genesi. ¶ *Si lapides non iuro deos*. Hoc faciunt, qui lapides colunt idololatræ. ¶ *Vnigena*. legitur & *Vnigeni*. Vnigena autem in nuptiali carmine Catulli, & in Coma Berenices. ¶ *nec arcano*. Vetus exemplar Lugdunense, *arcanis*. Tilianum, & Parisiense, *Quaero, nec carnis num*. ¶ *Gehennæ*. Verbum frequens in sacris libris: de quo consulendus Heronymus, & Erasmus in Annotationibus. Nam & locum significat, & pœnas, quas mali perpetuas daturi sunt post hanc vitam ¶ *patitúrque suos*. Anchises libro sexto Aeneidos. *Quisque suos pa-*

85 · 86 · 75 · Cap. 14. · 88 · 98 · 90 · 743.

timeur manes. —— vbi *manes* alij supplicia, a'ij aliud accipiunt. Turnebus capite primo libri vicesimi secundi Aduersariorum.* ¶ *male posse*
91 *facultas.* Mala pro male codex antiquus. Sed in Paulini oratione etiam male —— *male velle facultas*
586 *Nulla sit: ac bene posse adsit tranquilla potestas.*
¶ *genitor.* o deus pater. ¶ *Miracula terræ.* non mirer, sed contemnam hæc terrena caducáque, vt somnians audiuit Scipio apud Ciceronem.
92 * ¶ *anguem.* Serpentem. Satanam, Diabolum. ¶ *plebes.* plebs. Carisius Sosipater. Quod autem antea legebamus,
Consona quem celebrat modulato carmine plebes,
hoc fuit in codice membraneo,
Consona quem celebrant modulati carmina Dauid.
¶ *& responsuris.* Vetus hic Ecclesiæ Christianæ mos: cuius meminit ipse quoque Paulus in epistola priore ad Corinthios.
93 ¶ *Satis precum.* Iambicum dimetrũ hoc titulo, EGRESSIO. ¶ *Habitum forensem.* Cuius in causarum foro est vsus. In Vrbe autem Romani toga vtebantur, in primísque causarum actores, & qui amicos potentiorésque salutatũ ibant, ac aliquo deducebant. Sed plura de Toga Budæus & Baifius. ¶ *Aue Valéque.* Aue habe erat in vetere exemplari. sed de verbis Aue, Salue, Vale, vide Antonij Cõtij disputationem in ijs, quæ de iure ciuili disputauit: simúlque obserua, quomodo sit ijs vsus Ausonius alibi, vt in carmine septimo, & vicesimo sexto Parentalium: in carmine tertio, tertiodecimo, vicesimo septimo de Professoribus: in Iambici epistolæ tertiæ ad Probum, principio & fine: in Iambico epistolæ vicesimæ primæ ad Paulinum: in versu tricesimo secundo epistolæ vicesimæ quinctæ: & Paulinus in elegiaco ad Ausonium. ¶ *Quod quum per horas quattuor.* Ita in voce quattuor, tt, geminabat vetus liber. Hic autem timeo, vt nequit interciderit, vel corruperint quippiam librarij. Martialis epigramma octauum libri quarti. ¶ *Sosias.* Græcum est Σωσίας. Sosia apud Plautum & Terentium.

[margin: 91.131. 144.156. 171.410 426.473 491.578]

94 ¶ *Tempus vocandis.* Carmen Iambicum trimetrum. cui fuit titulus, LOCVS INVITATIONIS ¶ *ne nos vel illi.* ne nos demoremur, vel illi demorentur prãdium. Sic fuit in exẽplari, nisi quod quispiam pronomini illi s supra addiderat, quasi legendum foret illis. ¶ *Sex enim conuiuium.* Vetus enim prouerbium de numero conuiuarum sic habet in Lucio Vero Iulij Capitolini. *Septem conuiuium, nouem vero conuicium.* Marcus Varro tamẽ dicebat conuiuarũ numerũ incipere oportere à Gratiarum numero, & progredi ad Musarum. Sed de hoc vide Aulum Gellium libro tertiodecimo, Athenæum in principio libri primi, & Erasmum in Adagio, *Septem conuiuium.* ¶ *Si super.* si sint plures quam sex.
[margin: Cap. 11.]
95 ¶ *Sosia.* Et hoc elegiacum, titulum habuit, *Locus ordinandi coqui.* sed neque hic neque duo priores satis probi mihi videntur. Est autem vocandi casus Sosia siue a recto Sosias sit, seu Sosia. ¶ *ad quinctam flectitur vm-*

bra notam. Quinctam solarij lineam dixerat Persius in Satyra tertia. In quem locum, quæ nos nuper scripsimus, & in scholio quodam in Sacrobostanum de dierum & horarum generibus, hunc etiam Ausonij locũ de suæ diei horis explicare poterunt. Veteres enim illi diem naturalem, hoc est tempus ab oriente sole vsque ad occidentem, seu breuis esset, seu longa, in duodecim horas diuidebant. quarum prima cum ortu solis incipiebat. Sextam merides, duodecimam solis occasus finiebat. Quam itaque dicit Ausonius quartam diei horam, hæc decimæ nostræ Gallicæ, Germanicæ, Hispanicæ antemeridianæ fere respõdet. circiter quam & nos prandere solemus. Sed de prandio & cena, deque eorum temporibus, multa Rhodiginus & Alexander ab Alexandro.

¶ *Quadrupedum & volucrum*. Versus hic tametsi priori *Vibranti lambat*, pro eius pentametro iunctus continuatúsque erat in exemplari, tamen Scholion eâdem manu, acutiore tantum calamo, in margine appictum, quod huc descripsissem, si totum potuissem legere, deesse superiori elegiaco finem, & huic heroico initium, monebat. Ego vero non tantum quas dicit portiones, verum etiam multa alia carmina hic tota desidero, si quomodo cœperat Ausonius, vniuersa suæ diei acta diuersis carminum generibus fuerat persecutus. Continuata ergo ab oriente sole in occasum Ephemeride, quantulacunque sit hæc eius portiuncula, postremo carmine Ausonius de ijs questus est, quæ noctem plerumque hominibus molestam reddunt, de somnijs, & eorum visis. ¶ *euris*. Luce, & sole exoriente. Eurus dicitur. ventus ab ortu spirans. ¶ *visitur*. videtur in somnis, & se ostendit dormienti. Quæ nanque vigilãtibus cogitata, quæ audita, quæ visa, quæ gesta, ex ijs somniorum visa emanant. ¶ *lacerat nostros*. Mihi videor a leone aut aliqua alia bestia laniari, vt ad bestias damnatorum aliquis. Quod quid sit disce ex Budæi annotationibus, & Androdi historia apud Aulum Gellium. ¶ *grassamur*. mihi grassari videor, pugnare, & harenam sanguine conspergere, vt in muneribus gladiatorijs fiebat. de quibus vide que annotauimus in extremum edyllium de ferijs Romanis. * ¶ *cætus* coitus, vt in epigrammate septuagesimo. *Tragicos* autem dicit nefarios & sceleratos, de quibus facinoribus sumuntur Tragœdiarum argumẽta. ¶ *Quum crimina somni cũ crimine* legerem hoc sensu & ordine. & munus somni profugi, ipséque adeo fugiens somnus, qui me turpibus & nefandis vexabat insomnijs, recedità me cum suo crimine ¶ *Alanos*, quos & in precatione pro Consulatu memoratos inuenies. * ¶ *aurea*. Sic aureo & aureis apud Virgilium siue dactylus sit pro spondêo in fine versus, siue per synalœphen spondeus. ¶ *Sarrano ostro*. Tyria purpura —— *strataque super discũbitur ostro*, In extremo primo Æneidos. —— *Sarrano dormiat ostro*, in extremo secundo Georgicôn. ¶ *Diuinum vatem*. Virgilium sexto Æneidos. *

In medio ramos, annosáque brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: quam sedem somnia vulgo

96 334. 97 40 A 372. 98 Var. 193.

Vana tenere ferunt. folijsque sub omnibus hærent.

¶ *quæ fornice eburno*. quarum portarum altera eborea sit, cornea altera. idem poëta in extremo eodem sexto.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur

Cornea, &c. ex vndeuicesimo Odyssẹ. Sed istarum portarum fit etiam mentio in extremo Cupidine cruci affixo: quæ quid sint, quærunt poëtarum interpretes, & Macrobius in priore cõmentario in Somnium Scipionis, & Lilius Gregorius de dijs. ¶ *melius*. melius est. præstat. ¶ *potius*. melius est. ¶ *fruendis*. bonis. * ¶ *& gaudia controuersorum*. Sic fuit in exemplari: sed vna syllaba versus est longior, quam debeat. controuersa legi posset. Controuersum secundam quoque producit syllabam in Edyllio nono, sed cõtrouersia corripit in Phalæcio Sidonij Apollinaris, libri octaui epistola vndecima ¶ *Inrequieta*. pro Irrequieta. Sic frequẽter præpositiones in & con suum n, in compositione retinere reperiuntur in antiquis exemplaribus. ¶ *Lunares polos*. cælum & Sphæram Lunæ: quando Luna ita vobis placet, vt non nisi cum ea & noctu cernamini. Habitari autem in Luna aiebat Xenophanes: *eámque esse terram multarum vrbium & montium*. Cicero in Lucullo ¶ *Hunc lucum*. Vnica somniorum vlmus apud Virgilium. Liberalior Ausonius, nemus plurimarũ vlmorum totum illis pollicetur, & deuouet.

99

107

IN AVSONII BVRDIGALENSIS PARENTALIA ELIAE VINETI

COMMENTARIVS.

LEMMA. Idem verbum in præfatione in Cupidinem cruci affixum. ¶ *Parentalia.* Vt à parentibus nomen inuenerunt parentalia, ita parẽtum sunt propriæ: ceterum de propinquis quoque, & aliis dicuntur, iusta, & conuiuia, quæ in funere, & pro mortuis celebrantur. Hinc parentare, iusta soluere. ¶ *ab Numa.* Secundo Romanorum rege. Ouidius secundo Fastorum, Macrobius, Censorinus. ¶ *inferias.* Inferias definit Festus sacrificia, quæ diis Manibus inferebantur. Vetus interpres Virgilij, sacra mortuorum, quæ inferiis soluuntur. 234

¶ *Nomina carorum.* Carmine huius titulus erat, ITEM PRAEFATIO VERSIBVS ADNOTATA, quum liber sic inscriptus fuisset, & eius principium, INCIPIVNT PARENTALIA FELICITER. PRAEFATIO IN PROSA. qui tituli multique sic alibi alij alterius omnino sunt artificis, quam ipsius Ausonij. ¶ *funere iusto.* vt Iusta plurali numero dicuntur exequiæ, inferiæ, parentalia, sacrificia, quæ mortuis impenduntur, & funerandi sollemnitas. Budæus in Annotationibus & Commentariis Græcis. ¶ *Fleta* prius. cum sepelirentur. ¶ *modis.* versibus. quos vocat pios, de Attusia Sabina coniuge. ¶ *exequialis.* exequiarum. Exequialis honos rursus in carmine de Attusia Talisia & Regulo, & de Aemilia Driadia. sed exequialia carmina dixerat Ouidius quartodecimo Metamorphoseon. ¶ *satis.* satis est & sufficit. *Neniam* definit Nonius Marcellus, ineptum & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica diceretur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberet. Sed de hoc verbo plura Festus. ¶ *Annua munera.* iusta, quæ quotannis persoluere mortuo debeas. Virgilius de Daphnide in quincto bucolico, & de Anchise libro quincto Æneidos. ¶ *Cognatis.* cognatorum & propinquorum animis. ¶ *telluris egenis.* inhumatis, insepultis. * ¶ *Voce ciere.* Idem & in Coronide

101 A

113

126.130

Ver. 430

101 B

170 libri de Professoribus. Locum autem hunc Turnebus, in capite decimo libri vicesimi secundi, & tricesimo secundo duodeuicesimi Aduersariorum, cum aliquot Homeri & Virgilij locis contulit. Virgilius tertio

Vers. 67 Æneidos.

—— Animámque sepulchro
Condimus, & magna supremum voce ciemus.

Ver. 303 In eodem.

Libabat cineri Andromache, Manésque vocabat
Hectoreum ad tumulum. —— In sexto.

Ver. 505. *Tunc egomet tumulum Rhœteo in litore inanem*
Constitui: & magna Manes ter voce vocaui.

Lib. 9. Vers. 60. Vlixes apud Homerum de suis sociis, quos Cicones interfecerant.

Οὐδ᾽ ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι,
Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι,
Οἳ θάνον ἐν πεδίῳ, Κικόνων ὕπο δηϊωθέντες.

In quem locum, quæ memoret Eustathius de prisco more, legere poteris: & quæ Ioannes Tzetzes in historiis. ¶ *Funeris instar habet.* Vo-

Chil. 5. care animas mortuorum, est pro funere, pro tumulo, & sepultura. ¶ *Compositi cineres*. mortui. animæ mortuorum. ¶ *Fontibus hoc scriptis*. Marmoribus enim insculpi solent nomina ibi iacentium. ¶ *Cui defuit vrna sepulchri.* qui sit telluris egenus, vt supra dixit, & inhumatus: sicut Palinurus sexto Æneidos & in extremo quincto. ¶ *inconcussa.* nullis aduersis concussa: vt hilares, inconcussósque penates dixit Statius in primo carmine libri quincti Siluarum. ¶ *et praeter iustum.* funus senile.

IN PRIMVM CARMEN PARENTALIVM.

202

ETSI *cunctetur* filius. mœrore & desiderio. ¶ *Cura Dei.* fuit, subaudiendum est, aut aliquid simile. ¶ *Vndecies binas Olympiadas.* octoginta octo annos. Est enim ὀλυμπιὰς quadrienniũ, vt alibi diximus. Nonaginta tamen annos vixisse dicitur Iulius Ausonius in Epicedio.

319 ¶ *nimia indulgentia.* fuit erga eum, sed modicus voti fuit, vt in Satyra quincta dicit Persius. ¶ *Septem sapientibus.* qui suo libro nominantur.

203 ¶ *sophorum.* sapientum & philosophorum. Ex quibus bonos mores maluit discere, quam eloquentiam. Qui in epicedio dicit de se,

Sermone impromptus Latio, verum Attica lingua
Suffecit culti vocibus eloquij.

¶ *Porrigere.* producere. prolatare. ¶ *vt nullum.* Iulius Ausonius medicus nullum antiquorum in curandis morbis sequebatur, non Hippocratem, non Galenum, non alium quenquam. Marcellus autem Empiricus, de-

quo

quo mentionem fecimus in carmen vndeuicesimum de professoribus Burdigalensibus, hũc Ausoniũ de re medica scripsisse tradit: nisi sit alius hic Ausonius: remediumque præscribit Isciadicis, Arthriticisque: quo fuisse sanatum eundem Ausonium medicum refert. 162

IN CARMEN II. PARENTALIVM. ¶ *Tarbellæ matris.* Tarbellicæ, in carmine septimodecimo de Professoribus. Tarbelli, & Terbelli in Latinis exemplaribus: sed Τάρβελλοι solum in Græcis, inter Aquitanas gentes recensentur Plinio: qui Aquitaniam vocat eam Galliæ partem, quæ est inter fluuium Garumnam & montes Pyrenæos. Ptolemæus secundo Geographicôn eos colloeat inter eosdem Pyrenæos, & agrum Burdigalensem: Strabo libro quarto, Lucanus in primo, & Ausonius in quarto huius libri carmine, ad Pyrenæum &, Oceanum. Idem rursus Ptolemæus & incerti auctoris carmen de Ausonio, Aquas etiam Augustas, quod paruum oppidum, sed perquam vetus, vt in carmen de Burdigala meminimus, hodie *Acs*, ab Latino illo Aquarum vocabulo nuncupatur, Tarbellis assignant. Idem Ausonius Tarbellium vocat fluuium Aturrum in extremo Mosella: qui Aturrus per Tarbiam Bigerrorum Metropolim, Aquas Augustas & Baionem in Oceanum exit: ac Tarbellum oceanum in carmine huius libri quarto, in quem Aturrus influit. Et quam diximus Tarbam, nemo non putat ab istis veteribus Tarbellis nomen adhuc retinuisse, quatuncumque gentis alterius hodie caput, habeatur. Ex his ergo liquere arbitror, qui nunc Tarbienses, Bearnenses, Aquenses, Baionenses, nuncupantur, omnes hos quondam Tarbellos fuisse appellatos. 103 A / 60; 599; 208; 273

* ¶ *Patris & Aeducij.* Ita fuit in exemplari: sed Aeduici, pro isto Aeducij, omnino legendum, ac pro Aedui in carmine septimodecimo de Professoribus: sicut Aeduico recte habuit in proximo carmine quarto, ab Aeduis, siue Aedu:bus. Nam secunda declinatione apud Cæsarem, Liuium, & alios, elatum Gallicæ gentis vocabulum, tertia enunciatum in quarto carmine huius libri. Prima vero eius syllaba, Ae diphthongus hic fuit, eáque sine spiritu, sicut vetusta marmora, quod in Lucium Senecam monuimus, Æduos scribere reperiũtur. Sed eandem quoque obseruauimus & Hæ, & E, & He, aliis in locis. Sunt autem Aedui, quorum antiquissimum oppidum Augustodunum, nunc *Autum* vocitatur apud Secanos, & in ea Galliæ parte, quæ Burgundia appellatur. Aemilia ergo Aeonia mater poetæ Ausonij patrem habuit Aeduum, Cæcilium Argicium Arborium, de quo est carmen quartum: matrem vero Tarbellam, & Aquensem Augustanã, Aemiliam Corinthiam Mauram, carmine sexto celebratam, Aquis ipsis, vt arbitror, Augustis, ipsa genita. 103 B / 160

¶ *Letáque serietas.* hilaris & iocosa grauitas, seueritásue. Ab eo quod est serius, apud vetustiores Latinos mihi nondum lectum hoc denominatiuum. Sidonius Apollinaris in Narbone.

Risus, serietas, dicacitates. ¶ *Aeternum.* æterno. in æternum. Aduer-

bium, vt apud Virgilium multis locis.

104A IN CARMEN. III. PARENTAL. Quiquis ille sit Arborius, cuius mentionem facit Seuerus Sulpicius in vita Sancti Martini, duo celebrantur Ausonio Arborij, pater, & filius. Pater, Cæcilius Argicius Arborius, Ausonij auus maternus, de quo est carmen quartum. Filius vero Aemilius Magnus Arborius, auunculus Ausonij, rhetor, de quo

160.164 est hoc carmen tertium, & septimum decimum de Professoribus, qui q; post in vicesimo primo memoratur. Huic se semper ab incunabulis tam carum fuisse scribit Ausonius, eiusque tam multa in se agnoscit merita, vt dubitet, vtrum anteponere debeat, patrem an auunculum. ¶ *Dicere sed rea fit.* Sic fuit scriptum hoc loco, & non, *Dicetur serie*, vt ediderunt, qui quod erat in vetere libro nō potuerant legere. Quanquā hoc *Dicere set rea fit* (ita illic *set* ātiquo more, pro sed) nō satis video, quid sit, nec quo modo cohæreat cum eo, quod sequitur. ¶ *vnanimus genitoris.* vno atq; eodem animo, singularique concordia cum patre meo. Idem vocabu-

160. lum in villula Ausonij. ¶ *Et mihi qui fueris.* Qui me pro filio habuisti: & cui æque carus fui, atque parentibus ipsis meis. Parentem etiam vocat

104B in illo carmine de professoribus* ¶ *Te sibi Palladiæ.* Tolosanos & Narbonenses omnes eloquentia & bene dicendi scientia superasti. Aquēsis ergo ciuis, vti puto, Aemilius Magnus Arborius, Tolosæ aliquando egit,

160 vt ex eo quoque altero carmine de illo cognosces. Quo tempore, Ausoniū puerū, quē vnice diligebat, sororis suæ Aemiliæ Aeoniæ filiū, secum habebat, vt arbitror, & instituebat. vnde quum inter Vrbes claras Tolo-

406. sam celebraret Ausonius, eam sui altricem dixerit. Quod autem ad Pal-

161. ladiæ epithetum attinet, quod & in carmine duodeuicesimo de Professoribus inuenies, quum Palladiam dixisset ante Ausonium sæculis aliquot Martialis poëta epigrammate centesimo primo libri noni,

Marcus Palladiæ non inficienda Tolosæ

Gloria, quem genuit pacis amica quies,

scripserūt eius interpretes sic eā ideo appellasse, quod tū ibi studia litterarū, sicut & nunc, colerentur. Palladem enim artium sapientiæque deā & præsidem veteres crediderunt. Sed sicut Athenæ fuerunt Palladiæ

715. quoque apellatæ, vt Ouidio libro Septimo Metamorphóseon,

Palladiásque in eo non cognoscendus Athenas,

quod vrbem suam a Pallade conditam iactarent Athenienses, & eam persanctè colerent, sic potest & Tolosa Martiali, Ausonio, Sidonio, Palladia ab eadem dea sua esse appellata. Mineruam namque, quomodo illam Latini vocant, quam Græci Παλλάδα, vnum ex præcipuis Tolosanorum numinibus, olim fuisse, mihi videtur innuere Sidonius Apollinaris, quum in Sapphico vltimæ epistolarum sic scribit de diuo Saturnino: quem primum ac summum suum, vt ait Gregorius Turonensis, sacerdotem, circiter annum a Christo nato ducentesimum quinquagesimúmque, Tolosani in media sua Tolosa occiderunt.

Quem negatorem Iouis, ac Mineruæ,
Et crucis Christi bona confitentem,
Iunxit ad Tauri latus iniugati
Plebs furibunda.

¶ *toga docta*. docti causarum patroni & oratores. Sed vide quæ de toga monuimus in Ephemeridem.* ¶ *Latio*. Latino sermone & Romano. Hi namque Galli, sicut & Hispani, Itali omnes, alijque, a Romanis domiti, eorúmque imperio iam diu parentes, Latinum sermonem ea tempestate satis nouerant. qui Latine hodiéque fere loquuntur, sermonē suum, Romanum vulgo appellantes. ¶ *Tribunal*. in quo, qui ius reddebant, iudicabántque, considebant. Plura de Tribunali Budęus in annotationibus. ¶ *Hiberorum*. Hispanorum. ¶ *quaque*. & quæ fora erant Nouempopulis. Qui autem sint hi NOVEM POPVLI, patria scilicet Staphylij Rhetoris, inter Professores Burdigalenses vicesimo primo carmine decantati, quærendū, Auscorúmne Metropolis, an aliqui alij. Aquitaniam quum inter fluuium Garumnam & montem Pyrenęum constituissent Iulius Cæsar, & Pomponius Mela, Auscos nominauit ille inter Aquitaniæ populos, qui Galliæ Narbonēsi essent proximi: Mela vero, eos Aquitanorum clarissimos dixit: apud quos, vrbium opulentissima, esset Elusaberris, nomen varie deprauatum in nostris veteribus nouisque exemplaribus, siue hæc eadem sit cum Augusta, quā non multo iunior Pomponio Ptolemeus, Ausciorum Vrbem memorauit, siue diuersa ab illa. * Hanc nos hodie Aquitanicam gentem satis nouimus: quos etiam pro Auscis Auscios tribus syllabis Strabo & Ptolemæus: Sidonius Apollinaris libri septimi epistola sexta Auscenses appellauit. ceterū nomen suum illud priscum amisit eorū metropolis: Auscique nunc vulgo, id est *Ausch*, gentis vocabulo nominatur. Quod autem Nouempopuli aliquando dicti sint Ausci, auctorem habemus Ammianum Marcellinum: qui licet his tantummodo verbis eius gentis meminerit in extremo libro quintodecimo, *Nouempopulos Ausci commendant*, tamen ex ijs satis cognoscimus, quos intelligat Ausonius Nouempopulos, apud quos auunculus causas orauerit: nisi quod non adeo liquet, ipsáne princeps Ausciorum vrbs, an prouincia sit eo nomine nuncupata: vrbs nimirum illa, quæ intra sua mœnia, nouē aliquos populos, vt colonia, excēperit: prouincia vero, in qua essent populi nouem, qui sub Ausciorum imperio degerent. Atqui prouinciam Auscensem, quæ nunc Auxitania in Pōtificalibus litteris dicitur, sicut & Auxitanus, eius gentis Archiepiscopus, hāc ab istorum Nouempopulorum vocabulo Nouempopulanā prouinciam apud Sextum Rufum, ac substantiue Nouempopuloniam in vetere prouinciarum nomenclatore apellatam legimus. vbi recensentur plures duobus quam nouem, populi, quibus & eorum episcopis Ausciorū Archiepiscopus ius dicit, Aquēses, Lactorates, Cōuenæ, Consurani, Boij, Bearnenses, Aturenses, Vasates, Bigerrones, Elloronenses, Ellosates.* ¶ *hinc*.

93. 105 A
164.
105 B
105 C

tenus Europam. Hoc, quid sibi velit, non video. Tenus hîc ablatiuum postularet: & Gallia Hispaniáque tam sunt in Europa, quã Thracia, in qua est Constantinopolis. ¶ *Placui tibi.* perspecto ingenio, & praeclara indole pueri ¶ *satis esse tibi.* te nihil amplius optare. ¶ *me patribus.* Parentibus meis. ¶ *Dictasti fatis.* Sic fuit *fatis* in exemplari, non fastis, Statius vndecimo Thebaidos. ——— *Quisnam fuit ille deorum,*
Qui stetit orantem iuxta, praereptáque verba
Dictauit fatis? ——— . Matheseos ergo peritus fuit Aemilius Arborius, eiusque pater Caecilius, vt ex insequenti carmine cognosces: qui horoscopo, & cognita Ausonij genitura, quantus vir olim futurus esset, notauerant. Sed de istis Chaldaeis & Genethliacis quid sentiret Fauorinus philosophus, homo nostras, vide apud Gelliũ in principio quartidecimi Noctium Atticarum. ¶ *de musis tuis.* de litteris, quas me docuisti, & iure tibi vendicare potes.

106 IN CARMEN IV. PARENTALIVM. Duos in his Ausonij carminibus obseruasse Arborios iam supra dixi, patrem & filium,

104. A & patrem quidem Ausonij auum maternum: filium vero auunculum. In ijsdem similiter Argicios duos inuenio, hunc Ausonij auum: & illum, Ausonij proauum, qui memoratur in carmine septimodecimo de Pro-

160? fessoribus. Quanquam ibi Arsicius ille scribitur, s pro g, vt ambigi possit vtro modo illi vocarentur, Argicijne, an Arsicij. ¶ *Aeduico ductum*

103. B *de stemmate.* Aeduum genere de quo gentis vocabulo in carmen secundum. ¶ *quáque Vienna.* ——— *Alpinis opulenta Vienna colonis,*

204. in carmine de Arelate, libro de claris vrbibus. ¶ *Nanque auus.* tuus, & pater tuus fuerunt proscripti. ¶ *Regnum quum Victorinus haberet.* Gallienus Mediolani occisus fuit anno Imperij quinctodecimo, at Christi, vt putatur, ducentesimo & septuagesimo. Sub eo rem Romanam male administrante, Victorinus Galliarum inuasit imperium, *vir strenuissimus*, inquit Eutropius, sed qui quum nimiae libidinis esset, & matrimonia aliena corrumperet, Agrippinae Coloniae, imperij sui anno secũdo interfectus fuit. Huic successit Tetricus, Senator Romanus: *qui Aquitaniã honore Praesidis administrãs* (Eutropij verba sunt) *absens a militibus Imperaor tele ctus est: & apud Burdegalã purpuram sumpsit.* Huius quoque filius, Tetricus minor cognominatus, Caesar apellatus fuit. plura de istis Tyrannis Trebellius Pollio. sed aliud nihil vsquam de Arborijs nostris, & eorũ proscriptione. ¶ *In Tetricos recidit imperium.* Sic fuit in exemplari: sed quia *re*, corripi solet, quae hoc loco producenda est, qui *re* in *de* mutauerunt,

107 emendassent potius, *in Tetricos imperium* cecidit.* ¶ *Per quas erum-*

173. A *pit.* exit in Oceanum fluuius ATVRRVS. De quo plura in Mosellam. ¶ *pauperis Aemiliae.* Aemiliae Corinthiae Maurae auię Ausonij. de qua proximum carmen Quinctum. Cuius Aemiliae Maurae filia Aemilia Aeonia, mater Ausonij poëtae, quia Aquensis Augustana fuit, vt in secundum carmen ostendimus: & Arborium auum

suum,

nũ suum, istius Mauræ maritum dicit Ausonius apud Tarbellos Oceani accolas; in quo tractu sunt, Aquæ Augustæ, exulasse: nõ dubito quin profugus ille patria, Aquis Augustis tandẽ consederit: ibique Aquensẽ ciuẽ Æmiliam illam Mauram duxerit. ¶ *tenuis.* exigua pecunia multo labore parta. ¶ *Tu cæli numeros.* Chaldæus erat seu genethliacus hic Ausonij auus: de quo genere hominũ Aulus Gellius libro quartodecimo.* ¶ *& conscia sidera fati.* Virgilius quarto Æneidos.

Cap. 1.

Testatur moritura deos, & conscia fati
Sidera. ——— Manilius vero sic Astronomica sua exorsus est post Virgilium.

Versu 19.

Carmine diuinas artes & conscia fati
Sidera, diuersos hominum variantia casus.

¶ *Prodita nõ vnquam.* formulã meæ vitæ, & quã Suetonius geniturã, Græci γένεσιν vocãt, non publicasti. ¶ *Matris.* meæ, filiæ tuæ. ¶ *Tu nonies denos.* Nonaginta annos. ¶ *Fortis deæ.* fortunæ, de qua satis multa Lilius Grægorius syntagmate sextodecimo. ¶ *Post trina decennia*, triginta annos natum, & plus eo. ¶ *ac læuo lumine cassus eras.* oculum sinistrum amiseras. *Extincto lumine* ediderant Lugdunenses, sed exemplar habebat, oeleuo *lumine*. ¶ *præcipuus honos.* vt quæstor fui, consul, & c. ¶ *animarum mista priorum. Miste* pro *mista* legerẽ, vt sit, O aue Arbori, qui iam mistus es cœtui animorum piorum. & sic piorum piarúmue, pro priorum. ¶ *Sentis quod quattor.* vide protrepticon ad nepotem ¶ *Commemoro*. Non video, cur hoc in *commemorem* mutari debuerit.

108

368

IN CARMEN V. *Parentalium.* ¶ AEmiliam auiam. matrem Æmiliæ Æoniæ matris Ausonij, Aquensem ciuem, vti modo diximus. ¶ *Maura vocata fuit.* Sic hodiéque Romanogalli Mauros vocitamus Indos, Æthiopes, & qui eo colore sunt. Mauri tamen proprie dicti sunt, qui eum incolebant Africæ angulum, qui ante Gades est, Mauritaniæ nomine, non multo fusciores Hispanis, angusto freto ab Hispania separatis. ¶ *Hæc non delicijs.* grauis Matrona, & seuera. ¶ *ad perpendiculum.* ad amussim, ad normam, & regulam ¶ *prareptum cunis.* quæ ex ipsis cunis, & adhuc infantulum rapuit in suas ædes. ¶ *Æternum*. in secundo carmine.

109

IN CARMEN VI. *Parentalium.* ¶ *Túque gradu generis.* O Aemilia Hilaria, quæ matris meæ Aemiliæ Aeoniæ soror, genere quidem mihi, cognationéque matertera fuisti (amita dicitur, quæ patris sit soror) sed amore & beneficijs mater, & sic vere matertera, id est mater altera (hoc materteræ est etymum apud Festum) commemorabo ego te quoque, ceterum eo affectu, studio, officio, quo filius propriam matrem debeat. ¶ *Hilari cognomen.* ab Hilaritate vultus, Hilarius pro Hilaria dicta, quæ marem potius quam feminam ore referret. ¶ *verum ephebũ.* puerum. ¶ *non dissimulanter.* non arte aliqua, sed naturali facie ¶ *More virũm.* vt vir femina rei medicæ perita. ¶ *Feminei sexus odium tibi.* femi-

110

na sexum suum oderat,& vir nata esse maluisset: cóntra quam Nero Cæsar, Heliogabalus,&quidā alij, qui se in feminas pro viribus trāsformauerunt.¶ *Deuotæ virginitatis amor.* Quas Ausonius Virgines Deuotas hoc loco & in carmine vicesimo sexto appellat, ac Ambrosius in libro ad Virginem Deuotam, virgines erant deo dicatæ, consecratæ, deuotæ, quas nos Galloromani *Nōnas* hodie vocitamus: quod vocabulum iuuenies apud Hieronymum in eo, quod scripsit ad Eustochium de Custodia virginitatis.¶ *septenos nouies.* sexaginta tres annos. ¶ *ipse pudicitiæ.* finis fuit.idest, perpetuam seruasti virginitatem. Syllaba autem illa, *nis* quę natura breuis est, nec positione producitur, prō lōga haberi debet. quomodo post totidem pedes breuem producit Virgilius in hoc extremi bucolici versu.

Omnia vincit amor.& nos cedamus amori.

IN CARMEN VII PARENTAL. C L. in titulo huius carminis, Claudiúsne est, an Clemēs, an aliquid aliud? Calippio non LL sed PP geminabat, vt edidimus: quicquid id sit nominis.¶ *Et patruos.* fratres patris Iulij Ausonij medici.¶ *elegea,* sic fuit in exēplari, quę vulgo elegia dicitur. Græcum enim est ἐλεγεῖα, vt & ἐλεγεῖον, in epigrammate nonagesimo secundo: & diphthongus ista ει tam in ē, quam in ī, a Latinis verti solet. de qua re Priscianus libro primo. Sed totus versus sic illic habebat.

Et paruos elegea meos reminiscere cantus.

¶ *tellus Rutupina.* terra Britannia, vt in carmine de Aquileia.¶ *Hæredis nullo nomine tuta.* Claudius Contētus quum trans mare, & in Britannia insula negotiaretur in morbum incidit: eóque ibi perijt pecuniosus, vbi nec fratrum, nec aliorum suorum quisquam fuit, qui se pro hęrede gereret.¶ *mensa uncta.* pingui, vt Catulus in carmine nuptiali, & lauta.¶ *Heredes solo nomine.* Claudius Calippio, patruorum alter, inquit Ausonius, quum sine liberis decessisset eius hæres fuissem, siquid bonorū reliquisset.¶ *ioca seriis mixti.* qui seria iocis miscerent, & temperarent.¶ *Discreti tumulis.* Alter in Britannia sepultus, alter in Aquitania, Burdigalæ, vt puto.¶ *commune munus.* vt vterque hoc verbum Vale sibi dictum accipiat. Quo vtimur non solum viuentes inter nos verum etiam viuentes ad mortuos, & mortui ad viuentes. Vt in his Parentalibus ad multos vita functos Ausonius: ac Aenéas ad interfectum in prœlio Pallantem vndecimo Aeneidos.

——— *salue æternum mihi maxime Palla,*

Aeternúmque vale. ____ At cóntra Creusa in extremo secundo mortua, ad suum Aeneam viuentem.

Iámque vale: & nati serua communis amorem.

Sed de hoc verbo hęc in commentarijs Seruij scripta legimus, quum dixisset Aeneas libro tertio Aeneidos de Polydori funere,

——— *animámque sepulchro*

Condimus,

Margin notes: 91 (beside "hoc loco"); 111 (beside "IN CARMEN VII"); 92 (beside "nonagesimo secundo"); 103 (beside "tellus Rutupina"); Vers. 97. (beside "salue æternum"); Vers. 67 (beside "xisset Aeneas").

Condimus & magna supremum voce ciemus.

Hoc loco dicimus more solemni, Vale. Nos te ordine, quo natura permiserit, cuncti sequemur. In iisdémque in quinctũ & vndecimũ, *Quando mortuis Salue, & Vale dicimus, nõ cõsiderandã etymologiam, quũ iis bonã valetudinem salutẽq́ optemus, in quibus nulla esse poßit: sed notandã consuetudinem, quod iis Vale dicere solemus, à quibus recedimus.* Sed de hoc monuimus supra.

Vers. 80. & 93

93

IN CARMEN VIII. PARENT. ¶ *Publica despiciens*, Qui rempublicam attingere, præfecturas, magistratus vllos gerere noluit. ¶ *prior.* alios præcedere. ¶ *segregus.* segregatus, seiunctus ab aliis. Idem segrex apud Sidonium Apollinarem. ¶ *reuerens natæ.* filiæ tuæ, meæ vxoris: quam tametsi iuuenis amisi, tamen aliã non duxi. ¶ *Nam & cælebs.* In cælibatu permanebo gener tuus.

112

Lib. 5. epist. 12

IN CARMEN IX. PARENT. ¶ *& origine clara senatus.* Ita hic legendum diuinarunt Lugdunenses, quum *clara* non esset, nisi forte prima syllaba. Senatum autem, Burdigalensem Senatum intellige ex priori carmine de Socero. ¶ *Primus luxu deceptus. luxi* præteritum à lugeo, pro isto *luxu* est legendum. Est autem Virgilij imitatio: apud quem Dido de amisso marito dicit libro quarto Æneidos.

113

Postquam primus amor deceptam morte fefellit.

¶ *Pérque nouem Olympiadas.* nouies quaternos, seu quater nouenos, hoc est triginta sex annos: nisi Olympiadem pro quinquennio accipias, vt sint quadragintaquinque anni.* ¶ *Quod mala.* Non est mihi domi post amissam te, ô vxor, quicum communicem consilia: siquid boni, siquid mali, mihi acciderit, quem participem habeam. ¶ *opes cassas.* Inanes, fluxas, & nihili faciendas: quarum in morte tua iacturam feci. ¶ *Septenos quater Decembres.* viginti octo annos. ¶ *Et dolor atque decus coniugis.* Dolor, quod iuueni mihi iuuenis sis rapta: & decus mariti, quod læta esses, pudica, grauis, & reliqua. Sic autem fuit in exemplari, nec quicquam mutassent Lugdunenses, si meminissent vnde Ausonius esset mutuatus. Virgilius decimo Æneidos de Pallante in pugna occiso,

114

O dolor atque decus magnum rediture parenti.

Vers. 507

¶ *Natos duos.* Mares ambos, an marem & feminam? Primus Ausonij, horum poëtę filius, fuit Ausonius: qui obiit infantulus, &, vt arbitror, ante matrẽ. De hoc est proximum carmen. Filiũ etiam habuit Hesperium: quẽ nominat pater in carmine vndecimo, quũ nepotis sui eius filij Pastoris acerbũ fatum mæret: & in cuius Hesperij gratiam se Fastos scripsisse dixit, in epigrãmate de iisdẽ Fastis: & ad quẽ misit carmen de Cæsaribus, & Protrepticon ad nepotem, epistolámque, *Qualis Picenæ*, & cuius meminit in epistola ad Paulinũ, *Quanto me affe.* Habuit & filiam, quam nusquã quidem nominat, sed eius m[illegible] in Proptreptico illo ad suum ex ea nepotem Ausonium, & in litteris ad Hesperium filium tunc scriptis, quum idẽ ipsum carmen [illegible] misit. G[illegible] oriũ vero, cui mittitur Cupido cruci affixus, hunc appellat filium, sed miror, quod huius

116

79.

181. 362

444. 471

361. 365

234

alibi nullam mentionē fecerit, qui soleat filios etiam vocare alios, quam quos generis, veluti Symmachum in suarum epistolarū quarta, & Portium Paulinum in epistola, *Multas & frequentes*: ¶ *Nunciet hoc*. Hoc ego de filiis nostris ad Manes tibi nūtiare possim. ¶ *nostra fauilla*. cinis meus. Vide de fauilla in epistolam Ausonij vicesimamquartam.

418
470
489

115 IN CARM. X. PARENT. ¶ *Primus nate*. Sic poëta Ausonius ex Attusia Sabina coniuge filios minimum tres susceperit, hunc primum nomine patris Ausonium appellatum, & duos illos, quos non nominauit in priori carmine ad vxorem, sed quorum alter est Hesperius in carmine insequenti. ¶ *Indolis & plene*. Ita Lugdunenses ediderunt, quum non *plene*, sed absque l, *pene* esset in exemplari: quomodocumque legendum sit. ¶ *Tu gremio in proaui*. Vtrius proaui, paternine, qui hic non lugetur, an materni, Cæcilij Argicij Arborij? de quo est carmen quartum. ¶ *Inuidiam tumuli*. In eodem cum proauo, sepultus es tumulo, vt ne quis inuideret, si tibi separatim tantillo puerulo monumentum esset extructum.

116 IN CARM. XI. PAR. ¶ *mæsti aui*. Ausonij hæc scribentis. ¶ *spes cuius certa fuit res*. hoc nō video, quod sibi velit. ¶ *Hesperij patris*. filij mei. ¶ *vitæ breuis argumentum*. Versus spondiacus. Quæ pastoralis fistulæ cantio tibi portendebat vitam breuem. sed id non ante fuit intellectum, quam tegula è tecto missa sis occisus. ¶ *manus artificis*. ædes tegentis. ¶ *manus hæc*. quæ te percussit. ¶ *manus certa*. Vt certos ictus dixit in epigrammate septuagesimoprimo: & certam hastam Virgilius vndecimo Æneidos, ineuitabilē, vt vetus cōmētator exponit. ¶ *suppositura reum*. Fatum siue Parca, cuius hoc fuit facinus, miserum artificem in locum suum supposuit.

41
767

117A IN CARM. XII. PARENT. ¶ *Esse suam cupiit hāc Dryadeia soror*. Ita Lugdunenses ediderunt, quum haberet exemplar.

Esse suam soror hac Driadia, non ruit. quod quum legisset studiosorum quispiā veterū doctorúmq; hominum, mendosiímq; animaduertisset, singulas negationis litteras perscripserat: & inter eas aliquid scripserat, sed quod ipse legeret, alij non item, nisi forte syllabā *vi* repositā voluerit. Conueniret nāque satis *viruit* pro *non ruit*: & pleraque pentamentra sic trisyllabis finit Ausonius. Aliæ porro sunt Driadiæ in carmine vicesimotertio & vicesimoquincto, quas per vocalem Latinā cunctas scribebat antiquus librarius: ceterū Lugdunensis Typographus primam i, mutauit in y, quasi Græcum sit vocabulum potius, quā Aquitanicum, & sic Druidarum, Dryadúmque. cognatum. Producunt vero cunctæ primam syllabam: & hîc Driadia, cui Lugdunenses e non debuerunt addere. sic notata erat, *Dríadia*: quibus apicibus multas syllabas longas per totū illum librum notatas obseruauimus. * ¶ *Vitámque colo calathísque Mineruæ*, lana & tela. Virgilius octauo Æneidos.

128.130

117B
408

——— *quum femina primum*
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerua,

Impositum cinerem,& sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi. famulásque ad lumina longo
Exercet penso. castum vt seruare cubile
Coniugis,& paruos possit educere natos.

Colu autem pro colo ab eodem recto colus dixit Statius auctore Prisciano. ¶ *& verum.* veritas. ¶ *& fratrem. me.* ¶ *Coniuge adhuc iuuenis caruit.* Ea quum adhuc esset ipsa iuuenis, maritum amisit, Pomponium Maximũ, vt suspicor, qui carmine quintodecimo celebratur. ¶ *Sed viduata marito.* Hoc Lugdunenses post verbum *caruit*, nescio quo metri genere, subiecerũt, cum in suo exẽplari esset, *sed seria vitam*, si quid in eo videre potui. Dixerit autẽ Ausonius, mulier seria vitã pro muliere graui & seria vita: vt os humerósque similis dixit Virgilius. Fuit & in eodẽ libro equiperauit pro æquiparauit. ¶ *Per sena decennia.* sexaginta annos. Aen. 1. 593

IN CARMEN XIII. PARENTAL. ¶ *Auitianum.* Metra hæc, vt epigrammatis sextidecimi. Auitiani autem vocabulũ ab Auito deriuatum videtur, sicut ab Aemilio Aemilianus, ab Octauio Octauianus, a Rullo Rullianus: quare duæ priores syllabæ iambus pes in Auitiano æque, atq; in Auito fuerit, siue proprium nomen sit Auitus, siue apellatiuum. Ouidius primo Fastorum. 118

At Numa nec Ianum, nec Auitas præterit vmbras.

Martialis ad Auitum libro primo. Epig. 73.

Quæ legis hic aliter non fit, Auite, liber.

¶ *Minor iste natu me sed ingenio prior.* Sic fuit in exemplari: si contaminata verba Lugdunensis distinguere nouissent. ¶ *Artes paternas.* Iulius Ausonius pater, fuit medicus: vt ex primo carmine didicisse potes. ¶ Atropos. parca, fatum, mors. ¶ Quem cultum spei. Hoc si sic edidit Ausonius, secundum iambici metri pedem, spondéum fecerit aut Trochæum. Non autẽ recipit Trochæum hoc metrum. Spõdẽũ igitur posuerit pro iambo, in secundo loco iambici: quod ipsum interdum facere ostendimus in primum carmen Iambicum Ephemeridis. Itaque priorem spei syllabam produxerit, sicut Lucretius rei aliquot locis, vt libro primo. 102 84

Præterea rei quæ corpora mittere possit.

¶ *Quem dolorem sauciis.* Sociis hic per metrum legere non licet, sed *sauciis* pro sauciatis, læsis, exulceratis morte immatura talis adolescentuli.

IN CARMEN. XIV. PARENT. ¶ *Euromi, è iuuenum.* quem ego mihi delegeram generum ex multis iuuenibus. Sic Euromius hoc loco, qui in titulo Euronius, in eodem exemplari. Vnicam fuisse filiam Ausonio diximus supra in nono carmine, ceterum quot generos habuerit ex vna, nobis incompertũ. Ausoniũ Nepotem, ad quem lusit Propteptricon, filia sua natum dicit, quam non nominat. Hic Vallatinus (quẽ Valerium Latinum vocandum putat Scaliger) Euromius gener, potest Nepotis illius pater esse: nec video quicquam causæ esse, quem Symmachus in epistola, *Etsi plerumque*, cõmendat Talisiũ Ausonij 119 A 556

generum,cur non idem videatur Vallatinus: vt illi tria fuerint nomina, Vallatinus,Euromius, Talisius: qualia habet totidem Ausonij ipsius socer Attusius Lucanus Talisius. ¶ *Praegressus*, praetergressus.qui superasti maiores tuos.* ¶ *Hoc praefectura*.Quę praefectura haec fuerit, nescio: sed de praefecturis quaedam scripsimus in quadringentesimum & octauũ versum Mosellae ex Budęo & Alciato.Pater Ausonij se praefectum Illyrici nuncupat in versu quinquagesimo secundo Epicedij, si forte eidem praefuit Illyridi post eum Vallatinus.Quod si Ausonij nepotis,ad quem Protrepticon lusit Ausonius,pater fuit hic Vallatinus,cum suum generum in versu illius Edyllij quadragesimo quarto Proconsulē fuisse scribit Ausonius. ¶ *Fiscus & ipse cluens*.Quaestura illustris, vt quam se gessisse praedicat socer Ausonius in extremo protreptico ad Nepotem.Fiscum pro aerario locis aliquot Eutropius accipit, sed Budęus scripsit in annotationibus Aerarium proprie pecuniam publicam&Imperij:Fiscum vero pecuniã Imperatoris & principis . Quod autem Lugdunenses cliens hic scripserant, cluens fuit in exemplari, de quo verbo in Iambicum ad Probum. ¶ *Indole maturus*. O gener,inquit,tu maturus & acerbus mortem obiuisti, vt poma dicuntur acerba & immatura:ac maturus quidem indole, in quo scilicet iuuene nullum non virtutis genus spectatum sit: acerbus vero funere,cuius mors fuit immatura, & ante iustam aetatem.

119 B — 269 — 359 — 365 — 368 — 421 — 120

IN CARMEN XV. PARENT. ¶ *Nania nostra canet*. Canent plurale, in exemplari. ¶ *mea sorori*. Iuliae Driadiae, vt coniicio. de qua est carmen duodecimum. ¶ *sensit acerbum Saucia per casum*. Curia Burdigalensis,de qua in Epicedium, hoc etiam sensit, saucia isto acerbo fato. ¶ *Te primore*. Principe Senatus Burdigalensis. ¶ *inque Valentinum*. Improbum hominem aliunde non noui. ¶ *Heu quare nato*. Pomponio Maximo Herculano. de quo carmen septimum decimum. ¶ *non frueris*? cur ille non viuit adhuc , diúque vixit tibi superstes? ¶ *sed frueris*. correctio. Eo iam frueris,quando mortuus est. siquidem diuina eius portio,id est, anima, nunc tecum est apud Manes. ¶ *Anticipasse diu*. quando is diu ante mortuus sit, quam oportuit.

121

IN CARMEN XVI. PARENTAL. ¶ *Tu quoque vel nurus*.Priorem syllabã vbique corripit nurus.*Nurus* legi potest,more vetusto: sed *neptis* fortasse melius,vt eam postea vocat. ¶ *De Manibus imis*. ab inferis. ¶ *Accersenda est vxor proaui Eusebij*. sic restituendum putarunt Lugdunenses,quod in exēplari erat,*Accersenda vxor est proaui*. Verum quid hic sibi voluerit verbum *vxor*? Ego *vox* pro isto *vxor*, omnino reponendum censeo,& sic legendum versum , *Accersenda esset vox proaui Eusebij*. Eusebius namque iste, Veriae Liceriae proauus, homo nobis aliunde incognitus,orator quispiã fuerat egregius, aut poëta. Cuius se vice functurũ proximo disticho dixit Ausonius. ¶ *Neptis*. Nepos meus, est filius filij, filiaeue meae. Neptis mea, filia filij, filiaeue meae. Nepos etiam aliquando dictus, quomodo & nos

Galloromaui appellamus, fratris sororísue filius: ac Neptis, fratris sororisue filia. Sic enim Eutropius Octauianum Augustum, Iulij Cæsaris Nepotem dixit. Neptem itaque videtur Ausonius Veriã appellare, quæ esset vxor Arborij nepotis, id est filij suæ sororis. ¶ *Arborij mei.* Arborium auunculum suum commemorauit Ausonius carmine tertio,& auum Arborium quarto,sed hic Arborius sororis filius,quo patre quáque matre, Ausonij sorore, genitus sit, non habeo compertum. ¶ Iuncta colis. sepulta prope ædes mariti.

122

IN CARMEN. XVII. PARENTAL. ¶ *Nec Herculanum.* filium Pomponij Maximi ânte carmine quindecimo defleti, grammaticũ inter Burdigalenses Professores carmine duodecimo commemoratum. Est autem metrum hoc primum, iambicum trimetrum: reliqua eiusdẽ carminis,anapæstica dimetra catalectica & hypercatalecta: siquid in ijs sani repérimus. ¶ *Te quem maxime fructum.* Hunc versum vndecimum quum nec hic quicquam agentem, nec plenum cernerent Lugdunẽses,cũ sic emẽdanẽũ,ac in nonũ locũ trãsferẽdumputauerunt.

156

Et spei maximæ fructum. quum esset in exemplari, *ee* quem maxime fructum,& Pomponio huic vnum ex nominibus foret Maximus. Istud autem duplex *ee* quid prius fuerit, nescio: inter quæ aliquid scalptum fuisse apparebat: sed Scaliger putat legendum, *Ehe*, quod Hehe quoque scribitur, vox dolẽtis,lamẽtantisue. Iidẽ præterierãt versũ,

Lacrimabilisorsquerelle

Quem existimaui restituendum,

Lacrymabilis orsa querelæ. ¶ *lingua facetus.* Sic in exemplari: sed catus pro facetus legerat Scaliger.&,munus pro *munera: Quæ funereum modulatus*, pro, *Quæ funereo modulatus ore.*

IN CARMEN XVIII PARENTAL. Ausonius vxorem suam vocauit Attusiam Lucanam Sabinam in carmine nono: cuius soror Namia Pudentilla maritum habuit Flauium Sanctũ, qui hic defletur,vt & ipsa in carmine insequenti. ¶ *Vita magis sapiens.* Erat *vitam* in exemplari, *vitam agis sapiens.* legi posset, *Sed iustam & clemens vitã agis & sapiens.* ¶ *Supremaque funera.* pro *funera* erat in exemplari *mittia* gemino, *tt.* ¶ *Rutupinus ager.* Britannia insula. Carmen de Aquileia.

123

113

293

IN CARMEN XIX. PARENTAL. ¶ *Sancti.* Flauij Sancti carmine priore. ¶ *fratris amore.onore fine h*, pro isto *amore*, in exẽplari: & *fantis* pro fratris. *fantis honore legendum.* Vide primũ versum, & libri huius præfationem versibus scriptam.

124

IN CARMEN XX. PARENTAL. LVCANVS TALISIVS CVRAM FILII. Huius carminis titulus hic fuit. Restitue, si potes. ¶ *Nec tantum matris spes vnica.* qui non fuisti solius matris, verum etiã aliorum spes. Quibus autem parentibus hic sit genitus, quem consobrinũ vocat Ausonius, non cõperi. Attusius Lucanus Talisius dictus carmine octauo Ausonij socer.* ¶ *mei. elegis.* ¶ *immemoratus.* non memoratus nõ

125

112

defletus. Horatius hoc verbo vsus in epistola vndeuicesima libri prioris. ¶ *iam properate.* propere factus pater. Vocatiuus pro nominatiuo. qua Antiptosi plurimis locis vsus est Ausonius, veluti in carmine de Pomponio Maximo, *Coniux namque mea tu consochtate sorori.* & de Burdigala, infra,

Distinctas interne vias mirere. —— & in Thaletis sapientis pentametris, & in principio Mosellæ, ac alibi. Sic *millesime* pro *millesimus*, & *trabeate* pro *trabeatus* dixit Persius in Satyra tertia, & *macte* pro *mactus* Horatius in Sermone secũdo libri prioris, auctore Prisciano in extremo séptimodecimo libro: ac ita Virgilius secũdo Aeneidos *expectate* pro *expectatus.* —— *Quibus Hector ab oris Expectate venis?* —— ¶ Tam cito factus auus, ex te adhuc adolescente natis filijs.

126 IN CARMEN XXI. PARENTAL. ¶ *Adfinis quoque tu Regule.* Ita semper adfinis integra præpositione, nunquam affinis, exemplar illud. Modestinus autem in lege quarta tituli decimi libri tricesimi octaui Digestorum Iustiniani, Adfines his verbis definiuit. *Adfines sunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Namque coniungendæ adfinitatis causa, fit ex nuptiis.* Reguli autem istius nomen alterum non *Erminiscius*, sed *Erminuscius* scribebatur. ¶ *Santonica tellure iacentes.* Sepultos apud Santones. quorum metropolis ab vrbe Burdigala non plus duorum dierum itinere abest. Sed de Santonibus plura in epistolam ad Paulum.

127A IN CARMEN XXII PARENT. Seueri huius Censoris vxorem Pomponiam Vrbicam carmine vltimo lamentabitur Ausonius. In quod extremũ dicemus, quid consocer sit, & cõsocrus. ¶ *Calpurnia nomina Frugi.* Frugi hominẽ antiquus Terẽtij cõmẽtator exponit vtilem, & necessarium, vt fruges humano generi: & sic frugi, in quo sit aliquid, quo fruamur, idest vtamur. Cicero vero in tertia & quarta Tusculana scribit, frugi esse hominem, qui sit moderatus, temperans, continens, constans. tum frugalitatem, quæ tres virtutes fortitudinẽ, iustiam, prudentiam complectatur. Sed de verbo frugi plura annotauit Budæus. Lucius autem Calpurnius Piso, cuius & in carmine primo de Professoribus meminit Ausonius, & quem Caius Gracchus homo seditiosus inimicum suum vocat apud eundem Ciceronem in oratione pro Fonteio: & marmora Romana, consulem faciunt, collega Mucio Scæuola, anno ab Roma condita sexcentesimo & vicesimo primo, is quum vir eximia virtute esset, ac integritate, Frugi vulgo nominari primus cœpit: ab eóque cognominata Frugi fuit Calpurnia familia. Vult ergo Ausonius consocerum suum Seuerum Iulianum, etiam Frugi, prætereáque Censorij, ac Iusti cognomentis dignum videri. ¶ *Censor Cato.*

127B Duo Marci Porcij Catones Romæ fuerunt, in primis tetrica, graui in-

ui integráque vita, minor, Vticensis, qui se Vticę in Africa interfecit: maior, Censorius, qui Censor fuit anno ab Vrbe condita quingentesimo & septuagesimo nono, vt est notatum in marmoribus Romæ nuper effossis. In qua Cēsura quomodo se gesserit, & qui hominis mores fuerint, vnus tibi satis declarauerit Titus Liuius libro tricesimo nono. Ceterum eorundem Catonum & Aristidis mentio fit etiā in Mosella. ¶ *Nostras consociare domos.* per liberorū nostrorum matrimonia: vt sic cōsoceri essemus, ego tuorū, tu meorū socer. ¶ *Id voluisse deū.* sed te iā vita defuncto. 267

IN CARMEN XXIII. PARENTALIVM. In exemplari erat, PAVLINVS ET DIADRIA FILII PAVLINI ET MEGENTIRE SORORIS FILIA. Sic restituendum putaui. PAVLINVS ET DRIADIA FILII PAVLINI, ET MEGENTIRAE SORORIS FILIAE. & sic intelligēdum, de Paulino & Driadia carmen esse: qui parentes habuissent Paulinum, de quo est insequens carmen, & Megentiram sorore Ausonij genitam. ¶ *Specimen.* species & imago patris. Sic vsurpatum specimen in extremo carmine de Dominica resurrectione. ¶ *efferret.* offerret, o pro e prima verbi littera in exemplari. exhiberet, redderet, referret. ¶ *eloquium.* eloquentiam. quæ non fuit in tuo patre. * ¶ *Crudáque.* quasi cruēta, & recenti adhuc vulnere accepto de patre tuo mortuo mœrentia ¶ *sororem.* tuam Driadiā. Alias in hoc libro esse Driadias in carmen duodecimum monuimus. ¶ *qui matris auunculus.* qui sum auunculus Megētirę matris vestræ. ¶ *Hispana tum regione procul.* Quum esset in Hispania procul a patria cum patre Correctore Hispaniæ, vt in sequenti proximo carmine dicetur. ¶ *Nondum cinctus genas.* adduc imberbis. ¶ *Quattuor ędiderat.* mater tua Megentira. Ceterum hic aut deest aliquid: aut nescio quo pacto hæc turbata, si sint integra. ¶ *Funera sed tumulis.* Megentira duo ex suis quattuor illis, iam sepeliuit. ¶ *Debetur matri.* Megentiræ: quę tibi, O Pauline patet, viro suo, & filijs Paulino ac Driadiæ superuixit. ¶ *Cetera progenies.* duo reliqui ex illis quattuor cum matre viuunt. Eiusdem argumenti epitaphium Lucillæ, in extremo commentario in carmen de Burdigala. 128A 233 128B 117 210.P

IN CARMEN XXIV. PARENTALIVM. Paulinus hic maritus Megentirę filię sororis Ausonij, & pater Paulini ac Driadię: de quibus prius carmen. ¶ *Inroret.* Irroret, irriget. ¶ *natamque sororis.* Megentiram, filiam meę sororis. ¶ *Indeptus.* adeptus erat: sed iambus esset pro spondéo. ¶ *Stirpis Aquitanæ.* Quemadmodum duplex est Asia, & Africa duplex, altera nimirum alterius pars, ita duplices Aquitani. Plinius libro quarto Naturalis historiæ. *Galliæ Aquitanicæ sunt*, inquit, *Ambilatri, Anagnutes, Pictones, Santones liberi, Bituriges liberi cognomento Vbisci, Aquitani, vnde nomen prouinciæ: Sediboniates*, & rel. Istos autem proprie nomen Aquitanorum vsurpantes, & minores Aquitanos, alios esse non video, quam quos vulgo Aquenses appellamus. 129A Cap. 19.

129 B 101 *Tarbellorũ est oppidũ, cuius meminimus in carmẽ secundum, ὕδατα Α᾽ύγουστα, libro secundo Geographicorum Ptolemæi, id est, Aquæ Augustæ, in Aturi situm ripa, ab oceano extremum Pyrenæum alluente non plus diei itinere vnius distans, paruũ quidem illud, sed munitissimum, vetustatem in mœnibus non paruam ostentans. In eo medio fons est callidus, perpetuo feruens, aquam multam in propinquum Aturrũ emittens. ex quibus aquis calidis Latini homines, qui eas frequentabãt, non dubito, quin locum illum iam tum Aquas appellare cœperint, ex quo Galliam Narbonensem, quæ ab illis non plus quatridui itinere ab est, tenuerunt, nõ minus septuaginta annis ante quã Iulius Cęsar consul Alpes transisset. Habet hic quidem tractus propius Pyrenæum multos alios fontes callidos, magis celebres hoc tempore, quod valetudini magis salutares sentiantur: verum Aquensem olim celeberrimum fuisse argumento sunt vetusta folia marmorea: quæ in eius margine adhuc extant. Ab hac igitur ciuitate Aquis, à quocunque Augusto ante Ptolemæũ cognomẽ inuenerit, qui Gregorio Turonensi, alijsq; Aquenses sũt appellati, episcopus, diœcesis, & ciues, eos Aquitanos fuisse dictos arbitror, qua forma Græca Auscitani, Emporitani, Calaguritani, Neapolitani, alijque, a suis vrbibus dicti fuerunt. atque sic *stirpis Aquitanæ* Ausonio dictam esse Paulini matrem, quæ Aquensis fuisset id est ex Aquis Augustis. alioqui pater illius etiam Aquitanus, qui Vasatensis erat. Quæ vero sunt Aquę paruum oppidulum, & hinc Aquenses, in agro Fuxensi, supra Tolosam, prope Pyrenæum, ac trãs Garumnam, Narbonensis pro-

123 C 353 439 567 uinciæ erant non Aquitaniæ. ¶ *Cossio Vassatum.* Vasatum primam syllabam Ausonius producit, etiam in Epicedio, & denominatiui Vasatica in epistola septima: corripit Pontius Paulinus ad ipsum rescribens,

Consul, harenosas non dedignare Vasatas.

Quare sunt, qui natura breuem esse putantes, quum eam inueniunt longam, consonantem s geminant. sed barbarici vocabuli syllabam fortassis ancipitẽ esse iusserunt sui poëtæ: quam ego in antiquis codicibus simplici cõsonante, etiam quum producitur, scriptam reperio. Est autem Vasatum a recto Vasates. Integer genitiuus Vasatium legitur apud Sidonium Apollinarem in epistola duodecima libri octaui. *Tantúmne te Vasatium ciuitas, non cæspiti imposita, sed pulueri: tantum Syrticus ager, ac*

192 D *vagum solũ, & volatiles ventis altercantibus harenæ sibi possident,* &c. *Vbi Sidonius Vasatium ciuitatem dixit, quam Pontius Paulinus, ac, vt arbitror, Ammianus Marcellinus, Ausonij & Paulini æqualis, Vasatas prima inflexione, a Vasatibus, populi scilicet nomine, tertiæ: quum ea prisco nomine Cossio apellaretur. Sic enim eam vocauit non solum Ausonius verum etiam Claudius Ptolemæus: apud quem Vasates, sunt οὐασάριοι, id est Vasarij: & Κόσσιον, id est Cossium mendose scriptum, pro Κοσσίον, hoc est Cossio, tertia declinatione. Quod nomen abolitum prorsus fuit, sicut Vesunæ apud Petrocoros, Mediolani apud Santones & Ebroicos,

Auarici

Auarici apud Bituriges, Lutetiæ apud Parisios, aliorúmque multorum, receptis in eorum locum populi prouinciæq; vocabulis, mutata solum declinatione tertia in primam vel secundam. *Bazas*, nunc vulgo dicitur, paruum oppidum viginti fere iugerum, in harenoso solo, vt illi scripserunt, vnius diei itinere à Burdigala, duorum ab Aquis Augustis. Cuius mœnia quum aliquando lustrarem, obseruaui in illis alicubi, quod earundem Aquarum, & vetustioris Burdigalæ antiquitatem mihi referret. ¶ *Scrinia præfecti.* Præfecturam scriniorum. Vt tramam figuræ pro figura tramæ dixit in extremo satyrarum libro Persius. Quo munere qui fungebātur, & magistri, & Comites scriniorum dicebantur, & vnico verbo scriniarij: quod Suidas, quid esset, Græcis suis expositum voluit. Scrinia autem, sunt, quod diximus in epistolam Theodosij: sed de his Budæi annotationes plura, commētariique Andreæ Alciati & aliorum Iurisprudentum in libros posteriores Codicis Iustiniani. * ¶ *rationibus inde Præpositus Libycis.*. Libya, Africa est, & Africę pars. Ab rationibus autem rei pecuniariæ, Rationales sub Cæsaribus dicti sunt. Ælius Lampridius de Alexandro Augusto. *Vbi aliquos voluisset vel rectores prouinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est rationales, ordinare, nomina eorum proponebat.* Iulius Capitolinus in Maximino seniore. *Erat fisci procurator in Libya. qui omnes, Maximini studio, spoliauerat. Hic per rusticanam plebem, deinde & quosdam milites interemptus est. sed quum per eos, qui rationalem in honorem Maximini defendebant, viderent auctores cædis eius, &c.* Flauius Vopiscus. *Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bellum, Felicissimo rationali auctore.* Et paulo post ex epistola eiusdem principis ad Vlpium. *Monetarij, auctore Felicissimo, vltimo seruorum, cui procurationem fisci mandaueram, rebelles spiritus extulerunt.* Est libro primo digestorum Iustiniani caput, *de officio Procuratoris Cæsaris vel Rationalis.* Ex quibus locis eundem esse dicas, rationalem, procuratorem fisci, & procuratorem Cæsaris. Sed de his plura Budæus, Alciatus, Cuiacius, & alij. ¶ *Nam Correcturæ.* A correctore Correctura, sicut à Prætore, Dictatore, Censore, Prætura, Dictatura, Censura. Hermogenianus libro primo digestorum Iustiniani, titulo de Officio Præsidis. *Ex omnibus causis, de quibus vel præfectus vrbi, vel præfectus pretorio, itémque consules, & prætores, ceteríque Romæ cognoscunt, Correctorum & Præsidum prouinciarum est notio.* Papinianus eodem titulo. *Legatus Cæsaris, id est Præses vel Corrector prouinciæ, abdicando se, non amittit imperium.* Sextus Victor de Aureliano Augusto. *Hic Tetricum, qui Imperator ab exercitu in Galliis effectus fuerat, Correctorem Lucaniæ prouexit, aspergens hominem eleganti ioco, Sublimius habendam, regere aliquam Italiæ partem, quam trans Alpes regnare.* Trebellius Pollio de eodem. *Pudore tamen victus vir nimium seuerus, eum, quem triumphauerat, Correctorem totius Italiæ fecit, id est Campaniæ, Samnij, Lucaniæ, Bruttiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ atque Vmbriæ, Piceni & Flaminiæ, omnísque an-*

129E

129F

ucnaria regienis. Cassiodorus libro tertio variarum, litteras ponit Theodorici ad Venantium Correctorem Lucaniæ & Bruttiorum: eodémque libro sic idem rex scribit ad Faustum quendam. *Iouinum Curialem, quem Corrector Lucaniæ Bruttiorúmque, humani nobis suggerit sanguinis effusione pollutum, ob hoc, quod mutuæ contentionis ardoribus excitatus, rixam verborum vsque ad nefarium collegæ deduxit interitum, sed conscius facti sui, intra Ecclesiæ septa refugiens, declinare se credidit præscriptam legibus vltionem, Vulcaniæ insulæ perpetua relegatione damnamus.* Istorum autem Correctorum quodcunque munus quondam fuerit, habent hodiéque Hispanienses prouinciæ, huius nominis magistratus. * ¶ *Tarraco Hibera*. Hispaniæ ciuitas Tarraco in carmine octauo de claris vrbibus, & in epistolarum Ausonij vicesimatertia, quæ ad Paulinum est, & in priore Paulini ad Ausonium: vnde Hispaniæ pars, Tarraconensis cognominata. cui Corrector præfuit, qui hîc lugetur Paulinus. ¶ *esse clienta tibi*. parêre tibi, regi abs te & corrigi. Femininum est clienta ab eo, quod est cliens, apud Plautum. ¶ *Duodeuiginti*. decem & octo Olympiadas, hoc est, septuagita duos annos. Metrum autem hoc quum primo loco aut spondêum poscat, aut dactylum, vtrum horum in prima parte verbi *duodeuiginti* inuenias, non video. Anapæstus forsitan fuerit pro dactylo, *Duode*, par syllabis & tempore dactylo pes. vt hexametrum incepit Virgilius primo Georgicôn, *Fluuiorum rex Eridanus.* Olympiades autem duodeuiginti functus hic, sicut & in primo carmine de Professoribus, *bis sex quinquennia functus*: & in sextodecimo, *Decies nouenas functus annorum vices.*

129 G — 204. 414. 565 — Ver. 482 — 140. 159

IN CARMEN XXV. PARENTALIVM.

130 — 117. A

De nomine Driadiæ monuimus in carmen duodecimum. Sunt carminis huius metra dactylica. Prius, Alcmanicum tetrametrum acatalectum. Posterius, Archilochium dimetrum hypercatalectum. ¶ *Te quoque Driadia matertera*. In hac Lugdunensium castigatione, vltimam producat Driadia necesse est, sicut & in carmine duodecimo fieri diximus. In exemplari erat, *Tu quoque Driadiam materteram.* ¶ *Germana genitus*. ego filius sororis tuæ, & fere tuus filius.

117

IN CARMEN XXVI. PARENT.

131 — 110

Dicolon & hoc, ex hexametro, heroicóue, & Dactylico dimetro hypercatalecto Archilochêo. ¶ *deuota quæ virginitatis*. De matertera Æmilia Hilaria carmine sexto. ¶ *Mater vti*. veluti mater mea. ¶ *Commemorata, Aue*. sine synalœpha hoc. ¶ *mæstúmque*. mæste, & flebiliter.

IN CARMEN XXVII. PARENTAL.

132

¶ *properiter*. propere, properiter, properatim, properanter, pro eodem dixisse veteres Latinos, docet Nonius. De morte autẽ præpropera, repentináque, properantes, & citos, breuibus natura cunctis prope syllabis, factos versus, si librarij non corrupissent, proceleusmatica metra agnosceres, sic metiens.

Et amita

Et amita, Veneria, properiter, obiit.

Vel Pyrrhichiaca, ad hunc modum.

Et a, mita, Vene, ria, pro pe, riter, obi, it.

Erebum autem dicit Seruius esse proprie partem inferorum, in qua ij morantur, qui bene vixerunt. Eo vero nemo perueniebat inhumatus. Virgilius sexto Æneidos de Palinuro, & aliis. *Mela* vero singulare habent melum in carmine de Ammonio Grammatico. 155

IN CARMEN XXVIII. PARENTAL. 133

¶ *Idalia*. Idalium, oppidum, & nemus insulæ Cypri, deæ Veneri sacrum. Vnde ipsa Idalia in extremo quincto Aeneidos: sicut & Paphia à Papho eiusdem insulæ vrbe, est dicta, vbi colebatur. Est autem metrum hoc Dactylicum Alcmanium trimetrum hypercatalectum. ¶ *pene soror*. Consobrini enim, consobrinæ'ue dicuntur, qui, quæ'ue ex duabus sororibus nascuntur: vt definiunt veteres iurisconsulti in Pandectis Iustiniani. Pene autem pæne prima diphthongo hic scribebat vetus ille codex & multis aliis in locis.. ¶ *Filia amitæ*. Iuliæ Veneriæ, vt arbitror, de qua est prius carmen.

IN CARMEN XXIX. PARENTAL. Alia est Melan'a, & eadem Melana, in Pontij Paulini literis ad Seuerum. 134 ¶ *Aemilia hos vix nota*. Sic Lugdunenses, quod erat, Emilia mox nota. Si legas, *Aemilia vix nota*, *Aemilia* breuē producet, vt supra Driadia. 117 *Debent* autem habebat exemplar, non *debet*. Elegia namque plurale esse potest: quum etiam τὰ ἐλεγεῖον dicant Græci, vt in epigrammate nonagesimo secundo. 52 ¶ *Vno consule*. vno anno. quod Romani per suos consules, annuos magistratus, annos designarent. ¶ *Lachesis*. parca. fatum. mors. ¶ *properata peregit Tempora*. Hæc prima liberorum Iulij Ausonij, infans, & adhuc lactens, & sic Ausonio vix nota, mortem obiit: vt est in Patris epicedio. 358 ¶ *Præmissa*. ante me mortua, & ante parentes nostros. ¶ *quique minore venis*. tertia persona *venit*, in exemplari, hoc sensu. Qui ex parentibus nostris venit tardius ad te, & qui celerius.

IN CARMEN XXX. PARENTAL. Pomponia Romanū nomen est. Ceterū Pompania erat hęc in exemplari, a pro o secunda syllaba. 135 A ¶ *veterum morum*. epigramma secundum. 7 ¶ *Vrbica*. Ab eo quod est vrbs, fiunt denominatiua vrbanus & vrbicus eiusdem significationis appellatiua: quæ aliquando etiam in propria abierūt. Defletur Vrbicus quidam Grammaticus carmine vicesimo secundo de Professoribus. 165 Vrbica autem alia est, vt puto, quam Burdigalæ ob Priscilliani hæretici Hispani dogma, cuius meminimus in carmen quinctum de Professoribus, 149 per seditionem vulgi lapidibus extinctam fuisse refert Prosper Aquitanus in chronicis. ¶ *Censoris*. Seueri Censoris Iuliani, carmine vicesimo secundo defleti. ¶ *Tanaquil*. Prisci Tarquinij Romanorum regis vxor Tanaquil perspicaci fuit, sollertíque ingenio, vt Plutarchus de fortuna Romanorum, Liuius 127

libro primo,alijq; scripserũt.quo tamen nomine quũ Pontij Paulini vxorem appellasset Ausonius,rescripsit Paulinus. 489. 581

——nec Tanaquil mihi, sed Lucretia coniux.

¶ *Pythagorea theano.* Hęc siue vxor Pythagoræ fuit, siue discipula tãtum vt Diogenes Laërtius incertum tradit,multa scripserat, auctore Suida. ex quibus pauculas epistolas vna cum ipsius Diogenis scriptis, Geneuæ nuper edidit Henricus Stephanus vir doctissimus,& de litteris optime meritus.Hanc Thcano inter illos Censorinus enumerat, qui mulierem septimo mense părere posse affirmarunt.¶ *Quaeque sine exemplo est in nece functa viri.* Nullum erat verbum in exemplari.Arriam,puto,significat:de qua Martialis tetrastichon libro primo. 135 B

Casta suo gladium quum traderet Arria Pęto,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis,
Siqua fides,Vulnus,quod feci,non dolet,inquit,
Sed tu quod facies,hoc mihi Pęte,dolet.

Dio libro quinquagesimo octauo, & Plinius libri tertij epistola sextadecima. ¶ *Cum genero.* Gener meus,est meæ filiæ maritus:& filij mei vxor, Nurus mea.Socer vero ego tam mei generi, quam meæ nurus:vxórq; mea,Socrus amborum.Hinc Cõsocer, & Consocrus apud Suetonium, Ausonium,& Theophilum:Consocerique dicti, quorum alterius filiam filius alterius duxit: ac similiter Consocrus. Vt exempli gratia, Ausonij poëtæ, & Attusiæ Sabinæ filio,filia Iuliani Censoris,& Pomponię Vrbicæ nupserit. Ausonius & Iulianus sunt consoceri,ambo soceri, Ausonius filiæ Iuliani,Iulianus filij Ausonij socer. Itaque eorum coniuges inter se cõsocrus,Vrbica filij Ausonij,Sabina filiæ Iuliani socrus.Rursúsque consocer Ausonius Vrbicæ,Vrbicáque Ausonij Cõsocrus.ac denique Iulianus Sabinæ consocer,Consocrúsque Sabina Iuliani.Vtrius autem gener hic fuerit, Ausonij ne an Vrbicæ,non comperi. quanquam Vrbicæ suspicor, Hesperium Ausonij filium.

135 C AVSONII POETÆ

106.16	Auus maternus,	—	Cæcilius Argicius Arborius, *carmine quarto Parentalium, & septimodecimo de Professorib.*
109	Auia materna,	—	Aemilia Corinthia Maura, *carm. quincto Parentalium.*
101.354	Pater,	—	Iulius Ausonius medicus, *carm. primo Parental. & Edyllio tricesimo.*
103	Mater,	—	Aemilia Aonia, *carmine secundo Parentalium.*
111	Patrui,	—	Claudius Contentus,& Iulius Calippio, *carmine septimo Parental.*
131. 132	Amitę,	—	Iulia Cataphronia, *car. vicesimo sexto Parental.* Iulia Veneria, *car. vicesimo septimo Parent.*

Avunculus — Aemilius Magnus Arborius, *car. tertio Parental. & septimodecimo de Profess.* 104.160

Aemilia Hilaria, *carm. sexto Parentalium.* 110.130

Matertera — } Aemilia Driadia, *car. vicesimo quinto Parental.*

Frater, — Auitianus, *car. tertiodecimo Parental.* 18

Iulia Driadia, *car. duodecimo Parentalium.*

Sorores, — } 117.134

Aemilia Melania, *car. vicesimotertio Parental.*

Consobrinus, — Lucanus Talisius, *carm. vicesimo Parental.* 125

Consobrina, — Iulia Idalia, *car. vicesimo octauo Parental.* 131

Socer — Attusius Lucanus Talisius, *carm. octauo Parental.* 112

Vxor, — Attusia Lucana Sabina, *carm. nono Parentalium.* 113

Vxoris soror, — Namia Pedentilla, *car. vndeuicesimo Parental.* 124

Ausonius, *carm. decimo Parental.*

Filij, — } 115.116

Hesperius, *carm. vndecimo Parental.*

ex Hesperio filio, Pastor & duo alij *car. vndecimo Parē.*

Nepotes } ex filia, Ausonius, *in Protreptico & Genethliaco.* 116.362

Arborius, *car. sextodecimo Parental* 369

} ex sororibus — } 120.122

Pōponius Maximus Herculanus, *carm. septimodecimo Parentalium & duodecimo de Professorib.* 156

Neptis ex sorore, Megentira, *carm. vicesimotertio Parental. &* Neptis nepotis vxor Veria Liceria, *car. sextodecimo.* 128.121

Gener — Vallatinus Euromius, *car. quartodecim Parental.* 119

IN COMMEMORATIONEM PROFESSORVM BVRDIGALENSIVM.

ELIAE VINETI SANTONIS COMMENTARIVS.

PROFITERI, inter alia ſignificat tractare artem aliquã, in eius ſtudio totum eſſe, & eam publice docere. Vnde profeſſores appellati, magiſtri, & doctores diſciplinarum. Cicero in Lucium Piſonem. *Philoſophia, virtutis continet & officij, & bene viuendi diſciplinam, quam qui profitetur, grauiſſimam mihi ſuſtinere perſonam videtur.* In Bruto. *Nam Lyſiam primo profiteri ſolitum artem eſſe dicendi.* Quinctilianus libro primo de officio Grammatici. *Quod opus etiã conſummatis profeſſoribus difficile.* Suetonius de grãmaticis. *Clari profeſſores, & de quibus prodi poſſit aliquid.* Idem de Orbilio. *profeſſus diu in patria, quinquageſimo demum anno Romam Conſule Cicerone tranſijt. docuitque maiore fama, quam emolumento.* ac paullo poſt. *Librum etiam edidit continentem querelas de iniurijs, quas profeſſores negligenter ab ambitione parentum acciperent.* Et de Rhetoribus. *Quare magno ſtudio hominibus iniecto, magna etiam profeſſorum ac doctorum profluxit copia.* & poſt pauca. *Illuſtres profeſſores, & quorum memoria aliqua extet.* Et de Lucio Otacilio, *Deinde rhetoricam profeſſus, Cneum Pompeium Magnũ docuit.* Auſonius itaque quũ vniuerſæ ſuæ genti parẽtaſſet, ſimili pietate vir doctiſſimus ſtudioſiſſimúſque litterarum, ac profeſſor olim, Burdigalenſibus quoque Profeſſoribus ſibi duxit parentandum, hoc eſt illos ſibi commemorandum, celebrandúmque carminibus mortuos, quos Burdigalæ litteras profitentes vidiſſet, ſiue ciues illi eſſent, ſiue peregrini, & eos etiam ex ciuibus, qui non in patria ſed peregre docuiſſent, quemadmodum ipſe meminit in præfatione in Heroum Epitaphia. ¶ *Morte obita.* Ita in Corouide ac alibi, & ſic Gellius libro quinctodecimo, Ciceróque pro Seſtio. *Quos morte óbita poſitos in illo loco videtis.* & Virgilius decimo Aeneidos,

Morte óbita quales fama eſt volitare figuras.

172 170 Cap. 20. 61

¶ *Fors erit.* fors fuat in Ausonij epistola ad Probum. ¶ *vt nostros.* meos manes meipsum mortuum asserat suis elegis & vindicet ab obliuione, & mortalitatis iniuria. *Olim*, hic de futuro tempore. 419

IN PRIMVM CARMEN DE PROFESSORIBVS.

Tiberius hic Victor Mineruius Ausonij præceptor, filium habet Alethium Mineruium sexto carmine. Ceterũ quum Eusebius in chronicis aut Hieronymus potius Eusebij interpres, Mineruium tantum nominat apud annum à Christo nato, vt putatur, trecẽtesimum & quinquagesimum nonum, his verbis. *Mineruius Burdigalensis Rhetor, Romæ florentissime docet*, patrem Mineruium accipito ex sexto carmine. ¶ *Columen* decus, & ornamentum. ¶ *Mineruî.* a Minerua dea sapientiæ tractum nomen videtur. ¶ *alter Quinctiliane.* Marco Fabio Quinctiliano, cuius extant libri duodecim de Institutione oratoria, par in arte dicendi, & orandis causis. Dixerat autem Martialis in extremo libro secundo. 137 150

Quinctiliane vage moderator summe iuuentæ.
Gloria Romanæ Quinctiliane togæ.

De toga in Ephemeridem, & de Quinctiliano plura in Mosellæ versum quadringentesimum & quartum. ¶ *non certans.* patria Burdigala, sed facile cedens clarissimis illis, Romæ & Constantinopoli, nisi quod patria est Mineruij viri magni. ¶ *Fabiũ Calagurris.* In Eusebij Latinis chronicis hęc leguntur ad annum Christi septuagesimum primum. *Marcus Fabius Quinctilianus Romam a Galba perducitur.* & ad annum nonagesimum. *Quinctilianus ex Hispania Calagorritanus, primus Romæ publicam scholam & salarium è fisco accepit.* De Calagurri in Epistolam Ausonij vicesimã quinctam. ¶ *dum.* modo. dummodo Mineruius Burdigalensis Calagurritano Quinctiliano non cedat. ¶ *hæc.* cathedra Burdigalæ, & Mineruij Burdigalensis. hoc est, Mineruius ipse rhetor, iuuenes innumerabiles reddidit oratores, & causarum patronos. ¶ *purpureisque togis.* magistratibus. Sed de toga & prætexta in extremam Gratiarum actionem pro consulatu. * ¶ *Me quoque.* inter alios multos adiecit. ¶ *multa est pretexta.* multos gessi magistratus. ¶ *de te.* a tuis virtutibus, ingenio, eruditione, & alijs, quæ prorsus tua sũt: nõ ex eo, quod me discipulũ habueris: qui fuerim, Quæstor, Consul, & cetera. ¶ *panegyricos libros.* vt Panathenaicum Isocratis librum dixit Cicero in Catone maiore. quum nihil alioqui intersit inter Panegyricum, & Panathenaicum, nisi quantum inter genus & formam. Laudationes erant in concione vel suasiones. ¶ *Contendere.* committere componere. ¶ *in Panathenaicis* inter eos quorum extant Panathenaici. Ita Isocrati cum contendit. ¶ *Fictas lites.* falsas lites in epistola ad Axium Paulum Rhetorem. declimationes, quales extant, quę feruntur Quinctiliani. ¶ *torrens.* acris, & vehemens, vt sermonem promptum, & Isæo torrentiorem dixit Iuuenalis libro primo. Cicero libro secundo de finibus. 93 & 168 463 411 138 445 Vers. 415

Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat. nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coërceas: Translatione ab eo, vt canit Virgilius libro secundo Aeneidos, qui

——rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boúmque labores,
Præcipitésque trahit siluas.

¶ *quæ tamen aurum.* In plerisque torrentibus fluuijsque, qui delabuntur è montibus, aurum inuenitur, vt de Pactolo, Tago, & alijs memorant. ¶ *Et dem sthenicum, quod ter primum se propter*, erat in exemplari. Sed ne sic quidem satis video, quis huius loci sensus sit & ordo. nisi forte hic. Demosthenicum, ô Mineruî, quo nomine te ille primũ appellauit (quidam scilicet ex eius ætatis oratoribus) qui te Demostheni illi oratorum omnium sæculorum principi conferret. Demosthenicum ergo illud, id est vis, & fulminans eloquentia Demosthenis adeo valuit in te, vt cum ipsum facile vinceres, magnũ oratorem, qui hæc de te censeret: *. ¶ *meminiri quam fueris animo.* quam excellenti memoria fueris. Est memoria eloquentiæ, rerumque omnium thesaurus: duæque sunt memoriæ libro tertio Rhetoricorum ad Herennium, vna naturalis, altera artificiosa. Notandum autem *fueris*, vltima longa: qualia obseruarunt nonnulla apud alios poëtas Grammatici. ¶ *Audita vt, vel lecta. aut.* pro *vt*, hic fuit. sed *vt* omnino legendum: quod Lugdunenses restituerunt. Ea fuisti memoria, vt etiam semel audita vel lecta, facillime perciperes, contineréisque. Sed vide memoriarum miracula multa apud Quinctilianum, libro vndecimo, Solinũ, Plinium, Senecam in procemio cõtrouersiarum, & Ciceronem. ¶ *Vidimus & quondam.* Diceres Ausonium hoc confinxisse de suo Mineruio, ex eo, quod de Publio Mucio Scæuola iurisconsulto refert Quinctilianus libro vndecimo, de memoria agens. ¶ *Belos.* Βόλους. iactus tesserarum. ¶ *Per caua buxa.* Adrianus Turnebus libri vicesimi secũdi capite decimo Aduersariorum conijcit ex hoc Ausonij loco, fritillum, turriculã fuisse cauam, gradus intus excisos habentem. Parum cogniti sunt nobis isti veterum lusus: de quibus mentionem fecerunt Seneca in Apocolocyntósi, Agathías primo anthologię libro εἰς παιδίαν, Sidonius libri quincti epistola septima decima, & octaui duodecima. * ¶ *Mensa nitens.* lauta, splendida, sed ita, vt nihil in sũptuarias leges peccaret. Horatius in secunda Satyra libri secund. De Pisone Frugi in carmen vicesimũ secundũ Parentaliũ. ¶ *Nonnunquã pollens.* Interdũ mensa tua exquisitioribus cibis extructa, natali scilicet tuo die, festoque aliquo ¶ *Bis sex quinquennia.* sexaginta annos. ¶ *æui quod perijt meminens.* memor vitæ hîc anteactæ. *Memorans*, pro *meminens*, qui hîc ediderũt, ij fortasse non meminerant hoc a memini participium legisse apud Priscianum libro vndecimo: quo & Sidonius non semel vsus est post Ausonium. ¶ *longa otia.* mors, quam somnum, & soporem perpetuũ Horatius, aliíque vocant.

IN CAR-

IN CARMEN II. DE PROFESSORIB. 141

Alcimus & Delphidius rhetores, in Aquitania florentissime docent. Hæc ita in Hieronymi chronicis ad annum Christi trecentesimum & sexagesimum de duobus Burdigalensibus rhetoribus. quorum etiam amborum meminit Sidonius Apollinaris in epistola decima, libri quinti: sed solius Alcimi in epistola vndecima libri octaui. vbi patriã fuisse illi scribit Nitiobriges, vel Sonnicos. Qui sunt, Nitiobriges quidem non alij apud Cæsarem, Strabonẽ, Ptolemæũ, quam qui hodie à sua metropoli Aginno, Ptolemęo cognita, Aginnenses vulgo vocitantur. Sonnici vero mihi incogniti, quicunq; fuerunt Sidonio, non magno interuallo disiũcti ab Aginno, vt arbitror. Est autẽ hoc dicolon, cuiusmodi epigrãmatum sextumdecimũ. ¶ *Munúsque. Minúsque* i pro u reperi in exẽplari, hoc sensu & ordine. Nepotes & posteri nostri, ô Alcime, poterũt illi quidẽ dicere me non satis dignum, qui laudes tanti viri, & memoriã pro merito celebrem, sed hoc dicere nõ poterunt, me tui esse oblitũ in cõmemoratione Burdigalensium Professorum. ¶ *Palmæ forensis, & camenarum decus.* bonum oratorem, & poëtam, Græcarum Latinarúmque litterarũ peritissimũ. * ¶ *moréſne fabor.* Sic fuit in exẽplari, & non, *mirérne formã.* ¶ *Dãda salute.* Vide partẽ Ephemeridis, quæ Egressio inscribitur. ¶ *Sacrata fama dus. Sacra fame dabus*, Goropius, vt monuit Pulmannus. Vltimus versus pes debet iambus esse. * ¶ *Et Iulianum.* quem numerant tricesimumsextum Imperatorum Romanorum. ¶ *fama dabis.* illustrabis, & clarum reddes tuis scriptis. ¶ *quam sceptra.* Imperium Romanum. ¶ *quæ tenuit breui.* Iulianus patrueli suo Imperatori Constantio menses non superuixit plenos nouem Augustus, vt subtilius computauimus in breuiarium Eutropij: occisúsque fuit à Persis anno Christi trecentẽsimo sexagesimo sexto, ætatis tricesimo secundo: vt est apud Eusebium & Eutropium. ¶ *Salustio plus conferent.* Sic fuit in exemplari. Lugdunenses *Angustia* pro *Salustio* scripserant, ne *breui*, sine substãtiuo esset, quum vel solum, breue, temporis spatium significet. Fuit quidam Secundus Sallustius (ita liquidam geminant in Sallustiorum nomine vetusta marmora) cuius meminit Ammianus Marcellinus in principio libri vicesimi secundi, ac in principio vicesimi tertij dicit præfectum Galliarum fuisse, ac consulatũ gessisse cum Iuliano Cæsare quartum cõsule. Potest igitur Alcimus, quum rerum ab Iuliano gestarũ historiam scripsit, ea simul de Secundo Sallustio viro consulari scripsisse, quæ Sallustio plus gloriæ afferrent, quam consulatus cum maximo principe gestus. ¶ *Plus conferent libri tui.* Ita credebat Ausonius docti ssimi viri scripta nunquam interitura: quæ omnia interciderunt. Aliorum enim sunt Alcimorum, quæ scripta extant. ¶ *Amoris tui.* quo te prosequor. ¶ *digna.* te, & quæ deceant te tantum oratorem, & poëtam.

Marginal numbers: 16 (at "sextumdecimũ"); 142, 93 (at "Dãda salute"); 143 (at "Et Iulianum").

IN CARM. III. DE PROF. ¶ *Rhetora Luciolum cum discipulo.* Quid hic istud *cum discipulo?* Pro eo *condiscipulum* lego: vt dicat Au- 144

ſonius Luciolũ ſe habuiſſe condiſcipulũ primũ,quũ ambo eundẽ audirẽt profeſſorẽ:deinde magiſtrum & præceptorẽ,quum grãdior doctiórque Luciolus iam docere cœpiſſet:ac poſtremo collegã,quum & Auſonius ipſe non multo poſt Luciolum, profiteri cœpiſſet eruditus & iam grandis,in eadẽ Burdigalenſi ſchola. ¶ *proſis modis*. proſa, & ſoluta oratione:vt appellabimus in carmen quinctum. ſed de vocabulo proſa,plura in carmen viceſimumſecundum. ¶ *patriæ*. patri vna ſyllaba minus in exẽplari. ¶ *Sexui vtroque*. Vtroquę pro vtrique, ſiquid hic video filium & filiam. ¶ *genitor, pœnitet, vt fueris*. Vellem,nihil liberorum genuiſſes:poſtquam à paternis illi virtutibus ita degenerarunt.

141
166

145 A IN CARM. IIII. DE PROFESS. Metra hæc,quæ epigrammatis ſextidecimi. Patẽra autem hic, idémque vocabulum in ſexto carmine,& quinctodecimo, Pather eſt in Hieronymi chronicis, vbi notatur annus Chriſti trecenteſimus & triceſimusnonus. *Pather Rhetor Romæ glorioſiſsime docet*. quod fortaſſe purum eſt hominis Galli vocabulum. Quod autem *pater* in titulo dicitur hic Patẽra, ATTIVS PATERA PATER RHETOR, quia in toto libro aliũ non agnoſco Patẽram, vocem *pater* ex Patẽra ab indocto librario repetitam eſſe ſuſpicor. Huius quidem Patẽræ filius fuit Delphidius in ſequenti carmine celebrandus:ſed illi alia nomina,quam Patẽra. ¶ *Viceris*. anteceſſeris Tiberium Mineruiũ, Alcimum, Luciolum, prius dictos.Hic enim o in i mutauiſſe profiteor: vbi erat *doctos prius*. ¶ *Patẽra, fandi nobilis*. inſignis orator.

16
150.158

145 B ¶ *Tu Baiocaſſi*. Sic Petrus Pithoeus reſtituit illud, *Tuba Gocaſſi*. Gallicarũ prouinciarum nomenclator, non pœnitendæ antiquitatis monumentum, quum Lugdunenſem Galliam in quattuor prouincias diuidit, ſecundam numerat Lugdunenſem, cuius metropolis eſſet Rotomagus: eiuſque prouinciæ has recẽſet hoc ordine ciuitates, Baiocaſſiũ, Abrincantum, Ebroicorum,Saiorum, Lexouiorum,Conſtantienſiũ, *Baieus, Auranches, Eureus, Sees, Lizieus, Coutance*: vt nunc vulgo vocitantur. Sidonius Apollinaris in epiſtola duodeuiceſima libri quarti, Prædia Baiocaſſina, ab ipſis Baiocaſſibus, ac pro Baiocaſſibus iiſdẽ dixit: eáque etiam in ſecũda eſſe Lugdunenſi cõmeminit.Antiquiores equidẽ citare non poſſum ſcriptores, apud quos Baiocaſſiũ nomen legerim. Eoſdem eſſe, qui Bellocaſſes eadẽ tertia declinatione apud Pliniũ;ſecunda apud Cæſarem, Bellocaſſi,Vellocaſſi, Veliocaſſi leguntur,nec aio,nec nego: ſed Ptolemæus in eodem Galliæ tractu Veneliocaſios collocat:eorúmque vrbem nominat Rotomagum. * Cuius quidem interpres iſtos Veneliocaſios, & Cæſaris Velocaſſos, pro Baiocaſſibus accepit:Rotomagúmque *Baieus* eſſe ſcripſit: verum huic homini vidẽdum, vt ne omnia temere credamus. Nã vt illi concedamus Baiocaſſes, & quos diximus legi apud Cæſarem, Plinium,& Ptolemæum,eandẽ gentem eſſe,modo nobis hoc det, eam quondam latius patuiſſe, quam hodie, certe Rotomagus, quæ à priſcis illis tẽporibus ſemper celebris, locum, & priſcum nomen.

145 C

nomen ſemper retinuit, & illa *Baieus*, ſemper diuerſæ fuerint vrbes, bidui fere itinere diſſitæ: hæc in Gallia Celtica, procul à Sequana Celticam à Belgica diſterminante, Rotomagus vero in ipſa Sequanæ ripa, Belgicæ initiũ faciẽte, ſita. Iſta autẽ Baiocaſſiũ vrbs, quod nomen prius habuerit, quærimus. Baiocaſſes enim gens & prouincia eſt. Quorum princeps vrbs, quæ, vti diximus, vulgo *Baieus* à Baiocenſium vocabulo vocitatur, non dubito, quin proprium quõdam nomen habuerit, quod nunc non extet. facilẽque crediderim, quẽadmodum Pariſiorum, Biturigum, Santonum, Vaſatium, aliorúmque multorum principes vrbes priora ſua nomina amiſerunt, & à ſuis populis noua induerunt, vt in carmen viceſimumquartum Parentalium monſtrauimus, ita quam dicimus *Baieus* Baiocaſſium, Baiocaſſas, Baiocaſſóſue, ac Baiocaſſas potius prima inflexione, aliquando vetuſtiore abolito nomine, appellatam fuiſſe: ab rectóque iſto Baiocaſſæ, Baiocaſſis Auſonium hic ſcripſiſſe, 119

Tu Baiocaſſis, ſtripe Druidarum ſatus:

ſed cuius obliqui vltimam litteram S, ab inſequentis vocis prima ſ, fuiſſe abſumptam.* ¶ *ſtirpe Druidarum ſatus*. è priſca gente Druidarum ortus. Qui ſunt hic Druidæ, prima declinatione, & apud Lucanum libro primo, ſicut apud Suidam, Diogenem Laërtium, & Strabonem Δρυΐδαι, hi tertia ſunt Druides apud Cæſarem, ac apud Ciceronem de Diuinatione. Sic enim ibi legit Nizolius: vbi Druidæ habent alia exemplaria. Eſt autem hoc vocabulũ inter ea, quę veteres librarij varie corruperunt. Driudæ nanque, & Driadæ ſæpius etiam, quam Druidæ, in antiquis codicibus reperimus. Suſpicatus eſt Plinius, Gallicæ gẽtis nomen Græcam habere originem: quia quercus Græcis δρῦς dicatur. Quod ſi ſic ſit, ſi ab iſto δρῦς, Dryades & Hamadryades, id eſt Druades & Hamadruades nymphę appellatæ ſunt, cur non iſti Dryadæ, id eſt Druadæ potius quam Dryidæ ſiue Druidæ? Sed vereor, vt ne barbaricum vocabulum, Græci, dum totum ſuum videri nimium affectant, aliquantum corruperint. * Erant autem Druidæ in Gallia, qui in Græcia Philoſophi, apud Perſas Magi, apud Indos Gymnoſophiſtæ, ac Chaldei apud Aſſyrios, vt ſcribit Diogenes. De quibus nuſquam plura, quam in ſexto commentario Iulij Cæſaris de bello Gallico. Vbi quum eorum hominum, qui aliquo eſſent numero, & honore in Gallia ſuis temporibus, genera duo eſſe dixiſſet, alterum Druidarum, alterum Equitum, hoc ſubiecit de Druidis, nempe quod rebus diuinis intererant. ſacrificia publica ac priuata procurabant. religiones interpretabantur. ad hos magnus adoleſcentum numerus, diſciplinæ cauſa, concurrebat: magnóque hi erant apud eos honore. Nam fere de omnibus controuerſijs, publicis, priuatiſque conſtituebant. & ſi quod admiſſum eſſet facinus, ſi cædes facta, ſi de hereditate, de finibus controuerſia eſſet, ijdem decernebant. præmia pœnaſque conſtituebant. Siquis aut priuatus, aut pu-

145 D

145 E

blicus eorum decreto non stetisset, sacrificiis interdicebant: quæ pœna apud eos erat grauissima. Quibus ira esset interdictum, ij numero impiorum & sceleratorum habebantur. iis omnes decedebant. aditum sermonémque defugiebant: ne quid ex contagione incommodi acciperent: neque iis petentibus ius reddebatur: neque honos vllus commmunicabatur. * His omnibus Druidis præerat vnus, qui summã inter eos habebat auctoritatem. Hoc mortuo, si quis ex reliquis excellebat dignitate, succedebat: aut si essent plures pares, suffragio Druidarum allegebatur. nonnunquam etiam armis de principatu contendebant. Addit præterea Cæsar, quod Druidæ certo anni tempore in finibus Carnutum, regiône totius Galliæ media, considebant in loco consecrato. quo omnes vndique qui controuersias habebant, conueniebant: eorúmque decretis, iudiciisque parebant. Sunt autem Carnutes, siue, vt alibi scribuntur, Carnotes, gens Galliæ Celticæ, Lugdunensisque quartæ prouinc a, priscum nomen in sua principe vrbe adhuc retinens, *Chartes*, id est Carnotæ. In quo Carnotensi agro, bidui triduíue itinere à Baiocassis, oppidum est, quod vulgo vocitatur *Dreus* vnica syllaba, diphthõgo. in qua vocula, qui nonnullũ nominis Druidarum vestigium agnoscere sibi videntur, locum esse putant, qui Cæsari significetur: quo Druidæ ex vniuersa Gallia conuenire soliti erant. Druidæ, vt inquit deinde Cæsar, à bello abesse consueuerant: neque tributa, vna cum reliquis pendebant. militiæ vacationem, omniúmque rerum immunitatem habebant.* Tantis excitati præmijs, & sua sponte, multi in disciplinam cõueniebant: & à parentibus propinquísque mittebãtur. Magnum ibi numerũ versuum ediscebant. neque fas esse existimabant ea litteris mãdare: quum in reliquis fere rebus, publicis priuatísque rationibus, Græcis litteris vterentur. Vnum ex his, quæ præcipiebant in specu, aut abditis saltibus, vt meminit etiam Pomponius Mela libro tertio de situ orbis, in vulgus effluxit, videlicet æternas esse animas, easque post certum tempus, quod addit Diodorus Siculus libro quincto, in alia corpora migrare. Quare quũ mortuos cremabant, ac defodiebant, aptam viuentibus olim negotiorum rationem, etiam & exactionem crediti, litterásque mittebant ad inferos. erántque, qui se in rogos suorum, velut vna victuri, libenter immitterent. Multa preterea de sideribus, & eorum motu: de Mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputabant Druidæ, & iuuentuti tradebant: & hinc Diuitiacus ille Aeduus, quum ex Druidis vnus esset, naturæ rationem, quam φυσιολογίαν Græci appellant, notam esse sibi profitebatur: & partim augurijs, partim coniectura, quæ essent futura, dicebat, vt scribit Cicero. Galli autem omnes quũ admodum dediti essent religionibus, qui erant affecti grauioribus morbis, quíque in prœlijs periculísque versabantur, aut pro victimis homines immolabãt, aut se immolaturos vouebãt: administrísque ad ea sacrificia Druidibus vtebantur. * Quam diræ immanitatis Druidarum re-

145 F

145 G

145 H

ligionem Romanis ciuibus interdixerat Augustus Octauianus: Tiberius & Claudius Cæsares, quod Plinius libro tricesimo ac Suetonius de Claudio, memoriæ prodiderunt, penitus sustulerunt, nisi quod vestigia feritatis abólitæ hæc aliquandiu manserunt, auctore Pomponio Mela, vt ab vltimis cædibus hominum Galli temperantes, deuotos altaribus admouerent, ac delibarent.

Galli se omnes à Dite patre prognatos inferorũ deo, Druidis suis auctoribus, prædicabãt: ob eámque causã, vt Cæsar scribit, spatia omnis tẽporis non numero dierũ, sed noctiũ, definiebãt. & dies natales, mẽsiúmq; ac annorum initia, sic obseruabant, vt noctem dies subsequeretur. Vnde manasse illud ad nostram vsque ætatem autumo, vt, quod Latini, *hodie*, Galloromani *annit*, dicamus, id est, vt mihi quidem videtur, *hac nocte*.

Druidicæ magiæ multis locis historiæ Naturalis meminit Plinius, sed in extremo libro sextodecimo ad hunc modum, vbi de Visco disputat. *Non est omittenda*, inquit, *in ea re & Galliarũ admiratio. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) visco, & arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. Iam per se roborum eligunt lucos, nec vlla sacra sine ea fronde conficiunt, vt inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enimuero quicquid adnascatur illis, è cælo missum putant, signúmque esse electæ ab ipso deo arboris. Est autem id rarum admodum inuentu: & repertum magna religione petitur, & ante omnia sexta luna: quæ principia mensium, annorúmque his facit, & sæculi post tricesimum annum: quia iam virium abunde habeat, nec sit sui dimidia. Omnia sanantem appellantes suo vocabulo, sacrificijs epulísque rite sub arbore præparatis, duo ádmouent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus, arborem scandit. Falce aurea démetit. Candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes, vt suum donum deus prosperum faciat his, quibus dederit. Fæcunditatem, eo poto, dari cuique animali sterili, arbitrantur, contráque venena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plerumque religio.** Hæc Plinius. ex quo loco quidam ex nostris quid aliquando collegerint, referre non pigebit. Mos est in nostra Gallia, ceterum qui iam fere exoleuit, vt quotannis pridie calẽdas ianuarias non nulli ex singularum curiarum adolescentibus, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deníue, cunctos suæ curiæ vicos, villásque, & qui in circumiectis curijs sunt proximi, cum tibicine obeant. Carmine stipem petant. Aliquid laridi, aut panis, quod verubus infixum asportant, aut pecuniæ quippiam, accipiant. Postridie quicquid collectum fuit, in ædem conuenientes, Numini offerant. Id statim auctione vendatur. ea pecuniola, vt deo consecrata, in sacros vsus recondatur. Quod autem canunt carmen incónditum, quam accipiunt stipem, quo die id faciunt, τὴν *Agulanneuf* vocitant. Quod verbũ, fuerunt inter doctos, qui quærerẽt, quid sibi vellet. Merlinúsq; Sanctogelasianus Engolismensis, ad quem extant Christophori Longolij litteræ, *Agulanneuf, Agui l'an neuf*, id est, ad viscũ τὸν annũ nouũ.

145 I

145 K

esse dicebat: morémque istum ex vetere Druidarum religione ad nos manasse: qui per suos adolescentes ita cunctis viscum suum anni principio, mitterent. quod qui ferrent, ijs aliquod quasi laboris præmium daretur. clamarétq; omnes eo viso, annū esse nouū. Sic de hoc aliquādo Merlinū cōijcientē audiuimus, amœno, elegantique virū ingenio: & de hac re quod composuerat vernaculo sermone, decastichon nobis recitauit.

145L 135 Quemadmodum autem inter Græcos feminæ philosophi, vt Hypatia, Baro, Demo, Theano, cuius facta mentio in vltimo carmine Parentalium, & aliæ, sic inter Druidas fuerunt feminæ, quæ eandem cum viris sapientiam profiterentur, quas tertia tantum declinatione Druides appellatas memini. sic Græcus casus est potius, quā Latinus apud Flauium Vopiscum. *Dicebat enim quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas.* Apud eundem enim est de Numeriano. *vt impleret Druidis dictum* &c, *cum Druide quadam muliere rationem conuictus sui quotidiani* faceret. Quorum obliquorum rectus Druis esse deberet: quum tamen ibidem, ac in Alexandro Aelij Lampridij sit Druias. *Mulier Druias eunti exclamauit Gallico sermone.* vnde Druiadis, & Druiade, & Druiades poscat analogia.* ¶ *Beleni.* Idem vocabulum, duabus similiter correptis in carmine decimo huius libri: quare vnico l scribendū. Galli ergo, qui, vti scripsit Cæsar, deos Mercurium, Apollinē, Martē, Iouem, & Mineruam habebant, Apollinem suum, Belenum vocitabāt: sed id non soli Galli. Vrbs est inter claras vrbes Ausonio celebratas Aquileia: de qua hęc sunt apud Iuliū Capitolinū de Maximinis. *Quum igitur frustra obsideret Aquileiam Maximinus, legatos in eandem vrbem misit. quibus populus pene consenserat, nisi Menophilus cum collega restitisset, dicens etiam deū Belenum per aruspices spopondisse, Maximinū esse vincendū. Vnde etiam postea Maximini milites iactasse dicuntur, Apollinem cōtra se pugnasse: nec illam Maximi, aut Senatus, sed deorum fuisse victoriam.* Quo loco corruptum nomen Fellenum emendare Baptista Egnatius potuit ex Herodiani Græcis: quæ libro octauo Βέλιν dicunt istum Belenum. ¶ *Sic ministros.* Galli, inquit, sic, id est Patéras, appellāt sacerdotes Apollinis. Ita Patéra Gallicū est vocabulum, media syllaba longua etiam in carmine sexto, & quinctodecimo huius libri: quā cum prima corripit Latinū pátera.* ¶ *fratri patríque.* Pater & frater Attij Patérę, Phœbicij fuerūt dicti à Phœbo Apolline. Hoc nūc inuenies in carmine decimo. vbi Phœbicius pater litteras quoque Burdigalæ professus esse refertur. Filius uero, Delphidius, ut insequenti carmine quincto, à Delphis ciuitate Græciæ Apollini sacra, inde Delphico cognominato. ¶ *currúsque rotandi & rotæ.* Lugdunenses, qui sic castigatū voluerunt, quod in exēplari erat, *cursusque rotandi & rota*, nescio quomodo intellexerint metrum suis numeris vtroq; modo minime cōstans. ¶ *Carere cultum preditus.* & hoc, quid sibi vult? Vbi *cultu* pro *cultum* Ludunēses ediderūt. ¶ *felle nullo perlitus.* minime iracūdus. ¶ *Vini, cibiq; abstemius.* Dicitur abstemius, vt priscę illę Romanę feminę apud Valerium

145M 154 803 50. 158 146 154

Maxi-

Maximum,& Aulum Gellium,qui abs temeto,hoc est vino semper abstinet : ceterum cum sine vino omnes, absque cibo possit nemo viuere, quando Ausonius Vini, cibique abstemium fuisse dixit Attium Pateram,videtur tantum hoc dicere voluisse, vinum nec bibacem fuisse nec edacem,sed sobrium,& vini cibique minimi. ¶ *vt Aquilæ senectus, aut equi.* Aquilæ senecta ,Corydi iuuenta, prouerbium est apud Erasmũ, de viuida viridique senecta, quæ præstantior sit aliquorum iuuenta. Equi vero canescunt illi quidem senio, vt homines, vel auctore Plinio: ceterum canities illa deformes non reddit.

IN CAR. V. DE PROFESSO. Et hæc Iābica, trimetra sunt & dimetra. Est autē hic Delphidius, quē scribit Hieronymus Rhetoricā in Aquitania florētissime docuisse ad annū Christi trecētesimū sexagesimumq;. Cuius abūdantiā laudat Sidonius Apollinaris epistola decima libri quinti,& quē Ammianus Marcellinus oratorē acerrimū vocat in pricipio libri octauidecimi:quū ea refert,quę Iulian⁹ Cęsar gessit in Gallijs,Eusebio & Hypatio consulibus,anno,vt putatur,a Christo nato, trecentesimo & sexagesimo secundo. Eius apponā verba . *Numerium Narbonensis paullo ante rectorem, accusatum, vt furem, inusitato censorio rigore, pro tribunali palam,admissis volētibus,audiebat. Qui quum infita-ratione, defenderet obiecta,nec posset in quoquam confutari,Delphidius orator acerrimus vehementer eum impugnans , documentorum inopia percitus, exclamauit, Ecquis,florentissime Cæsar,nocens esse poterit vnquam,si negare sufficerit? Circa quem Iulianus prudenter motus, ex tempore, Ecquis,* ait , *innocens esse poterit,si accusasse sufficiet?* Hoc ille de Delphidio. Qui quod Atticus appellatur,quū Patēra pater Attius,nominib⁹ vnica litterula discrepātibus,mēdi aliquid subesse suspicio est.* ¶ *lingua & ingenio celer.* Cōiunctionē addidit Pithoeus: quā & sensus,& metrum requirebat. ¶ *Delphidi.* a Delphis Apollinis,nomen factū:vt modo fuit dictū. ¶ *Subtextus.* subiunctus. Hoc est,te cōtinuo,post patrē Paterā, cōmemorem. Est autē θρῆνος ,luctus & lamētatio. quod verbū etiā in carmine septimo reperies,& alibi. ¶ *Laudi vt subibas æmulus.* qui patri,magno viro nō cedebas doctrina, facundiáq;. ¶ *dei.* Béleni,vt monuit Pithoeus. de quo Gallico Apolline , in priori carmine*. ¶ *Sertum coronæ præferens olympiæ.* Quamuis Delphidi,tu, auus tuus Phœbicius, pater Patēra, patruus Phœbicius,vniuersúmque adeo genus vestrum Béleno Apollini sacri essetis , tamen Olympicam coronam Pythicæ antepoſuisti, Iouémque vestro Apollini,ita, vt adhuc puer carmen de Iouis, quā de Apollinis laudibus scribere malueris. De Olympijs,Pythijs, alijsq; Grę̄ciæ certaminibus sunt aliquot epigrāmata post edyllia. ¶ *torrentis freti.* cōciti,& rapidi maris.* ¶ *Epos legasti metricū* Recte Pithœus , *ligasti* pro *legasti*, metro ita poscēte,& sensu. Oratio enim alia est ligata, siue quomodo Quinctiliano appellatur libro nono de cōpositione,vincta & cōnexa,vt versus& carmen : alia soluta, quę & prosa prorsáue , vti diximus in vicesimūsecundū carmen huius libri, ac pedestris,vt Horatius in carmine duodecimo libri secundi , & Quinctilianus

147 A

147 B

151

331

147 C

166

libro decimo, ac Ausonius ipse in versu octogesimo iambici epistolæ ad Probũ, & Symmachus in epistola ad Ausonium quarta, dixerunt, quem Græci πεζὸν λόγον vocant. Ἔπος autem verbum est, & sermo, ac λόγος ἔμμετρος, id est, oratio metrica, metrum scilicet hexametrum siue heroicum, Hephęstione, Victorino, Diomedéque auctoribus. ¶ *Orationes exæquet*. obscura hæc & nimium corrupta. Verbum autem exæquet, quod Lugdunenses reposuerunt, nescio quantum sensui quadret. certe metrum perdit. In exemplari sic erat, *Orationeexeret*. Vtrum scripsit Ausonius, Orationem an orationes? texeret an nexeret? Est autem Nexere, idem, quod nectere, ligare, vincire: de quo verbo Priscianus libro nono.

425. 550.

148 A

* ¶ *Domi*. in patria. ¶ *cohortis præsulem prætoriæ*. præfectum prætorio. de cuius officio, caput est vndecimũ libri primi digestorum Iustiniani. Cohots autem prætoria, cui præerat præfectus prætorio dictus, erant milites, qui consuli, aut prætori prius, postea Cæsaribus, præsto semper erant quasique latus eorum cingebant. Budæus plura in annotationibus. ¶ *Coleris, tuendis addictus clientis*. Hoc *clientis*, *cluentis* erat in exemplari. pro quo, *clientibus* non dubito, quin legendum sit. Qui enim aliorum causas orant, vt multorum Delphidius apud principes, præfectos prætorio præsides, & prouinciarum Iudices, hi eius Patroni, Clientes dicũtur. Coleris autem verbũ nec metro, nec sensui congruens, Coleris illic fuit: quod nos in Coleres, mũtandum censuimus, hoc sensu. Quos principes viros & iudices, tu coleres, ipsis notus & familaris propter ingeniũ & multas litteras. ¶ *Famæ & salutis saucijs*. de quorum fama, existimatione, fortunis, capite, vita agebatur. Famę autem & salutis saucius hoc loco, sicut *fatigationis hesternæ & animi*, apud Appuleium: sed *amore & cura* apud Ciceronem, & Virgilium * ¶ *Felix*. fuisses. ¶ *si maneres*, si manere potuisses in studio, otio, professione litterarum, procul ab ambitione.

148 B

¶ *Nec odia*. Dum Narbonensium causam contra rectorem Numerium, aliásque eiusmodi suscipit Delphidius, multorum potentiorum odia in se concitauit: qui vlti sunt. ¶ *Nec inquieto*. Si nec te attolleres, & eueheres in aula Imperatoria turbata per eos, qui regnum affectabant. Quibus consulibus obijt Delphidius, non legi: sed eius coniugem post ipsum esse mortuam, anno Christi trecentesimo octogesimo octauo, mox audies, paucis post mensibus, quam Maximus interfecto Gratiano, tyrannidem arripuisset. Hieronymus ipsum tradit sub Constantini magni filijs floruisse: qui dũ de Imperio inter se contenderent, Magnentius, Vetranio, Decentius, Nepotianus, Siluanus, alijque, tyrannidem occuparunt. ¶ *dum spem remotam*. Homo nimis ambitiosus vltro se offerentia, certáq; contẽnens, ad remota, incerta, & ardua semper aspirãs. ¶ *Tuũmque ma-*

149 A

nis esse. Dicebat Titus Vespasianus principatum fato dari. Delphidius sui ingenij plus, quã fati bonitati tribuebat. ¶ *Meritusque*. consecutus principum beneficio. ¶ *quã gerens*. Caninius ille, de quo iocatur Cicero in epistola ad Curium libro septimo, consulatum gessisse non videtur: qui postridie, quam consul fuerat creatus, magistratu abijt. nec imperiũ

Marius

Marius apud Trebellium Pollionem: qui tertio die, quam purpuram sumpserat, occisus fuit. ¶ *Donatus ærumnis patris.* condonatum filio, quidquid id criminis fuit, precibus & lachrymis patris Pateræ, optimi, doctissimique senis. ¶ *nec docendi pertinax.* minime assiduus. ¶ *curam patrum.* qui tibi liberos suos in disciplinam tradiderant: quos ita negligenter instituebas. ¶ *medio quod æui.* Media ætate tua mortuus es, & sic beatus: quod non videris, quæ vxori & liberis acciderunt. * ¶ *deuiantis.* Deuius legitur apud Ciceronem, & alios veteres Latinos, sed non inde verbum deuiare pro deflectere à recta via, quod sciam. De filio autem Delphidij nihil legere memini, sed de filia nomine Procula, quæ cum matre Priscillianum fit sectata. ¶ *Pœnáque.* Sic legendum pro pœnęque. Quod non sis læsus, nec doluisti errore filij, nec pœna tuæ vxoris. De filio tamen Delphidij nihil ego comperi, quod iam dixi, sed de filia, & vxore hæc accipe. Erat in Hispania Priscillianus, cuius sectatores Augustinus, & alij, Priscillianistas appellarunt, qui diceret inter alia, Animas eiusdem naturæ, substant æque esse, cuius est Deus. Eas ad agonem quendam spontaneum in terris exercendum, per septem cęlos, & principatus quosdam gradatim descendere. in malignum principem incidere: à quo hic Mundus esset factus atque ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari. Fatalibus stellis homines colligari: ipsúmque corpus humanum secundum duodecim signa Zodiaci esse compositum. Carnes tanquam immundas escás, deuitandas esse. Coniuges, viros à volentibus feminis, feminas à volentibus viris disiungebat. quippe qui carnis omnis opificium non deo bono & vero, sed malignis angelis tribuebat. * Hæc & eiusmodi alia sua deliramenta quum plerisque Hispanis, ac inter alios, episcopis Instantio, & Saluiano tam persuasisset Priscillianus: elicuissént que tandem alij episcopi a Gratiano Augusto Ausonij discipulo rescriptum, quo Priscillianus, & eius sectatores excedere non solum Ecclesiis & vrbibus, verum etiam extra omnes terras propelli videbatur, Priscillianus, Instantius, & Saluianus, Romam sui apud Damasum, Vrbis ea tempestate episcopum, purgandi causa, proficisci decreuerunt. Iter per Aquitaniam fecerunt. multis locis magnifice ab imperitis suscepti, perfidiæ suæ semina sparserunt. Burdegala tamen episcopus Delphinus, ad quem extât Paulini episcopi Nolani litteræ, exclusit. Ceterum Euchrotia Burdegalensis matrona, Delphidij poëtę & rhetoris clarissimi vxor, vidua, Hispanos in agro suo except. vbi aliquantisper commorati, nónullos suis erroribus infecere. * Cœptum iter inde ingrediuntur, cum vxoribus & feminis alienis: in quibus erat ipsa Euchrotia, eiúsque filia Procula: quam Priscilliani stupro grauidam, partum sibi graminibus abegisse, rumor fuit. In Italiam perueniunt: sed nec Romæ Damasus, nec Mediolani Ambrosius ille, in conspectum suum venire sustinuerunt. Hac quia non successisset, alia via aggrediendum fuit. Qui gratia & auctoritate plurimum poterant

149B

149C

149D

apud Imperatorem, pecunia corrumpuntur: & sic in pristinum statum isti restituuntur. Inuadit interea Maximus imperium. Gratianum apud Parisios vincit. Lugduni capit, & interficit. Augustam Treuerorum venit. Hinc litteris ad Præfectum Galliarum, Hispaniarumque Vicarii, datis, Priscillianum, Priscillianistásque omnes omnino Burdigalam ad synodum deduci iubet. Primus causa dicit Instantius: & sacerdotio indignus iudicatur. Ita Priscillianus timuit, & ad Imperatorem prouocauit.

149 E * Sicque omnes, quos ea causa inuoluerat, Treueros deducti sunt. Vbi Priscillianus, & aliquot alij cum Euchrotia, gladio perempti fuerunt, vt Sulpicius Seuerus scribit libro posteriore Sacræ historiæ, Hieronymúsque in extremis viris illustribus, anno Christi trecētesimo & octogesimo octauo, quomodo putatur in Prosperi Aquitani Chronicis. Hoc ergo est vxoris supplicium, quod quia non vidit Delphidius, felicem prędicat Ausonius: & ob quod immanitatis, Maximum accusat Drepanius Pacatus in panegyrico, quem non multo post Theodosio Augusto Romę dixit. Cuius apponam verba. *De virorū mortibus loquor. quum descensum recorder ad sanguinem feminarū, & in sexum, cui bella parcunt, non parce sæuitum. Sed nimium graues suberant, inuidiosęq; causæ vt vnco ad pœnam, clari vatis matrona, raperetur. Obiiciebatur enim, atque etiam exprobrabatur mulieri viduæ nimia religio, & diligentius culta diuinitas, &c.*

150 A IN CARMEN VI. DE PROFESS. Parentalium carminum tituli rectis omnes: Professorum vero partim rectis, partim obliquis casibus. at Epitaphiorum Herou datiuis cuncti positi: quisquis ita scripserit. Hic enim nihil non semper ausi sunt imperiti librarij. Quod autem ad metri genus attinet, scholium fuit in exemplaris margine, *Metrumadoniumhypponaicū & tremicumspō. hi. p. duecolōp.* Cuius duo prima vocabula si sine mendo fuerunt, Adonium metrum audio esse, vnum ex Dactilici generibus, & ex dactylo spondeoque constare, sicut hoc apud Horatium, *Terruit Vrbem.* cuiusmodi versiculi sunt hic quidem aliquot, sed inter eos alij nonnulli ex duobus constantes spondéis, alij ex spondéo & anapæsto, ex duobus anapæstis alij, vt anapæstica metra non minus esse videantur, quam dactylica. Quod autem in extremo scholio monebatur, vti puto, de duabus columnis, in iis quo ordine minuros versiculos reperimus descriptos, vide: & indignis modis deprauatos restitue, felicius, si potes aliquando.

Oslosuibenum	*Lætuspatriæ*	*Puluereinæuo*
Spesleta patris	*Claracohortis*	*Deseruisti*
Necertatua	*Vexillaregens*	*Votatuorum*
Dataresp atriæ	*Cunctaabnisti*	*Nonmansuris*
Rhetoralethi	*Commodafati*	*Ornatebonis*
Maiorvtroque	*Pósque petera*	*Omniaprecox*
Tuburdigalæ	*Etpraceptor*	*Fortunatibi*

Lætus *Pulue-* *Dedit*

Dedit & rapuit
Solstitialis
Velut herba solet
Ostentatus
Raptúsque simul
Non sine morsu
Tu primaeuis
Doctor in annis
Tempore quo te
Discere adultum
Non turpe foret

Iam genitori
Praetextate
Conlatus eras
Ille superae
Maxima Romae
Fama & meritu
Inclitus auxit
Grauis inuidiae
Et retoricam
Floris adulti
Fruge carentem

Et conubio
Nobilis soceris
Sine pace patris
Et diuitias
Vtriusque domus
Sine herede tuo
Quam fatiloquo
Dicte profatu
Versus Orati
Nihil est ab omni
Parte beatum

Iam. *Etco.*

¶ *Patris.* Tiberij Victoriis Mineruij, quomodo puto: qui primus hoc in libro fuit defletus. ¶ *Rhetor Alethi.* nomen ab veritate factum, quae ἀλήθεια Graecis dicitur. ¶ *Postque petera.* Quomodocumque corruptus sit locus hic & mancus, Paterae nomen videor agnoscere, qui quartus inter professores Burdigalenses fuit commemoratus. ¶ *Solstitialis Velut herba solet.* Pseudolus seruus in principio Plautinae Pseudoli.

150 B

145

Quasi solstitialis herba, paulisper fui.
Repente exortus sum, repentino occidi.

De qua solstitiali aestiuáque herba, hoc est, quae aestate nata, mox propter unmodicum calorem exarescit, disputant Rhodiginus libri vndetricesimi capite quarto lectionum antiquarum, Turnebúsque capite tricesimo octauo libri vicesimi quarti aduersariorum. ¶ *conlatus eras.* Collatus eras tuo patri Tiberio Mineruio. *Consul eras tu.* qui scripserunt, nimium misere locum deprauarunt. ¶ *ille.* pater tuus, vt dictum fuit in primum carmen. ¶ *Sine herede tuo.* Herede sine fortasse scripserat Ausonius: sed videtur aliquid deesse. * ¶ *Quam fatiloquo profatu.* Fatiloquam a loquendo, dicendóque fata, & futura, Carmentam Euandri matrem dixit Titus Liuius libro primo. Virgilius fatidicam libro octauo, ac Manto libro decimo, pronoeámque Stoicorum Cicero libro primo de Natura deorum. Idémque Cicero libro secundo de legibus, fatidicos, & vates, quorũ effata incognita publici sacerdotes interpretãtur. F A R I autem est dicere & loqui. Cuius significationis sunt composita effari, & profari, sed quae de vatibus, & fatidicis plerumque vsurpentur, vt praedicere futura, vaticinarique, significare videantur. Quod & veteris iurisconsulti auctoritate de altero probat Budaeus in annotationibus. *Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset.* Hinc profatus dixit Ausonius pro voce fatidici, pro praedictione, vaticinio, oraculo. quo substantiuo quartae inflexionis ante vsus fuerat, simplici significatu, Statius in Epicedio in patrem libro quincto Siluarum. ¶ *Dicte Versus.* Vocatiuus etiam hic pro nominatiuo videri potest positus. Quod

150 C

ver. 340

199

Ausonium fecisse multis locis tædet sæpius monere. *Horati* autem pro Horatij, genitiuus est casus. quod nomen H non habebat in exemplar.

150 D * ¶ *nil est ab omni*. Sic ibi fuit. sed apud Horatium, in ode scilicet sexta decima libri secundi carminum, *Nihil est ab omni Parte beatum*: quomodo etiam Ausonium scripsisse crediderim. Primum enim, quum tanti putet vates Lyrici oraculum, cur suis omnino verbis, alio et ain metri genere, non extulerit? Deinde carminis huius metra, quum pleraque sint anapæstica, sicut initio monuimus, quocunque genere suus poeta construerit, ut hemistichium istud metri Sapphici hendecasyllabi, & qui ipsum sequitur, Adonius versus anapæsticanon videantur? Anapæsticum namque metrum pro suis, hoc est pro anapæstis pedibus sponde os, & dactylos passim admittit. Quare, *parte beatum*, tam anapæsticum metrum erit quam Dactylicum Adonium: qualia sunt multa in hoc Ausonij carmine metra, vt *Rhetor Alethi*, *Maior vtreque*, *Doctor in annis*. Hemistichium autem Sapphicum *Nihil est ab omni*, purum putum esse anapæsticum potest, correpta pænultima syllaba, quæ longa erat. In ea namque voce, o, natura breuem esse cōtendunt, qui eam ab veteribus poëtis correptam fuisse docent. Lucretius libro primo,

Per gentes italas omnium quæ clara clueret.

& tertio,

Quum semel ex omnibus membris ablata recessit.

Terentius in Andriæ actu secundo, (Scen. 3)

Sine omni, peri, clo nam hoc, ce haud dubi, um est quin, Chremes,

metro iambico senario, pedeque anapæsto in prima sede. Idem in Actu secūdo Eunuchi, metro iābico octonario, & pede dactylo in quarta sede (Scen. 3)

Quum in cel, lulā ad, te pa, tris penum o, mnem con, gere, bam clā, culum.

& in extrema Hecyra, dactylo anapæstóue in principio metri etiā octonarij iambici.

Omnia o, mnes vbi, resci, scunt. hic, quos par, fuerat, resci, scere.

151 (465 a) IN CARMEN VII. DE PROFESS. Leontiam gentem fuisse Burdigalæ, meminimus in epistolas Ausonij ad Paulinum. Huius autem Leontij frater, Iucundus vocabitur in carmine nono. ¶ *Leonti*. Leontij apocope. ¶ *Iste lasciuus*. Quid Site pro *Iste* in exemplari? Lasciuus autem, quo nomine vulgo appellabatur Leontius, nec moleste ferebat, in malam partem fere accipitur, & quæ hinc sunt lasciuia, & lasciuire, pro petulante, procace, molli, libidinoso. ¶ *Litteris tantum*. Parum doctus fuit, & frater etiam Iucundus indoctior. In *litteris* autem sic et geminabat antiquus librarius. (153)

152 IN CARM. VIII. PROFESS. ¶ *Romulum post hos prius.* Hoc Horatij Flacci, ode duodecima libri primi, de Romulo Romanorum primo rege. Corinthus autem vrbs, & Sperchius fluuius Græciæ, vnde nescio quomodo sint dicti hi Grammatici. ceterum diphthongus ει in Σπερχειὸς sæpius in i conuerti solet à Latinis, *Sperchiusque*, & *virginibus* (466)

ginibus bacchata, secũdo Georgicon Virgilij. ¶ *Atticas*. Græcas. ¶ *Menestei*. Synæresis, & syncopa in *ei*. Est autem disyllabum Μνεσθεύς, vt Troiani viri nomen libro quinto Æneidos.

Mox Italus Mnestheus, gens à quo nomine Memmi. Ver. 116

sed quod adiecto eidem poëta trisyllabum facit libro decimo. Ver. 129

Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.

¶ *fructus exilis*. exiguum emolumentum eorum doctrinæ. ¶ *tenuisque sermo*. parua fama. ¶ *Vos leuis caspes*. Ouidius de Tibullo.

Ossa quieta precor tuta requiescere in vrna
Et sit humus cineri non onerosa tuo.

Sic autem in veteri illo codice Cæspes prima diphthongo. ¶ *mea vocis titulus*, carmen hoc meum.

IN CARMEN IX. DE PROFESSO. Burdigalensis hic homo, frater Leontij cognomine Beati, de quo est carmen septimum, & sic, vti videtur, ex nobili illa Leontiorum familia, non meritis, & virtute, sed fauitoribus, vt loquitur Plautus, grammaticalem in patria cathedrã obtinuit. ¶ *hec ipso care magis studio*. Quem ob id pluris facio: quod ambiueris munus, cui gerẽdo tametsi minime idoneus eras propter exilem eruditionem, tamen quia sic locum inter doctissimos professores tenuisti, inter eos te, sodalis quondam & amicus, commemorandi occasionem nunc habeo. 153 / 151

IN CARMEN X. DE PROFESSO. Carminis huius & insequentis metra sunt dactylica Archilochia dimetra hypercatalecta, non autem pẽtametra, quemadmodum vetus scholiastes annotabat. Ex his enim duobus, 154

Nunc vt quemque mihi
Flebilis officij, vnum fieri potest,
Nunc vt quemque mihi flebilis officij:

sed non ita cunctis in locis. Hoc vero carmen cum sequente, par afflixit ea amitas, atque sextum: quæ sine meliore exemplari, nullo ingenio restitui vnquam poterunt. Apponam autẽ, sicut fuerunt in membranis illis: si quis forte quippiam melius diuinare sit conaturus.

Nuncvtquemquemis	*Mutastistelilem*	*Settamenvtplacitum*
Flebilisoffitij	*Vrbealiacathedram*	*StirpesatusDrijdum*
Religiosushonor	*Necretiteuosenem*	*Gentisaremoricae*
Suggeretexpediam	*Nomenphoebicium*	*Burdigalecathedram*
Quinquamuishumili	*Quibeleniaeditus*	*Nattoperoptinuit*
Stirpelocohacmerito	*Introtuleretamen*	*Permaneatseries*
Ingenijshominum	*Grammaticesstudium*	*Religiosumetenim*
Burdigalaerudibus	*Sitmacrinusinbis*	*Commemorare*
Vtilusingenijs	*Huicmeaprincipio*	*Grammaticumpatrie.*
Etttuconcordi	*Creditapueritiés*	
Quiprofuguspatria	*Nilopisindetulit*	

Memoratur itaque hic tres Burdigalenses grāmatici, Concordius, Phœbicius, & Macrinus: sed inter quos Macrino primum locum potius assignem quam Concordio, quocunque reponendus sit Phœbicius. De philologi nomine in præfatione epitaphiorum Heroum. ¶ *Nomine Phœbicium.* à Phœbo Apolline, qui Belenus Gallis olim dicebatur. Vide carmen quartum. AEDITVVS autem, non tribus tātum syllabis æditus, vt in veteri codice, is dicebatur, qui ædem tuebatur, & ei præesset. De cuius tamen verbi etymo consule Aulum Gellium libro duodecimo Noctium Atticarum. ¶ *Huic mea.* Ego primum puerulus huic grammatico fui traditus in disciplinam: sed sub quo nihil profeci. ¶ *Credita pueritiæ.* Secundus metri huius pes *pueriti*, proceleusmaticus pro dactylo, à dactylo differens syllabarum numero, non tempore. ¶ *Genus Aremoricæ.* qui Druidæ, sunt Aremorici. Quod autem est hic quinque syllabarum vocabulum Gallicum, & in versu octogesimo tertio Technopægnij, & tricesimo quincto epistolæ Ausonij ad Paulū de ostreis, ac apud Sidonium Apollinarem in Panegyrico, Auiro Augusto, dicto, Pliniumque libro quarto Naturalis historiæ, id apud Eutropium & Cæsarem tetrasyllabum duntaxat reperitur Armoricum. Scribit autem Plinius Aremoricam olim fuisse dictam eam Aquitaniç partem, quę Garumnam fluuium, & Pyrenæum montem interiacet, sed Cæsar commentario septimo ciuitates Galliæ oceanum attingentes, Gallorum consuetudine Armoricas esse appellaras scribit: in quibus Curiosolites, Redones, Osismos, Leonices, & alios nominat: qui sunt in eo Galliæ Celticę tractu, qui Baiocasses habet, & oppidulum, quod à Druidis nomē adhuc retinuisse diximus in carmen de Attio Patera. ¶ *Natio per obtinuit.* Nati opera obtinuit, sicut *decor egregiæ*, pro decora egregiæ, in Coronide. Filius ergo Patera, & pater Phœbicius, peregrini homines litteras sunt Burdigalæ professi, sed pater posterior, & iam senex, filij opera studióque accitus. ¶ *Commemorare.* Trochæum versiculus amiserat quem pronomine *meæ* suppleuerunt Lugdunenses, qui ediderunt,

Commemorare meæ
Grammaticum patriæ.

IN CARMEN XI. DE PROFESS. Carmē hoc vndecimum, vt nos indicandi gratia, numeros scripsimus, quum nihil numeraret exemplar, eodem metri genere constat cum superiore & in rum ni pars eius sit. Habebat tamen proprium titulum, AMMONIO ANASTASIO GRAMMATICO PICTAVIORVM. in eoque sic omnia perdita.

Qui rudibus pueris	*Et liuertins*	*Sobrius & puerorum*
Prima elementa dabat	*Sucuro progeniem*	*Doctrinæ exiguus*

Et liuer- *Sobrius* *Mori-*

Moribusinplacidis	*Pictocineque dedit*	*Transtulitambitio*
Proindevteratmeritũ	*Panteetanastasio*	*Pauperib'&tenuem*
Famamabuittenuem	*Fleuilemusamelum*	*Victum abitumq; coles*
Perdiditinsenio	*Itmemoratenuem*	*Gloriolam exilem*
Sedtamenhuncnoster	*Neniagrammaticum*	*Et patriæ & cathedræ*
Cemmemortuithonus	*Burdigalehuncgenitũ*	*Nepartiertumulus*
Picto.	*Transt.*	*Nomen&ossategat*

Versus sunt vigintiquinque. Lugdunenses tantum vigintiquattuor ediderant: qui de suo etiam vnũ addiderunt. * ¶ *Pictoniceque.* Hoc quomodocunque emendes, a Pictonibus Pictonicum litus dixit idem Ausonius in epistola ad Paulum de nobilibus ostreis: & Pictonica arua Paulinus in epistola ad Ausonium, *Defore.* Sunt autem Pictones, gens, nunc *Poiteuins*: ager & prouincia, *Poitou*, in Galliæ Celticæ parte, quam Augustus Cæsar Aquitaniæ annexuit, ad fluuium Ligerim, & oceanum Britannicum. Noti Cæsari, Straboni, Plinio, & alijs veterum multis, inter quos Ptolemæus duo Pictonum oppida memorat Augustoritum & Limonũ. quorum ego neutrum nec ex situ, nec è vestigio prisci nominis agnoscere possum: quanquam non dubito, quin alterum sit, quod vulgo *Poitiers*, ab vetere gentis vocabulo vocitatur, omniũ Aquitanicæ, Celticæque Galliæ oppidorum maximum. Pictaui tribus syllabis apud Ammianum Marcellinum, Hieronymum, & Socratem historicum, vnde Pictauicus Rhetor in epigrammate quinquagesimo. sed vna plus littera Pictauij in titulo huius carminis. Marnesijs Pictauiensibus librarijs auctor fuerat Eguinarius Baro Iurisconsultus in primis doctus, vt Pictauium pro Pictauis appellarent, sed mihi Pictauos tribus tantum syllabis & plurali numero vocare semper libuit scripseramque Pictauis, vbi Pictauio edidit vitiose Lugdunensis typographus, in quibusdam meis in Suetonium Tranquillum lucubratiunculis. * Cuius ciuitatis, vel solius sui ante annos mille & ducentos episcopi Hilarij nomine clarissimæ, vetustatem testantur tum amphitheatri ad forum Vetus intra ipsa nunc mœnia olim extra: tum aquæductus, quo ad amphitheatrum & vrbem ex agro meridiẽ spectante, aqua perducebatur, insignes reliquiæ. Dicam alias, si vita, & otium suppetet, quam parum sapere illi Pictonum mihi videantur, qui se a Scythis, & Pictis Agathyrsis profectos iactitant: & suis Pictauis a *pictis vi* nomen inditum somniant. Ceterũm quod quidam grammatici non ita dudum tradiderunt, syllabam secũdam in Pictones semper produci: eam in Græcis exemplaribus ego ancipitem reperio: quam corripiunt tantum Ausonius & Paulinus, nec producit Claudianus in quarto carmine de consulatu Honorij, vbi legendũ non Pictonum, sed Pictorum.

155 B

451

567

31.

155 C

——*Incaluit Pictorum sanguine Thule.*

¶ *Flexilem musam melum. Flebile, Musa, melum.* Μέλον tamen, hoc est melum, cuius plurale est mela in vicesimoseptimo carmine Parentalium, non dicunt Græci, quod sciam, sed Μέλος, sicut apud Persium pleraque habent exemplaria, *Pegaseium melos*, carmen & cantilenam. ¶ *Nomen*. memoriam.

156 IN CARMEN XII. *De Professoribus.* Hic est Pomponius Maximus Herculanus: quem septimodecimo carmine Parentalium celebrauit Ausonius. Merrum autem est hoc, trochaicum retrame trum catalecticum. ¶ *gremio de nostro.* quem puerulum auunculus litteras docuit. ¶ *spem magis, quam fruendam.* Hic desideratur vna syllaba: quę forrasse *rem* fuerat. *Spem magis quam rem fruendam.* Optimam spem conceperat Ausonius de Herculano puero: qua se frustrarũ significat. ¶ *Pythagorei tramitis rectam viam.* Virturis viam cuius meminit Persius satyra rertia. sed vide carmen Virgilio inscriptum de litrera Pythagoræ.

IN CARMEN XIII. de Professoribus. ¶ *Primæue.* qui prima ætate, & admodum iuuenis, profiteri cœpisti. Primęui pueri & infantes in carmine vicesimo secundo. ¶ *Aetas nihil.* Hoc *nihil*, nil est pronunciandum metri gratia. ¶ *Sed quicunque tamen*, quisquis fuisti, quia mea ætate Burdigalæ docuisti, cum alijs memoraberis.

157 IN CARMEN XIV. de professoribus. Citarius hic videris, Citerius sit necne, in epigrammate de tribus pastoribus. ¶ *Graiior, antiquus.* Graiorum pro grauior emendasse Gopopium annorauit Pulmannus. De Aristarcho & Zenodoto in librum de septem sapientibus. ¶ *antiquus si sequeretur honos.* Si nunc in tanto forent honore grammatici, in quanto Aristarchus & Zenodorus quondam fuerunr. ¶ *Concedit Ceu.* Carmina fecisti meliora, quam Simonides Ceus, poëta Lyricus clarissimus. de quo plura Lilius Ferrariensis in historijs poëtarum ex Cicerone, Plinio, Suida, & alijs. Eius scriptorum fragmenta quædam exigua nuper ediderunr Adrianus Turnebus & Henricus Stephanus. Hic autem vtro modo scripserit Ausonius, dubium est, *Cei Simonidei* à recto Simonideus, quem nusquã legere memini, an Κείου Σιμωνίδεω Ionice, vnde imperitus librarius Ceu Simonidej fecerit. Est Σιμωνίδης primæ inflexionis apud suos Græcos, Simonides tertię apud Ciceronem libro secundo de oratore. Κέως vero scribitur apud Strabonem, Suidam, & alios vna ex insulis Cycladibus, patria Simonidis: inde Κεῖος, id est, Ceus vel Cius: pro quo multis locis perperam Chius scribitur. Longe nãque aliud est Χῖος. ¶ *Vrbe sicula.* Syracusis, vnde te Burdigalam contulisti. vbi docuisti. vxorem nobilissimã duxistique duxisti, & sine liberis mortuus es. Inrer claras vrbes Syracusas posuit Ausonius.

158 A IN CARMEN XV. de Professoribus. Et in huius carminis titulo, Agricio, & in eius secundo versu, Agrici habuit exemplar pro quibus Agrico, & Agrice scripserunt Lugdunenses. Tetrasyllabum ergo rhetoris huius nomen esto: simúlque illi sua restituatur diphthongus œ. A b

æ. Ab eo enim, quod est ἀγρὸς, id est ager, vt ne putes barbarum esse rhetoris huius nomen, fit ἀγροῖκος, quod significat agrestem, rusticanum, inurbanum, morosum, ferum, & hinc Ἀγροίκιος, hoc Agrœcius, vt Græcam dipthongum οι, Latini in suam œ conuertere solent. Extat Agrœcij libellus de orthographia, & proprietate sermonis inscriptus: quem ab ipso suo nomine auctor ordiens, AGROECIVS, inquit, *& cum Latine, scribis, per dipthongum scribendum: non, vt quidam putant, per y, Agrycius.* Hæc ille: quem eundem esse rhetorem Agrœcium, nec aio, nec nego: sed de rhetore mentionem facit Sidonius Apollinaris libri quincti epistola decima, eius disciplinam laudibus efferens. vbi vetusti codices scribunt alij Agrocio, alij fere Agrecio. * ¶ *Quocunque in numero.* siue inter primos, siue inter vltimos. ¶ *& ante datus.* non serus, sed tempestiuus, & priore loco datus. ¶ *Tam generis.* Tam genere clarus, & nobilis, quam eloquens. ¶ *Athenæi loci.* Ipsarum Athenarum. Ab Athenis enim ἀθηναῖος, id est Atheniensis fit. Regio autem & ager Athenarum, Atthis ab Attica fuit dicta: vnde & Agrœcius est Atticus cognominatus. Inter reliquos autem Græciæ populos, eloquentes fuerunt Athenienses. ¶ *Nazario.* Cuius extat Panegyricus de laudibus Constantini magni: & quẽ in Eusebij Latinis, Hieronymique chronicis leges, insignem habitum ad annum Christi trecentesimũ & vicesimum octauum: annísque post vndecim eius filiam EVNONIAM virginem Christianam, in eloquentia patri parem. de Patéra carmen quartum. ¶ *Egregie multos excoluit.* Hic aliquid deesse videtur: & fortasse legendum, *Egregie multos qui excoluit iuuenes*: vt de Patéra intelligas.

158B

145

IN CARMEN. XVI. DE PROFESS. Metrum est iambicum trimetrum. ¶ *Iuuenali.* iuuenili. Pierius in quinctum & octauum Æneidos. ¶ *Medela nostri Nepotiane pectoris.* qui metui, tristitiæ, aliísque mei animi affectionibus, & morbis pulchre medereris. Nepos o producit: vnde si Nepotianus sit deriuatus, sic metrum stare poterit, *Nostri medela Nepo.* ¶ *Amyclas.* quas suo silentio periisse dicemus in epistolam vicesimam quinctam Ausonij ad Paulinũ. ¶ *melodes virgines.* Sirenes. quarum suauissimum cantũ Vlixes quomodo vitarit, lege libro duodecimo Odysseæ Homeri. ¶ *Et disputator ad Cleanthen.* Accusatiuus est primæ inflexionis κλεάνθην. quales habent quædam nomina quinctæ apud Græcos, ex iis, quæ per suam primam contrahuntur. Latinis per suam tertiam nomen hoc flecti solet. Significat autem AD hoc loco comparationem, similitudinémque, vt apud Terentium, *Nihil ad nostram hanc.* & Ciceronem secundo de Oratore, *nihil ad Persium.* & in carmine huius libri vicesimo primo, *ad Scaurum atque Probum.* Stoici nanque omnes, vt hic Cleanthes, Zeno eius magister, & Chrysippus discipulus, dialecticæ in primis studiosi fuerũt,

159A

491

532

161

P

vt ex Ciceronis Academicis, & aliis eius scriptis cognosces: scripsitque
159 E de illa librum Cleanthes, auctore Diogene Laërtio. * ¶ *Scaurum Probúmque.* Sic & in carmine vicesimoprimo laudat nobilissimos Gramma-
418 ticos. De quorum priore nos in epistolam ad Vrsulum grammaticum. De Probo Suetonius. ¶ *Et Pyrrhi Cinea legato memor magis.* Sic Lugdunenses: quum in exemplari legissent, *Et Epirote Cinea memor magis,* spon-
84 déo pro iambo secunda sede, quod & alibi Ausonius fecit. Plinius autẽ & Solinus auctores sunt, Cineam Pyrrhi regis Epirotarum legatum, ea fuisse memoria, vt postero die, quam ingressus Romam fuerat, & Equestrem ordinem, & Senatum propriis nominibus salutauerit. ¶ *Parum quod hospes.* leue hoc. plus fuisti, nempe monitor in rebus meis, hortator, consultor. ¶ *Vel altiore conditu texit.* codidit, occultauit, abscondit pectore penitiore. Conditus substantium etiam apud Censorinum de æuo, sed alia significatione, *à conditu vrbis Romæ.* ¶ *præsidatus.* Hoc à præside, sicut à consule consulatus. Trebellius Pollio in Tetrico seniore. *Victorina tetricum senatorem populi Romani, præsidatum in Gallia regentem, ad Imperium hortata.* &, *eundémque consularem, qui iure præsidali omnes Gallias rexerat, per triumph.* ¶ *Mortem oppetis.* mortoppetis fuit in exemplari, hoc est, mort' oppetis, pro mortẽ oppetis: qualia collegimus non
170 pauca in Coronidem.

160 A IN CARMEN XVII. DE PROFESSO.

104 ¶ *Inter cognatos.* carmine parentalium tertio. ¶ *Illud opus pietas.* quod te defleuerim inter cognatos. Definitur pietas in libris de Inuentione, & Partitionibus oratoriis Ciceronis, quę erga patriã, aut parẽtes, aut alios sanguine coniunctos, officium conseruare moneat. ¶ *Bis meritum.* quod & propinquus, & professor litterarum Burdigalæ. ¶ *parentem. Et mihi qui fueris, quod pater, & genitrix,* de hoc dixit Ausonius in Pa-
104 rentalibus. ¶ *Arborio patre.* de quo est carmen quartum Parenta-
106 lium. De auo Argicio aliud comperimus nihil. tantum de scriptura huius nominis quædam monuimus in idem carmen quartum. ¶ *Stemma tibi patris Aedui.* *Aeduici* legendum: quomodo monuimus in se-
103.109 cundum carmen Parentalium. Quorum carmen quinctum de ista est Maura Ausonij auia, Tarbella in carmine eodẽ secũdo. ¶ *Dum Constantini fratres.* Anaballianus cuius filius Dalmatius in sequẽti carmine, Constantius, & Constans, tres Constantini Magni fratres apud Aurelium Victorem: sed cur Tolosam sint relegati, quomodo, & quando,
160 B alibi non legi. * ¶ *Byzanti.* Byzantij. Vide, quæ de hoc scripsimus in
199 primum carmen de claris vrbibus. ¶ *Thressæq́. Propontidis.* Προποντὶς mare est, Græcis appellatum, quod esset πρὸ πόντου, id est ante Pontum, & mare Euxinum. In cuius litore, qua parte, Thracia est, Constantinopolim vrbem clarissimam Turci nunc tenent. De
6 vocabulo Thressæ, vide, quæ scripsimus in primum epigramma.

¶ do-

¶ *doctóque ibi Cæsare.* Sub Constantini Augusti Imperio Cæsares multi fuerunt, quattuor eius filij, Crispus, Cōstātinus, Constantius, Cōstās, Licinius sororis, Dalmatius fratris Anaballiani filius. ¶ *Principis Augusti.* Constantini, vt arbitror. Sic autem & in patriam apud exteros mortui, mox narrabuntur allati Exuperius & Sedatus, cóntra, quam vult Anaxagoras in prima Tusculana Ciceronis.

IN CARMEN XIIX. DE PROFESS. Exuperio hoc Burdigalensi ciue, Tolosano Narbonensique rhetore, Cæsarum magistro, præside Hispano, apud Cadurcos mortuo, non multo minores natu fuerūt Exuperius presbyter Burdigalensis, & Exuperius Tolosanus episcopus, quorum mentionem fecit Pontius Paulinus Ausonij discipulus, caritatéque filius, in extrema secūda ad Amandum Burdigalensem epistola, & in ijs, quę ex eo citata inuenies apud Gregoriū Turonensem libro secundo rerum Francicarum. ¶ *facunde sine arte.* natura facunde. ¶ *& ad summam.* in summa. vt breuiter dicam. ¶ *Auditu tenus acceperit.* Mendosum hoc. & in proximo versu *sciris* quid sit, non video. Charta, in qua hæc fuerant, ante interciderat, quam Cuiacius exemplar mihi misisset. Acciperet tamen & scires, legere fortasse poteris. ¶ *Palladiæ.* Carmen tertium Parentalium. ¶ *Narbo.* de quo carmen est inter claras vrbes. ¶ *Dalmatio genitos.* Filios Dalmatij Cæsaris Anaballiano geniti, vt paullo ante diximus, fratre Cōstātini Magni Imperatoris. sed de iis aliud non legi. Dalmatius autem hic, quem patruus Constantinus imperij hæredem vna cum filiis esse iusserat, factione Constantij patruelis, & tumultu militari, anno imperij tertio, interemptus fuit, anno post Christum natum trecētesimo & quadragesimo primo. Hieronymus in chronicis. * ¶ *Cæsareum qui mox.* Augusti illi principes, imperatorésque Romani, quos filios suos, seu alienos, in successionem imperij adoptabant, hi Cæsares vocabantur: vt pluribus in Eutropium ostendimus. ¶ *Hispanúmque.* Neque cui Hispanicum prouiciæ præsederit Exuperius, alibi legimus. ¶ *Sede Cadurca.* Καδοῦρκοι gens & prouincia Aquitanicæ primæ, *Querci.* Cuius metropolis apud Ptolemæum Δουήωνα, quæ nunc *Cahours*, à gentis vocabulo. ¶ *patriæ.* Burdigalæ. Idem infra de Sedato. ¶ *nomen de rhetore.* quod fuit tuum pristinum munus: quo & te celebrandum duximus.

IN CARMEN XIX. DE PROFES. Marcelli viri illustris, & ex magno officio Theodosij senioris, ad filios liber de Empiricis extat. in cuius præfatione quia Ausonij medici meminit, cúmque vnum ex ciuibus maioribúsque suis esse ait, qui Ausoniū ibi putant accipiēdū Ausonij poëtę patrē medicum, Marcellū istū Empiricū Burdigalensem fuisse arbitrantur. Qui si non fallūtur, Marcellus hîc memoratus, Marcellus Marcelli filius inscriptus, Burdigalēsis ciuis, Narbone grāmaticā professus, Marcelli illius Empirici filius esse potuit. ¶ *Aspera quem*

161 A

Cap. 13.

207

161 B


163

162

genitrix. Nouerca verius, quã mater. ¶ *Amissam primum*. Ciuitate sua donarant Narbonẽses. ¶ *Hic*. Narbonę. ¶ *Hospes*. tuus. ¶ *pratextáque pubes* Hoc quid sit, disce ex ijs, quæ scripsimus in uersum quadringentesimũ & tertium Mosellæ. ¶ *ingem*. perpetuum. De fortunæ mutabilitate est epigramma centesimum & tricesimum quartum. ¶ *Verum bonerande*. Non culpare, & vituperare, sed commemorare institui. Lugdunenses autem, qui hîc *honoranda* perperam scripserunt, nescio quomodo inuenerant scriptum: sed veteres honus & honerare aspirasse ostendimus in Protrepticum Ausonij ad Nepotem. ¶ *non tamen & nomen*. Tua ergo omnia tecum perierunt, preter grammatici nomen: quo non admodum dignus fuisti. Idem infra de Victorio.

IN CARMEN XX. PROFESS. ¶ *Relligio est*. nefas, scelus, flagitium. ¶ *tacitum*. indictum. non commemoratũ. ¶ *Quamuis docendi*. Iambicus trimeter versus hic, vbi indeptus scripsi pro indepte: & quartus, ac sextus. Octauus pẽtameter. sed in *repetit* si p gemines, Iambicus & hic quoque erit, primo pede spondêo, *Te pa*. Decimus tam pentameter quam iambicus: quod arbitrium secundam syllabam habeat ancipitem, vt patria primam. Duodecimus pentameter solum, siquidem sine mendo sit, reliquo distichô nimium manco & mutilo. ¶ *Vacantem operam*. ibi vacãdo professioni rhetoricæ. Sed vagantem legit Scaliger, quod vagus hîc per vrbes aliquot docuerit. ¶ *diuise impenderis vrbi*. Tolosa namque à Burdigala abest iter trium dierum. ¶ *Arbitrium de te*. Origo tua, patriæ iura & origo parentum, vt supra dictum de Exuperio, ac propinqui tui, vt arbritati sunt, censuerúntque faciendum, te repetiuerunt mortuum: corpúsque tuum Tolosa Burdigalam transtulerunt.* Potentes, & principes viri, semper loca sibi lubentes parauerunt, in quibus mortui conderentur: nec fere quisquam est, qui non in suæ gentis & maiorum suorum sepulchro constitui optet. Sic priscus ille Iosephus ossa sua ex Aegypto in Syriam asportari iussit, vbi patrem sepelierat. Sed & ciues, & propinqui, suorum ciuium & propinquorum peregre mortuorum ossa & cineres repetiuerunt. Ita de poëta Euripide Atheniensi, apud Macedones defuncto, factum traditur: quanquam nihil hic impetrare potuerunt Athenienses. Aemilij Magni Arborij rhetoris, Cõstantinopoli mortui, corpus imperator Burdigalam curauit transferendum, quemadmodũ idem scripsit Ausonius de auunculo in carmine septimodecimo huius libri. Vlpianus in titulo duodecimo libri quadragesimi septimi Digestorum Iustiniani, dicit edixisse Seuerum Augustũ, vt mortuorum corpora non detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberẽtur per territoria oppidorum transferri. ¶ *Et tua nunc soboles*. filius tuus, exemplo paterno, Narbone & Romæ magna fama docet. ¶ *morem secuta*. vt metri vitiũ corrigeretur, syllabã *re* hîc addidisse profiteor: quod idẽ Ausonius dixisset in epigrãmate de Echo, *gemitũ resecuta querelis*. & in extrema

ma epiſtola viceſima quincta, ——— *Echo reſecuta querelas*. Quod ſi non placet, ſcribe ſectata pro ſecuta. ¶ *ſed velit nolit fama Burdigalam referet.* Hoc, vno verſu a Lugdunenſibus editum, nos in vetere libro non inuenimus. Intercidit enim poſt illorum editionem chartta, in qua erant hæc de Sedato, illáque de Marcello, Aemilio, Staphylo, Criſpo, Victorio. Eſt Burdigalæ locus PODIVM PAVLINI, cuius ſitum dicemus, quando quæremus de Pontio Paulino, in epiſtolam nonãdecimam. ex qua arce quũ ad Medulicam portam recta deſcenditur, cuius mentionem faciemus in carmen de Burdigala, vbi vetuſtam Burdigalam deſcribemus, in medio viculo, eiuſque latere ſeptemtriones ſpectante, ianua viſitur domus exiguę, in cuius ſupero limine lapis eſt ab ãtiquitatis admiratore illuc aliunde tranſlatus: in eóque id inſcriptum, quod Petrus Appianus & Bartholomęus Amantius ediderunt Ingolſtadij, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo & triceſimo quarto, in magno illo priſcarum inſcriptionum codice. Quam autem in atrio eiuſdem domus eſſe monuerunt inſcriptionem, virique capillo & barba criſpa, librum in manu tenentis imaginem, eius lapidis in ſiniſtro pariete extantis figura hæc fere eſt: quam hic appingendam duximus, ac modus, & quicquid in eo ſcriptum ſcalptúmq; fuit vnquam. Sedati ergo Rhetoris Burdigalẽſis, qui memoratur hic Auſonio, poteſt id epitaphium ſimulachrúmque adhuc integrum manſiſſe videri.



IN CARM. XXI. DE PROFESS. ¶ *Ciues* meos, Burdigalẽſes ¶ *Te, Staphyli.* Staphylius ergo ſcribi hic debuit in titulo. Quod nomen quia originẽ Græcam mihi habere videtur, eius ſecundum ſyllabam eſſe debere puto, quæ eſt ſecunda in σταφύλη, vua: & in Στάφυλος. quo trium tantum ſyllabarum nomine vocatus eſt Liberi filius apud Plutarchum in Theſeo, Sileni apud Plinium libro ſeptimo Naturalis hiſtoriæ, qui primus vinum aqua miſcuerit: & Naucratites quidam ſcriptor in Iohannis Tzetzæ hiſtorijs. De Nouempopulis ſcripſimus in carmen tertium Parentalium. ¶ *Tu mihi.* Tu fuiſti mihi pro patre Iulio Auſonio, & auunculo Aemilio Magno Arborio. de quibus ſupra. ¶ *ad Scaurum.* Quid hic ſit *ad*, quis Scaurus, & Probus, diſce ex ijs, quæ in carmen ſextumdecimum ſcripta fuerunt. Grammatice vocatiuus eſt pro nominatiuo. ¶ *Hiſtoriam.* omnem hiſtoriam, Latinam & Græcam, nouam & vete

rem. ¶ *Sexcentis. Vt apud Graecos μυρία, ita apud nos sexcenta dicere pro multis, visitatum est. Cicero. Sexcenta possum decreta proferre.* Hæc antiqui Terentianæ Phormionis interpretis verba in Actum quartum. Marcus autem Terẽtius Varro, quo nemo vnquam doctior, ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos, vixit, siquid Lactantio Firmiano credimus, dixerat in Hebdomadibus, auctore Aulo Gellio libro tertio, septuaginta hebdomades librorũ conscripsisse se, hoc est, quadringentos & nonaginta libros, sed cum iam annum ætatis septuagesimum septimum ingressus esset. ¶ *nec properante sono*. Ex hoc, fecit, *nec properator erat*, is qui in poetam Ausonium voluit epicedium scribere.

Sem. 3 | Cap. 10 | 601

165 A IN CARMEN XXII. DE PROFESS. Metra hæc sunt anapæstica, dimetra,

Tu quoque in, æuum, Crispe fu, turum,

& trimetra anapæstica,

Mæsti, venies, commemo, ratus, munere, threni,

quomodo Lugdunenses ediderunt: ceterum in istis trimetris dimetra anapestica, & dactylica Adonia, mihi potius audire videor, hoc pacto.

Mæsti, venies, commemo, ratus,
Munere threni.

¶ *in æuum futurum.* Hoc meo carmine victurus. ¶ *primæuos.* primi æui, teneros pueros, & adhuc infantes. ¶ *Elementorum nouorum*. Litterarum, quas hauddum viderant, nouerant. Prima elementa, vt Horatius appellauit primo sermonum. ¶ *Vt Virgilij.* Virgilius temulentiam Bitiæ memorat in extremo libro primo Aeneidos.

—— ille impiger hausit
Spumantem pateram: & pleno se proluit auro
Post alij proceres. Ebrietatem vero Horatius

Flaccus laudat in epistola quarta. multisque carminibus ad potãdum inuitat in lyricis: quæ vinosum fuisse significant. * ¶ *Latiis posthabite orsis.* Græci sermonis magister, quem melius noueras, quam Latinum. ¶ *Vrbice.* De quo nomine monuimus quædam in carmen vltimum parentalium. CAMENÆ autem Musæ vndecunque dictę sint, quę Camœnæ secunda diphthongo vulgo scribuntur, has Καμήνας inuenies scriptas in semigræca illa ad Axium Paulum epistola. Itáque malim ego Camenas quam Camœnas dicere. Cuius nominis prima syllaba quia breuis est, vt in Palæmone Virgilij,

165 B | 135 | 455

Alternis dicetis. amant alterna Camenæ,

iambus erit Came, pro spondéo, aut dactylo, aut anapesto, nisi forte Ausonius Carmenis Casmenísue scripserit, vt prius Casmenas fuisse dictas Marcus Varro est auctor. Vltima vero, sequẽtis versus erit principium, si forte Adonium hîc esse placet.

Vrbice, Graij celebris came
Nis, ἐλεγεῖα,

ſicut fecit Horatius ode ſecunda primi Carminum,

Labitur ripa, Ioue non probante, v-
xorius amnis. & ſextadecima ſecundi,
Groſphe, non gemmis, neque purpura ue-
Nale nec auro.

In ʼΕΛΕΓΕΙ'ΣΩ autem ſi mendanon eſt, futurum videtur verbi ab illo ἐλεγεῖον, quod in epigrammate nonageſimo ſecũdo legitur, facti: ſiue ſit id ἐλεγίιω, ſeu ἐλεγίζω: ſignificabítque, tibi ἐλεγείσω, te lamentabor, ac celebrabo carmine elegiaco & mæſto.* ¶ *Namque tu.* Creticus pro anapæſto dactylo, vel ſpondeo, niſi forte, *Nam tu*, ſcripſerit Auſonius. ¶ *Proſa ſolebas.* Prorſum rectum veteres dixerunt: vnde limites prorſi apud Hygenum, & Feſtum, definiuntur, qui in orientem directi eſſent. Hinc quidam contẽdere nuper cœperunt, vt Lilius Ferrarienſis meminit de dijs gentium, illam partus recte, legitiméque edendi præſidem deam, apud Aulum Gellium libro ſextodecimo Noctium Atticarum, & quam Cicero vocat orationem ſolutam, (orationis genera duo ſunt, quæ memorauimus in libri huius carmen quinctum) ambas non proſas ſed prorſas & ſcribi, & dici debere. quod & de altera vetuſtũ Terentianę Eunuchi inrepretem ſenſiſſe diceres, legendúmque apud eũ non proſa ſed prorſa, quum inquit in actum ſecundum. *Prorſus recta, id eſt, omnino. Nam Prorſum eſt parro verſum, id eſt, ante verſum. Hinc & proſa oratio: quam non inflexit cantilena.* Similitérque apud Iſidorum primo etymologiarum.* Ceterum vtrocunque modo efferri debeat nomen, quod apud Ciceronem inueniri negant, id ſubſtantiuo *oratio*, apponunt Columella, Plinius, Terentianus, & alij. vt Quinctilianus libro vndecimo. Facilius *verſus ediſcimus, quam proſam orationem.* Subſtantiuo quoque ars idem Terentianus.

Plenius tractatur iſtud arte proſa rhetorum.

& modis proſis dixit Auſonius in carmine tertio huius libri: ſed ſubſtantiue vulgus vſurpat, licet eodem genere: ſicut Gellius libro decimo de Artemiſia. *Extat nunc quoque Theodectis tragedia, quæ inſcribitur Mauſolus in qua eũ magis, quã in proſa placuiſſe Hyginus in exemplis refert.* Auſonius vero hoc in loco ſubſtãtiue quidem & ipſe, ſed quo genere? ſi feminino, ablatiui ſit caſus proſa neceſſe eſt: primúſque ſic metri pes, *Proſa ſo*, palimbacchius erit trium ſyllabarum, duarum ſcilicet longarum, & tertiæ breuis pes. ſed anapæſtico metro familiaris magis hic non eſt, quam Creticus, totidem plane ſyllabarum temporúmque pes, ex longa & breui & longa conſtans. Neutro vero genere, & plurali accuſatiuo ſi Proſa accipias, pro eo quod eſt proſaica, vt ſic ſit dactylus metri pes primus, certe ex *verſu* poſtea tibi *verſa* faciendum fuerit, quod non improbarem vtique, ſi aliunde, ſcirem veteres Latinos, qui prorſos & tranſuerſos limites dicebant, vt prorſam, ita verſam vorſamue orationem aliquando dixiſſe.* ¶ *impete eodem. Impeteodem* fortaſſe fuit in charta, quam intercidiſſe paullo ante ſum quæ-

[Margin: 91 · 166 A · Cap. 16. · 147 C · Scen. 3. · 166 B · 144 · Cap. 18. · 166 C]

stu. pro *impetu eodem*. quanquam Latinum est etiam *impete* & poëticum. ¶ *Priscos & heroas olim*. Constabit suis numeris versus, si sic emendes, *Priscos ac heroës olim*: vel certe, *Priscos vt & heroës olim*, adiecta particula vt propter verbū *referres*, nisi forte *referre* malis legere. *Solebas loqui*, & *solebas referre*. ¶ *vt Plisthenidem*. Menelaum Plisthenis filium, vt dicemus in iambicum ad Probum. vbi cognosces, quæ hic comparantur de Menelao, Vlixe, Nestore. ¶ *Torrentis ceu*. in modum torrētis. Dulichiū autem insula fuit: vnde Dulichius Vlixes apud Virgiliū & alios. ¶ *fatu*. à verbo fari, notanda vox inuentu rara. ¶ *mythoplasmata*. μῦθος, fabula. πλάσμα figmētum, a verbo πλάττειν, fingere. ¶ *Liberi & ambo genus*. Aliquot memorat Suetonius Tranquillus grammaticos: qui omnes fere serui fuerūt. ¶ *doceret*. Melius *deceret*. In *Nasci* nulla synalœpha: vel *nascier* legendum. *Paribus ingenijs* mendosum est, prima longa in paribus, quæ natura corripitur. *Ingenijs paribus* legi posset: sed Scaliger *patribus ingenuis* emendat, & pro *Nasci*, *Nancisci* scribit.

166 C
163
410

IN CARMEN XXIII. DE PROFESS. ¶ *Victorine*. Quia syllaba, *ne*, versum vitiare videbatur, eam delendam censui: & in titulo *Victorio* scribendum sine n. In quo titulo, SVBDOCTOR & PROSCHOLVS dici videtur, qualis, quem nos vulgo Subprincipalē in nostris scholis vocitamus, qui secūdus sit a Principali & Præfecto scholę, eiusque viciē gerat. Videtur autem Proscholus compositū esse ex Latino & Græco. Græcum nanque est σχολὴ, vti dixit Ausonius in Protreptico. Πρὸ vero tametsi Græcum quoque est, ante & prę significans, tamē Proscholus ea forma dictus videtur, qua Proconsul, Prodictator, Propętor. ¶ *ignorantis*. vulgo incognitis. ¶ *operta*. latētia & obscura. ¶ *opicasque*. immundas ac sordidas situ ac puluere.* ¶ *promptis*. expromptis, familiaribus facilibusbue. ¶ *sacrificij Curibus*. Potes & *Sacrifici* hic legere, vt *cura peculi* quibusdam legitur apud Virgilium. CVRES autem perantiqua Sabinorum Italicæ gentis ciuitas, Numæ Pompilij patria secundi Romanorum regis. Titus Liuius libro primo. ¶ *Quod Castor*. Quis hic Castor, & quæ Rhodope vxor, non satis comperi. Plinius Castorē citat de P[illegible] & Marrubio, libro vicesimo Naturalis historię: & Stephanus de nomine Bœotiæ, si sit idem scriptor. Suidas Castorem rhetorem memorat Deiótari generum: qui scripsit de arte rhetorica, de epicherematibus, de Nilo, de Babylone, de chronicis ignorationibus, de imperio maris potitis, & alia. quē cū vxore interfecit socer: quod quędā de se ad Cæsarem detulisset. ¶ *Quod ius Pontificum*. De quo septem libros Numæ regis Romani memorant Titus Liuius libro quadragesimo Valerius primo, & Plinius tertiodecimo. ¶ *Quiritum*. Quiritium, quattuor syllabis, in prima Ode Lyricorum Horatij. Scita autem Quiritium plebiscita: & consulta patrum, senatusconsulta. DRACO & SOLON, prisci Athenienisium legislatores apud Ciceronem, Diogenem, Aelianum Plutarchum, Aristotelem. ZALEVCVS, Locorum Epizephyriorum, ciuitatis.

167 A
363
167 B
Cap. 17.
22
Cap. 13.

uitatis Italicæ, apud eoſdem Ariſtotelem, Ciceronem, Plutarchum, Ælianum. MINOS, Iouis filius, Cretenſium, apud Platonem, Ariſtotelem, Plutarchum, Ælianum. * ¶ *quid Themis ante Iouem.* Θέμις, quod nomen genitiuũ facit Θέμιδος, & Θέμιτος, & Θέμιστος, ſicut docet Euſtathius in librum primum Iliádos, ius, iuſtitiam, equum, legitimum, fas, ſignificat. Vnde Themin deam eſſe putarunt priſci, quæ hominibus præciperet id, quod fas eſſet, vt Feſtus ſcripſit. Idem Auſonius in Technopægnio. 167 C

Sunt & cælicolûm monoſyllaba. Prima deûm Fas, 190
Quæ Themis eſt Graiis.

Fuit autem hæc dea cæli & terræ filia, & ſic Saturni ſoror, ceterum Saturno natu maior, vt fabulatur Heſiodus in Theogonia. Quare Themin ante Iouem Saturni filium hominibus leges, & iura dediſſe dicit Auſonius. ¶ *Nota tibi potius.* antiquiora illa, quam ſint Saturnia tempora & Chaos ipſum. Antiquarios autem iſtos oderat Auguſtus Cæſar, vt ſcribit Suetonius: eóſque caſtigat Fauorinus apud Aulum Gellium libro primo. ¶ *Fors.* forſitan, vt in Epigrammate ad Proculum de Faſtis. ¶ *Lacheſis.* parca, fatum, mors. ¶ *Libato tenuiter.* aut tenui legendum, aut tenuis, pro tenuiter. idem fuit dictum de Marcello ſupra. ¶ *Atque. Adque* legendum: vt ſit, *adque loca*: vel ad quas, oras ſcilicet Romæ, & Italiæ, in quam ex Sicilia tranſierat. Cap. 10. 80 162

IN CARMEN XXIIII. DE PROFESS. 168

¶ *Hilenda.* vrbs Hiſpaniæ. de qua in epiſtolam Auſonij ad Paulinum. *Quarta tibi.* ¶ *Flauinij.* Flauini, tribus ſyllabis in exemplari. ¶ *Cura elegis. Curelegis* in exemplari. De qua figura in Coronidem. 493 170

IN CARMEN XXV. DE PROFESSOR. 169 A

ATILIO GLABRIONI GRAMMATICO IVN. BRVDIGALENSI. Titulus hic eſt in exemplari ipſo. Vbi IVN. pro IVNIORI accipio, quod iuuenis obiit. ¶ *Glabrio Aquilini.* Quis obliquius *Aquilini*, genitiuus an vocatiuus? Apud Feſtum idẽ vocabulum eſt Aquilus, Aquilius, & Aquillius, prænoménq; Glabrioni eſt Atilius in titulo, cur hic continuo Aquilinus fuerit? Ita me Glabrionum nomina in emendandis hiſtoricis exercere non ceſſant, dum eoſ, Acilios, Acillios, Aquilios, Aquillios, Atilios, Attilios ſcriptos reperio. Diuerſæ tamen hæ prorſus familiæ. Marcus Regulus, Caius Bulbus, Aulus Calatinus, & alij reperiuntur Atilij in marmoribus Capitolinis, in quibus ſemel inciſa vera nomina, quæ ad nos durauerunt, corrumpi non potuerunt ſicut ea, quæ librarij tam frequenter deſcripſerunt. In iiſdem, Caius Florus cõſul anno ab Vrbe condita quadringẽteſimo & nonageſimo quarto, eſt AQVILIVS. Verum Glabriones illic ACILII, licet idem verbum videri poſſit, vt Manius Acilius Caij filius, Glabrio Conſul anno Vrbis quingenteſimo & ſexageſimo ſecundo: & Manius Acilius Manij filius Glabrio, etiam Conſul anno eiuſdem Vrbis quin-

169 B gentesimo & nonagesimonono.* ¶ *Dardana progenies.* Troiana & Romana, postquam Romani ex Troianis se per Æneam ortos iactitabant. A quo vero Troiano genus duxerint Acilij siue Aquilij, non comperi, sed Atilios fortasse ab eo se voluerunt ortos, qui Atis & Atys scribitur in versu quingentesimo & sexagesimooctauo quinti Æneidos. In sequenti hexametro erat discipulos pro discipulus:& in pentametro coniunctio, Méque dehinc. ¶ *tam bone dandis consiliis.* Consilia nullus mente tam pura, & reliqua de Nepotiano, carmine sextodecimo.

159 ¶ *Flete diu nobis.* Tu, qui à nobis diu quidem fletus es, sed non satis tamen vnquam pro merito tuo, & desiderij nostri magnitudine.

170A IN CARMEN XXVI. DE PROFESSO.

¶ *à prima deductos menide libri.* ductos, dictósque, continuatione ac serie, à principio libri, & Tiberio Victore Mineruio, vsque ad hunc locum, & Aciliũ Glabrionẽ. Menis enim ista, quæ mænis erat, ae pro e in exemplari, hinc vsurpata est hoc loco pro principio initióue, quod Iliádos Homericæ ipsa sit vox prima.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Iram pande mihi Pelidæ Diua superbi.

DE CORONIDE autem, carminis titulo, Manuel Moschopúlus περὶ σχεδῶν scribit Coronída, ἄκρον esse, & signum quoddam, per quod Homeri Rhapsodiæ quondam diuidebantur. A cuiusmodi figuris in fine poni solitis, Græci μέχρι Κορωνίδος vulgo dicebant, id est vsque ad Coronidem, quum extremum finem rei cuiuspiam significare volebant: quemādmodum scripsit Erasmus, Martialis liber decimus sic ordiens, lectorem alloquitur.

Si nimium videor, seráque coronide longus.

Hinc & coronidem inscripsit carmen hoc Ausonius, quo finiit, & quasi obsignauit librum suum de professoribus Burdigalensibus. Ceterum coronidis figura in calce librorũ quæcunque ólim fuerit, ea quæ esset in mediis carminibus, disce ex extremo Hephæstionis enchiridio, vetustisque Aristophanis interpretibus.

170 B *¶ *Viuentũ inlecebra est laudatio.* Sic in exemplari *viuentium* pro *viuentum*, & *inlecebra* pro *illecebra*. Significat autem hoc, lubenter, & cum voluptate nobis laudari mortuos, quos in vita amauimus & coluimus. ¶ *Voce ciere.* Vide, quæ de hoc meminimus in præfationem Parentalium. ¶ *Dum decora egregiæ.* In exemplari erat *decoregregiæ*, hoc est decor'egregiæ pro decora egregiæ: sicut in decimo carmine, *Nati operobtinuit*, id est, *Nati oper'obtinuit*, pro *Nati opera obtinuit*: & in sextodecimo, *mortoppetis*, id est, *mort'oppetis*, pro *mortem oppetis*: ac in vicesimo, *curelegis*, hoc est, *cur'elegis*, pro *cura elegis*: & in ludo Sapientum, *noxa quia præstest*, hoc est, *noxa quia præst' est*, pro, *noxa quia præsto est*, per eas, quas grammatici synalœphas & ecthlipses appellant. Latini nanque non aliter ac Græci, vocalem, quæ dictionem finiret, elidebant pronunciando, quum sequentem vocalis inciperet.

101 · 154 · 159 · 168

perret. ἣ μυρία Ἀχαιοῖς ἄλγεα ἔθηκεν. ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν.

Conticuer' omnes, in tentiqu' ora tenebant.

& cum consonans, m, vocabulum finiebat. *Grat' opus agricolis. Quamquã te Marce fil' annum i' audientem Cratipp', idqu' Athenis, abundar' oportet preceptis.*

IN CARMEN XXVII. *De Professoribus.* ¶ *Medicae vel artis dogma*. Siquis inter vos medicinæ se dedidit, vel philosophiæ: vnde clarus extitit. ¶ *superstitum*. viuentium. ¶ *Accipe mestum*. Accipite, legendum. ¶ *iudicis dei*, Christi viuos & mortuos aliquãdo iudicaturi. ¶ *cum dis*. dijs, & diuis. Metra autem hæc sunt iambica trimetra & dimetra.

IN AVSONII EPITAPHIA HEROVM ELIAE VINETI COMMENTARIVS.

172A

IN PRAEFATIONEM.

QVI *vel peregrini Burdigalenses.* Locum hunc à librario mutilatum, sic restitui posse sum arbitratus. *qui vel peregrini Burdigalæ, vel qui Burdigalenses peregre docuerunt.* Quod autem sequitur, *epitaphia subnecterem, scilicet titulos sepulchrales heroum,* in eo istud *scilicet titulos sepulchrales,* videtur esse glossarion verbi ἐπιτάφια, ab aliquo subiectum, non ab Ausonio. ¶ *apud Philologum quendam.* Λόγοι dicuntur studia & litteræ. vnde φιλολόγος, litterarum studiosus, & doctus, vt grammatici illi Burdigalenses, Philologi, in titulo carminis decimi de Professoribus Burdigalensibus.

154 Quæ autem apud suum philologum Ausonius repererat, istorum heroum vetusta Græca epitaphia, hæc si non extant omnia, aliqua tamen extare puto in antholog'a Grecorũ epigrãmatõ ab Henrico Stephano nuper edita. ¶ *inseruirent ordinis persequendi.* Quæ in exemplari erant primæ personæ singulares *inseruirem, coharerem, aberrarem,* miror cur in tertias plurales mutarunt Lugdunenses, *inseruirent, coharerent, aberrarent* Sic enim mihi nihilo res clarior euadit. Pro isto autem *ordinis,* si *ordini* scriberetur, vt verbum *seruire* construi solet, hoc existimarem Ausonium dicere voluisse, se neglexisse ordinem persequendi, id est non esse persecutum ista epitaphia, quo ordine fuerant in suo libro exposita, sed cauisse tamen interea, vt in vertendo liberior coħreret conueniretque cum illis, & non recederet ab eorum sententia.

172B IN EPITAPHIVM I. ¶ *Rex regum.* Græci principes ob Helenam a Paride Priami regis Troianorum filio raptam, bellũ Troianis intulerunt. Exercitui, in quo multi erant reges cum Agamemnone Mycenarum rege, Atrei filio, Menelaus frater Agamemnonis, & maritus Helenæ raptæ, Nestor, Achilles, Vlixes, & alij, præerat Agamemnon.

memnon. vnde rex regum dictus, qui multis regibus imperabat. Cicero ad Dolabellam libro nono. *Agamemnoni regum regi fuit honestum habere aliquem in consilijs capiendis Nestorem.* ¶ *oppetij.* Agamemnonem hæc de se loquentem inducebat exemplar, in quo erat *oppetij*, & *meæ*, non suæ. ¶ *quum Clytæmnestra necet.* Hæc Agamemnonis regis vxor, maritum vltum Paridis adulterium, domúmque à bello reuersum, adulteri sui Ægisthi auxilio, occidit. Huius autem nominis, id est Κλυταιμνήστρης, secundam quod corripiat Ausonius natura longuam, & sic productam Homero Iliádos primo, non tam mirũ est ob consonantes m n, quæ liquidæ sunt, quàm propter diphthongum. Cuius altera vocalium reijcienda fuerit, vt legas aut Clytæmnestra, aut Clytemnestra: quæ in veteribus membranis erat per e & sine n *Clitemestra.* Quę vero Græcorum heroum epitaphia in extrema anthologia edidit Geneuæ Henricus Stephanus, nullo auctore, sed quæ Aristoteli asserere conatus est Guilielmus Canterus, in ijs hæc sunt disticha duo de Agamemnone.

Ἐπὶ Ἀγαμέμνονος Κειμένου ἐν Μυκήναις.
Λεύσσεις Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὦ ξένε, τύμβον.
Ὃς θάν' ὑπ' Αἰγίσθου, κ' οὐλομένης ἀλόχου.

Id est, *Agamemnoni iacenti Mycenis.*
Vides Atridæ Agamemnonis, o hospes, tumulum,
Qui fuit occisus ab Aegistho, & perniciosa vxore.

Ἕτερον.
Μνῆμα τόδ' Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος. ὅν ῥα κατέκτα
Δῖα Κλυταιμνήστρη Τυνδάρεις οὐχ ὁσίως.

Aliud.
Monumentum hoc Atridæ Agamemnonis, quem interfecit
Diua Clytæmnestra Tyndari filia non iuste.

IN EPITAPH. II. ¶ *Felix, ô Menelae.* ex hoc disticho Gæco.

173A

Ὄλβιος, ὦ Μενέλαε, οὔτ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως,
Ἐν μακάρων νήσοις γαμβρὲ Διὸς μεγάλου. Id est.
Beatus, o Menelaë, túque morti, & senectuti non obnoxius,
In beatorum insulis, gener Iouis magni.

¶ *deûm cui debita sedes.* Proteus Menelao vaticinatur libro quarto Odysseæ Homeri, eum, quia Helenæ maritus esset, & sic Iouis gener, non moriturum Argis, quorum rex erat, sed deos in Elysium campum, & insulas Fortunatas missuros. Isocrates in extremo Helenæ Encomio. ¶ *Tyndareo.* Vide epigramma quinquagesimum quintum. ¶ *Tonanti.* Ioui.

IN EPITAPH. III. Aiaces duos habuit bellum Troianum. quorum minor fuit Aiax Oilei filius, Locrensis. maior, Aiax, Telamonis filius, Salaminius. Huius est hoc epitaphium, ex his Græcis

173B

conuersum: quę per Eustathium in versum sexagesimum quartũ Bœotiæ, asserta voluit Aristoteli Canterus.

Ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου κειμένου ἐν Τροίῃ.

Ἅδ᾽ ἐγὼ ἁ τλάμων ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους,
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα. ὡς παρ᾽ Ἀχαιοῖς
Ἁ δολόφρων ἀπάτα κρέσσον ἐμοῦ κέκριται.

Id est,

Aiaci Telamonio iacenti in Troia.

Ego misera Virtus apud hunc iaceo
Aiacis tumulum, tonsa crines,
Animum dolore magno vulnerata: quod apud Achiuos
Dolosa Fraus præstantior me iudicata est.

Istud tamen, ὡς παρ᾽ Ἀχαιοῖς, si hoc monitu dignum est, δυνῇ Ἀχαιοῖς libro tertio Anthologiæ, capite εἰς ἥρωας, sicut & in commentarijs Eustathij, ac in epigrammate Mnasalcę Sicyonij in eodem commentatore, & apud Athenæum libro quarto. ¶ *pariter tegor.* Quum hîc sepultus est Aiax, ego simul sepulta sum. Loquitur virtus, & fortitudo. Aiax autem hic Salaminius, omnium Græcorum post Achillem fortissimus Homero canitur, secundo Iliados, & Odysseę vndecimo.* ¶ *illachrymans bustis.* irrorans meis lachrymis, Aiacis & meum tumulum. ¶ *Inconstans. Incomtas lacerata comas*, scripsit Canterus. ¶ *prauus Atrides.* Mortui funeratique Achillis arma Thetis mater (vt Homerus fabulatur vndecimo Odysseæ, & Quinctus Calaber tertio paralipoménon) illi Græcorum offerebat, qui omnium fortissime Troianis restitisset, ne Achillis corpore potirentur. De quo décore quum Aiax & Vlixes contenderent, rémque iudicio Græcorum suorum permitteret: censuit Nestor, vt ne inter amicos, iudices essent, & alterum offenderent: eam controuersiam Troiani potius dirimerent; quos multos haberent captiuos, communes omnium Græcorum hostes. Consilio sapientissimi senis principibus Græcis probato, Troiani captiui arma Achillis Vlixi adiudicarunt. Alij scripserunt, vt meminit Eustathius in vndecimum Odisseæ, Agamemnonem, qui plus Vlixi faueret, Troianos illos interrogauisse, non quis præ ceteris Græcis ab Achillis corpore hostes repulisset, sed vter illorum plus damni toto bello Troianis dedisset. eos Vlixem respondisse: ac ita iudicatum, Vlixem pulcherrimo viri fortissimi clipeo digniorem. Quod iudicium tam indigne passus est Aiax, vt atra bile tandem percitus, se gladio iugularit, quo ab Hectore donatus fuerat.* ¶ *Iam dabo.* Hæc præter Græca Ausonius: quæ Aiaci, non eius virtuti conueniant. De Aiacis autem sanguine in florem mutato purpureum, ac de isto gemitu monuimus in edyllium de Cupidine cruci affixo. ¶ *crimina iudicij.* falsum de me & Vlixe iudicium Græcorum. Pindarus carmine octauo

73C

173D

135

uo Nemeorum, Sophocles in Aiace mastigophoro, & Ouidius tertiodecimo Metaphorseon. Scribit autem Strabo libro tertio decimo & Pōponius Mela primo, Aiacis cremati cineres fuisse sepultos in littore Rhoeteo. Quinct⁹ Calaber in extremo libro quincto, nō procul a littore Rhoeteo. Plinius quincto Naturalis historię in Sigéo: sed Rhoeteum & Sigéum agri Troiani oppida, ambo maritima, & exiguo spatio dissita. Α'ιάντειον autem Græcis vocitatum fuit Aiacis monumentum. *Cap. 30.*

IN EPITAPH. IV. Achillis epitaphium quattuor versuum fuerat: sed deletum fere posterius distichō. ¶ *Non vna Aeaciden.* Non vno in loco Achilles Aeaci nepos, totus fuit sepultus, sed ossa & cinis eius in littore Sigéo, cuius modo mentionem fecimus, 174 A

Ακτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ, *Vers. 82.*

vt Homerus vicesimo quarto Odysseæ, Calaber tertio paralipoménon Plutarchus, Arrianus de Alexandro Magno, & Quinctus Curtius memoriæ prodiderunt. Α'χίλλειον, id est Achillêum, oppidum iuxta tumulum Achillis conditum memorant Plinius, & Stephanus. ¶ *crinem Larissa cremauit.* abs qua dictus est Larissæus Achilles Virgilio, sed a vicinitate, vt ait vetus interpres. Phthius enim fuit: sed Thessalię ciuitas fuit tam Larissa quam Phthia. De coma autē Achillis hęc tātum legere memini libro vicesimo tertio Iliádos: quod quam pater Peleus Sperchio fluuio patrio nutrire iusserat, eam Achilles, qui se videret in patriam nunquam rediturum, Patroclo sodali carissimo, ab Hectore occiso, consecrarit, totonderit, & in mortui manibus vna cremandam, sepeliendámque posuerit. Græca autem epithaphia non admodum habent, quod ad hoc restituendum, intelligendúmque iuuet. *Li. 5. c. 30*

Ἐπὶ Ἀχιλλέως κειμένου ἐν Τροίῃ, Τιμωμένου δὲ καὶ ἐν
Λεύκῃ τῇ νήσῳ.

184 B

Παῖδα θεᾶς Θέτιδος Πηληϊάδην Ἀχιλῆα
Ἡ δ' ἱερὰ Προποντὶς ἀμφὶς ἔχει πεδίῳ.
Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.
Θεσσαλὸς οὗτος ἀνὴρ Ἀχιλεὺς ἐν τῷδε τέθαπται
Τύμβῳ. ἐθρήνησαν δ' ἐννέα Πιερίδες.

Id est,

Achilli iacenti in Troia, culto autem in Leuce quoque insula.
Filium deæ Thetidis & Pelei Achillem
Hæc sacra Propontis complectitur in campo.
Eidem aliud.
Thessalus hic vir Achilles in hoc sepultus fuit
Tumulo. Luxerunt autem nouem Pierides.

In quibus Græcis, Troia est regio, & ager Troianorum. Hoc enim proprie significat, & inde ipsā interdū gentis metropolim Ilium, vt docuit Seruius in principiū tertij Aeneidos. Λεύκη autē, id est alba, insula, est in Pōto, Borysthenis ostio obiecta, parua admodū, Α'χίλλεια, id est, Achillēa

cognominata:quod ibi Achilles situs esset, vt Mela & Plinius scribunt: sed eum ibi coli tantum prioris epitaphij Græci titulus significat:quem modo diximus sepultum fuisse in Sigeo, Hellespontiaco litore. Pro Hellesponto autem Propõtidem dixit Grecus epitaphiographus:quod contigua sint maria. Pierides vero id est Musæ,quod Achillis mortem etiam luxerint, scribit Quinctus Calaber libro tertio.

174C IN EPITAP. V. ¶ *Perlege Odysseam.* Homeri carmen de Vlixe,qui Græcis dicitur ὀδυσσεύς. Inter Heroica autem illa epitaphia extant hæc duo de Vlixe.quæ Ausonius non videtur attigisse hoc loco.

Ἐπὶ Ὀδυσσέως κειμένου ἐν Τυῤῥηνίᾳ.

Ἀνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα

Κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπισκιάσει.

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Οὗτος Ὀδυσσῆος κείνου τάφος. ὃν διὰ, πολλὰ

Ἕλληνες πολέμῳ Τρωϊκῷ εὐτύχεσαν.

Id est, *Vlixi iacenti in Tyrrhenia.*

Virum prudentem,in terra hac mortuum

Clarissimum mortalium tumulus obtexit.

Eidem aliud.

Hoc Vlixis illius sepulchrum.per quem in multis

Græci bello Troiano felices fuerunt.

Dicitur autem Græcis Τυῤῥηνία, & Τυρσηνία,ea Italiæ prouincia, quam Latini Tusciam & Etruriam vocitant.In qua Vlixem exulasse,a procorũ,quos occiderat,necessarijs patria pulsũ scribit Plutarchus in Græcis quæstionibus. De morte tamen Vlixis, Vide Tzetzen in versum octingentesimum & quinctum Alexandræ Lycophronis,& Hyginum..

174D IN EPITAPH. VI ¶ *Conditus hic.* Conditur,& in hoc,& priore epitaphio,exemplar. ¶ *genitore bono.* patre Tydeo. Sic Diomedes libro quartodecimo Iliados gloriatur sibi genus esse πατρὸς ἐξ ἀγαθοῦ,id est, ex forti & strenuo patre. Patrẽ habuit Tydeus Oeneum Aetolum: matrem Peribœam.qui quum in agro Lycopeum, & Alcathoum, patrueles, vnáque cum illis patruum Melanem patri Oeneo insidiantes, interfecisset, Argos fugit ad Adrastum regem.Eius filiam Deipylam duxit vxorem:ex qua Diomedem genuit.Ad bellum tandem Thebanum profectus,multa ibi præclare gessit,& perijt.Diodorus Siculus, Appollodorus Atheniensis,Hyginus,Statius Papinius,Lycophrõ,hæc & plura de Tydeo.Cuius filius Diomedes, secũdus nominatur septimo Iliados, inter eos,qui cum Hectore congrediantur. Eius præclaris facinoribus referta est Iliás.qui ipsos etiam deos Martem & Venerem in pugna vulnerauit. ¶ *Crimen ob vxoris.* Diomedes Aetolo patre sed matre Argiua genitus,vti diximus, Adrasto socero mortuo Argiui regni partem tenuit.Vxorem vero habuit nomine Αἰγιάλειαν, id est, Aegialéam, quam cum a bello Troiano in Græciam reuersus,omnibus se probris & adulterijs

teriis conſpurcaſſe comperiſſet, in Italiam ſeceſſit. vbi Argyripam, & alias vrbes condidit, inſuláſque tenuit, in mari Ionio, vbi ſepultus fuit, quæ ab eo Diomedeæ ſunt appellatæ. Lycophron, Strabo, Virgilius, Ouidius, Antoninus liberalis, & alij. * ¶ *Argyrippam.* Lampe dicebatur Dauniæ, Apuliæ'ue, in Italia, ad mare Ionium, locus, quem Diomedes muris cum cinxiſſet, muniuiſſétque, Ἄργος Ἵππιον, nomine ciuitatis Peloponneſiacæ, cuius rex erat, appellauit. Quod vocabulum Argos Hippion (alij fuerunt aliis cognominibus Argi in Græcia) poſtea vetuſtate corruptum fuit, & in Argiripam mutatum. Sic Stephanus, & Seruius tradunt. Iſtud ergo ſuum Ἵππιον videntur Græci in Italicæ vrbis vocabulo agnouiſſe, qui in eo ππ geminarunt, tertiámque ſyllabam produxerunt, vt Lycophron verſu quingenteſimo nonageſimóque ſecundo Alexandræ. 174 E

Οἵδ' Ἀργυρίππαν Δαυνίων παγκληρίαν:

quam ante Auſonium corripuerat Virgilius vndecimo Æneidos. vn. 246.

Ille vrbem Argiripam patriæ cognomine gentis.

ſed cur in ſecunda ſyllaba υ potius, quam ι ſcripſerint, non video: niſi forte id ab aliis factum ſit, qui aliud eius vrbis nomen, aliudque etymon prius fuiſſe exiſtimarunt. Strabo namque ſcribit libro ſexto, ſi quid non mendoſum in eius exemplaribus offendimus, non Ἄργος ἵππιον ſed Ἀργυρίππιον dictum fuiſſe initio iſtud oppidum Italicum, quaſi ἄργυρος, id eſt argentum, prior ſit compoſiti nominis pars. vnde Argyripa eſſe ſcribenda videatur. Ceterum vndevnde factum ſit hoc vocabulum, id in Arpos etiam poſtea fuiſſe contractum, idem Strabo & Seruius ſunt auctores: vt idem prorſus ſit Argyripa, & Arpi. Græcum autem epitaphium eſt.

Ἐπὶ Διομήδους κειμένου ἐν τῇ ὁμωνύμῳ νήσῳ.

Αἰνητὸν πάντεσσιν ἐπιχθονίοις Διομήδην
Ἥδ' ἱερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη.

Id eſt, Diomedi iacenti in cognomini inſula.

Laudandum cunctis hominibus Diomedem
Hæc ſacra tenet inſula cognominis.

IN EPITAPH. VII. ¶ *Carus & Atridis.* Plurali numero pro ſingulari vſus eſſe poteſt Auſonius, & ſolos Agamemnonem & Achillem intellexiſſe, tamen bello Troiano interfuerunt duo Atridæ, id eſt Atrei, vt putabantur, filij, Agamemnon & Menelaus: Acacidæ vero hoc eſt Æaci nepotes, quinque, nimirum, Achilles, Pyrrhus qui & Neoptolemus Achillis filius, Aiax cum Teucro fratre, & Patroclus, ſed Pyrrhus ad bellum non venit, niſi mortuo iam patre, poſt Antilochum. ¶ *Seruato Antilochus.* Ita Pindarus in carmine ſexto Pythiorum, & ipſum Græcum epitaphium. 175 A

Ἐπὶ Ἀντιλόχου κειμένου ἐν Τροίῃ.

Μνῆμ' ἀρετῆς υἱοῦ τοῦ Νέστορος Ἀντιλόχοιο.

Ὅς θάνεν ἐν Τροίῃ ῥυσάμενος πατέρα

Id est, Antilocho iacenti in Troia.

Monumentum virtutis filij Nestoris Antilochi.
Qui obijt in Troia cum liberasset patrem.

Antilochum autem occidisse Memnon dicitur Odysseæ quarto. ¶ *Non hic ordo fuit.* Debuit pater mori ante filium. ¶ *perfida Troia.* Laomedon rex Troiæ Priami pater, deos de muris suæ vrbis, homines de Hesione filia, fefellit. Paris filius Priami, Helenam violato hospitij iure, rapuit. Vnde Virgilius in extremo primo Georgicon.

Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.

at Horatius carmine quinctodecimo libri primi.

Pastor cum traheret per freta nauibus
Idæis Helenen perfidus hospitam.

175 B IN EPITAPH. VIII. ¶ *quarti iam prodigus æui.* Tres hominum ætates Nestorem vixisse regem Pyliorum, canit Homerus Iliádos primo, & Odysseæ tertio: quæ quot annorũ fuerint, quærunt commentatores. Ouidius duodecimo Metamorphoseon, centenûm scribit. Sic enim ibi Nestorem de se loquentem inducit.

Annos bis centum. Nunc tertia viuitur ætas.

Nestorea senecta prouerbium apud Erasmum. ¶ *Consilio clarus.* ob id decem sibi optat Nestores Agamemnon, Iliádos secundo. de Nestoris autem eloquentia in carmine [illegible]imo secundo de Professoribus Burdigalensibus. ¶ *Filius.* Antilochus. Vide, quæ modo diximus in ipsius epitaphium. Mortuus est autem Nestor in ea ciuitate Græciæ, cuius rex erat, ibique sepultus. Græcum epitaphium sic habet.

166

Ἐπὶ Νέστορος κειμένου ἐν Πύλῳ.

Τὸν βαθύνουν ψυχήν τε νοήματε θεῖον ἔχοντα
Ἄνδρ᾽ ἀγαθὸν κατέχω Νέστορα τὸν Πύλιον

Ἕτερον.

Νέστορα τῶν Πυλίων ἡγήτορα ἠδὲ θανόντα
Γῆ κατέχει, βουλῇ φέρτατον ἡμιθέων.

Id est, Nestori iacenti Pyli.

Sapientem animúmque, mentémque diuinã habentem
Virum strenuum teneo, Nestorem Pylium.

Aliud.

Nestorem Pyliorum ducem, hæc mortuum
Terra tenet, consilio præstantissimum semideorum.

176 A IN EPITAP. IX. ¶ *orbe tegor medio.* Phocis, vna ex Græciæ prouinciis. In Phocide, Delphi & Πυθὼ ciuitas clarissima propter templum Apollinis, & oraculum. Hunc autem locum, qui in medio fere vniuersæ Græciæ esset, orbis terrarum quoque totius medium & vmbilicum dixerunt: quasi in globi extremitate locus [illegible] non æque pro medio vmbilicóque haberi possit. fabulámque, cuius auctorem

citat-

citat Pindarum Strabo libro nono, de hac re sunt commenti, Duas scilicet Aquilas, (cygnos, alij dixerunt: vt est apud Plutarchum De defectu oraculorum) vnam ab ortu, alteram ab occasu emissas ab Ioue, hoc loco cōcurrisse. Antiquus poëta apud Ciceronē secūdo de diuinatione.

O sancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obsides,

Vnde superstitiosa primum, sæua euasit vox fera.

Fabulam attigit etiam Placidus Lactantius, quum quæsijt, cur Statius Parnasum cæli medium dixisset versu centesimo & vndeuicesimo primi Thebaidos. Pyrrhū autē hunc Achillis filiū fuisse cōstat: sed de matre ambigitur. Iphigeniáne Agamemnonis, an Deidamia Lycomedis filia fuerit. Deidamia genitū plures sūt auctores. * Thetis autē, vt Apollodorus, Hyginus inter alios scribunt, quum Achillem filium suum bello Troiano periturum prouideret, Lycomedi, Scyri, vnius ex insulis Cycladibus, regi commendauit. Acceptum Lycomedes inter Virgines filias habitu femineo, mutatóque nomine aliquandiu seruauit. Vbi Achilles Deidamiam compressit. Sic genitus est Pyrrhus. Pyrrhúsque ex eo dictus, quod Pyrrhæ filius esset, id est Achillis, qui Pyrrha illic, vt feminam ore & habitu referebat, vocitabatur. Alij, vt Seruius in secundum Æneidos, Pyrrhus ex eo appellatum tradiderunt, quod esset πυῤῥὸς, hoc est flauus, & rufus: sicut a flauis capillis Pyrrha pater ipsius vocatus fuerat apud Lycomedem. Alterum illi nomen Neoptolemus. Achille namque ab Vlixe apud Lycomedem inuento, ductóque ad Troiam, & ibi occiso, Græci, qu bus responsum fuerat, Troiam capi non posse, nisi interesset quispiam de gente Æaci, cuius oraculi etiam meminit idem Seruius in versum tertiumdecimum secundi Aeneidos, Pyrrhum admodum puerum, Achillis filium, & sic Aeaci pronepotem (Achilles enim Pelei, & Peleus Aeaci fuit filius) ad bellum euoçarūt. Hinc Neoptolemi cognomentum. Iuuenem namque nouum, recentem significat νέος, & πτόλεμος bellum. Hic ergo in equo illo fuit.

[176 B]

[vers. 163]

Demissum lapsi per funem Athamásque Thoásque

Pelidésque Neoptolemus, primúsque Machaon, [ver. 262.]

inquit Virgilius secundo Aeneidos. & Priamum regem.

——— *altaria ad ipsa trementem* [ver. 550.]

Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati.

Implicuitque comam læua, dextráque coruscum

Extulit, & lateri, capulo tenus abdidit ensem.

* Hermionen autem Menelai ex Helena filiam, sponsam suam quum audiuit Pyrrhus Oresti in coniugium datam à Menelao ipsam petiit. Menelaus ab Oreste abduxit, & Pyrrho reddidit. Qua iniuria accepta, Orestes à fratribus adiutus, vt scribit Lycophronis interpres, Pyrrhum Delphis in templo Apollinis sacrificantem occidit. Sic Hermionen recuperauit: quæ ad eum scribit apud Ouidium. Delphis ergo sepultum fuisse Pyrrhū Achillis filium, dicit epitaphiographus: sed eius ossa

[176 C]

Hyginus per fines Ambraciæ sparsa, quæ Epiri prouincia est, cuius Epiri rex fuit, vt scribit Iustinus ex Trogo libro septimodecimo, & Plutarchus in vita Pyrrhi Epirotarum regis: qui ex Pyrrhi Neoptolemi, & Æaci genere ortus, bellauit cum Romanis ad annum Vrbis quadringentesimum & septuagesimum. ¶ *Virtute paterna.* quam pater Achilles Græcorum omnium fortissimus celebratus. ¶ *Quod puer.* Ego, inquit Pyrrhus, maiora gessi puer, quam vir pater, & ob id me illi antepono. Priamum enim Troianorum regem occidi, & sic opima rettuli: quod nunquam fecit pater meus. Quæ opima sint spolia, diximus in versum

192 octogesimum tertium Technopægnij. ¶ *Quid mirum?* Nemo debet mirari, inquit, si tam impius fuit Orestes, vt me in templo Apollinis sacrificantem interimere non timuerit. Matrem enim suam Clytæmnestram iam occiderat, & eius furiis exagitabatur.

176D IN EPITAPH. X. Græcum est Epithaphium in Anthologia Henrici Stephani.

Ἐπὶ Σθενέλου καὶ Εὐρυάλου κειμένων ἐν Ἄργει.

Ἀργεῖος Σθένελος Καπανήιος ὧδε τέθαπται

Τύμβῳ. καὶ τούτου πλήσιον Εὐρύαλος.

Id est, *Sthenelo & Euryalo iacentibus Argis.*

Argiuus Sthenelus Capaneius hoc sepultus est

Tumulo, & eum prope Euryalus.

174 Diomedem, de quo est epitaphium sextum, secuti sunt ad bellum Troianum Sthenelus & Euryalus: vt refert Homerus in Bœotia: quos tres agnoscit in equo Troiano Quinctus Calaber libro duodecimo: sed solũ

Vers. 261 ex ijs Sthenelum Virgilius secundo Aeneidos. Fuit autem Diomedes, per matrem Deipylã Adrasti Argiuorum regis filiam, Argiuorum rex. Euryalus patrem habuit Mecisteum, Sthenelus Capaneum, vt ibidem scribit idem Homerus. qui fuerunt, Mecisteus, frater eiusdem Adrasti: Capaneus Hipponoi, & Astynomes sororis Adrasti eiusdem, filius. Ita Argiui omnes hi, genúsque regium, apud Apollodorum & Hyginum. Alij autem Stheneli, & Euryali apud Homerum, Virgilium, Apollodo-

177E rum, & alios. ¶ *titulo.* epitaphio. ¶ *Pleuronia.* Aetolia apud Strabonem, Plinium, Ptolemæum, & alios, est Græciæ prouincia, à Peloponneso, sinu Corinthiaco dirempta. In ea est vrbs Πλευρών: à qua partem Aetoliæ, appellat Pleuroniam Strabo libro decimo. Est in Peloponneso quoque ciuitas Aetolia, auctore Stephano. in cuius agro nescio, an fuerit aliqua alia quondam Pleuron, sed olim quendam Peloponnesi regem fuisse Pleuronem, Ledæ, quæ Castoris, Pollucis, & Helenes mater fuit, proauum, auctorem habeo Pausaniam: qui memorat eius nobile monumentum, in Laconicis. & Isaacus Tzetzes, vrbem fuisse Pleuronem scribit: vnde Lycophron Helenam vocet Pleuroniam, quam Homerus Ἀργείαν, hoc est, Arginam appellarat. Ego de ista Pleurone aliud non noui, ceterum siue ab illa, siue à

mater-

materno abauo Helenam dixerit Πλευρωνίαν Lycophron in versu centesimo & quadragesimo tertio Cassandræ, Euryalus hoc loco vel domum & genrem, vnde genus duxit, Pleuroniam dixerit, hoc est Argiuam, & Argolicam: vel substantiue Pleuroniam, locum ipsum, in quo regnauit cum Diomede, & Srhenelo, Argos, & Argolidem. ¶ *hoc regnum.* Argiuorum. Fuit autem Ἄργος multorum oppidorum nomen Srephano, & Seruio auctoribus. quorum clarissimum, Peloponnesi Argos: cuius reges hi fuerunt. Neutrum nomen & singulare Argos apud suos, sicut & apud Horatium in Carmine septimo libri primi.

Aptum dicit equis Argos, ditésque Mycenas.

sed hi Argi etiam apud Latinos, vel Marco Terentio Varrone teste, & frequentius.

IN EPITAPH. XI. Græcum hoc extat epitaphium in Anthologia Henrici Srephani. 176F

ἐπὶ Γουνέως

Σῆμα τὸ μὲν Γουνῆος ὁρᾷς. Ψυχὴ δὲ θανόντος

Ἀέρ' ὑγρὸν ἔβη. σῶμα δὲ πόντος ἔχει. Id est,

De Guneo.

Monumentum hoc quidem Gunei vides. Anima autem mortui

Aerem in liquidum abijt. corpus vero pontus habet.

Γουνέα, id est Guneum (Cinea habebat exemplar) ad Troiam viginti duas naues duxisse, scribit Homerus in Bœotia. Ceterum quo in mari perierit, & vbi illi extructum fuerit monumentum, non satis noui. quem in Africam post captum Ilium venisse scribit Lycophron, versu octingentesimo nonagesimo septimo Alexandræ.

IN EPITAPH. XII. ¶ *Fatale.* Idem in epigrammate vndeuicesimo. Achiuis fuit responsum, inquit Hyginus, qui primus litora Troianorum attigisset, periturum. Quum Achiui classes applicuissent, ceteris cunctantibus, Iolaus Iphicli & Diomedeæ (Astyoches apud Eustathium) filius, primus è naui prosiluit. qui ab Hectore confestim est interfectus. quem cuncti appellarunt Πρωτεσίλαον: quoniam primus ex omnibus perierat. Sic Hyginus post mortem, Ausonius ante mortem, ab incunabulis scilicet, nomen Protesilai huic impositum fuisse scribit Hyginus, quod sic, id est primus Græcorum perijsset: Ausonius, quod in fatis esset, vt sic periret. Est autem πρῶτος primus, & πρωτεύω primus sum, & primas teneo: & λαὸς populus: vnde hoc vocabulum confictum esse scribit Eustathius. Homerus de Protesilao in Bœotia. 177A 18

τὸν ἔκτανε Δάρδανος ἀνὴρ

Νηὸς ἀποθρώσκοντα πολὺ πρώτιστον Ἀχαιῶν.

Id est, —— *quem interfecit Dardanius vir*

Naue exilientem multo primum Achiuorum.

Non dicit à quo Dardano, & Troiano sit occisius. Quem enim dicit Hectorem Hyginus, alij Aeneam, Achatem Aeneæ amicum alij dixerunt.

Hyginus, Mela, Plinius, Philoſtratus in Heroicis plura de Proteſilao. ¶ *Sigeta* Σιγῆια Abeo nãque quod eſt Σίγειον, promuntorium & vrbs agri Troiani, duo fiunt denominatiua Σίγειος, & Σιγῆιος. Prius eſt in quarto epitaphio. ¶ *pellacis.* per blanditias decipientis, inquit Seruius in ſecundi Aeneidos verſum nonageſimum. Pellicere enim eſt blandiendo elicere. ¶ *Lertiade.* pro Laërtiadæ, Vlixis Laërtæ filij. ¶ *ipſe ſuper proprium.* Sic fatum fefellit homo ſcilicet callidus: qui è naui in agrum Troianum deſcenſurus, clipeum ſuum in littus abiecit primum: deinde in ipſum deſiluit: in eóque ſtetit, donec multos vidit ex ſuis in litus iam, nulla cautione, deſcendiſſe. Ita pulchre cauit, ne Græcorum primus terram Troianam pedibus contingeret. ¶ *Tale mihi nomen.* Hoc riſit Au-
18 ſonius in epigrammate nonodecimo.

177 B IN EPITAP. XIII. Deiphobus vnus ex quinquagenis, pluribúſque Priami regis Troiani liberis, Helenam, Paride mortuo, vxorem duxerat. Hæc, qua nocte fuit captum Ilium, Menelao fores aperuit. qui dormientem Deiphobum in lecto occidit. Sic Virgilius ſexto Aeneidos, & Hyginus. At Quinctus Calaber libro tertiodecimo, Menelao effractis foribus in Deiphobi thalamum ingreſſo, Helenam celeriter è thoro, vbi cum viro dormiebat, deſiluiſſe, fugiſſe in intimas ędes, ac ibi ſe occultaſſe. quam occiſo Deiphobo, quæſitam inuētámque Menelaus etiam iugulaſſet, niſi obſtitiſſet frater rex Agamemnon. ¶ *ſcele-*
Ver.511 *ratâ fraude* Lacænæ. Deiphobus apud Virgilium, ex quo ipſius epitaphium effinxit Auſonius.

Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ,
His merſere malis. ——— Eſt autem Lacon, Lacedemonius vir & Spartanus. Lacæna, Lacedæmonia mulier, & Spartana. quod
20 verbum Lacænæ fuit & in epigrammate viceſimoquarto. Patrem autem Helenes Tyndareum, Lacedemoniorum regem fuiſſe diximus in
33 epigramma quinquageſimum quinctum. ¶ *& deformato corpore.* Vir-
Ver.494 gilius Maro de Aenea apud inferos, ſexto Aeneidos.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora, manúſque ambas, populataque tempora, raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

Ver.501 ¶ Non habeo tumulum. Aenéas ad eundem Deiphobum.

——— *mihi fama ſuprema*
Nocte, tulit feſſum vaſta de cæde Pelaſgûm
Procubuiſſe ſuper confuſæ ſtragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rhœtéo in littore inanem
Conſtitui, & magna manes ter voce vocaui.
Nomen & arma locum ſeruant. ———

Scribit autem Euſtathius in duodecimum Iliados, fabulatos eſſe veteres, ex abiecto Deiphobi corpore inſepulto enatam fuiſſe herbam nomine

mine

mine ἀκέφαλον: quæ ad lucernam lecta, & cum aqua, data, splene- 178. A
ticis prosit.

IN EPITAP. XIIII. Hoc Hectoris epitaphium in anti quis quoque codicibus inuenerat Accursius Mariā clus in Italia. Egregiam autem continet Hectoris viri fortissimi laudem, quum eo stante, stetisse Troiam patriam, & tali ciue intereunte, illam simul interijsse dicit. Eadem repetit Priamus in suis epitaphijs. Occisum autem ab Achille Hectorem, a suis redemptum fuisse, & in patria sepultum, canit Homerus, in extrema Iliade. Vnde postea eius ossa Græci [illegible]bas in Bœotiam transtulerunt: vt apud Pausaniam legimus, & [illegible]phronis interpretem, ac in Anthologia Græcorum epigrammatum ab Henrico 178 B
Stephano nuper edita.

IN EPITAPH. XV. Astyanax, Hectoris ex Andromacha coniuge filius, in extremo vicesimo secundo libro Iliádos. ¶ *Flos Asiæ*. Quo non erat pulchrior in tota Asia. in qua fuit Phrygia & Troia ¶ *tāta de gente*. Troiana & Priami. Priamo nāque vtriusque sexus liberos quinquagenos quaternos fuisse tradunt: in quo vario pœnarum genere, seruitio, exilio, morte, Græci sæuierunt. ¶ *de patre*. Hectore. Timêre potuerunt Græci, ne illos patri similis, aliquando male multaret: patrem, auum, patruos, gentem vniuersam ne olim vlcisceretur. ¶ *Scæis deiectus ab altis*. Eodem numero hanc Ilij portam appellauit Homerus Iliados tertio, & alibi, Σκαιὰς πύλας. Virgilius vtroque Scæas portas secundo, Scęā portam tertio Aeneidos. Quum Achiui, inquit Hyginus, Troia capta, prolem Priami extirpare vellent, Astyanactā a Hectoris & Andromachæ filium de muro deiecerunt. ¶ *Iliaci Neptunia*. Muros oppidi Ilij, à dijs Neptuno & Apolline ædificatos fabulati sunt antiqui. ¶ *aliquid crudelius*. Homero Iliádos vicesimo secundo immane videtur, quod Achilles occisi Hectoris pedes perforarit. lorum bubulum immiserit. ad currum suum alligarit. & sic viri fortissimi cadauer ad suas naues traxerit. sed crudelius videtur, quod Græci puerulum Astyanactem innocentem, è summis murorum pinnis, vel ex edita turri, è medijs matris vlnis auulsum, ca pto Ilio deiecerint: vt scribit Calaber libro tertiodecimo. 178 C

Versu 351.

IN EPITAPHIVM XVI. Sarpédon, Sarpédonis penultima breui, & Sarpédon Sarpedontis, eadem per positionem longa vel Seruio in primum Aeneidos, & Eustathio in quintum Iliádos auctoribus. Sarpedon autem non vnus fuit. Memorat Apollodorus, & Scholiastes Argonauticorum Apollonij, Sarpédonem Neptuni filium, Thraciæ regem, ab Hercule interfectum. abs quo Sarpédon Thraciæ vrbs apud Stephanum, Σαρπηδονίη πέτρη apud Apollonium primo. Alij fuerunt duo Sarpédones, auctore etiam Eustathio, in secundum Iliádos, quos vnum solum fuisse putat Apollodorus tertio de Deorum origine. Sarpédon Iouis & Europæ filius, qui Creta pulsus à fratre Minoë, in Lycia regnauit: & Sarpédō Iouis

& Laodamiæ Bellerophontis filiæ filius, vt idem Homerus scribit Iliádos sexto, qui Troianis contra Græcos auxilium tulit, & à Patroclo fuit occisus. Incertum autem, vter horum Lyciæ regum sit accipiendus, cuius regnum promuntorio Sarpedone aliquando finitum esse scribit Pōponius Mela libro primo. ¶ *Sanguineis fletus lachrymis*. Iupiter Iliados sextodecimo, quum se vidit Sarpédonem filium carissimum seruare non posse (tantā esse vim fati & soror & coniux Iuno docuerat) αἱματοέσσας ψιάδας κατέχευεν ἔραζε. id est sanguineas guttas effundebat humi.

179 A IN EPITAPH. XVII, *Nastes & Amphimacus Nomionis*. Sic emiserant Lugdunenses: sed Nomionis prima breuis est in extrema Bœotia, quam sic produxerunt: & exemplar Amphimachusque, habebat, vt cunque corruptum erat illic versus principiū. Ausonium itaque scripsisse existimo,

Nastes Amphimachúsque Nomionis inclyta proles:

& sic ad verbum, eódemque verborum ordine, esse interpretatum illud Homerj.

Νάστης Ἀμφίμαχός τε Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.

Fratres hi erant, & Cares ad Troiam pro Troianis duxerunt. quorum alterum, Amphimachum, scribit poëta ab Achille fuisse occisum. Aliū habuit Amphimachum hominem Græcum, Troianum, bellum quem Hector interemit, Iliádos tertiodecimo.

IN EPITAPH. XVIII. Virgilius libro primo Aeneidos de pictura rerum Troianarum. *Vers.478*

Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer atque impar congressus Achilli,
Fertur equis, currúque hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen. huic ceruixque comæque trahuntur
Per terram: & versa puluis inscribitur hasta.

Hecubam autem, quæ Priami vxor fuit, matrem quidem habuit Troilus, sed patrem, incertum, Priamúmne, an Apollinem. Apollodorus libro tertio, Hyginus, Lycophronis interpres. ¶ *Congressus perij*. Nullum fuit verbū in exemplari, sed sola o littera inter cōgressus & Troilus. legi posset, *sæuo*. ¶ *Fratris*. Hectoris. Similiter occisus, & tractus ab Achille. Vide quæ scripsimus in epitaphium quinctumdecimum. *178*

179 B IN EPITAPH. XIX. ¶ *Cede procul tumulo, myrtum fuge nescius hospes*. Sic Lugdunenses, quod erat, si quid legere potuimus, *Cede procul, myrtúmque istam fuge*. Effinxit autem Ausonius hoc epitaphiū ex ijs, quæ de Polydoro fabulatur Virgilius in principio tertij Aeneidos ex ijsque ipsis est intelligendum. ¶ *Telorum seges est*. Hæc cornea, inquit Polydorus, virgulta, & *densis hastilibus horrida myrtus*, tela ipsa sunt, quibus me confodit crudelis tyrannus Thraciæ: quæ vita ex sanguine & corpusculo meo sumpta, in hanc syluam adoleuerunt. ¶ *Condor bis*. In tumulo litori imminente, telis & terra fui primum obrutus a tyranno, & conditus. deinde Aeneas, quum hac transiret, & me forte reperisset, in- *Vers.22.*

ſtaurauit mihi funus, ſepulchrum extruxit,& cetera quæ ſunt apud Virgilium. ¶ *& tu, rex impie.* ſcis. Αποςροφὴ ad Polymeſtorem, vt hic Traciæ rex appellatur in Hecuba Euripidis,& tertio Metamorphoſeon Ouidij. Cuius hæc inſignis impietas quod quum ei Priamus Troiæ rex, vt amico,Polydorum filium auri cum pondere magno furtim mãdaſſet alendum,

——. Quum iam diffideret armis
Dardaniæ,cingíque vrbem obſidione videret,
Ille vt opes fractæ Teucrûm,& fortuna receſſit,
Res Agamemnonias, victriciáque arma ſecutus,
Fas omne abrupit.Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. —— ¶ *Thracia pœna.* qua fui affectus ab rege Thracio. Adiectiuum hoc loco Thracia. ¶ *Troiáque cura tegit.* Crediderim Auſonium ſine coniungendi particula ſcripſiſſe,Troïa cura tegit: vt eſt in Didonis epitaphio. 184

Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

Troia enim hoc loco adiectiuum ſit, neceſſe eſt. qua ſignificatione, triſyllabum fit Virgilio, & dactylus.vt libro primo Æneidos. ver.113.

Arma virum, tabulæque, & Troïa gaza per vndas.

& in Epitaphio inſequenti, —— *Troïa tellus.* Troïam autẽ curam dixit Æneæ Troiani: qui, vti diximus,Polydóro parentauit, tumulúmque ſtruxit. 180

IN EPITAPH. XX. Cíconum gentis Traciæ regem Euphemum Troianis cõtra Græcos auxiliũ tuliſſe ſcribit Homerus in extremo libro ſecundo Iliádos:ſed de ſepulto quæ hîc referuntur, alibi non legi.

IN EPITAPH. XXI. Hippothoum & Pylæum facit fratres Homerus in eodem extremo ſecundo Iliádos:qui Pelaſgos Lariſſæos in Troianorum auxilium adduxerint:Hippothoúmque ab Aiace Telamonio fuiſſe occiſum, ſcribit libro ſeptimodecimo: verum de ſepultura illorum quæ memorat Auſonius,alibi non memini legere. 181

IN EPITAPH. XXII. Hi ſunt Ἔννομος, & Χρόμις in eodem extremo ſecundo Iliádos.ſed Chromis etiam Χρόμιος, id eſt Chromius, tribus ſyllabis,libro ſeptimodecimo. ¶ *Quis.* quibus. Myſias ponunt duas in Europa geographi, & in Aſia totidem. ſed Aſiæ Myſiam accipit Euſtathius: in qua regnarũt Ennomus & Chromi⁹,Troianorũ ſocij.

IN EPITAPH. XXIII. Pyrrhus, cognomento Neoptolemus, cuius epitaphium, locum tenet nonum inter hæc heroica,Priamum regem, qua nocte captum eſt Ilium, interfecit:eíque caput amputauit: vt Virgilius ſecundo Æneidos, & Calaber tertiodecimo Paralipomenon ſcripſerunt. ¶ *quum lacerum ſine nomine funus.* Dixerat Virgilius de hoc.

—— Iacet ingens littore truncus,
Auulſúmque humeris caput, & ſine nomine corpus.

¶ *ad cineres.* ad tumulum Hectoris. ¶ *Illic & natum.* Idem habuit Hectoris epitaphium.

178

IN EPITAPH. XXIIII. ¶ *Ille meus.* Filij mei Hectoris tumulus, meus est tumulus, & sepulchrum.

182 IN EPIT. XXV. ¶ *nata Dymante.* Hecubæ, quæ Græcis ἑκάβη dicitur, pater est Dymas Iliádos sextodecimo, Cisseus in Hecuba Euripidis, Sangarius libro tertio bibliothecees Apollodori. ¶ *Sed rabie.* Sic fuit in exemplari, non rabies rectus casus. Fabulam autem hãc tibi totam narrabit Ouidius tertiodecimo Metamorphóseon. ¶ *Σῆμα κυνός.* sepulchrum canis. Sic in exemplari, & non σῆμα κενὸν, sepulchrum inane. Strabo tertiodécimo. καθ' ὃ ἐν χερρονήσῳ τὸ κυνὸς σῆμα ἐστὶν ὅ φασιν Ἑκάβης εἶναι τάφον. Pomponius Mela secundo, de eadem Thraciæ Cherrhoneso. *Est Cynos-sema, tumulus Hecubæ, siue ex figura canis, in quam conuersa traditur, siue ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto.*

IN EPITAP. XXVI ¶ *Troas.* Τρῳάς. Troiana. Priami regis & Hecubæ filia fuit Polyxena: quam Græci, capto Ilio, ad Achillis sepulchrum immolauerunt. Quinctus Calaber quartodecimo, Hyginus, Virgilius tertio Aeneidos.

Vers. 321

183 A IN EPITAP. XXVII. In Græcorum epigrammatum anthologia, varia inuenies epigrammata in casum, formam, imaginem Niobes filiæ Tantali regis Phrygiæ, & vxoris Amphionis regis Thebarum ciuitatis Bœotiæ in Græcia. ¶ *Sipyleia cautes.* Cautis in exemplari. Σίπυλος autem, id est Sipulus, vrbs fuit, & mons Phrygiæ. Vnde Sipyleium marmor dixit Ausonius: in quod mutata fuit Niobe, Sipyleia genitrix ipsa etiam appellata Statio versu tricesimo tertio libri quincti Syluarum. ¶ *læso numine.* Læsi numina in exemplari.

Thebarum regina fui, Sipyleia cautis
Quæ modo sum. Læsi numina Latoidûm:

Latoidas autem siue Letoidas appellauit Ausonius Apollinem & Dianam Latonæ filios: quæ Grecis Λητὼ dicitur. quo nomine patronymico quia vir & femina intelliguntur, masculini generis fuerit potius, quam feminini, ac ita Latoidûm pro Latoidarum, à Λατωΐδης, non Latòidum id est Λατωΐδων ἢ Λατωΐς. Latoidæ itaque, hoc est Latonę & Iouis filij Apollo & Diana, Amphionis & Niobes liberos sagittis confoderunt: quorum numero & pulchritudine ea se Latonę anteponeret. ¶ *Bis septẽ.* septem mares, & feminas totidem. Idem numerus quattuordecim apud Hyginum & Ouidium sexto metamorphóseon, sed duodecim apud Homerum Iliádos vltimo: quos duodeuiginti numerauit Sappho: Bacchylides, Pindarus, & Hesiodus viginti: Herodotus tantum quinque. Vide Apollodorum libro tertio, & Aulum Gellium vltimo, & Aelianum duodecimo Variæ historiæ. ¶ *Duro circundata saxo.* Ouidius sexto Metamorphoseon de Niobe.

illis rese-

illa resedit
Exanimes inter natos, natásque, virúmque:
Diriguitque malis. nullos mouet aura capillos.
In vultu color est sine sanguine. lumina mæstis
Stant immota genis. nihil est in imagine viuum.
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat: & venæ desistunt posse moueri.
Non flecti ceruix, nec brachia reddere gestus,
Nec pes ire potest. intra quoque viscera saxum est.
Flet tamen, & validis circundata turbine venti,
In patriam rapta est. vbi fixa cacumine montis
Liquitur. & lachrimis etiam nunc marmora manant.

¶ *Tantæne animis cælestibus iræ?* ex versu quinctodecimo primi Aeneidos.

IN EPITAPH. XXVIII. Libro quarto epigrammatum Græcorum legitur hoc distichon, incerti auctoris. 183 B

Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον. ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

Id est,

Ex viua me dij fecerunt lapidem. ex lapide vero
Viuam Praxiteles denuo fecit.

Praxitelis autem insignis statuarij opera clariora recenset Plinius in naturali historia. In epigrammate quinquagesimo sexto laudatur Venus Praxitelis. 34

IN EPITAP. XXIX. Carmen hoc est Iambicum trimetrum. cui simile est illud libro tertio anthologiæ. 184A

Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν.
Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον.
Ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.

Id est,

Tumulus hic intus non habet mortuum:
Mortuum hic foris non habet tumulum:
Sed ipse suus mortuus est, & tumulus.

IN EPITAP. XXX. ¶ *Hoc periunte.* Sichæo. Didoni nanque maritus fuit Sicharbas, siue, vt Virgilius appellat, Sichæus *ditissimus agri Phænicum.* frater, Pygmalion, Tyri ciuitatis Phœniciæ rex, *scelere ante alios immanior omnes.* qui quum Sichæum *impius ante aras, atque auri cæcus amore,* clam incautum occidisset, & sibi ab eo Dido timeret, hæc nauibus opes suas clam imposuit, & cum amicis in Africam fugit. Virgilius primo Aeneidos, Iustinus, Seruius, & alij. ¶ *hoc fugiente.* Aenea. Sed hoc esse commentum Virgilij, ipsa dixit Dido centesimo vndecimóque epigrammatum. 184B Vers. 347 61

IN EPITAP. XXXI. In Diogenem philosophum Cynicum duo sunt inter epigrāmata, quinquagesimū secūdū, & quinquagesimum 184C 52.

tertium.eiuſdemque & Cyniſmi mētio in epigrammate viceſimo ſexto. Inter multa autem, quæ in hunc Diogenem luſerunt poëtę Græci, hoc extat libro tertio Anthologiás.

Εἰπὲ κύον, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστὼς σῆμα φυλάσσεις;
Τοῦ κυνός. Ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ κύων;
Διογένης. Γένος εἰπέ. Σινωπεύς. ὃ πίθον ᾤκει;
Καὶ μάλα. νῦν δὲ θανὼν ἀστέρας οἶκον ἔχει.

Id eſt,

Dic canis. Cuius viri præfectus tumulum cuſtodis?
Canis. Sed quis fuit hic vir canis?
Diogenes. Genus dic. Sinopenſis. Qui dolium habitat?
Maxime. nunc vero mortuus ſtellas domum habet.

¶ *Dic canis.* Scribit Diogenes Laërtius Diogenem philoſophum Cynicum iuxta Corinthi portam ſepultum fuiſſe, quæ in Iſthmum ferebat. cippum ſuper eum ſtatutum, & ſuper ipſum canem ex pario marmore. [184D] Hunc ergo canem interrogat hoſpes quiſpiam. ¶ *Cui pera penus.* Dicitur penus omne eſculentum & potulentum, vt eſt apud Aulum Gelliū: ſed hic vſurpat Auſonius penum pro loco, & cella penuaria. Meminit & Laërtius iſtius peræ: in qua ferebat, quibus ſe alebat Diogenes. Sed [31.] & eiuſdem facta mentio in epigrammate quinquageſimo ſecundo. ¶ *Cui dolia ſedes.* Dolium pro domo habuiſſe Diogenem Cynicum, idē ſcribit Diogenes Laërtius. ¶ *manes.* mortuos. inferos. ¶ *Cerberus ire vetat.* Cerberus enim canis inferorum, non ferret Diogenem, alterum canem apud inferos. Memoratur & in carmine de laboribus Herculis [78] Cerberus hic triceps. ¶ *Stella Leonis.* Zodiaci circuli quintum eſt ſignū Leo. in quo cū ſol fuerit, Iulij & Auguſti menſis parte, vehemētiores fūt [515.] calores. ¶ *Iuſte.* quinimo ipſa iuſtitia credita eſt. ¶ *Canis.* ardens Sirius, in Edyllio de Signis cæleſtibus. de quo ſidere, Hyginus, Plinius, & alij. ¶ *Erigonæ.* Quæ virgo eſt ſextum Zodiaci ſignum de qua & eius cane ſatis multa Hyginus.

[185A] IN EPITAP. XXXII. ¶ *Ante quater plenum luſtrum.* Luſtrum eſſe quinquennium, in ijs oſtendimus, quæ in Cenſorinum ſcripſimus. Pro quadriennio tamen quidam accipiunt: & in vetuſto Lugdunenſi codice titulus huic fuit epitaphio. IN TVMVLVM SEDECENNIS MATRONAE. ¶ *infans lactauit.* Lactare, pro lactēre.

¶ *Quis mortem accuſet? compleuit munia vitæ.*
Iam meritis anus eſt, & adhuc ætate puella.

Vetus codex,

Quis mortem accuſet quis non accuſet iuſta
Aetatis meritis anus eſt ætate puella

[185B] IN EPITAP. XXXIII. ¶ *Læta bis octono ſub conſule.* anno ætatis ſextodecimo. Statius librum Siluarum quartum fuerat orſus.

Læta bis octonis accedis purpura fastis.

¶ *Cinyreius*. Cinyræ filius Adonis, & nepos ex matre Myrrha: vt fabulatur Ouidius decimo Metamorphoseon. Habuit autem Adonis amatrices duas deas, Venerem apud superos, & dum viueret: Περσεφόνην, id est Proserpinam, apud inferos, & mortuus. Orpheus in hymnis, & Ausonius ipse in Idyllio de Cupidine cruci affixo, & in epistola ad Theonem. ¶ *Iouis Elysij*. Plutonis Inferni regis catamitus erat, sicut est superi Iouis catamitus Ganymedes. Qui viri cum viris libidinem exercent, quæ fuit memorata in epigrammate sexagesimo nono & septuagesimo Pedicones dicuntur: de cuius nominis orthographia alibi diximus: qui vero istis sunt in delicijs, & muliebria patiuntur, hi vocantur catamiti.

235.438

39.40

64 c

IN EPITAPH. XXXIIII. Est hoc ἀδέσποτον libro tertio Anthologiæ, capite εἰς γυναῖκας. 186 A

> Εἴκοσι Καλλικράτεια καὶ ἐννέα τέκνα τεκοῦσα,
> Οὐδ' ἑνὸς, οὐδὲ μιῆς ἐδρακόμην θάνατον.
> Ἀλλ' ἑκατὸν καὶ πέντε διηνυσάμην ἐνιαυτοὺς,
> Σκήπωνι τρομερὴν οὐκ ἐπιθεῖσα χέρα. Id est,
>
> *Viginti Callicratea, & nouem filios enixa,*
> *Nullius maris, nullius feminæ vidi mortem.*
> *Sed centum & quinque peregi annos,*
> *Scipioni tremula non apposita manu.*

IN EPITAP. XXXV. ¶ *Prosphere*. Titulus hic fuit, IVSSV AVGVSTI EQVO ADMIRABILI. ceterum quisquis hic fuerit Augustu, vt a Caio Iulio Cæsare Octauiano Augusto omnes principes Romani appellati fuerunt Augusti, scribit Plinius octauo Naturalis historiæ, Augustum illum primum equo cuidam suo tumulum fecisse, & carmen de illo Germanicum Cæsarem. Sed nec de equi nomine quicquã comperi. Librarius cum *Posphere* scripsisset, súpra quispiam, & fortasse idem ipse, litteras r & h addidit: vnde Lugdunenses *Prosphere* ediderunt. Græcanicum itaque videtur vocabulum siue φωσφόρος ei nomen fuerit, hoc est Lucifer, siue *Prosphoros*, aptus, cõueniens, vtilis. ¶ *clamosi*. Vbi clamaret populus, hinnirent equi, streperent curruum rotæ. Seneca ad Lucilium libro duodecimo. *Ecce Circensium obstrepit clamor. subita aliqua & immensa voce feriuntur aures meæ*. Erãt autem theatra, Amphitheatra, Circi, loca, in quibus Romani aliæque gentes ludos & certamina faciebant, sed Circi proprie, in quibus pugilum, Elephantorum, Leonum, Vrsorum, maximéque Equorum ludicra edebantur, vnde & ἱππόδρομοι ab equorum cursu Græcis dicti sunt, vt Dionysio Halicarnassensi libro tertio. Quorum formas tibi dabunt Torellus de Verona, Marlianus de Roma, Philander & Barbarus in Vitruuium. De circo etiam vide, quæ monuimus in epistolam secundam Ausonij. ¶ *Spatiosa per æquora*. per amplam planitiem areamque Circi. Sic ediderunt Lugdunenses, quum in exemplari esset *pauosa per aq.* &

186 B

Cap. 42

epist. 1

417

186C supra *pauosa*, alia manu scriptum, panosa, n pro v.* Emendo *pannosa*: intelligóque pannosa Circi æquora, & pannosum ipsum Circum, a pannis diuersorum colorum, quibus vtebantur factiones in illis Circensibus ludis: qui colores sunt Prasinus, Roseus, Albus, Venetus apud Cassiodorum tertio Variarum, & Sidonium Apollinarem in hendecasyllabo ad Consentium.

Epist. 51 Car. 23 Vers. 324

Albus, vel Venetus, rubens, virénsque.

Suetonius de Domitiano. *Duas Circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quattuor pristinas addidit.* ¶ *Septenas solitus.* quum certamen septeno metarum perageretur circumitu: vnde & Circus dictus. Iidem Sidonius & Cassiodorus. ¶ *Improperanter.* non properanter, sed lente currens in principio. Properanter veteres Latinos dixisse, monuimus in carmen vicesimum septimum Parentalium: improperanter alibi non meminimus legere, sed improperata vestigia in extremo nono Aeneidos Virgilij.* ¶ *a carcere.* a carceribus. Seruius in versum centesimum & quadragesimum quinctum quincti Aeneidos. Erãt autem Carceres, vnde cursuri emittebantur: Metæ, ad quas currebant, & a quibus superatis obitisque ad Carceres per alteram Circi partem recurrebant. ¶ *prægressis.* qui te prætereijssent. ¶ *Promptum.* P non habebat medium vetus codex, sed *promtum*, vt scribit, Victorinus. Facile tibi erat alios equos præuertere, qui te in principio præcucurrissent. ¶ *Elysios alipedes* iampridem mortuos celeres equos alios. ¶ *leuus Arion.* Sic fuit in exemplari, idémque memoratur equus in extrema Gratiarum actione pro Consulatu. Aethon hoc est αἴθων, vnus ex immortalibus Solis equis, disyllabum nomen est, vt apud Ouidium secundo Metamorphóseon, quum hic trisyllabo sit opus. Quod autẽ sequitur in editione Lugdunensi, *Funis & ad quartum*, hoc sine, r, fuit in exemplari, *Funis e ad quart.* emendandúmque, & totum locum sic legendum arbitror.

132 411 186D

Pegasus hinc dexter currat tibi, leuus Arion
Funalis. quartum det tibi Castor equum.

Ita nanque funales appellarunt equos Statius & Suetonius, ille sexto Thebaidos,

Nominibúsque cient, Pholoën, Admetus, & Irin,
Funalémque Thoën. ——— hic uero de Tiberio Cæsare:* *Dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo, quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur:* quicquid sit apud eos funalis equus. Quidam enim apud Suetonium, quod scribit Alexãder libri quincti capite vicesimo Genialium dierum, funales equos dici existimauerunt, in quibus insiderent, qui funalia, hoc est, facẽs & cereos ex funibus factos præferrent: sed Beroaldus, Sabellicus, Erasmus, Turnebus, funales illic equos intelligunt, qui non iugales essent, vt Virgilius septimo Aeneidos vocat, quos Græci ζυγίους,

186E Vers. 280

Absenti

Absenti Aeneæ currum, geminosque iugales,
qui iūcti & *ὑπὸ τῷ ζυγῷ*, hoc est, sub iugo, veluti boues, currū traherēt, sed qui extra iugum, fune alligati vna cum iugalibus traherent, non vno nomine Græcis dicti, *παρήοροι, παρασυροὶ, σειραῖοι, σειραφόροι*. Sic nobilium equorum quadrigæ fuerint hæ apud inferos, ac in ijs iugales Prosphorus & Cyllarus Castoris equus in eadem Gratiarum actione cum Pegaso & Arione memoratus: at funale, *ἑκατέρωθεν*, vt ait Pollux, hoc est vtrinque, dextera & sinistra, Pegasus & Arion.

IN EPITAPH. XXXVI. ¶ *Sparge mero cineres.* ô hospes, inquit beatus hic mortuus è tumulo suo in quo carmen hoc fuit insculptum, sparge vino meos cineres. vt Miseni, *Relliquias, vino, & bibulam lauere fauillam* Troiani libro sexto Æneidos. ¶ *& odore perlue nardo.* Vetus codex, *beneolente & vnguine nardi.* De quo fructice in epigramma centesimum & sextumdecimum. ¶ *& adde rosis balsama puniceis.* Aenéas quincto Æneidos in tumulum patris Anchisæ purpureos iacit flores. quibus hic admisceri balsama iubet. quorū etiam facta mentio in epigrammate centesimo & septimodecimo. ¶ *illachrimabilis vrna.* In qua sunt cineres, & ossa mea mortui nimium felicis, & sic nemini deflendi. ¶ *Felix, seu memini, siue nihil memini.* Hic pentameter erat in Lugdunensi vetere illo codice, *Seu meminisse putes omnia, siue nihil.*

187 A | vers. 26. | 63 | vers. 80. | 64

IN EPITAP. XXXVII. Carus nomen etiam proprium aliquando fuit: Carorúmque clarissimus, Narbonensis ille: quem inter suos Imperatores Augustos Romani tricesimum secundum numerant: & filium habuit Imperij hæredem Carinum, ad annum a Christo nato ducentesimum octogesimum quinctum. Ceterum Ausonianus hic Carus (sic fuit in exemplari, *Carus*, non *Caurus*) fictum nomen esse potest. Quod enim hîc Caro, id Androtioni attribuitur capite sexto tertij libri anthologiæ Græcorum epigrammatum, siue Latina hæc ex Græcis illis incerti auctoris efficta sint, seu cóntra Græca ex Latinis. loquitur autem tumulus.

187 B

Αὐτῷ, καὶ τεκέεσσι, γυναικί τε, τύμβον ἔδειμεν
Ἀνδροτίων. οὔπω δ' οὐδ' ἑνός εἰμι τάφος.
Οὕτω καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον. εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ,
Δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους, προτέρους.

Id est,

Sibi, & liberis, & vxori tumulum struxit
Androtion nondum autem ullius sum sepulchrum.
Sic quoque maneam multo tempore. Si autem forte etiam oportet,
Excipiam in me priores, priores.

¶ *Me sibi.* Sepulchrum ipsum loquitur. ¶ *monumenta vacant.* vacuum & inane sepulchrum. in quo hauddum quisquam tanto tempore fuit conditus. ¶ *Sit, quaeso, querela Longior.*

Queritur tumulus, quod tandiu inanis maneat: ceterum ita queritur, *vt* optet, & precetur Caro, vxori, & liberis vitam longissimam. *Questa* autem, quod in exemplari fuit, & in quæso mutarunt, existimarim *qu'ista* esse debuisse, id est, *quæ ista. sitque ista querela longior.* ¶ *& veniat.* in me, id est moriatur, quo sit natus ordine. ¶ *datus.* qui datus est. Sic participium *datus*, & non verbum *datur* in exemplari: quod & hoc carmen inscribebat. DE SEPVLCHRO VACVO.

187C IN EPITAPH. XXXVIII. Cuiuscúque auctoris sit hoc carmé, Latina via fuit Romæ, Appia, & aliæ: secundum quas sepeliebantur homines. Iuuenalis libro primo.

—— *Experiar, quid concedatur in illos,*
Quorum Flamina tegitur cinis, atque Latina.

¶ *Non nomen.* non dicam nomen meũ, inquit, mortuus. ne roges: neque quis mihi pater fuit, nec quæ patria: neque quid egi, & gessi in vita.

IN AVSONII CARMINA DE CÆSARIBVS.

DE Hesperio, ad quem mittitur hoc poëma, vide, quæ scripsimus in carmen nonum Parentalium. ¶ *in quorum regna*. Exactis regibus, successerũt bini cõsules in Republica Romana: atque demũ restitutis in Vrbem Dictatorio Imperatorióque nomine, ab Iulio Cęsare, regibus, illísque pro libidine omnia cõstituentibus, fuerunt secundi consules, hoc est, tandem solo nomine consules: vt ostendetur in Gratiarum actionem. ¶ *Romana potentia cessit*. Sic legendum, & non *Romana potentia creuit*. Reposuimus autem verbum *cessit* ex nouis aliquot, & veteribus quibusdam exemplaribus. ¶ *monosticha*. μονόστιχα. singulari versus. ¶ *Cæsar cognomen*. Caius cognomen alij codices. ¶ *Vltimus Aeneadûm*. Suetonius in Galbæ initio. ¶ *infamis æui*. infamis æuo, alia exemplaria. ¶ *secutus frater*. Domitianus. qui minor natu erat. ¶ *quem, caluum dixit*. Iuuenalis libro primo.

111

179

Quum iam semianimum laceraret Flauius orbem
Vltimus: & caluo seruiret Roma Neroni.

Ver. 70

Scribit autem Suetonius, quod Flauius Domitianus quum se caluitio deformem sentiret, eo ita offendebatur, vt in contumeliam suam traheret, sicui alij, ioco vel iurgio obiectaretur. Tyrannus vero ille ideo Nero dictus est: quod crudelitate, & vitijs alter Nero esset.

189

* ¶ *trieteride*. triennio. Græcum τριετηρίς: quo vsus etiam alibi idem Ausonius, ac Martialis libro nono, & decimo. ¶ *post lustra decem*. post quinquaginta annos. Lustrum hîc quinque sunt anni. ¶ *Et tersseptenis geminos*. Hoc significat, Claudium Tiberium Neronem viginti tres annos regnasse. ¶ *Tertia finit hiems*. Tertius annus. ¶ *hebdomadem duplicem*: scilicet annorum: id est quattuordecim annos. Ἑβδομάς enim munerum septenarium significat, quam, septimanam interpretatur Macrobius commentario in somnium Scipionis priore. Sic enim *septimana* pro substantiuo vsurpatum est. & inde septimana dierum vulgo dicta. quẽadmodum Priscianus etiam meminit: aut quisquis ille sit, qui de ponderibus, & mensuris librum conscripsit, qui Prisciano vulgo inscribitur.

180. 191
370

¶ *Tantundem.* id est, quatuordecim. ¶ *Consul sed defuit vnus.* id est vnus annus, vt sint anni tantum tredecim imperij huius. Pro *defuit* autem, quidam libri habent *deficit.* ¶ *Tertia vos Latio.* Galba septem, Otho tres, Vitellius octo menses regnasse traditur. sed siquid de turbulentis ijs temporibus compertum habuimus, id nostra in Eutropij breuiarium commentaria pluribus tibi explicabunt. ¶ *Fatalem decadem.* decennium. Vide nostra in Eutropium. Est autem δεκὰς denarius numerus. ¶ *Ter dominante Tito.* Tertio imperij anno obijt Titus. ¶ *Quindecies saeuis.* Ordo & sensus huius loci est, Noua laurea cingit ter Ianum, dum dominatur Titus Vespasianus: & noua laurea cingit quindecies eundem Ianũ, dum frater Titi Domitianus crudelis tyrannus imperat. Hic quindecim anni significãtur, illic tres. Ianus, tẽporis, anni, & æui deus creditus est. Ab eo Ianuarius nomẽ inuenit, primus anni mẽsis a Numa institutus: cuius mẽsis Calendæ, id est dies primus, Iano deo sacræ erant. Vide librũ primum Fastorum Ouidij, & precationes Ausonij consulis.

371.374

190 ¶ *grassante senatu.* Conspirarunt in eum quidam ex Senatoribus, & interfecerunt: in quibus Brutus & Cassius. Titulus autem hic fuit, DE OBITV SINGVLORVM MONOSTICHA. ¶ *Addidit Augustum Diuis.* Morte cõmuni obijt, inquit Eutropius, anno ætatis septuagesimo sexto. Consecrabantur autem principes Romani post mortem, Diuique appellabantur, quomodo leges apud Dionem, libro quinquagesimo sexto, de Augusto, & apud Herodianum libro quarto de Seuero principe. ¶ *Capreis exul Nero.* Qui relicta Roma secesserat in Capreas insulam Italiæ Tiberius Nero. ¶ *Exegit pœnas. Expetijt pœnas*, Tilij codex. ¶ *Matriquecida.* Vnicum fuit impressum exemplar, quod ita haberet. Reliqua sine *que* Matricida, quomodo fuit & in scriptis libris, & legitur apud Sidonium in versu ducentesimo nonagesimo carminis quinti. Particulam *que* adiecit quispiam: ne foret scilicet syllaba illa secunda breuis inter duas longas. sed debebat ille cogitare Ausonium & Sidonium in ijs non solere esse nimium religiosos. Sic etiam *parricida* positum in tetrasticho Seueri inuenies. Iidem porro antiqui libri, habebant, *proprij vim pertulit ensis*: alij, *proprio se perculit ense.* In proximo versu, *Othoni*, & *Othone* legitur.

189

191 ¶ *ab Diuo.* a Caio Iulio Cæsare, qui & horum primus fuit, & primus in cælum receptus fuisse creditus est ex stella crinita, quæ post eius mortem per septem continuos dies fulsit, vt refert Suetonius. *Ab Diuo* autem etiam codex vetustus hic scribebat. ¶ *Octauius.* Caius Octauius Cæpia, filius Caij Octauij & Attiæ filiæ sororis Iulij Cæsaris. qui pro Octauio, Octauianus dictus est, postquam adoptatus ab eodem Iulio Cæsare, in Cæsarum familiam transijt. Monuimus ex Dionis libro quadragesimo sexto, in ijs, quæ in Eutropium scripsimus. ¶ *saeuo*

193 *ingenio.* Tiberij, & Tiberio ipso. ¶ *Qui superauit auum.* Tiberium

Augu-

Augustum. Caius enim Caligula, patrem habuit naturalem Cæsarem Germanicum, ad quem scribit Ouidius libros fastorum. qui Cæsar Germanicus filius fuit Tiberij Augusti ex adoptione, patrui sui. Ita ostendimus in Eutropij librum septimum. ¶ *Claudius irrisus priuatæ in tempore vitæ.* Legitur &, *Claudius irrisæ priuato in tempore vitæ*, vt *priuato in tempore* habet tertius versus de Vespasiano. Lege præter Suetonium & historicos alios, librum Senecæ de hoc principe.* ¶ *ex Tranquillo.* Suetonio Tranquillo.* ¶ *non tibi. nos tibi credidimus*, veteres membranæ.* ¶ *Proximus extincto.* Titulus tetrastichi huius fuit in vetusto codice, NERVA TETRARCHA. sed quæ ista Neruæ principis Tetrarchia? Tetrasticha hæc sunt, id est quaternûm versuum carmina: esseque natam istam Tetrarchiam credo ex notato ad hunc modum TETRA. tetrastichi vocabulo. In quarto autem versu *iuuat* &, *iuuet* legitur. ¶ *Cetera patris.* ex adoptione, patris Neruæ. ¶ *Ascitis quantum.* Externi adoptati meliores filijs nostris.* ¶ *sociátque virum documenta daturum.* vetus liber, *cui iunctus erit documenta daturus.* ¶ *vocatu consultúque.* nomine, & consilio, seu re, pius. Consultus autem substantiuum quartæ inflexionis, hic notandum, nisi forte consultis legas, vt in antiquo fuit codice scriptum. ¶ *Qui scita Platonis.* Ille enim *tum denique fore beatas Respublicas putauit, si aut docti & sapientes homines* (talem fuisse Marcum Antoninum testantur historici) eas regere *cœpissent: aut qui regerent, omne suum studium in doctrina & sapientia collocassent.* Cicero epistola prima ad Quinctum fratrem. Scribit autem de Marco Antonino Iulius Capitolinus in hunc modum. *Sententia Platonis semper in ore illius fuit, Florere ciuitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.* Sententia autem ea est in quincto de Republica vel Iusto. *Flexit* autem hic vetus codex: alij *Fecit.* ¶ *Quod genuit.* Plerique tamen crediderunt Commodum alterius quam Antonini Imperatoris filium ex adulterio Faustinæ Augustæ: quod & mox Ausonius dicet * ¶ *Threicio.* *Threicio.* legitur & *Threicidico.* ¶ Helui: HELVIVS quidem hîc erat in vetere libro, sed in antiquis marmoribus & nummis est HELVIVS, tribus tantum syllabis. ¶ *Quod doluit. Quod docuit*, alij libri. ¶ *Quod spoliis*, Quædã exemplaria, Quod sceptris.* ¶ *I gelido.* Gelido, frigido Histro, vt quæ orbis terrarũ partes ad polos Mundi pertinent. De eo flumine in epigramma nonum. ¶ *Parricida.* Modo monuimus Matricida, parricida, vt similia composita, omnipotens, armiger, i corripere, quod est in fine prioris partis, sed Ausonium contra aliorum morem produxisse. ¶ *Punica.* Africana: ex Lepti oppido. Eutropius. ¶ Cuius adoptiuo nomine. Marci Aurelij Antoninj. Spartiamus. ¶ Caracala. Sic quædam exẽplaria scribunt. alia gemino LL. Caracalla,

ſicut apud Dionem Καράκαλλος, id eſt, Caracallus apud Spartianum. Genus veſtimenti fuit Caracalla, vnde riſus eſt hîc tyrannus. *Irriſu* autẽ, *In riſu*, & *Inriſu*, pro *Irriſu*, hîc ſcriptum offendimus. ¶ *Tunc etiam*. legitur &, *Túne etiam*. Sed hæc hactenus. Ampliorem enim hic commentarium non deſiderabit, puto, qui diligenter legerit Suetonij Tranquilli, Cornelij Taciti, Dionis, Herodiani, Ælij Lampridij, Iulij Capitolini, Aelij Spartiani, Eutropij, Aurelij Victoris, Sexti Rufi, Bedę, & aliorum libros de Romanis principibus.

IN AVSONII BVRDIGALENSIS LIBRVM DE CLARIS VRBIBVS, ELIAE VINETI SANTONIS COMMENTARIVS.

In carmen primum de Roma, Constantinopoli, & Carthagine.

P*RIMA urbes inter*: Prima, & caput vrbium omnium est Roma, diuorum principum, & Imperatorum domicilium, & Regia. Huius autem libelli titulus est in antiquo Lugdunensi codice, ORDO VRBIVM NOBILIVM. ¶ *Aurea*. pulchra, sicut accipiunt veteres grammatici, quum auream Phœben, auream Pallada, auream Venerem, aurea Capitolia dixit Virgilius. ¶ *Constantinopoli*. quæ est vrbs Thraciæ nobilissima, sicut Carthago olim Africæ. ¶ *Priori*. quæ post Romam, secundum sibi vendicat locum, vt Carthago tertia habeatur. ¶ *Vetus hanc*. Carthaginem Africæ, vt dixi. Aliæ namque fuerunt in Hispania Carthagines duæ, Vetus, & Noua cognominatæ. ¶ *Hanc fortuna recẽs*. Cõstantinopolim extulit Romani pars imperij eo translata sub Ausonij tempora: vbi hodie quoq; Turcorum principis regia. ¶ *Fuit hæc*. vt —— *Fuit Ilium, & ingens.*

Gloria Dardanidum. —— Carthaginem cepit Scipio, & euertit tertio bello Punico, anno vrbis Romæ sexcentesimo & octauo: annísq; duobus & viginti post reparata est, ac eo deducti ciues Romani, sicut scribit Eutropius libro quarto. ¶ *Subit ista*. succedit Constantinopolis, nascitur, succrescit, vt primo Georgicon —— Ne subeant herbæ. *vers. 180* ¶ Veterem honorem. Carthaginis. ¶ *Perstringit*. obscurat, minuítq; Hic nescio vtro modo scripserit Ausonius, *perstringit*, an præstringit: ceterum vetus codex *prestringit* habebat. Ita hæc apud Ciceronem & alios contaminata fere fuerunt: quæ & præstinguere esse debere interdum videantur. ¶ *Et Constantino*. Imperatori: abs quo dicta Constãtinopolis. ¶ Elisam. Didonem, quæ Carthaginem dicitur condidisse. ¶ *Romam vix passa priorem*. Carthago, inquit Pomponius Mela, *nunc populi Romani colonia, olim imperij eius pertinax æmula*. Velleius Paterculus libro priore. ¶ *Componat vestros*. ἀποστροφὴ ad Constantinopolim & Carthaginem ¶ *Tu mores*. Fastus, superbiam. ¶ *Fortuna antiqua*. prisca & prima vestra

fortuna &cōditio. ¶ *Angustas*. tenues & modicas. Paruula primū oppida Cōstātinopolis, & Carthago, diuitiarū, viriūq; nullarū. ¶ *Byzātina Lygos*. Cōstantinus Imperator, qui magnus est nuncupatus, quū Byzantiū antiquissimū Thraciç oppidū, quod descripsit Dio in Seuero principe, ampliasset, maximo cinxisset muro, multis magnificis ornasset molibus, ipsisq; rerū dominę Romę tandem adęquasset, non solū Cōstantinopolim nominauit, sed secundā & nouam Romā etiā appellari iussit, anno Christi tricētissimo trecesimo quarto. Auctores Stephanus; Socrates libro primo historię Ecclesiasticę, & Hieronymus in Chronicis. Chrysoceras autē promūtorium eo oppido nobile antea Lygos dictū fuit, vt Plinius, Solinus & alij memorię prodiderūt. ¶ *tu Punica*. Phœnicū, Tyriorū, qui Didone regina, & duce, eam vrbē in Africa condiderunt. ¶ *Byrsa*. Virgilius libro primo Aeneidos de profuga Didone cum suis Tyrijs,

Vers. 360.

Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentémque nouæ Carthaginis arcem.
Mercatique solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

Nomen autem Byrsæ, arx Carthaginis retinuit. Lucius Seneca libro secundo breuiarij rerum Romanarum.

200.A

IN II. DE ANTIOCHIA & Alexandria. ¶ *Tertia*. Primum locū inter vrbes tenet Roma, secundū Cōstantinopolis, & Carthago: vt eas honore pares esse iussit. Tertia vero esset Antiochia, si Alexandria illi cedere nō recusaret. ¶ *Phœbéæ lauri domus*. Lauro abundans, arbore sacra Phœbo Apollini. Dicitur autē laurus Græce δάφνη: vnde Daphnen dixerunt oppidū ab Antiochia quinq; millibus passuum distās, quod amœnū & ambitiosum Antiochię suburbanū vocat Ammianus libro vndeuicesimo. Lucus illic fuit amœnissimus, decē millia passuū ambitu colligēs, lauro cupressóq; perpetuo virens: cuius meminit Iustinianus Imperator extremo libro vndecimo sui codicis, Eusebius Chronicus, seu eius interpres ad annū primū olympiadis centesimęseptuagesimæ octauæ, Eutropius libro sexto, & Strabo sextodecimo: qui in eius medio templum Apollinis, & Dianæ fuisse ait. quod amplissimum Daphnæi Apollinis Fanum, ab Antiocho Epiphane conditum, Ammianus Marcellinus libro vicesimo secundo scribit subita vi flammarum exustum fuisse, quum Iulianus Imperator esset Antiochiæ, Mamertino & Neuita consulibus, quum esset annus à Christo nato trecentesimus & sexagesimus sextus. ¶ *Antiochia*. Cuius luxus memoratur in Gratiarum actione. Scribit autem Stephanus, & Eustathius in Dionysij Geógraphiā, Antiochias quatuordecim fuisse: quarum hæc clarissima, Syriæ, in qua sita est, Antiochiæ nomen dedit. Mela libro primo & Plinius, quincto. Scribitur autē Græcis hoc nomē, pęnultima diphthongo ει, quę diphthōgus modo in i longum, modo in e mutatur. Ita sit

Titul. vlt imo.

388.

Ἀντιόχεια, Antiochîa & Antiochêa: sic Ἀλεξάνδρεια, Alexãdrîa & Alexã drêa, auctore Prisciano libro secundo. * ¶ *Vellet Alexandri.* Hæc Alexã- dri colonia, est Alexandria, Ægypti vrbs clarissima. Alexandrias decem & octo numerant Stephanus, & Eustathius. ¶ *Ambarum locus vnus.* Tertius, de quo contendunt. ¶ *& amentis populi malesana tumultu.* In magnis frequentibúsque vrbibus, crebas esse solere seditiones significat Virgilius, quum dicit primo Aeneídos.

200B

vers. 152

Ac veluti magno in populo quum sæpe coorta est

Seditio. —— & Alexandrîa cum maior potentiórque foret, quã Antiochia, auctore Strabone libro sextodecimo, in ea frequentiores tumultus ac seditiones fuisse inuenies in historijs etiã Ecclesiasticis. Ceterum de Antiochensium prauis moribus multa Iulianus in Misopogone. Ammianus Marcellinus libro vicesimo secundo de Alexandrîa, quę ciuitas *suopte motu*, inquit, *& vbi causæ non suppetunt, seditionibus crebris agitatur, & turbulentis.* ¶ *Hac Nilo.* Alexandria Ægypti, in littore maris, ad vnum ex ostijs Nili sita est. De qua lege Strabonem libro septimodecimo, Curtium quarto, Arrianum tertio, Plinium quincto, & Ammianum vicesimo secundo. ¶ *penitúsque repostis.* dixerat Virgilius sexto Æneídos,

vers. 59.

______ penitúsque repostas

Massylum gentes ______ ¶ *Fecunda sitúque.* Vetus codex *fecunda, & tuta superbit*, melius. ¶ *Illa.* Antiochia superbit. Antiochiæ Romani tenebant præsidia contra Persarum incursiones. * ¶ *Et vos ite pares.* Tertio loco ãmbæ, sicut Carthago & Constantinopolis secundo pares ire iussæ. Istarum ergo vrbium hæc fuerit dignitas Valentiniano, Theodosio, & filijs principibus, circiter annum Christi quadringentesimum: quo tẽpore hæc de claris Vrbibus iam senior canebat Ausonius. Flauius Iosepus, qui sub Vespasianis sua fere scripsit, ad annum Christi octogesimum, Aegypti Alexandriæ secundum inter Romani imperij vrbes, & Antiochiæ vrbium Syriacarum matri tertium locum deputat in principio libri tertij, & fine quarti Captiuitatis Iudaicæ. ¶ *Macetumque attollite nomen.* Sic antiquus ille liber Macetum per t: noui omnes Macedum per d. Quæ vulgo Macedonia nominatur, patria magni illius Alexandri, qui Alexandrîam, & Seleuci, qui Antiochiã condidit, hæc Μακετία quoque, id est Macetia, dicta fuit, auctore Hesychio, & Eustathio Dionisij Afri interprete. Hinc Μακέτης vir Macedo, siue Macedonicus, apud Stephanum, & Μακετὶς femina Macedonica apud eundem Stephanum & Suidam, eadémque Μάκεσσα & Μάκεττα per duo ττ & per vnum, eodem auctore Stephano. Poëtę Euripidis, in Macedonia mortui sepultíque epitaphium quoddam extat linguæ Doricæ libro tertio Anthologię, quod incipit ἁ Μακετὶς σε χέκευθε τάφου χθὼν. Erit ergo genitiuus casus Macetũ pro Macetarum a recto Macétes siue Máceta, quemadmodũ Getes & Geta, Scythes & Scytha, aliáque eiusmodi

200C

gentilia nomina Latinis efferuntur, per primam declinationem potius quam per tertiam. Macedum vero pro Macedonum, quod frequens occurrit apud Lucanum, Statium, & alios poëtas, dura nimis & insolente syncopa, id vbique Macetûm esse debere suspitio est, Macedum per d scribût omnia, quotquot inspeximus vnquam vetera nouáque exemplaria in versu quinctodecimo libri decimi Pharsaliæ Lucani, sed duorum, quæ habemus, vetustorum alterum in eodem libro habet Macedum per d, alterum Macetum per t.

Vers. 17. *Esse viro. Macetum fines latebrasque suorum.*

At contra libro secundo, id, quod decimo Macetum scribit, Macedum habet: & quod ibi Macedum, hic Macetum.

vers 648. *Graiorum, Macetúmque nouas acquirite vires.*

200D ¶ *illa Seleucum*. Mater Seleuci *Laodice, quum nupta esset Antiocho claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis, concepisse, grauidámque factam munus concubitus anulum a deo accepisse: in cuius gemma, anchora sculpta esset: iussáque id donum filio, quẽ peperisset, dare. Admirabilem fecit hunc visum & anulus, qui postera die, eiusdem sculpturæ, in lecto inuentus est: & figura anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipso paruulo fuit. Quamobrem Laodice anulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua dedit: qui post mortem Alexandri occupato regno Orientis, vrbem condidit: ibique geminæ originis memoriam consecrauit. Nam & vrbem ex Antiochi patris nomine (ex Antiochi filij nomine vult* Iulianus) *Antiochiã vocauit. & campos vicinos vrbi Apollini dicauit. Originis eius argumentum etiam posteris mansit. Siquidem filij nepotésque eius anchoram in femore, veluti notam generis naturalem, habuere.* Sic Iustinus libro quinctodecimo. Sed de his Alexandriæ & Antiochiæ historijs lege Strabonem, Arrianum, Plutarchum, Eusebium, Stephanum, Plinium Curtium. ¶ *Ingenitus naeuus.* Sic legit Baptista Pius in commentarijs in Plautum. *Ingenitis cuius*, Andreas Alciatus libro nono παρέργων: *Ingeneratus anus*, omnia exemplaria impressa, præter vnum: quod habet, *Ingenium neuum fuit anchora signum.* Lugdunensis vero codex membraneus, *Ingenuum cuius fuit anchora signum.* Anchora igitur illa ingenuum, innatum, & naturale signum fuit ac certa nota, vnde Seleuci genus cognosceretur: quales esse solent notæ illæ: quæ seruorum, boum, equorum, ouium frontibus vel armis, uel clunibus, candenti ferro inuruntur, imprimunturque: vt cognoscantur hi, cuius sint domini.

201A IN III. DE TREVERIS. Carmen hoc de Treueris non solum mendosum, verum etiam mancum, & mutilum videtur. ¶ *gestis.* cupis. legitur autẽ & *gestit.* ¶ *Treuericaque vrbis.* Hic scribitur e in prima & secunda syllaba, licet Treuiros sæpius quam Treueros, Triuerósque & Triuiros legeris. Tot enim modis hoc nomen in Latinis, Græcisque auctoribus scriptum reperitur. Cuius esse singulare Treuir tradit Priscianus libro quincto. Sunt autem Treuiri, populus Galliæ Belgiæ quo nomine vrbs quoq; eorum appellatur apud auctores quosdam

ex antiquis, nunc *Trier*, & *Treues*: quam Pomponius,& Ptolemæus Augustam nominant. De Treuiris multa in commentarijs Cæsaris, & apud Cornelium Tacitũ.de quibus etiam Beatus Renanus quærit libro tertio rerum Germanicarum. Extat ad Treuiros Romani senatus epistola in vita Floriani,apud Vopiscum:Constantinique Augusti, Iuliani. Valentiniani,Valentis,Gratiani,Valentiniani Iunioris,Theodosij,Arcadij,rescripta Treuiris data:vt mirum non sit,cur Treuiros clarum principum domiciliũ appellet Ammianus libro quinctodecimo ¶ *prælabitur amne.* Sic prælabitur verbum cum pręseruiente ablatiuo casui præpositione cõpositũ,& nõ,perlabitur,vt typographi corruperunt,& hic,& in carminede Tolosa.InSymmachi quarta ad Ausoniũ epistola,pręlabitur, & præterlabitur. ¶ *Mosella*.de quoflumine est eiusdẽ Ausonij edyllium. 206.550 242

IN IIII DE MEDIOLANO. Μεδιόλανα & Μεδιολάνιον, & Μεδιόλανον, id est Mediolanum,non vnicum legitur. Vnius quidẽ solummodo meminit Stephanus,Aquitanici,quod Strabo,& Ptolemeus Santonum oppidum dicunt:sed apud eundem Ptolemęum est Mediolanum in Gallia Lugdunensi aliud,aliud in Britannia,in Germania aliud. legeris alia quoq; alibi Mediolana.Mediolanum autem,de quo hoc carmen,omniũ clarissimum est.antiquissimũ affirmare non ausim.nunc *Milan*,*& Milano*,in Gallia Cisalpina,a Transalpinis Gallis conditũ. qui per Taurinos,saltúsque Iulię Alpis quum transcendissent, *fusisq́; acie Tuscis, haud procul Ticino flumine,quum in quo consederant,agrum,Insubrium appellari audissent cognominem Insubribus pago AEduorum,ibi omen sequentes loci, condidere vrbem.Mediolanũ appellarunt.* Titus Liuius libro quincto. Idem puto,voluit Strabo,Plinius,Iustinus. Factũ hoc tradũt Chronici ad annũ ante Christũ natũ trecẽtesimũ & octagesimũ. Nomẽ autẽ Mediolani, quod Gallicũ prorsus fuit,quoniã ad mediũ & lanã videretur alludere, finxerũt veteres Latini quidã satis inepte,ita appellatã vrbẽ,quod moliẽtibus sedẽ Gallis illis,in fundamẽtis sus repertus esset:cuius corporis dimidiũ lana,vt ouis,tegeretur.Claudianus in nuptijs Honorij & Mariæ. 201 B

Iam Ligurum terris spumantia pectora Triton
Appulerat: lassósque fretis extenderat orbes.
Continuo sublime volans,ad mœnia Gallis
Condita,lanigeri suis ostentantia pellem
Peruenit. — sic enim legendum pro, —*mœnia Gallis*
Condita,lanigeris ouis ostentantia pellem.

& Apollinaris Sidonius libro septimo epistolarum,

Rura paludicolæ temnis populosa Rauennæ,
Et quæ lanigero de sue nomen habet.

* Sed Cato tamẽ in Originibus,a Medo quodã Insubriũ principe dictũ Mediolanũ tradidit.Porro hîc relatu non indignũ,quod apud Suidã legimus.Mediolanũ,inquit ille,Italię vrbẽ πολυάνθρωπον (sic ante appellarat Plutarchus in vita Marcelli) quũ cepisset Attila :ibiq́ȝ reperisset picturã, in qua ante pedes Romanorũ principũ in aureis solijs sedẽtiũ,occisi Scy 201 C

V

thę iacebant, acciuit statim pictorem, & se quidē in solio sedentē, Romanos vero principes sacculos humeris gestātes, & ante suos pedes aurum spargētes, pingere iussit. ¶ *antiqui mores.* Vide, quę scripsimus in epigrāma secūdū. Pro hoc tamē, *Ingenia, antiqui mores*, quędā exēplaria cū Lugdunēsi legūt, *Ingenia, & mores lati.* ¶ *Circus.* qualis Romę fuit, & Theatrū, & Capitoliū, & Palatiū, & Moneta, & Thermæ Herculeæ. Dubiū tamē esse potest Herculei, ab Hercule illo heroë mōstrorū domitore legēdū sit, an Herculij ab Herculio Maximiano: quē inter alia, quę de illo scripta sūt, tradiderūt Eutropius, & Eusebius, seu Hieronymus, Imperij insignia deposuisse Mediolāni anno christi trecētesimo & septimo. ¶ *moles cuneata theatri.* Cuneata theatri immanitas, in Ludo Sapientū: & cuneatū theatrū, in edyllio Est et nō, cuneos habēs, graduū ordines, veluti in scalis, vbi sedebat vulgus. ¶ *opulēnsq; moneta.* *Nō opulēs, nec egens*, in epicedio. Moneta autē dea, tēplū deę, vt in carmine Sulpicię, & locus, vbi nūmi percutiebātur. Turnebus secūdo capite quarti Aduersariorū. ¶ *peristyla.* Apud Vitruuiū sępius peristylia quattuor syllabis. Est autē περίστυλον, siue περιστύλιον, locus columnis circundatus, & clausus: cuiusmodi est Burdigalę, quod Palatiū Tutelę vulgo appellatur. ¶ *limbo.* labro quædā exemplaria pro limbo, vt & in margine vetusti exemplaris annotatum reperimus.

7 · 113 · 370 · 355 · 591 · 210 11

202 IN V. DE CAPVA. Capuam Cāpanię vrbē, regionis Italię clarissimā, a Capye duce, vel a Cāpestri agro potius appellatā esse, placet Tito Liuio libro quarto. ¶ *priore.* antiqua: sicut sęculū prius dixit Terētius in Eunucho. ¶ *vnúsq; suorū Cōsule. Romā legatos missos a Cāpanis, in quibusdam annalibus inuenio, postulātes, vt alter cōsulū Cāpanus fieret, si rē Romanā adiuuari vellēt.* Idē Liuius vbi, quid post Cānēsē cladē gestū sit, narrat. ¶ *rerū dominā.* Romā. Romanos rerū dominos, gētēq; togatā. ¶ *togatis.* Italis, Cāpanis, ciuibus suis, sed externis, vt Annibale Afro. ¶ *hostis.* Annibalis. ¶ *demēs.* ipsa malesana Cāpania. ¶ *in occasū.* interitū, exitiū. ¶ *Corruerēt Pœni.* Cāpanię opibus, delicijs, luxu, Annibalē & suos, perditos esse, scribūt cuncti. ¶ *Roma altera.* Sic Mago apud Liuiū libro vicesimo tertio dicit Capuā nō Cāpanię modo, sed Italię caput, post afflictā rē Romanā Cānēsi pugna. ¶ *Comere quæ.* Quę potuit Romę par esse, & eodē gradu cōsistere. Lucius Annęus Seneca libro primo breuiarij rerū Romanarū scribit, Capuā quōdā inter tres maximas vrbes, Romā, Carthaginémq; fuisse numeratam. ¶ *pone.* Post Romā primā, vix octauo loco digna Capua. Postponit itaq; Ausonius Capuā his septem vrbibus, Romę, Carthagini, Cōstātinopoli, Alexādrię, Antiochię, Augustę Treuirorū, & Mediolano.

Act. 2 sc. 2 · lib. 23

203 IN VI. DE AQVILEIA ¶ *Nō erat iste locus.* Nonā te nō celebrassē, nisi accessisset meritū ex vltione cędis Gratiani Augusti, discipuli mei. AQVILEIAM Plinius libro tertio, Venetię attribuit, decimę regioni Italiæ, a mari Adriatico duodecim millia passuū distātē. Strabo vero libro quinto extra Venetię fines ponit: adquā aduerso flumine nauibus onerarijs per fluuiū Natisonē ab Adriatico mari nauigetur. ¶ *Itala ad Illyricos.* Supra hāc Venetię & Adriatici maris partē, sunt Illyrij populus. Deducta

Cap. 18

autẽ fuit Aquileia colonia Latina ad annũ ab Vrbe cõdita quingẽtesimũ septuagesimũ tertiũ, vt ex Tito Liuio libro tricesimo nono, & quadragesimo, cognosces, & ex Paterculo Velleio. ¶ *extremo sub tẽpore.* Vitæ suæ sceleratę te elegit. ¶ *cui.* Aquileię. Duplex autẽ hic lectio, *cui iusta piacula bello*, &, *cui sera piacula lustro.* LVSTRVM, quinquẽniũ est. Tyrãnidis autẽ suę anno quincto Maxim⁹, auctore Prospero, pœnas sui sceleris luit, tertio ab Aquileia lapide, captus, indumẽtis regijs spoliatus, & capite dãnatus. ¶ *Maximus.* Clemẽs Maxim⁹ in Sulpicij Seueri Aquitani chronicis. ¶ *Ausonio.* Romano.* ¶ *Rutupinũ.* Britãnũ: vt Rutupina littora, Britãnica libro sexto Pharsalię Lucani, & tellus Rutupina in septimo Carmine Parẽtaliũ, ac Rutupinus ager in duodecimo, a Rutupijs Cãtiorũ Britãnię insulę gẽtis ciuitate: cuius meminit Ptolemęus libro secũdo Geographię & Ammianus Marcellinus aliquot locis. Huius subijciam verba ex libro vicesimo. *Dux ante dictus Bononiã venit, quæsitisq; nauigijs, & omni imposito milite, obseruato flatu secũdo vẽtorũ, ad Rutupias sitas ex aduerso, defertur: petitq; Lundiniũ.* ¶ *latronẽ.* Maximũ. Hic quũ in Britãnia tyrãnidẽ arripuisset, & in Galliã cũ ingẽtibus trãsijsset copijs, Gratianũ Imperatorẽ, Ausonij discipulũ, Merobaudis magistri militũ ꝓditione, apud Parisios superauit: & in Italiã fugiẽtẽ, Lugduni cepit, anno Christi trecẽtesimo octogesimo septimo. Postea quũ se Aquileiã recepisset, a Valẽtiniano, & Theodosio Imperatorib⁹ illic extinctus est, anno Christi trecẽtesimo, & nonagesimo primo. Aurelius Victor, Sulpicius Seuerus in vita Martini Turonẽsis episcopi, Prosper, Beda, Paulus diaconus, Drepanius Pacatus in Panegyrico, quẽ Theodosio Augusto Romę post sũptas de latrone pœnas, dixit. Annos autẽ vix sexaginta postea stetit Aquileia, quã hęc de illã cecinisset Ausonius. Munitissimũ enim oppidũ tres annos obsedit, cepit, deleuitque Attila ille immanis Hunnus, anno Christi quadringentesimo & quinquagesimo quarto: nec ex eo est a quoquam reparatum.

203 B
Vers. 67. 111. 113

IN VII. DE ARELATE. Variе nomẽ huius vrbis efferri inuenio. Est hic casus vocãdi Arelate a recto Arelatus. Est & Arelas rectus, vt pictas. Arelate nominandi casu singulari legitur apud Melã, & Pliniũ, & Suetoniũ in Tiberio, sed pro Arelatę plurali, vt arbitror. Arelatę plurali, apud Srabonẽ, apud Ptolomeũ Ἀρελᾶτον. Est Arelato ablatiu⁹ in quodã Imperatorũ Leonis. & Maioriani rescripto ex ea vrbe dato, & genitiuus Ἀρελάτου in vita Fauorini Sophistę Galli Arelatẽsis apud Philostratũ: in quo loco legitur, ἦν μὲν γὰρ τῶν ἑσπερίων Γαλατῶν οὗτος, Ἀρελάτου πόλεως, ἣ ἐπ' Ἠριδανῷ ποταμῷ ᾤκισται. vbi Ἠριδανῷ pro Ῥοδανῷ scriptũ fuit. Theodorichi regis Italię litterę sunt apud Cassiodorũ libro tertio, de reparatione murorũ, & turriũ vetustarũ huius vrbis. Cęsar in Cõmentarijs belli Ciuilis, Ammian⁹, & alij Historici, Arelatẽ celebrarũt: quã & a proprijs colonis cõditã esse scribit Isidor⁹. *Arles*, gallihodie appellam⁹ plurali voce. ¶ *Gallula Roma Arelas.* colonia Romana in Gallia à Tiberio Nerone patre Tiberij Augusti deducta, vt Suetonius memorię ꝓdidit, Arelas, parua q̃dã Roma videbatur. Lepidũ autẽ diminutiũ *Gallula* ab eo, quod est Gall⁹.* ¶ *Alpinis*

204 A

204 B

204B opulenta Vienna colonis. ——— *quáque potentes*

Aedues. Alpino, quáque Vienna, iugo,

106 484 dixit in carmine quarto Parentaliũ, qui & in epistola vicesima tertia Alpinam appellauit Viennam. Hæc est Allobrogum metropolis, Pomponio, Plinio, Straboni, super Rhodanũ sita, iuris quondã Italici, inquit Paulus libro quinquagesimo digestorum, titulo de Censibus. Vetus nomen adhuc retinuit. Cæsar, Marcellinus, Diaconus, ac ex recentioribus alij multi, hanc celebrarunt Viennam. Porro non Vienna, sed Viana Plinio, & Ptolemæo appellatur illa vrbs Austriæ ad Danubium. quo nomine est etiã in Lusitania vrbs, in ōstio fluuij Limiæ sita. ¶ *Præcipitis Rodani.* Rodanus seu, vt Græci proferunt, Rhodanus, fluuius ex Alpibus non longe a Dannubij, Renique fontibus surgens, per Lemanum lacum, Allobroges, & Narbonensẽ prouinciã, secundum Lugdunũ, Viennam, Auenionem, Arelatem, & alia celebria oppida, in mare internũ citus fertur

273.484 ¶ *intercisa fluentis.* Inde dicta est Arelas duplex etiam eidem Ausonio in extremo Mosella, & in versu octogesimo primo vicesimæ tertiæ epistolarum. Ita quondam Arelas. nunc simplex est, & longe alia facie, tota in ripa Rodani, quæ Italiam respicit, posita. Alteram partem facile crediderim a Gothis fuisse excisam. Lege epistolam duodecimam libri septimi epistolarum Sidonij Apollinaris.* ¶ *nauali ponte. Lintribus in geminis con-*

204C *stratus, ponto sit, an pons,* quæritur in Tegnopægnio. Athalarichus Italiæ rex, qui Theodorico successit circiter annum Christi quingentesimum, & vicesimum tertium, sic meminit huius pontis in litteris ad Senatũ Vrbis apud Cassiodorũ libro octauo. *Arelate est ciuitas supra vndas Rodani constituta: quæ in Orientis prospectum, tabulatum pontem, per nuncupati fluminis dorsa, transmittit. Hunc & hostibus capere, & nostris defendere necessarium fuit.* ¶ *Romani orbis.* Galliæ Cisalpinæ & Italiæ. ¶ *& mœnia.* alias vrbes. ¶ *Gallia* Galli proprie apud Cæsarẽ, qui habitabant inter fluuios Garumnam, Mátronam, Sequanam: sed Gallia postea dicta, quã Renus fluuius, Alpes montes, mare internum, Pyrenæi mõtes, & Oceanus pontus amplectuntur. Aquitaniam vero ijsdem Pyrenæis, & Garumna terminauit idem Cæsar: quam postea ad fluuium Ligerim vsq; protendi voluit Imperator Octauianus, auctore Strabone. ¶ *Læto.* fertili. *lato* tamen pro *læto* vetus exemplar: & *Aquitanica,* pro *Aquitania.*

204D IN VIII. DE EMERITA Octaui carminis de claris vrbibus titulus est, *De Emerita,* in codicibus impressis. in vetusto Lugdunẽsi, *De Hispali:* qui & in oso carminis secũdo versu, Hispalis scribebat, vbi alij Emerita. Vrbs prius amplissima Emerita, oppidulũ est hodie *Merida* ad fluuiũ Anã: qui Lusitaniã Hispaniẹ partẽ a Bẹtica Hispania desterminat. Aurelius Prudentius homo Hispanus, Ausonio non multo iunior, in dactylico de Virgine Eualalia Christi martyre.

Nunc locus Emerita est tumulo

Clara colonia Vettoniæ.

Quam memorabilis amnis Anas

Praterit:& viridante rapax
Gurgite mœnia pulchra lauat.

Dio ſcribit libro quinquageſimo tertio, & Iſidorus quinctodecimo etymologiarum, Auguſtum Cæſarẽ, Cántabris, Aſturibus, Luſitaníſque ſubactis, veteranos in Hiſpania dimiſiſſe: qui hanc vrbẽ in Luſitania condiderint quę ab Auguſti principis, Emeritorúmq; illorũ nominibus Auguſta Emerita ſit nuncupata. Coccũm Emeritenſe commendat Plinius libro nono: & Emeritenſes iuris fuiſſe Italici auctor eſt Paulus iuriſconſultus libro quinquageſimo Digeſtorum Iuſtiniani, capite de Cenſibus. *Hiſpalis* vero eſt, quę nũc *Seuilia* vocitatur, vna ex opulẽtiſſimis, ampliſſimiſq; Hiſpanię vrbibus, ad fluuiũ Bętim ſita, quę quos habuerit cõditores & quibus tẽporibus, neſcio: ſed Iulij Cęſaris opus eſſe negant Hiſpalenſi illi Iſodoro, quę de illa legũtur in eiuſdẽ Cęſaris ciuilibus Cõmentarijs. Coloniã ille fortaſſe deduxerit ex ſuis veteranis Hiſpalĩ nãq; clarã Romanorũ coloniã fuiſſe dicit Strabo libro tertio: eámq; Plinius coloniã Romulẽſem cognominat. ¶ *Iure.* quę mereris octauum locum inter nobiles noſtras vrbes. Veteres tamen illæ menbranæ Cara pro Iure ſcribebãt, fortaſſe quod Auſonius in ea ſe Hiſpaniæ ciuitate aliquãdo oblectaſſet, & ex eo ſemper habuiſſet carã, ac dilexiſſet. ¶ *Nomen Iberũ.* Hiberũ aſpirabat vetus liber, vt pręcipit Vibius. Ἴβηρες autẽ dicuntur Græcis, hoc eſt Iberes, ſed Latinis Hiberi, Hiſpani a fluuio, cui Ἴβηρ & Hiberus nomẽ. qui apud Cántabros ortus, in mare exit mediterraneũ. Nomen autem ſi propria ſua ſignificatione hîc accipias, Hiſpali carmen conueniet magis, quam Emeritæ. Eſt enim non Hiſpanum ſed Latinum vocabulum Emerita: & Hiſpalim, quam a palis in ſolo paluſtri ſuffixis cognominatam ſuus diuinat Iſidorus, purum credo Hiberum Hiſpanumq; nomen, quod legitur apud Silium tertio, Hiſpal, ſiue Iſpal.

Et celebre oceano, atque alternis æſtibus Hiſpal. verſ.392

ſed exemplar idem vetus u, pro o ſcribebat, numen pro nomen: vt conueniat cum eo, quod ſequitur,

Summittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.

Quam vrbem cunctarum Hiſpaniæ ciuitatum principẽ, pro numine habeat vniuerſa Hiſpania, colat, obſeruet, & ipſi cedat. Hoc enim eſt ſummittere faſces, vt docet Budęus in annotationibus in Pãdectas. ¶ *Æquoreus quam præterlabitur amnis.* Et hoc de Hiſpali verius, quã de Emerita. Namq; Bætis & Anas tametſi magni ſunt, & in æquor vterq; exeunt, in Oceanum nimirum Gaditanum; & quũ ob alia, tum ob æſtum, æquorei recte dici poſſunt, ſicut Garumnam ſuam dixit Auſonius æquoream in extremo Moſella, appellatione tamẽ æquorei magis eſt dignus Bætis ad Hiſpalim, quã Anas ad Emeritam. Stadia nãq; minus quingenta, quæ ſunt milla paſſuũ fere ſexaginta duo, & leucæ Hiſpanicæ quindecim, a mari per fluuiũ abeſt Hiſpalis, auctore Strabone libro tertio; quo ſpatio magna tolleret nauigia Bætis. at Emerita duplo triploúe abeſt: nec in ſuo amne præter mœnia ſua videt æſtum, ſicut Hiſpalis in ſuo. ¶ *Cor-*

204 E

204 F

273.

duba non. Vna ex Bęticę Hispaniæ clarissimis vrbibus estCorduba Pomponio Melæ,& Ptolemęo.Cęsar prouinciæ caput appellat.Strabo Marcelli opus.Plinius patriciã coloniã.Martialis libri primi epigrãmate vndetricesimo,duorũ Seneearũ,& vnius Lucani patriam. *Cordoua* suis hodie vocatur.De Tarracone iã supra monuimus,in carmẽ vicesimũ quartum Parentaliũ. ¶ *Quaeque sinu.* O quã dudũ seges est,vbi Troia fuit. Euerterũt & hãc cum Emerita barbari.*Braga* hodie Portogallis nuncupatur,parua vrbs,in magnę illius Bracaræ suburbio extructa.ad cuius partem,eã,quę orientẽ respicit, effodiuntur subinde veteris vrbis insignes ruinę.Fuit autẽ etiam hęc *Augusta* cognominata,vt locupletissimi testes sunt Strabo,& Ptolemęus,& antiquę aliquot inscriptiones,quę Bracarę adhuc extiterũt.In Tarraconensi est Hispania,si Durius fluuius Tarraconẽsem a Lusitania disterminarit, haud tamẽ longe à Durio. Dubito autẽ,an recte à Bracara legãtur apud Ptolemæũ Βραικάριοι, adiecto i primę syllabę,quos Appianus in Hispanicis Βρακάρους, Plinius Bracaros appellat.Qui tertio Naturalis historię, vbi vniuersã citeriorẽ Hispaniã diuisit in cõuentus septẽ,Carthaginensem,Tarraconensem, Cęsaraugustanũ, Cluniensem,Asturũ, Lucẽsem, Bracarum, Bracari conuentus,ciuitates viginti quatuor,& ducenta septuaginta quinq; millia capitum liberorũ fuisse scribit:*ex quibus præter ipsos Bracanos,inquit,Vibali,Celerini, Galleci, Aequesilici, Querquerni,citra fastidium nominentur.* Vetustissimas duas inscriptiones,ex ijs,quas Bracarę Augustę ipsi vidimus hîc subijciem°,quę & vrbis antiquitatem claritudinémq; testentur,& illum Plinij locum veluti confirment,& illustrent.Vna est in ędicula Laurentij cuiusdam Bracarensis Archiepiscopi,quæ sic habet.

129. Cap. 3.

ISIDI AVG. SACRVM. LVCRETIA FIDA SACERD. PERP. ROM. ET AVG. CONVENTVS BRACAR. AVG. D.

204H Altera est extra vrbem in pariete ædiculæ,in ea loca ob antiquitatis memoriam aliunde translatis lapidibus.

C. CAESARI AVG. F. PONTIF. AVGVRI CALLAECIA.

Adde,quod ex illorum fide,qui antiquam,& Germanam retinuerunt orthographiã, disci potest,Braccara,Bracharáq; vulgo in nostris libris, pro Bracara:& Gallecos apud Pliniũ,cũ suaGallecia apud Siliũ Italicũ, Iustinũ,& alios passim,pro Callæcis & Callæcia perperam scribi.In his enim secũda syllaba diphthõgus esse debet æ:quę est αι apud Strabonẽ, Dionem, & Ptolemæum : quam tamen vbiq; dissoluunt,qui aliud esse Καλλαικὸν & aliud Καλλαϊκὸν ignorant.Fit autem Callaicus a Callæco, sicut Ἀχαϊκός,ob eo quod est Ἀχαιός,& Iudaicus a Iudæus.Et quemadmodum qui Achæos debellauit, Achaicus dictus est Lucius Mummius,ita Brutus à subiugatis Callęcis Callaicus cognominatus: vt cũ Strabone testatur Ouidius sexto Fastorũ. Hinc sunt apud Martialẽ aliquot locis Callaicum metallũ, & Callaicus oceanus. Quantũ vero ad primã

litteram attinet, ea in Callaico quidem semper seruata eadem, in alijs vero mutata in G ex vulgi errore, quando Callæcia, *Galizia* & *Galiza*: & Callęci, *Gallecos* Hispanis dici cœpti sunt. In priori autem inscriptione, miratus sum, quid sibi vellet illud CONVENTVVS, dubiũ enim, an fabrile erratum sit, an de industria geminata vocalis, quod veteres Latinos fecisse Quinctilianus auctor est, quando syllaba longa esset. In eadem non fuit integrum Bracaræ nomen, neque in multis alijs, sed in columellis (quattuordecim sunt hæ) quas ex antiquæ Bracarę reliquijs collectas Bracarensis Archiepiscopus quidã (ita audiuimus) antiquitatis studiosus circum eandem ædiculam erigendas curauit, sic scriptum offendimus, inter cetera, quæ legi nequibant, BRACARA AVG. Quo autem sinu Oceani se iactitare diuitem Bracarã intelligit Ausonius, ea ab illo abest amplius sedecim millia passuum: nec flumine alluitur tanto, vt eo vehi merces possint: sed Bracarorum tunc ager ad sinum vsque porrigebatur in cuius litore portum habuerunt. Et quoniam sita est Bracara inter amnes Durium & Minium, qua regione nullam in sua Hispaniæ parte fertiliorem Portogalli vulgo iactant, ea altera diuitiarũ causa esse potuit. Est in edicula, quã diximus extra vrbẽ, lapis inscript⁹: cuius inscriptionis hãc solum postremam partẽ excerpsimus, quum totam legere nequiremus.

CIVES ROMANI QVI NEGO
TIANTVR BRACAR AVGVST.

IN IX. DE ATHENIS. Athenas recenset senas Stephanus: sed de quibus hîc agitur, sunt veteres illę Athenæ clariores, quã vt à nobis indicari egeant. Euersæ fuerunt tandem à barbaris. Nam hodie pauculos tantum Græculos in vrbis clarissimæ, cunctarũmque, vt dicit Isocrates in laudatione Helenæ, Græcarum vrbium quondam amplissimæ ruinis habitantes inuenias. ¶ *Terrigenis patribus*. Conditoribus terrę filijs. Cecrops enim Vulcani & Terrę filius auctore Hygino, oppidum Cecropiam condidit: quæ Athenarum tandem arx tantum fuit, vt scribit Plinius libro septimo. Hic tamen adeo variant auctores, vt affirmare non dubitem, eos prorsus ignorasse, quinam primi Athenarũ conditores fuerint. Terrę item ex Vulcani semine fili⁹ fuit, qui Virgilio Erichthonius, nonnullis Eritchtheus, Erechtheus Homero Iliádos secũdo: quod nomẽ vnde factũ fuerit, varie tradũt Homeri, Lycophronis, & aliorũ poëtarũ interpretes. Hic quũ rex Atheniẽsiũ esset an vrbẽ aliqua muuierit mole, ornarit, ampliarit, (templũ Mineruę primũ in arce Atheniẽsi extruxisse ai[illegible]t) ipsi quęsierint Gręci, qui res suas posteris memorię tradi voluerunt. Particulã autẽ, *et*, quę vocem terrigenis pręcedit: quidã in *ex* mutãt: alij, *e*, primũ fuisse putãt, quę prępositio, *e*, sibi de insequẽtis verbi principio, *t*, adiunxerit.* ¶ *Pallados & Consi*. Mineruę & Neptuni. Fabula autem sic habet. Conditis Athenis, quum Neptunus & Minerua, quæ Græcis Pallàs, vnde Palladiæ Athenæ in edyllio de vita humana, & Ἀθήνη appellatur, de illarum nomine contenderent, *placuit Dijs, vt eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset.*

205A

Cap. 56.

205B

304

Tunc Neptunus percusso litore, equũ, animal bellis aptum produxit: Minerua iacta hasta, oliuã creauit: quæ res est melior cõprobata, vt pacis insigne. Ita Seruius in librũ primũ Georgicon. Hyginus paulo aliter, & Aurelius Augustinus octauodecimo de ciuitate Dei. A Minerua itaq; dictę Athenæ. Oliuam autem fuisse sacram Mineruę, & primum visam in Atthide Herodotus, Plinius, Hyginus, ac alij multi tradũt. De Cõso in epigrãma sexagesimumoctauũ. ¶ *Attica facundæ*. Inter reliquos Græciæ populos, facundia, lepos quidam, & festiuitas quasi vernacula, ac peculiaris adest Atticis. In Attica autẽ seu Atthide sunt Athenæ. Vide in Erasmi Chiliadibus prouerbia Attic⁹ lepos, Attica eloquẽtia, Attica Musa. ¶ *Vnde per Ioniæ populos*. Ion & Achęus, a quibus Iones & Achæi populi dicti, & inde Ionia & Achia regiones, patrem habuerunt Xuthum: matrem, vnã ex filiabus Erechthei, regis Athenarum. Quo pacto autem Iones & Achæi coloniæ sint Atheniensium, quas insulas occuparint, vrbésque condiderint, docebunt cum Herodotus & Marcellinus, tum Strabo in extremo libro octauo, Velleius Paterculus libro primo, & Pausanias in principio Achaicorum, alijsque in locis. ¶ *Versáque*. Valde metuo, ne quid huic loco acciderit. Habent per pauca exemplaria particulam *que*: quam si deleueris, *sa* poterit etiã produci propter sequentem mutã cum liquida, sicut est, *Libra, Scorpius* in carmine de signis cælestibus, vbi etiam *que* adiecerunt imperiti, *Libráque, Scorpius*: &, *populea frons* in versu cẽtesimo & sexagesimo Technopægnii: &, *Iane noue primo*, in, distichis de mensibus. ¶ *centum se effudit in vrbes*. Ex quibus colonijs sunt Ephesus, Miletus, Colophon, Priene, Clazomenæ, in Asia.

IN X. DE CATINA ET SYRACVSIS. Siciliæ insulæ vrbes CATINA ET SYRACVSAE adhuc claræ extant: quas, Romulo regnante conditas volunt Eusebius, seu Hieronymus, & Cassiodorus. Catinam autem Græcos Catanam dicere, monuit Hermolaus in Plinium. ¶ *quadruplices Syracusas*. In Syracusis alij syllabam secundam producunt. Cicero autem actione sexta in Verrem auctor est, Syracusas constitisse ex quattuor vrbibus maximis: quarum vna, Insula diceretur, in qua fons Arethusa: Altera, Achradina: tertia, Tyche: quarta, Neapolis. Florus seu Annæus Seneca libro secundo, triplicem murum Syracusis tribuit. De ea vrbe Liuius non pauca, vt libro tricesimoquincto: vbi eam cepit Marcellus. ¶ *Hanc*. Catinam. Scribit autem Solinus, inter Catinam & Syracusas certamen esse de horum fratrum *memoria: quorum*, inquit, *nomina sibi diuersæ partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapias fuit, & Amphinomus: si, quod malunt Syracusæ, Emathiam putabimus, & Critonem. Catinensis tamen regio causam dedit facto: in quam se quum incendia Ætnæ protulissent, iuuenes duo sublatos parentes euexerunt inter flãmas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas munerata est, vt sepulchri locus, nominaretur Campus piorum.* Hæc ille. Refertur miraculum hoc in eo libro, qui Aristoteli inscribitur περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, & in libro sexto

(Marginalia: vers. 12; 38; 315.; 297.; 320; 205 C; 205 D)

ſexto Geographiæ Strabonis. Eſt quoque Claudiani hac de re elegia, cui titulus, De pijs fratribus. ¶ *illam.* Syracuſas. Hoc miraculum Geographorum nemo non rettulit: notíque ſunt ex poëtis Arethuſæ & Alphéi amores. Nam in Syracuſarum Inſula, vt modo dictum eſt, fons eſt Arethuſa: in quo viſuntur iacta in Alphéum amnem Peloponneſiaco litori infuſũ: vnde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria, terráſque depreſſus, in Siciliam agere alueum: atque illic ſe rurſus extollere: vbi Arethuſę nomen accipit. Auſonius autem, ſi forte & hoc ſit hîc monendum, inter Burdigalenſes profeſſores celebrat Citarium quendam patria Syracuſanum, grammaticum & poëtam Gręce doctiſſimum. 157

IN X. DE TOLOSA. Tolosam Tectoſagorum vrbem, inter Cemmenum & Pyrenæum, Galliæ Narbonenſi attribuunt Cæſar, Pomponius Mela, Marcellinus, & alij. Antiquiſſima clariſſimáq; vrbs, nomen priſcum adhuc retinuit. Opulentam appellat idem Auſonius in carmine ſeptimo decimo libri de profeſſoribus Burdigalẽſibus. Aurum Toloſanum prouerbio celebratũ apud veteres, vt ex Aulo Gellio, & alijs docet Eraſmus. Plurima de Toloſa tradiderunt Strabo libro quarto, & Iuſtinus triceſimo ſecundo: quorum hodie pauciſſima agnoſcas. ¶ *altricem noſtri.* quæ me aluit, inſtituítque. Vide, quæ ſcripſimus in tertium carmen Parentalium de Aemilio Arborio. ¶ *Coctilibus muris.* ex cocto latere factis, quales Babyloniæ Ouidio libro quarto metamorphóſeon, & Diodóro Siculo, lapidum ſilicúmque inopia. ¶ *ambitus ingens.* Et nunc ille ingens. Paucas enim habent noſtræ Galliæ vrbes Toloſa maiores: attamen quoniam ipſa cum alias, tum Albigenſis dogmatis tempeſtate, multa & grauia tulit, non eſt mihi dubium, quin longe maior, & opulentior fuerit, quo tempore hæc ſcribebat Auſonius: qui & eam ipſam quincuplicem appellat in epiſtola ad Paulinum, quaſi quæ ex quinque vrbibus conſtaret: qua ratione Syracuſas eſſe quadruplices dictas, modo oſtendimus.* ¶ *Ninguida Pyrenes. Ninguida Pyrenei,* in epiſtola viceſima tertia ad Paulinum. Nam Pyrene, vnde eſt genitiuus Gręcus Pyrenes, & Pyrenæus, & Pyrenæi, inueniuntur pro eodem apud Titum Liuium, & alios Latinos: ſed vt Pyrenæus frequenter, ita Pyrenæi raro ſine adiectione. Cæſar commentario primo belli Gallici. *Aquitania à Garumna flumine, ad Pyrenæos montes.* Pomponius Mela libro ſecundo, *Pyrenæus primo hinc in Britannicum procurrit Oceanum.* Pyrenæa iuga, & Pyrenęus ſaltus pro eodẽ leguntur. Mons eſt, qui Hiſpaniã Galliáque diſterminat, promũtorijs in duo diuerſa maria proiectis, id eſt, oceanũ, & mediterraneũ, quod & internũ Latinis appellatur. Pyrenes nomen quia ab igne, qui Gręcis πῦρ dicitur, factũ videri poteſt, memoriæ prodiderunt, vt Diodorus Siculus ſexto libro, igne à paſtoribus forte iniecto, totam eã regionẽ mõtanã, vbi plurimæ ſiluæ, continuis aliquot annis deflagraſſe, & inde montẽ Pyrenæũ cognominatũ. Alijs placet ἀπὸ τοῦ πυρὸς quidẽ nomẽ factũ, ſed alia ratione. aut enim, quòd tẽpeſtatũ tẽpore,

206A 160 104 484 206B 483

quæ illic frequẽtes, cælestibus illis ignibus totus mons diu ardere videatur aut quòd montis innumera iuga in flammę formam cælũ versus altissima ferantur. Nonnulli item (ex his est Silius poëta Hispanus libro tertio) montem nominatum à Pyrene volunt, Bebrycis cuiusdam filia, qui horum locorum rex fuit: ad quem diuertit Hercules, quũ Hispaniam peteret: & Pyrenen compressit. Quæ cum post Herculis discessum, serpentem peperisset, *patrias exhorruit iras*, & confestim sola profugit in saltum. Vbi reuersus Hercules diu quæsitam, quam erat ducturus, à feris laniatam inuenit, deflet, sepelit: noménque inde monti. At hæc fabulosa Plinius iudicauit tertio Naturalis historiæ. Habet autem hoc nomen primam syllabam cõmunem. ¶ *& Pinea*. vbi multæ pinus, arbores notæ.

206C * ¶ *Cebennarum*. Pauca sunt montium nomina, quæ non vtroque numero vsurpata reperiantur. Vnus enim mons, quum in multa iuga assurgit, & in multa quasi mẽbra diffunditur, multi montes esse videntur. Gebenna ergo & Gebẽnæ idem. Quod nomen quia C pro G habebat in vetusto Lugdunensi codice, & Cemmenum, id est, Κέμμενον, Strabonis, Ptolemæi, & aliorũ Græca appellant, librarios nostros corrupisse facile crediderim: & Cebennam, Cebennas, Cebẽnicósque mõtes apud Cęsarẽ, Melã, Lucanũ, Pliniũ, & alios scribi debere. Ad hęc quũ in hoc spõdaico

207 versu prima Cebẽnarũ syllaba producatur, quę in carmine de Narbone, & apud Lucanũ corripitur, hęc quoque obseruasse in eodẽ codice nõ tacebimus, hoc loco, vbi ea lõga est, diphthongorũ primã esse æ, sequenti vero carmine, vbi breuis est, solã subiunctiuã e vocalẽ. ¶ *Inter Aquitanas*. Inter Cebẽnicos mõtes, & Pyrenęos, intérque Aquitaniã & Hispaniam. ¶ *Quæ modo quadruplices*. Quæ sint hę quattuor Tolosatiũ coloniæ, ne-

484 mini nunc cõpertũ esse arbitror. Sed nec satis video, quæ sit quincuplex Tolosa, in versu octogesimo tertio epistolæ Ausonij vicesimę tertiæ. Hęc enim vrbs, quę nostris tẽporibus vna est ex maximis Gallię ciuitatibus, multo amplior quondam fuit. Et vt in vnis Syracusis quattuor quondam fuerunt magnę vrbes, vt modo ostẽdimus, vnde Ausonius quadruplices Syracusas appellauit, sic vna Tolosa quinque vrbes esse potest cõplexa:

207A quare Ausonius quincuplicem appellarit.

IN XII. DE NARBONE. ¶ *Nec tu Martie Narbo*. Ita quędã vrbiũ nominao terminata apud Latinos, & ων apud Gręcos, genere masculino vsurpata inueniuntur. Polybius libro tertio: μέταξὺ τοῦ τε ταναΐδος. ποταμοῦ, καὶ τοῦ Νάρβωνος. Dio tricesimo octauo. τὸν δὲ δὴ ὀυισοντίωνα τὴν τῶν Σηκουανῶν πόλιν. Sic Ouidio patria sua Sulmo *gelidis vberrimus vndis* dicitur. Sic Ἱππὼν βασιλικὸς & Ἱππὼν διάῤῥυτος Ptolemæi & aliorũ Gręcorũ, sunt Hippo regius, & Hippo diarrhytus, Tito Liuio, Põponio Melę, & alijs Latinis. Martialis tamẽ in epigrãmate septuagesimo primo libri octaui, Narbonẽ etiã feminino genere protulit. Dictus est autẽ hic Narbo, Narbona quoque quõdã, inflexione prima, & genere feminino, vti apud Suetoniũ, Eutropiũ, Marcellinũ, legimus. Dictus & Νάρβων, Ναρβωνεία

quoque

quoque Græcis, vel Stephano auctore. Quem dicit Isidorus libro quintodecimo etymologiarum à proprijs colonis conditum fuisse. Narbonem Pomponius Mela vocat Atacinorum Decumanorúmque coloniã: quos Atacinos gentem Gallicam accipio ab Atace dictam: seu Atax ille fluuius sit, qui ex saltu Pyrenæo ortus, per ipsum Narbonem in mare internum exit: seu sit Atax, vicus Galliæ Narbonensis, vnde Varronem illum Atacinum dictum, Hieronymus Eusebij, puto, Chronicis adiecit, ad annum tertium Olympiadis centesimæ & septuagesimæ quartę. Decumanos vero decimę legionis veteranos esse accipiendos, dubitauerit nemo.* Diceret autem, vt reor, Titus Liuius, si quis haberet, quæ hic requirimus, vt quæ causa Narbonem coloniam deducendi Romanis fuerit, & cur ex Atacinis ac Decumanis: quod primum nomen antiquissima vrbs habuerit: atque vnde illud Martij cognomentum. Narbonem non semel coloniam à Romanis deductam fuisse, comperimus. Deduxit primus post domitos à Longinis, Domitijs, & Fabijs Gallos Transalpinos Lucius Licinius Crassus orator, quum adhuc esset adolescens, vt meminit Cicero in libro de Claris oratoribus, Lucio Porcio Catone, Quincto Marcio Rege consulibus, quemadmodum Paterculus & Eutropius scribunt: quem putamus annum sexcentesimum & tricesimum sextum ab Roma cóndita, & centesimum & quinctumdecimum ante Christum natum. Abs qua prima deductione, non dubito, quin Narbo sit Martius cognominatus: quamuis id cognomentum vnde inuenerit, compertum non habeam. A Marcio nanque illo Rege cõsule qui putant scriptorum Ciceronis commentores, toto errare cælo mihi videntur. Primum enim cur a consule, & non ab eo, qui deduxit? & à consule si debuit, quare à Marcio Rege potius, quam a collega Porcio Catone? Deinde Marcia gens quartam habet in suo nomine litteram c, non t, in omnibus Gręcis codicibus, vetustísque Latinis inscriptionibus: & quotquot vnquam vidimus vetusta monumenta membranea, marmoreáque Martium per T, Narbonem scribunt.* Adde, quod idẽ Cicero, & Pomponius Mela, quũ Narbonis mentionẽ faciunt, quæ de illo scribunt, à præside belli Marte, à bellicis rebus, & fortitudine ciuitatis, cognominatum significant. Ciceronis verba sunt in oratione pro Fonteio. *Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorũ ciuiũ, specula populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectũ.* Melæ vero hæc libro secũdo trium de situ orbis terræ. *Sed antestat omnes Atacinorũ, Decumanorũque colonia: vnde olim ijs teris auxiliũ, nũc & nomẽ & decus est, Martius Narbo.* Sidonius Apollinaris carmẽ quingẽtorũ minimũ versuũ scripsit de Narbone, annis circiter quingẽtis & quinquaginta post mortuũ Ciceronẽ: in quo tãto quũ nullã prorsus cognominis istius mentionem faciat, in literis ad Pontium Leontium scriptis de Burgo, facit his verbis *Dum apud Narbonem, quondam Martium dictum sed nuper factum, moras necto.* quibus mihi videtur innuere, Narbonem non Marcium, sed omnino Martium, esse veteribus cognominatum, hoc sensu, Narbonem

207 B

207 C

quidem quondam fuisse appellatum Martium: sed quod Martij nomine significabatur, hoc nuper, proximis annis, & temporibus ipsius Sidonij, esse effectum: id est, Narbonensem ciuitatem fuisse Martiam, egregiam bello, ferocem, & strenuam, quando obsidentes oppugnantésq; Gothos ipsa diu fortissime sustinuit. Sic à Martia legione Martium Narbonem, appellatum potius existimauerim. Primũ enim, idem Cicero in Philippicis, eam legionem a deo Marte nomen hoc traxisse dicit, vt in omnibus exemplaribus per T, Martia, recte scribi reperiatur.* Deinde, quæ Martia fuit dicta, eadem à numero quoq;, quo legiones suas Romani fere nominabant, appellata est. Valeriani Principis verba sunt de Claudio, apud Trebelliũ Pollionẽ: *Claudiũ Illyricianæ gentis virum, Tribunũ Martiæ quinctæ legioni dedimus.* Quare quæ decima numerabatur inter Romanas legiones, Martia etiam fortasse cognominata quondam fuerit: ex cuius veteranis, & Narbonensibus ciuibus composita colonia, Narbo Martius sit dictus. Deductã vero iterũ Narbonã coloniam Caio Iulio Cæsare Dictatore, Suetonius Tranquillus in rebus Tiberij Augusti scribit: deduxissẽ que patrẽ ipsius Tiberij Tiberium Claudium Neronem. Quod fuit ante Christum natum non plus quadraginta tribus annis. Postquę tempora inuenio non tantum Martiũ, verum etiam coloniam Iuliam Paternam, Narbonem esse nuncapatum. Anno nanque à Christo nato millesimo quingentesimo & sexagesimo sexto in eodem ipso Narbone effossum est marmor: in quo hæc insculpta erant.

207 D

207 E

Tito Statilio Tauro, Lucio Cassio Longino consulibus, decimo Calendas Octobres, numini Augusti votum susceptum a plebe Narbonensium in perpetuum.

Quod bonum, faustum, felixque sit Imperatori Cæsari Diui filio, Augusto, Patri patriæ, Pontifici Maximo, Tribunicia potestate tricesimum quartum, coniugi, liberis, gentíque eius, Senatui, populóque Romano, & colonis, incolísque coloniæ Iuliæ Paternæ Narbonis Martij, qui se numini eius in perpetuum colẽdo obligauerunt, plebs Narbonensium aram Narbone in foro posuit: ad quam quotannis nono Calendas Octobres, qua die eum sæculi felicitas orbiterrarum rectorem edidit, tres equites Romani a plebe, & tres libertini, hostias singulas immolent: & colonis, & incolis, ad supplicandum numini eius, thus, & vinũ de suo, ea die præstent. Et octauo Calendas Octobres, thus, vinum, colonis, & incolis item præstent. Calendis quoque Ianuarijs thus & vinum colonis & incolis præstent. Septimo quoque Idus Ianuarias, qua die, primum, imperium orbisterrarũ auspicatus est, thure, vino supplicent. & hostias singulas immolent. & colonis incolísque, thus, vinum ea die præstent. Et pridie Calendas Iunias,

nias, quod ea die Tito Statilio Tauro, Marco Aemilio Lepido Consulibus, iudicia plebis decurioribus coniunxit, hostias singulas immolent: & thus & vinū ad supplicandū numini eius colonis & incolis praestēt. Exque ijs tribus equitibus, Romanis .... libertinis vnu ....

Ita hîc paucula quædam verba effractum marmor amiserat: sed in eius dextera facie hæc fuerunt. 207F

Plebs Narbonensis aram numinis Augusti dedicauit legibus ijs, quæ infra scriptæ sunt.

Numē Cæsaris Augusti, patris patriæ, quā do tibi hodie hanc arā dabo, dedicabóque, his legibus, hísque regionibus dabo dedicabóque: quas hîc hodie palam dixero. Vti infimum solū huiusque aræ, titulorúmque est, si quis tergere, ornare, reficere volet, quod beneficij causa fiat, ius, fásque esto. Siue quis hostia sacrum faxit, qui magmentum nec protollat, id circo tamen probe factum esto. Si quis huic aræ donum dare, augeréque volet, liceto. eadémque lex ei dono esto, quæ aræ est. Ceteræ leges huic aræ, titulísque eædem sunto, quæ sunt aræ Dianæ, in Auētino. Hisce legibus, hísque regionibus, sic, vti dixi, hāc tibi arā pro Imperatore Cæsare Augusto, patre patriæ, Pōtifice Maximo, Tribunicia potestate tricesimūquintū, cōiuge, liberis, gētéque eius, Senatu, populóque Romano, colonis, incolísque coloniæ Iuliæ Paternæ Narbonis Martij, qui se numini eius in perpetuū colēdo obligauerūt, dóque, dedicóque. vti sies volēs propitiū.

Ita ergo Narbo ille Martius, Atacinorum Decimanorūq; colonia prius vocitata, Iulia quoq; colonia postea fuit nuncupata, quum iussu Caij Iulij Cæsaris Dictatoris iterū deducta fuisset. & Paterna, quod is deduxisset Iulius pater, & non Iulius filius. Octauianus nanq; Augustus filiæ Iuliæ sororis Caij illius Iulij Cæsaris Dictatoris filius, & ab eodē Iulio adoptatus, Caius Iulius Cæsar etiā appellatus est: multáq; in antiquis monumentis reperias, quæ ab eo gesta, ipsi sub Iulij Cæsaris nomine sunt ascripta. Lex enim Iulia de adulterijs, Lex Iulia de maritandis ordinibus, Lex Iulia de iudicijs, Lex Iulia de ambitu, à Caio Iulio Cæsare Octauiano Augusto latæ fuerunt, & appellatæ. Sic Plinio, & alijs multæ nemorantur Iuliæ coloniæ: quæ ab eodē Iulio filio deductæ fuerunt, ac nuncupatæ. ¶ *nomine cuius.* Prouinciā, & Galliæ partē, à Narbone veteribus Narbonensem dictā fuisse, nemo ignorat. ¶ *Insinuant qua se Sequanis.* Ita hîc legēdum Sequanis, nisi malis Secanis, quomodo in vetusto Lugdunensi codice, & in antiquis Lucij Annæj exēplaribus, per c pro qu, hoc nomē scriptum reperimus. Quod si obijcias, Sequanos istos, & eorum fluuiū Sequanā, primā sic corripere syllabā, quæ apud Lucanum, Martialem, & alios producitur: hoc primum scito, Ausoniū in his paullo libe- 207G

31.49. 31. 314. 390. riorē esse solere: quippe qui in Phidia primā, in Scatinia, & trigóno & tetragóno secūdas natura lōgas corripuerit: at cōtra in matricida secūdā natura breuē produxit in libro de Cęsarib*, nisi forte Matriscida scripserit pro Matricida. Deinde cōsiderato, homini Gallo, Gallici nominis tonū, melius cognitū esse potuisse, quā Italis, aut Hispanis. Scribit porro Cæsar in primo rerū Gallicarū cōmentario, Allobroges à Sequanis, flumine Rhodano quondā diuisos fuisse. ¶ *Allobroges*. Ita Latinis dicūtur.

207H Græcis vero Ἀλλόβρυγες, Ἀλλόβριγες, & Ἀλλόβ[illegible]γες, auctore Stephano, qui illos gentē Gallicā appellat potentissimā. Titus Liuius gentē iam inde nulla Gallica gente opibus, aut fama inferiorē, quū per ea loca Annibal Italiā peteret: qui tum inter duos principes fratres de Allobrogū regno ambigentes, arbiter factus, imperiū maiori natu Brāco asseruit. Fabius Maximus Paulli nepos, de Allobrogibus triūphauit, & Allobrogicus est cognominatus, quomodo Lucius Annęus, Paterculus, ac alij memoriæ prodiderunt. Strabo libro quarto, & Caius Cæsar in Cōmentarijs Gallici belli, Dio libro tricesimo septimo, Salustius, Plutarchus, & alij multa scribunt de Allobrogibus. Veteris Allobrogum nominis vestigium nullum in cuiusqam Gallicæ gentis lingua relictum est, quod quidem audierim, vnde possis cognoscere, quam illi quondam Galliæ partem incoluerint: quare ad antiquorum scriptorum descriptiones est hîc recurrendum. Idem Liuius libro tricesimo primo, postquam, vbi Arar & Rodanus diuersis ex montibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi, confluunt in vnum, medijs campis Insulæ nomen inditum fuisse rettulit, *Accolunt*, inquit, *própe Allobroges*.

207I. * Ptolemæus vero libro secundo Geographiæ, vbi narrauit Volcas & Aricomios, quorum vrbes Vindomagus, & Nemausus, ad fluuium Rodanum pertinere, postea ait. Ab orientali Rodani parte, maxime sunt septentrionales Allobriges sub Medullis. Idem illic, & Pomponius, Plinius, Strabo, Viennam Allobrogum metropolim nuncupant: & Cæsar libro primo Commentariorum Gallicorum extremam Allobrogum, proximámque Heluetiorum finibus Geneuam dicit, vrbem hodie quoque nobilem. Ex quibus satis liquere arbitror, Allobroges, quas olim partes illarum tenuerint regionum, quas nunc Subaudiam, & Delphinatum nominamus. ¶ *Excludúntque Italos*. Sic Galli hodie appellamus Italiam, quidquid est nobis vltra Alpes: vbi tamen Gallia illa, quam Togatam & Cisalpinam veteres Romani dixerunt. ¶ *Alpina cacumina*. ipse mons. Alpes enim Galliam & Germaniam ab Italia separant. ¶ *Qua Pyrenæis niuibus*. ipso monte Pyrene. Pyrenaicis tamen pro Pyrenæis liber antiquus. ¶ *Hiberi*. Hispani, vt

207K est dictū. * ¶ *Genitore Lemano*. Hic est, qui nunc vulgo, alijs Geneuæ, alijs Lozanæ lacus apellatur. Inquo nomine quidam *n*, geminant, vt & vetustissima quæque exemplaria. Ptolemæus in Galliæ Narbonensis

descriptio-

deſcriptione λίμνην λιμένην vocat,id eſt lacum ſiue paludem Limenen. Ex Alpibus,quæ ſupra lacum ſunt Lemanum,ortus Rodanus,per mediũ ipſum lacum quamcelerrime Lugdunum contendit. Ita Rodanum non generat Lemanus: quem & in Rodanum influere dixit Cæſar in primo commentario belli Gallici, & eidem paludi ſe ingurgitare Ammianus Marcellinus libro quinctodecimo.niſi forte a lacu gigni fluuium intelligas,qui lacum egrediens, aliquantam eius aquarum vim cum ſuis auferat, & ſic plenior,tumdiórque exeat,quam ſit ingreſſus. ¶ *Interiúſque premunt.* Montes Cebennæ Galliam Narbonenſem ab Aquitania diſterminantes,ipſã intrant Aquitaniam:multíque in his populi, qui Aquitaniæ attribũntur,in quibus Arуerni præcipui.Hic autem Aquitaniæ ſecundam ſyllabam corripit Auſonius,quam modo producebat. ¶ *Vſque in Teutoſagos*. Ita omnia Auſoniana exemplaria ſcribere obſeruauimus: quos,omnes Geographi,Tectoſagos,C pro V ſcribũt, aliíque auctores. Ceterum nomen hoc varie declinatum inuenies * *Pluralis nominatiuus* Tectoſagi eſt apud Plinium libro tertio, & Iuſtinum triceſimo ſecundo, & Liuium triceſimooctauo:ac reliqui huius declinationis caſus plurales omnes apud eoſdem Liuium & Iuſtinum. ſed huius pluralis ſingularem numerum nuſquam legere memini. Tectoſages vero pluralem nominatiuum per tertiam declinationem leges apud eundem Plinium libro quincto, & genitiuum apud Pomponium Melam libro ſecundo:ſed datiuum caſum hinc puto vix inuenias. Singularem autem huius pluralis rectum dat Stephanus Τεκτόσαξ, qui Τεκτοσάγης quoque inueniri ait per primam declinationem,vt Anchiſes:vnde ſit Tectoſagæ pluralis rectus. TECTOSAGES populi fuerunt in Aſia,Pannonia,& Germania, è Gallia profecti omnes.Galli hi,auctore Plinio, tenuerant eam Galliæ partem, quæ eſt inter Pyrenæum & Cemmenum, quem Cebennam Latinis apellari oſtendimus.Pomponius principem Tectoſagum vrbem, Toloſam appellat,& Iuſtinus antiquam Tectoſagorum patriam. De huius gentis antiqua virtute,præclariſque rebus geſtis,ſi quis plura velit,legat Liuij & Iuſtini loca,quæ modo indicauimus, ad hæc Cæſarem Cõmentariorum Gallicorum ſexto,& Strabonem libro quarto,& Lucium Annæum libro ſecundo rerum Romanarum,& poſtremo Beatum Rhenanum libro Germanicarum rerum. * ¶ *primæue nomine Belgas.* Sic quędam exemplaria.alia,*pana que nomina* Belgas:alia, *paganáque nomina Belgas*:vbi legendum cenſuit Beatus Rhenatus libro primo rerum Germanicarum,Germanáque nomina Belgas:quod Cęſar in ſecundo belli Gallici cõmentario,ſe à Remis edoctũ fuiſſe ſcribat, pleroſq; Belgas a Germanis ortos eſſe, Renũque antiquitus traductos,qui fluuius Galliã Belgicã a Germania diuidit, vt Mãtrona,& Séquana a reliquis Gallijs propter loci fertilitatẽ ibidẽ conſediſſe: Gallóſque,qui ea loca incolerent,expulliſſe:ſed quid hoc ad Tectoſages,& Narbonenſis Gallię terminos: Vtrocunque autem modo legas priore loco, ſiue *paganáque nomina*, vt etiam

207 L

206

207 M

in vetusto codice fuit, quod hæc gens in pagos diuisa fuerit, vt Heluetij in primo Commentario Cæsaris de Bello Gallico: siue *primæuo nomine* pro primo nomine, certe membraneus codex, pro Belgas, Beleas habebat, c, pro g. Quæ Gallica vox nescio, quantum mendosa sit: & Ausonius homo ipse Gallus, an ex genuina ciuium pronuntiatione aliter scripserit, quam Græci & Latini, homines exteri: sed BELCAE procul dubio sūt hic, quos apud Cęsarem, Liuium, Strabonem, Trogum, Melam, Plinium, Silium, Ptolemæum, Ο'ὐόλκας & Volcas scriptos inuenio, Galliæ Narbonensis gentē: maiorū Trogi Pōpeij patriam, sicut ipse ait in extremo libro quadragesimo tertio: qui nunc fere *Langodochi* appellantur, inter Rodanum & Pyrenęum. In vtraque quidem Rodani ripa constituit Volcas Titus Liuius libro vicesimo primo, sed alij omnes, quātum equidem memini, in altera tantum, ea scilicet, quæ Pyrenæum & Hispaniam spe-

207 N ctat.* Quos in duo genera distribuūt, in Tectosagos & Arecomicos. Sic enim apud Cæsarem, Strabonem, & Ptolemæum illi distinguuntur: vt inepti sint Ptolemæi interpretes, qui Volcæ & Tectosagi, Volcę & Arecomici interiecta copula scripserunt pro, Volcæ Tectosagi, Volcæ Arecomici, sine coniunctione: vt ipsa Græca recte habent, *Tenent*, inquit Ptolemæus, *partes Galliæ Narbonensis ad Occidentem maxime spectantes, Volcæ Tectosages. quorum vrbes mediterraneæ sunt, Ilиberis, Ruscino, Tolosa colonia, Cessero, Carcaso, Bætiræ, Narbo Colonia. Post hos autem vsque ad Rodanum fluuium, Volcæ Aricomij* (sic enim sunt apud Ptolemæum Volcæ Αρικόμιοι, qui apud Cæsarem Arecomici, & Strabonem Αρηκόμισκοι) *quorum vrbes mediterraneæ, Vindomagus, Nemausus colonia.* Hæc Ptolemæus, iisque non dissimilia Strabo de Volcis vtrisque. quorum prisca nomina in ore vulgi hodie non agnosco, nisi forte Volcarum, si eosdem esse Belcas mihi fatearis. Ea nanque pars Galliæ Narbonensis, cuius princeps est Nemausus, de qua ciuitate etiam quædam memorabuntur in carmen

210 de Burdigala, vrbsque exigua in proxima Rodani ripa, *Belcaria* vulgo appellatur. Narbonensis itaque Galliæ fuerint hi termini Ausonio, mare internum, Alpes, lacus Lemanus, Rodanus, Sequani, Cebennæ siue Cemenus, Belcę Tectosages, & Pyrenęus saltus.* ¶ *Tu Gallia prima.* Quę in

207 O Gallia Trāsalpina, Romanorum prima fuisti prouincia. Hæc & *ἀντονομαστικῶς* PROVINCIA nuncupata est: quod nomen adhuc seruauit eius pars, in qua Massilia & Aquæ Sextiæ: at vbi Narbo & Bæteræ, vocatur *Languedoc*: vbi Vienna, & Gratianopolis, *Delphinatus*. Imbertus Delphinus quidam ad annum Christi Millesimum trecentesimum & quadragesimum, primogenito Francorum regum filio dedit: quem & Delphinum inde Franci appellāt. vbi vero Centrones, & Garoceli, & Octodurus, *Sabaudia*. ¶ *Togati.* Romani. ¶ *Latio Pro consule.* Latino, Romano Proconsule. Prouinciarum aliæ consulares fuerunt: aliæ Proconsulares, aliæ Prætoriæ, vt docet Budæus in annotationibus. Narbonensem vero prouinciam à Cæsare Augusto Prætoriam factam, Strabo est auctor in extre-

extremo libro ſeptimodecimo. ¶ *Portúſque tuos.* Habet Gallia Narbonenſis multos quidem,& nobiles portus, ſed Narbo ipſe, nunc nullum, aut ſi quem habet, is tam antiquæ vrbis claritudine indignus eſt. A mari autem per lacum, Rubreſum Pomponio Melæ appellatum,& Atacem, qui in eum lacum influit,aſcendunt minora nauigia vſque Narbonē: qui ab eodem mari non plus ſeptem millia paſſum abeſſe putatur. ¶ *vario.* legitur & Paro.-*Pario quōdā de marmore tēplū.* Suo nãq; marmore maxime nobilitata Paros inſula.* ¶ *Tarquinius,Getulus item poſtremus.* Sic noſtri impreſſi habuērūt libri. Quinctilianus tamē vbi Auſonij auctoritate conatur oſtendere, Getulus duas priores ſyllabas etiã corripere, dicit vidiſſe ſe antiquū librū,in quo erat ſcriptum, *Getulúſque iterum poſtremus:* quomodo in antiquo etiam Lugdunenſi codice ſcriptum offendimus. Quæ mendoſa ſcriptura,ad intelligendum,reſtituendúmque corruptum carmen me non parum adiuuit. Eſt nanque legendum,

Tarquinius,Catulúſque iterum poſtremus, & ille,
Aurea qui ſtatuit Capitolij culmina Cæſar.

Atque rem hanc totam paucis accipe. Tarquinius Priſcus quinctus Romanorum rex, Capitolium inchoauit. Tarquinius Superbus, ſeptimus abſoluit. dedicauit Marcus Horatius Puluillus. Syllana autem Marianaque ciuilia bella,annis poſt quadringentis & viginti quattuor, Scipione & Narbono Conſulibus, illud primum incenderunt. Inſtaurare ſtatim Dictator Sylla aggreſſus eſt:ſed eo morte intercepto abſolutum dedicauit Quinctus Catulus, Quincto Metello, & Quincto Hortenſio conſulibus. Incenſum fuit iterum annis poſt centū & trigenta ſex, anno a Chriſto nato, ſicut in Euſebij Chronicis putatur, ſeptuageſimo ſecundo, à Vitellio Tyranno. quod reſtituere orſus Veſpaſianus, neſcio, an ipſe abſolutum viderit:ſed arſit rurſus ſub Titi mortem refecitque,ac conſecrauit Domitianus Imperator Titi frater,ad annum Chriſti nonageſimum. Horum præter Euſebium,& Hieronymum, auctores mihi ſunt, Plutarchus in Publicola,Suetonius,Tacitus, Dio, Eutropius.* Narbonenſis autem illius Capitolij, (Toloſæ, Capuæ,Beneuenti, alijſque in ciuitatibus fuiſſe etiam,quæ Capitolia dicerentur, oſtendimus in Cōmentarijs in Sidonium Apollinarem) & ſi quod vnquam Narbone fuit aliud opus egregium,nullum extat veſtigium: ſiue illa omnia vetuſtas cōſumpſerit, ſeu diruerint Gothi,Mauri,quos Saracenos vocitamus,& alij Barbari, vt meminit Sidonius,meminimus & nos eius interpretes. ¶ *Aurea Capitolij culmina.* Quæ aurea Capitolia dixerat Virgilius octauo Aeneidos, de Romano Capitolio. Aureum autem quid hîc ſit,diſce ex ijs,quæ ſcripſimus in carmen de Roma. ¶ *Eoi.* Orientalis. ¶ *Hiberica.* Hiſpana,& occidentalia maria. ¶ *Libyci.* Africæ. ¶ *Siculi.* à Sicilia inſula. ¶ *profundi* maris. ¶ Καἰάπλους. In vetere libro Cataplus. Interpretatur adnauigationem. Volunt Græci eſſe Καἰάπλουν, τὴν εἰς τὸν λιμένα ἔλευσιν, id eſt, acceſſum ſeu reditum in portum. Hoc duobus locis apud Sidonium le-

207 P

207 Q

verſ. 347

199

gi verbum, in epistola octaua libri sexti,& in septima septimi. Strabo autem libro quarto Narbonē sic laudat, vt eum dicat esse non solum Volcarum suorum, verum etiam aliorum Gallorum portum, & mercatum.

208A IN XIII. DE BVRDIGALA. ¶ *Impia iamdudum.* Impius, inquit, essem in patriam, si tacerem eius laudes. BVRDIGALÆ nomen genere feminino, & singulari numero, Latini vsurpant, nos vero Galli, & Strabo, plurali numero, & genere neutro. si quod habent genus Galli præter masculinum & femininum. Huius autem nominis secundam syllabam nostra variant exemplaria. Quædam enim per tertiam vocalem Latinam scribunt, quemadmodū apud Græcos legitur Βουρδίγαλα: at apud Ammianum, Eutropium, & alios recentiores, Burdegala, secundam habet vocalem, sicut & nostrum *Bourdeaus.* Suidas Κελτογαλατίας solum, id est, Galliæ vrbem dicit Burdigalam. Strabo libro quarto, & Ammianus quinctodecimo certius, Aquitaniæ. Sita est enim in Garumnæ ripa ad Pyrenæum pertinente: quo fluuio & monte Aquitaniam Cæsar definit primo Commentariorum Gallicorum. Gentem autem, quæ in ea Aquitania Burdigalam condidit, vocant Strabo, & Ptolemæus Βιτούριγας, id est, Bituriges: sicque faciunt duplices in Gallia Bituriges. Alios enim ad Ligerim fluuium ponunt, vbi nunc *Berri* & Βουργὶς dicimus. Distinguebanturque hæc duo genera cognominibus. Nam Ligerianos Bituriges, appellant illi Κούβους, id est, Cubos, sicut & Plinius: Garumnanos Bituriges, Strabo Ιοσκούς, id est, Ioscos: Plinius, Vbiscos: Ptolemæus Οὐιβίσκους, id est, Vibiscos, siue Viuiscos, u consonante in prima & secunda syllaba, sicut Priscæ inscriptiones in ipsa media Burdigala adhuc retinuerunt. * Angulorum ipsius

208B ad Garumnam inferior Τερυπεῖτα vulgo dicitur. Ibi castellum est, & in eo marmor, in cuius vna planitia hæc inscriptio est. AVGVSTO SACRVM. ET GENIO CIVITATIS BIT. VIV quisquis hic Augustus sit, ac quocunque in loco positum, & cuicui vsui hoc monumentum quondam fuerit. In dextera, vasis extat forma ansati, ore, pedéque imo, fere paribus, sed ventre latiore, ac oui figura, quocunque veteres nomine hoc genus vocauerunt. In sinistra quod est incisum, lanx esse videtur & δίσκος, vas escarium, quod inter sacrificalia tertium nominauit Ausonius in versu centesimo & quarto Technopægnij. Ibi rosam agnoscere mihi videor expassā. In cuius medio capitulū eminet humanū, quasi quibusdam alis ab vtroque humero expassis, subiectoque, quod mātile cōglobatū mappáue videatur. In postica, corona est querna, lemniscata. Sūmū vero marmor iacētes duo exornāt cylindri, squamis quibusdā obducti, humanísque vultibus, qualē solemus plenā Lunam pingere, in basibus insigniti, canale disparati tā alto, vt ibi quōdā fuisse aliquid erectū suspicio sit, quod ornatui foret monumēto. Illud igitur BIT. VIV. pro Biturigū Viuiscorū vocabulo, accipio: ex eáq; perātiqua inscriptione, apud vetustos scriptores

Latinos


AVGVSTO SACRVM
ETGENIO CIVITATIS
BIT · VIV

Latinos Græcósque librarijs corruptum gentis perquam claræ nomen emẽdo.* Effossum fuit nuper è fundamẽtis antiquorũ mœniũ Burdigalæ, lapis: in quo sic fuisse scriptũ Architectus, qui vidit mihi asseuerabat.

IVL·LVPVS·C
BITVRIX VI
D·E·ANN·XXXV
FIL EIVS·P·C

Sed ibi ego post verbum Biturix, alterum veterũ Burdigalensiũ nomen, aut eius saltẽ vocabuli principiũ, omnino contendebã fuisse scriptum: si quis oculatior in eũ lapidẽ ante incidisset, quã scelerati quadratarij scripturã deleuissent. Verũ altero illo Burdigalensiũ vocabulo etiã Ausonius Burdigalensis se appellarat in extremo Mosella, vbi nos reposuimus VIVISCA, pro Viuisica, mẽdoso verbo: quod in õnibus nostris exẽplarib⁹.

271.

208 D


Bituriges autẽ VIVISCOS, hoc est, Burdigalenses, Biturigum Cuborum fuisse coloniã Strabo his verbis mihi innuere videtur. Ἐκβάλλει δ᾽ ὁ μὲν Γαρούνας τρισὶ ποταμοῖς αὐξηθεὶς, εἰς τὸ μεταξὺ Βιτουρίγων τε τῶν Ἰοσκῶν ἐπικαλουμένων καὶ Σαντόνων, ἀμφοτέρων Γαλατικῶν ἐθνῶν. Μόνον γὰρ δὴ τὸ τῶν Βιτουρίγων τούτων ἔθνος ἐν τοῖς Ἀκουϊτανοῖς ἀλλόφυλον, καὶ οὐ συντελεῖ αὐτοῖς. Id est, *exit autem Garumna tribus amnibus adunctus, inter Bituriges cognomento Viuiscos, & Santones, vtrosque Gallicas gentes. Sola namque horũ Biturigum gens inter Aquitanos aduena sedet, & tributum, vt illi, non cõfert.* Hoc enim loco Strabo sic Aquitaniam & Galliam accipit, quomodo descripserat Cæsar in primo Commentariorum Gallicorum: Aquitaniã à montibus Pyrenęis ad flumium vsque Garumnam. Galliam ab eodem Garũna id ames Mutronã, & Sequanã. In qua Gallia fere media, Liger & Bituriges Cubi. Illud autẽ, καὶ οὐ συντελεῖ αὐτοῖς, id est, & cũ Aquitanis vectigalis nõ est, hoc, puto, significat, quod est apud Pliniũ libro quarto Naturalis historię, quẽ locũ Gelenius corrupit, Bituriges cognomine Viuiscos, fuisse liberos, hoc est, quũ domuerũt Romani Aquitanos, Octauiano nisi fallor, Augusto Imperatore, liberi, & vt idẽ Plini⁹ addit libro sexto de Seleucia, liberi & sui iuris manserunt Bituriges Burdigalẽses, quęcunque libertatis istius causa fuerit. quã fortassis ex extremo libro septimodecimo Geographicorum eiusdem Strabonis conijcias.

Cap. 19

208E

* Quod vero apud Straboné sequitur de gẽte Viuisca: Ἔχει δ᾽ ἐμπόριον Βουρδίγαλα, ἐπικείμενον λιμνοθαλάττῃ τινὶ, ἣν ποιοῦσιν αἱ ἐκβολαὶ τοῦ ποταμοῦ, nunquã, puto, magis celebre, & frequẽs emporiũ fuit Burdigala, quàm nunc est: sed ista palus, & ęstuaria, purgamẽtis vrbis, harena, silice, alijsq;, quibus saburrari naues solẽt, iniectis siccata sũt: locúsq; sensim tã multorũ sęculorũ curriculo, altior fact⁹, quàm Garũnę est⁹ ipsũ superare queat.

BVRDIGALA autem non fuit vnica veterum istorum Biturigum Viuiscorum vrbs. Aliā enim Ptolemæus Geographus Straboné anis nō plus centum posterior, memorat, quā NOVIOMAGVM appellat, facitq; occidentalē magis & septētrionalem Burdigala, sub eodē meridiano sitam, cum Santonum vrbe, & ęque ad occasum vergentem, sed australē magis quam illam, vnius partis dimidio. Vnde colligas, ver-



B, Burdigala. N, Nouiomagus. S, Santonum Mediolanum. A, S, Meridianus Nouiomagi & Mediolani Santonici. B, D, Meridianus Burdigalæ: qui Meridiani, parte vna & duobus trietibus inter se distant. A, B, parallelus Burdigalæ. N, C, parallelus Nouiomagi, a Burdegalensi distans tribus quadrantibus. S, D, parallelus Mediolani Santonica, Nouiomagensi distans, semisse, septentrionique propior.

sus ostium Garumnæ sitam fuisse hanc Nouiomagum: circa quē locum est SOLACVS vicus nobilis infra Burdigalā ad octoginta minimum passuum millia. Verum eius vrbis vestigia, siqua extant, hauddum vlla agnouimus. Quin eam Nouiomagum (sunt aliæ in Gallia eiusdē nominis vrbes) aliquando fuisse prorsus nesciremus, nisi memorasset Ptolemæus. Quod enim circumfertur Lucij & Sardicę vetus, vt inscribitur, Epitaphium Solaci repertum, Nouiomagi istius mentionē habens, hoc nuper à quodam effictum fuit, & in vulgus emissum. * Siue terræ motu aliquo conciderit: siue ipsa se cōdens terra illam deuorauerit, vt de alijs meminit Plinius. Est in eo Medulorum tractu lacus, in quo referunt se accolæ, vrbis vestigia cernere, si quando per æstatē paullulum decreuerit vnda. Sine bellum aliquod deleuerit, siue submerserit Oceanus aut Garumna. Desideratur etiam circa hæc loca Antros Pomponij Melæ, insula. Siue deniq; harena ipsam obrueriti cuius: magna vis in eo Medulorum angulo, vt non tacuit Ausonius ipse in epistola ad Theonē, cumuliq;, qui multis Pyrenes, aut Alpium iugis magnitudine nihil cedant. Est ex aduerso huius loci litus Santonicum: quod cum lustraremus annos ab hinc triginta, mirati sumus apparere in istis harenaceis montibus apud Aruertinos summa quædam ædificia longo dispersa interuallo, secundum eam oram, quæ quamuis responderet, qui nos ducebat, sacras ædes esse, quas longius volans harena retegeret, tamen miraculum id propius noscere visum est. Conscendimus itaque, ad illarúmque vnam peruenimus, quam equitibus etiam ingredi per summum parietem licuit. In litus namque saxis nullis vallatum, atque ita facile cedens, fluctus ex imo barathro hare-

208F

Lib. 2. c. 91.

45a.

nam égerunt: quæ vbi ſiccata eſt, eam à mari flantes venti facile in interiorem agrum agitant: illáque, quicquid obuium eſt, obtegunt. Sic Aruertinę etiam ſiluæ non modica pars obruta eſt: ſicque illius plagæ Medulicæ, vt vnde digreſſi ſumus, redeamus, villæ & vici quidam obruti nuper fuerunt: pinóſque altiſſimas, quibus abundat ea regio, memorant incolæ vidiſſe ſe pauculis annis totas ita tumulari.

2080 Quod autem ad Burdigalæ etymon pertinet, BVRDIGALVS pro Burdigalenſi legitur in epigrammate triceſimo tertio libri noni Martialis, in quem locum ſic ſcribit Domitius. *Burdigalus nomen diuitis, fictum à Burdigala oppido Aquitaniæ. Inde ſumpſit nomen, quoniam Burdigali dicuntur, quaſi Bardigali, id eſt, ſtulti Galli. Vult enim non modo diuitem ſignificare, ſed ſtultum. Gallus hoc loco ſyllabam in compoſitione mutauit.* Ita Domitius: qui hoc vellem etiam explicuiſſet, Craſſus, quid hîc nominis ſit, propriúmne, an, quomodo grammatici appellant, appellatiuum. Sed vellem & hoc adieciſſet glorioſulus ille, nimium ſui admirator, & cetera omnia, quæ in eius deſcribendis moribus, commemorat Angelus Politianus in capite nono Miſcellaneorum, vndenam didicerit, quam tradidit præclaram Burdigalæ etymologiam: niſi ſi forte ex eorum ſcriptorum genere Domitius Calderinus cum Alexandro ab Alexandro, & aliquot alijs, quibus licet quælibet ſine auctore, ſine ratione tradere, & præcipere, mera plerumque ſomnia. Meminiſſe debebat Marcum illum Terentium Varronem à ſuis aliquando riſum eſſe, quod verbis Græcis origines daret Latinas. Sic nunquam puto, Gallicæ voci Latinam, Græcámue quæſiſſet etymologiam. Quaſi vero priſci illi Galli, ſi quod Mediolanum, ſiquam Burdigalam condidiſſent, non haberent, quomodo ipſi ſua lingua vocarent: aut Latinos Græcóſque tanti facerent, vt non niſi eorum vocabulis ſuas ciuitates nominari ſinerent. * Quod ſi BARDVS, id eſt βαρδὺς, tardum, hebetem,

208H ſtultum ſignificat, BARDI etiam Gallice cantores ſunt appellati, teſte Feſto, qui virorum fortium laudes canerent, à gente Bardorum: de qua Lucanus libro primo:

Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

A quibus Bardis Gallis, Burdigalos ſuos rectius pronunciaſſet cognominatos. Aut Iſidoro illi Hiſpano potius credidiſſet commentator Domitius, de Gallici, propéque Hiſpanici nominis etymo: & Burdigalam Biturigalā quandā eſſe, à Biturigibus Gallis cōditoribus, accepiſſet. Iſidori nanque verba ſunt libro quinctodecimo etymologiarum. BVRDEGALVM *appellatam ferunt: quod Burgos Gallos primum colonos habuerit, quibus ante cultoribus adimpleta eſt.* Ita habent omnia, quæ mihi videre contigit, calamo, formiſque exarata exemplaria, Burdegalum ſecunda inflexione: quod à Gallo eius declinationis nomine factū vrbis vocabulū exiſtimârit Iſidorus: vndecunq; , quā ex Strabone, comperiſſet, Bituriges

riges Viuiscos Aquitanicam gentem, à Biturigibus Cubis Gallica gente profectos fuisse. Quos etiam non Bituriges siue Biturigos appellârit sed per contractionem Burgos, sicut hodie eorum metropolim, quam Sidonius in epistolis Biturigas vocauit, omnes Francolatini vulgo Burgas siue Burgos appellamus, hoc est Βουργὰς, vt ante diximus. 208 A

Burdigalæ, Burdigalensiúmque rerum exigua mentio in antiquis monumentis. Qui ex veteribus scriptoribus pręter Ausoniū Burdigalensem, ante Caroli Magni tēpora meminerunt, hi fere sunt, Strabo, Ptolemæus, Eutropius, Ammianus Marcellinus, Paulini Burdigalēses, Sulpicius Seuerus, Hieronymus, Prosper Aquitanus, Sidonius Apollinaris, Suidas. Horum antiquissimus Strabo ille Amasiensis viuebat, geographicáque illa commentaria componebat, Octauiano Augusto Principe, per quæ tempora IESVS CHRISTVS natus est. Hic ergo quæ pauca de Burdigalensi ciuitate memoriæ prodidit, supra scripsimus. De ea pauciora etiam Ptolemæus, & Ammianus. Alij non multo plura: inter quos scribit Eutropius, Tetricum quendam Senatorem Romanum qui sub Gallieno Imperatore, Aquitaniam honore Præsidis administrabat, a militibus suis Imperatorem electum, Burdigalæ purpuram sumpsisse. Quod gestum fuit circiter annum a Christo nato ducentesimum & septuagesimum. * Sulpicius Seuerus, Hieronymus, Prosper, quę de Burdigalensibus rebus memorarūt, ea fere indicauimus, quum librum de Professoribus Burdigalensibus exponeremus, de Mineruio vtroque, de Alcimo, Attio Patéra, Delphidio. Paulinus, cuius ad Ausonium scriptę aliquot extant epistolæ, is, si quid memini, Burdigalam non alibi memorat, quam in epistola ad Amandum quincta, Amandum, vti reor, non alium, quam quem suum Amandum episcopum inter Diuos retulit hæc ciuitas: & ei diem duodeuicesimum Iunij consecrauit. Alter Paulinus in Eucharistico, Burdigalæ, a Gothis direptæ, meminit. Sidonius Aruernus in epistola sexta libri primi Burdigalensem episcopum ab Arianis Gothis occisum fuisse, conqueritur. In epistola nona libri octaui scribit se Burdigalam ad Theodoricum Gothorum regem venisse: siue hic sit Theodoricus, qui ab Attila occisus fuit Anno Christi, vt putat Sigebertus, quadringentesimo & quinquagesimo tertio: siue eius Theodorici Theodoricus filius: & illic multorum regum, gentiúmque variarum legatos vidisse. In vndecima, duodecimáque eiusdem libri, & tertiadecima noni, Leonis poëtæ, Sancti & Gallicini episcoporum aliorumque amicorum suorum Burdigalensium meminit, & in ijs, Lampridij oratorijs, & poëtę egregij, viri vtraque lingua docti: quem sui serui noctu domi strangularunt. * Suidas autem quum dixisset Burdigalam Galliæ ciuitatem esse, hoc tantum

208 I

208 D

208K

137

208L

de illa subiecit: ἔνθα Βελισάριος διαφόρως πολέμους διήνεγκε. De quibus rebus à Belisario in Aquitania gestis, hauddum quicquam alibi legisse memini. Post quæ Iustiniani Augusti tempora, Turonensis ille, Eginartus, & alij, quæ de Burdigala memorarunt, hæc non satis antiqua videntur: & hîc repetere, nullum fuerit operæpretium. ¶ *Procerúmque senatu.* Burdigalensis senatus & Curię mentionem facit Ausonius etiam alibi, vt in octauo, nono & quindecimo carmine Parentalium: & Consulem se Burdigalensem fuisse dicit in extremo hoc carmine. ¶ *Insignem Baccho.* vino, cuius etiam in epistola tertiadecima ad Axium Paullum meminit. sed vino, fluuijs, & reliquis, quę hîc enumerat Ausonius, ad huc maxime nobilis Burdigala. Genus est vitis Biturica apud Columellam, & Plinium: quam à Biturigibus Viuiscis, quos nunc esse Burdigalenses supra diximus, appellatam existimabat, vetustioŕisque nominis vestigia inter Burdigalenses agricolas agnoscere se dictitabat Lucas Frenellus Picto, vnus ex Burdigalensibus iuris professoribus: qui anno Christi millesimo quingentesimo & sexagesimo secundo, quū ęstate solus vespere rus exiret, quod ex Briandi Valeæ regij Consil arij liberalitate non procul vrbe habebat, à grassatoribus media via vulneribus multis confectus est. In cuius hominis immatura morte, quod hîc non tacuerimus, hanc fecerunt iacturam litteræ, quod quum ad rus illud suū diligēter colēdum, antiquos scriptores in consilium adhiberet, eamque agri colendi rationem attētius expenderet, quam Hesiodus, Cato, Varro Virgilius, & alij veteres monstrarent, tantum eo studio profecerat, vt solus illos auctores intelligere multis videretur. Quare sæpe hortatus eum fueram, vt eorū obscuriora, nobis exponeret. quod & susceperat tandem: atque à Catone iampridem orsus, luculenti commentarij partem paucis ante mortem diebus nobis ostenderat.* ¶ *quasi cōscius vrbis Exiguæ.* Parua certe vrbs Burdigala tempore Ausonij: quod hodiéque ex ipsis antiquis mœnibus cognosci potest. Ea non plus centum & quattuor iugera colligebat, quæ multis partibus postea fuit amplificata, ceterum longe alia figura, & mensura difficiliore. Quare hanc hauddū mihi vacauit diligentius dimetiri. Tantum nūc de amplitudine eius tradam, quod ex eorū ichnographia deprehendi, qui munideæ præfecti fuerunt anno Christi millesimo quingentesimo & quinquagesimo septimo, nostræ scilicet ætatis Burdigalam quadringenta & quinquaginta minimum iugera obtinere soli. ¶ *Non pudor hinc nobis.* Quamuis exigua sit Burdigala nostra, tamen ea habet permulta, propter quæ inter alias celebrare non pudeat. ¶ *nec enim mihi barbara Rheni.* Sic vetus ille codex, non vt ediderūt Lugdunenses. Ora autem Reni barbara, incertum vtrum femininum nomen sit, vt fluuij Reni, qui Galliam a Germania determinat, tractū, & Germaniam significet, an vero neutrum, vt linguam & sermomem accipias. Burdigalenses enim, sicut & vniuersi Aquitani, ac pleræque aliæ Gallicæ gentes, Latine hodiéque fere loquuntur.* ¶ *nec Arctoo.* Septen-

Margin notes: 12. 113. 120. — 450 — Bidure — 208 M — 208 N



BVRDIGALA, vrbs quadringentorũ & quinquaginta iugerum: in qua Ausonij Burdigala quadrua & parua, centum & quattuor iugerum, est 3, 2, 4, 5. In ea media fontani fluminis alueus e Q. Diuiciæ nomine. qui influit in Garumnam, inter Sancti Petri, & proximam turrim. Vbi nauale vrbis Ausonius constituit. Podium Paulini q. Primum Burdigalę incrementum a Meridie, 6, 7, 8, 9. Deinde subsecuta alia duo, Vnum a Meridie, a Septentrione alterum. In hoc est Palatium Tutelę x, opus antiquum At eiusdem antiquitatis extra vrbem Amphitea trum S.

Fluuius vero Burdigalam alluens, est GARVMNA. Cuius latitudo passus quadringẽtos patet, ad E superiorem vrbis partem. ad K vero inferiorem, multo est latior

tentrionali, Boreal que. Ἄρκτους enim dicunt Græci, id est, Vrsas, quos Latini Septentriones: vnde ἀρκτῷος. HÆMVM autem minime aspirant Græci. qui mons est Thraciæ, regionis Septentrionalis & frigidæ. ¶ *brumæque breues.* hiemes non longæ, & minime acres. est autē BRVMA proprie apud veteres Latinos, quod vulgo Solstitium hiemale dicitur, mediæ hiemis punctum, à breuitate dierum dicta, auctore Festo, & Macrobio, id est, βραχὺ ἦμαρ. ¶ *iuga frondea subsunt.* Burdigala sita est in Garumnæ ripa ad Occidentem spectante: qui tractus satis æquus & planus est. Aduersa vero ripa collibus surgit amœnissimis, vario quidem arborum genere consitis, sed in primis vite. Qui sunt, vt puto, quæ iuga frondea hoc loco dixerit Ausonius. In ijs collibus cliuus est, in vrbem & meridiem obuersus, peruetusto cupressino luco in primis visendus. Cypressus enim arbor in Gallia satis rara est. Quamobrem hoc

2080 suo se cypresseto valde iactant Burdigalenses. * Quin iam inde antiquitus durauit hic mos vsque ad nostra tempora, vt quicunque Burdigala vinum asportaturi sunt, soluere ante non liceat, quam cupressinum ramum à magistratu acceperint: pro quo pendit quælibet nauis

4.f.6.d. drachmam vnam & drachmæ duas septimas partes, siquidem veterum drachma id valeat apud nos, quod Gulielmus Budæus existimauit. SVBSVNT autem hîc pro superiora sunt, supereminent, & se magis attollunt, positum videtur. Sub nanque præpositio, quæ proprie subter & infra significat, interdum contrariam habere significationem

cap. 3 reperitur, vt in Subnixo, apud Gellium libro septimodecimo: & in Gallo Virgilij:

Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus. vbi subijcit, exponit

208P vetus commentator, sursum iacit, & superjacit. * At in Tityro:

vers. 234 *Hic alta sub rupe canet frondator ad auras.* & libro *sexto AEneidos*:

Monte sub aërio. qui nunc Misenus ab illo.

Quidnam enim fuerit ibi aliud sub rupe, & sub monte, quàm super rupem & montem? vt sub hic sup quædam pro super esse debere videatur. quanquam locus hic Ausonij corruptus fuit, vbi pro, *breues. iuga frondea subsunt*, Lugdunense exemplar habet, *nouo cum sole tepentes.* subiungitque versum, qui in alijs nec reperitur, nec legi debet.

AEstifluique amnes, quorum iuga vitea subter.

¶ *Feruent æquoreos.* Garumna, qui Burdigalam alluit, bis cotidie in modum Oceani, in quem se exonerat, refluit: sentitque maris æstum

208Q plus quinquaginta millia passuum supra Burdigalam. * ¶ *Quadrua murorum species.* Non plane quadrata, vt Geometræ quadratam formam accipiunt, sed oblonga, id est, ἑτερομήκης. Nam latus septentrionale, & meridianum alijs paullo maiora, ex ipsis deprehendi reliquijs murorum, quæ sic habent. Latus, quod ad meridiem spectat, ab Andreæ Apostoli ad Garumnam per Lansacianas ædes ducitur, secundum riuulum, cui PEVGA nomen. Occiduum latus ex Archiepis-

chiepiscopi Burdigalensis ædibus exiens, quæ eidem ædi adhærent, septentrionésque versus porrectum, septentrionali muro coniungitur in turri: vnde ille incipiens, per Paulinianas, seu Candalinas ædes, & Medulicam portam, & Remigij fanum, ad Garumnam descendit. Quarti vero lateris, quod Garumna alluebatur, vestigia adhuc etiam extant, sed in ijs tantum ędibus, quę intra noua sunt mœnia, ijsque proximæ. Iam vero horum murorum materia est, in fundamentis quidem magna quadrata saxa, in reliqua parte, lapides forma quadrata, semipede non altiores: quorum exactos ordines, alij per totam muri altitudinem quaterni, quini, pluresue interiacent cocti lateris ordines: vnde opus multo venustius elucet. qualis est & Amphitheatri Burdigalensis structuræ ratio. qualis etiam veterum murorum Eboræ in Lusitania, & in eadem Aquitania, Baionæ, Aquarum Augustarum, Santonorum, Turonorum, Amphitheatri Pictauiensis, & eius magnifici ædificij Lutetiæ, quod alij Cluniaci, alij Iuliani Augusti ædes, & Thermas vocant. ¶ *turribus altis Ardua.* Quæ adhuc ex ijs agnoscuntur multæ, omnes truncæ sunt & mutilæ. Muri vero illi pedes circiter triginta alti fuerunt: lati duodecim. * ¶ *Distincte interne vias mirere domorum.* Hic quomodo legendum sit, non satis video. Constaret tamen suis numeris versus si, Distinctas, pro *Distincte* scriberes. Nam interne potest vocatiuus esse pro nominatiuo internus, hoc sensu: quum fueris intra ipsam vrbem. Qua figura vsus est Ausonius multis locis, vt indicauimus in carmen vndeuicesimum Parentalium. ¶ *Dispositu.* dispositione. Vsus hoc verbo ante Ausoniū Cornelius Tacitus. Dispositū tamen pro dispositu habebat vetus codex, coniunctione q; subijciebat, *& latas nom.* quę lectio si probior est, huius loci sēsus hic esse poterit, vrbē Burdigalā ita fuisse constitutā, vt si in ea media sis, nō possis nō mirari pulchrā eius vicorū distributionem, ædiū dispositionē, & plateaurū eam latitudinē, vt vere sint, quod vocabulum sonat. Est enim πλάτος latitudo, & πλατύς latus: vnde πλατεῖα platēa dicta est: quod lata sit: siue platēæ vici sint & viæ vrbis latiores, siue areæ: vt Barbarus, Budæus, & alij docti homines quæsierunt de huius nominis significatione. Platēas autem congrege vulgo nomen amittere idem dicet Ausonius in Epistola ad Paulum. ¶ *Tum respondentes directa.* Hoc sicut quod modo dixit de plateis, nunc longe aliter habet: ex quibus Burdigalam aliquando incensam dirutámque fuisse conijcias.* Saracenorum enim ab Austro, quos Carolus Martellus duobus prœlijs fudit fugauitque: & ab Aquilone Vandalorum Nortmannorū, aliorumque talium barbariem non potuit Burdigala non sentire. Ea ergo quum instaurata est, formam, incuria, vt fit ciuium, amisit pristinam. Cuiusmodi deformitatem vrbi Romæ contigisse post Gallica incendia, Cornelius Tacitus testatur libro quinctodecimo. Ceterum si ex Ausonij verbis aduersa vrbis latera æquali fuisse portarum numero collegeris, eius tibi tradam portas minimum decem. In muro enim meridiano tres adhuc videntur: quarum

209A

125.

447

209B

vna à Garumna, est ad olitorium forum. Altera ab æde supradicta Andreæ Apostoli est, vbi coriarij, prope scholas Iurisconsultorum. Tertia est inter illas media, atque ei per macellum, quod ad Proiecti est, aduersi muri porta respondit, Medulorum dicta: qua ab eo macello ad Dominicales recta itur. In occiduo autem muro, duæ fuisse videntur: quarum altera extat propè ædes Archiepiscopi, haud procul ptochodochio: altera prorsus diruta est, Dij Iouis porta nuncupata. Quod nomẽ remãsit illi, quæ in altero muro è regione facta fuit. Hæc tamen iam Sancti Seuerini porta appellari cœpit, quod illi Diuo ad eam vrbis partem, extra mœnia fanum sit, propè Amphitheatrum. * ¶ *Per mediumque vrbis fontani fluminis alueum.* In *alueum* est Synalœpha, vt in alueo & aluearia apud Virgilium. Porro in Occidentali Burdigalensis agri parte, fontes sunt non pauci: ex quibus aqua quum ad vrbem confluxit, eius pars per fossam, secundum muros, in Garumnam fertur. pars vero ipsam influit vrbem, idque duobus locis, inter Episcopi ædes castellumque cognomẽto Fari, vbi Peuga nominatur, quem modo memorauimus: & post aduersã earundem Episcopi ædium partem, DIVITIAE nomine. Exit hæc subterrano riuo, & per Cloacam, in Garumnam, pone Petri Apostoli. Hunc igitur intelligo dici *fontani fluminis alueum* per medium vrbis: in quo tum nauale fuisse, satis indicant, quæ subduntur, *Quem pater Oceanus.* Cuius naualis etiam meminit Paulinus in Eucharistico, quum ait.

209C

> *Tandem autem exacto longarum fine viarum,*
> *Maiorum in patriam, tectisque aduectus auitis,*
> *Burdigalam veni: cuius speciosa Garumna*
> *Mœnibus Oceani refluas maris inuehit vndas*
> *Nauigeram per portam quæ portum spatiosum*
> *Nunc etiam muris speciosa includit in vrbe.*

Cuius tamen naualis nullum nũc agnoscitur vestigium: sed alterius, quo ampliata vrbe, Burdigalenses vsi sunt in Peuga supradicto, extra ipsam Ausoni Burdigalam. Huius clara extant vestigia cum alia, tum duæ turres: quæ ex vtraque parte ostij eius adhuc stant, præaltæ: ex quibus catena quondam per machinas traducebatur. Nunc nullum nauigij genus Burdigalam ingreditur: sed omnibus portus, & nauale tutissimum, amplissimúmque est totus Garumna: quem ante superiorem vrbis partem, qua angustissimus est, latum duo milia pedum aliquando deprehendimus, qui fiunt passus quadringinti: ante inferiora vero mœnia, & Cartusianorum cellam, multo latior est. * *Quem pater Oceanus.* In alueum illum, Oceani æstu repulsus Garumna, tumidus intrabat, nauigiáque inuehebat. ¶ *Adlabi totum.* Dixerat Virgilius libro decimo Æneidos, —— donec versas ad litora puppes

209D

vers. 368.

Respiciunt, totúmque allabi classibus æquor.

¶ *Pario.* pretioso marmore æquale, quod ex Paro est insula. de quo Plinius ¶ *fontem.* Tanti fontis nulla extant vestigia in vrbe. ¶ *Euripi feruere ferto.* Est εὔριπος angustum fretum Eubœam insulam à Bœotia abscindens, rapidum mare & periculosum: quod septies spatio viginti quatuor horarum æquinoctialium, cursum mutare Strabo scribit libro nono: septies die, ac septies nocte Pomponius Mela libro secundo, alterno cursu fluctibus in vicem versis, adeo immodice fluere, vt ventos etiam, ac plenis velis nauigia frustretur. * Titus Liuius vero libro vicesimo octauo, ne septies quidem die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocare, sed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti deuolutum torrentem rapi. Hinc Euripi propter similitudinem quandam angustiarum, feruoris, exundationisque, dictæ aquæ fontium, fluuiorumúe per fossas, fistulas, tubos, ductæ. Cicero in principio secundi de Legibus. *Ductus vero aquarum, quos isti Nilos & Euripos vocant.* Plinius libro octauo. *Quinque Crocodilos Romæ, Aedilitatis suæ ludis, Marcus Scaurus temporario Euripo ostendit.* Suetonius de spectaculis Iulij Cæsaris. *Circensibus, spatio Circi ab vtraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas, bigásque,* & reliqua. Georgius ergo Agricola libro tertio de eorum natura, quæ effluunt ex terra, non video cur his putet, Ausonio fontem illum Burdigalensem significari, pariter cum æstu augeri, minuíque. ¶ *Quanta vnda. quanta vmbra,* vetus liber. ¶ *in omne tumor.* ob aquæ copiam. ¶ *quanto agmine.* quam magna copia, siue, quàm rapido impetu: quomodo Seruius agmen accipit, quando dicit Virgilius primo Georgicorum.

209E

c.16.

209F

Sæpe etiam immensum cælo venit agmen aquarum. vers. 322.

¶ *Margine contenti bis sena per ostia cursus. Marginis extenti,* pro *margine contenti*: & *cursu* ablatiuo casu, pro *cursus*, alij legunt. Bis sena autem ostia, accipio duodecim loca, per quæ aquam fons ille emittebat. ¶ *Rex Mede.* Xerxes rex Medorum & Persarum: cuius tantus fuit exercitus, quum Græciam bello peteret, vt proditum sit, fluuios & lacus ab eo siccatos fuisse: inter quos Melas & Scamander, Asiæ: Onochonus Thessaliæ, & Hissus Atticæ fluuius numerantur. Iuuenalis libro quarto.

Suppositúmque rotis solidum mare credimus: altos vers. 176.
Defecisse amnes, epotáque flumina Medo
Prandente. —— Herodotus libro septimo, Iustinus secundo, Æmilius Probus in vita Themistoclis. ¶ *portare Choaspem.* Χοάσπης fluuius ita dulcis est, vt Persici reges, quandiu intra Persidis ripas fluit, solis sibi ex eo pocula vendicarint: & quum eundum foret peregrè, aquas eius secum vectitarint. Solinus, Plinius, Ælianus, Athenæus, Herodotus. ¶ *Salue fons ignote ortu.* Quo terrestri iti-

nere Vasatas, & Tholosam Burdigala exitur, est haud procul porta
210 A Iul ana sabuletum (*Sablonatum* Burdigalenses appellant) & vltra cum locum riuulus viam seeans,atque ibi molendinum,nisi malis cum Budæo moletrinam dieere:quod *Molendinum Arcuum* vulgo nominatur.Paullum supra hanc vallem, secundum viã, ad dexterã pars vetusti aquæ ductus effossa fuit anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo : vbi multa tuborum fictilium fragmenta vidimus: atque ex ijs vnum sesquipedali fere longitudine abstulimus, diametro semipedali, corio nusquam tam crasso, quam præcipit Vitruuius libro octauo. Vltra eum locum, ad quinctum & plus eo etiam milliarium ab vrbe, inueniuntur supra & infra terram signa eerta atque vestigia aquæ ductus. Quin.id, quod diximus, *Molendinum Arcuum*, non dubitamus, quin inde nomen inuenerit,
210 B quod infima vallis arcuatione traiiceretur. * Aqua enim si paullò longius perducenda erat, qu bus rationibus prudentissime antiqui aquas ducendas censuerunt, ea partim riuo subterraneo, partim opere supra terram ducebatur: opusque illud supra terram, aut substructio erat, aut opus areuatum. Talem habent Eborenses Lusitani aquæ ductum : quem Ioannes tertius Portugallorum Rex,seu vetustate,seu Maurorum, aliorúmue barbarorum immanitate quassatum, reficiendum curauit, princeps optimus. Talem habuerunt Santoni : cuius subterraneum riuum corruptum, & apertum vidimus in Duetano Valeæ nostri: areuatíque operis multis vallibus, inter eum locum & vrbem ipsam Santonos, nobiles reliquias. Talem etiam Pictaui : ex euius arcuato opere & substructione, quod restat in colle flumini Clano imminente, id somniat imperitum vulgus, aliquod Anglorum opus esse, quando ij Pictauos ab ea parte (*Trancheam* vocant) obsiderent. Nos autem aliquando cum Marnefijs nostris Pictauiensibus Typographis, antiquissimi aquæ ductus vestigium agnouimus, non paruam partem riui, & canalis structilis adhuc integram, in summa substructione alterius cliui. qualem etiam Conimbricæ in Lusitania
210 C videre meminimus. * Ductus enim aquæ fiunt, vt ait Palladius, aut riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, aut canalibus ligneis, aut tubis fictilibus. Sed vt ad Burdigalensem aquæ ductum demonstrandum redeamus,inter eandem moletrinam &Sabuletum,cliuus est vitibus consitus : vbi aliquid veteris parietis adhue albere ex ipsa via prospicitur. Denique anno Christi millesimo, quingentesimo quadragesimo quarto quum Burdigalenses propugnacullum ad Eulalianam portam extructuri, iaciendis fundamentis locum foderent, repererunt ad exeuntis sinistram, canalem structilem affabre factum, antiquóque artificio, quadrangula forma

forma:qui ex ijs,quę indicauimus,locis, in superiorem vrbem pertinere videbatur. Hic, ni fallor, fons est, quem tantis laudibus effert Ausonius: quemque ideo ignotum ortu dicit, quod raro opere supra terram, sed subterraneo fere, presertim a capite, ea aqua in vrbem perducebatur: sicque videbat nemo, vnde conciperetur. Crediderim præterea duorum pluriúmue fontium aquam fuisse, sicut habebat quondam Romæ Claudia. & nunc quoque, cuius modo meminimus, Eboracensis, ex eadem regione, locis non multū inter se distantibus, cōceptā, ad eundem riuum statim à capite adductam: quo influxerit in vrbem. * ¶ *vrbis genius.* Deus, numen, magnum vrbis bonum. ¶ *medico potabilis haustu.* De fontium mira vi & ingenio, multa Plinius. Iulius Frontinus de aquis vrbis Romæ. *Fontium memoria cum sanctitate adhuc extat, & colitur. Salubritatem enim ægris corporibus afferre creduntur, sicut Caius Amaranus Apollinaris meminit.* Horatius in epistola sextadecima de fonte in fundo suo.

210 D

Infirmo capiti fluit vtilis, vtilis aluo.

¶ *Duiona.* Diuona legendum, pro isto Duiona. Est Burdigalæ prope Amphitheatrum fons: cuius aqua ad lauandas vestes & perficienda coria tantum vtuntur, ODEIA nomine. Hunc propter nescio quam nominis similitudinē cū Duiona, vidi qui cōtenderent eum esse, quē sic celebret Ausonius. Verū Ausonianus ille fons in media erat vrbe: quum Odeia semper extra vrbem fuerit. Deinde à Diuis suum fontem appellatum esse, videtur innuere Ausonius. Quare Diuona potius quomodo habuit vetus codex Lugdunensis, quam Duiona, legendū. * ¶ *Celtarum lingua.* Habuerunt initio Celtæ & Galli suam linguam à Latina longe diuersam: sed postea à Romanis edomiti, eorum sermonem Latinum didicerunt: quo & hodie fere vtuntur, Romanum appellantes. Ita non dubito, quin Celtarum linguam vocet Ausonius, qua suis temporibus, puriore, quam nostris, Celtæ vtebantur, hoc est Romanam & Latinam: ac ita DIVONAM Celtici, Gallicíue fontis nomen esse deriuatum à Diuis & Dijs Latino vocabulo. ¶ *fons addite Diuis.* Virgilius libro octauo Æneidos, ad Herculem.

210 E

Vers 301

Salue vera Iouis proles, decus addite Diuis.

¶ *Non Aponus.* Fons est in agro Patauino, & fluuius: cuius aquæ calidæ meminit Lucanus libro septimo. Aurelius Cassiodorus Aloisio architecto libro secundo Variarum, Cælius Rhodiginus libri tricesimi capite sexto decimo, & Petrus Bembus in Ætna, plura de Apono. ¶ *Nemausus.* Νέμαυσος, & Nemausus, & Nemausū Galliæ Narbonēsis vrbs. vt in carmen de Narbone meminimus. Ἰταλίας pro Γαλλίας scriptum habet Stephanus. *Nimes.* vbi qui vulgo fons appellatur, sed qui lacus sit potius quam fons, dubito an sit, quem hic celebret Ausonius. Aliū fuisse suspicor, qui ex proximis collibus in vrbē ducebatur: sed cui acciderit, quod Burdigalensi. * ¶ *Timauus.* Fons & fluuius in mare Adriaticum exiens: de quo Strabo, Plinius, Seruius in Virgilium, & Vadianus in Pom-

107

210


210 F ponium Melam. ¶ *vtque caput Mundi.* Numeri pro Mundi, vetus codex Lugdunensis: vt numerum, carmen hoc dicat de claris vrbibus. Cuius libri caput & principium est de Roma. ¶ *capite isto.* Roma. *Quique caput rerum Romam,* & c, in Mosella. ¶ *Ancipiti.* nutanti. infirmo. Romæ veluti numine & viribus vult, vt Burdigala consistat, ¶ *Hæc patria est.* Burdigalæ natus est Ausonius poëta, patre Iulio Ausonio Vasatensi medico, quemadmodum alibi dictum est. ¶ *Superuenit.* præstat & præfertur cunctis patrijs. ¶ *colo.* honoto & veneror. ¶ *ciuis in illa.* Burdigala. Vetus codex, *ciuis in hac sum.* ¶ *Consul in ambabus.* Qui Consul fuit Romæ, Consul quoque Burdigalæ simul fuit, si Burdigala Romano parebat imperio. Sed potest Burdigalensis ciuitas (Burdigalensem Senatum laudauit in principio huius carminis; & alibi, vt illic meminim⁹) similiter ac Roma fuisse constituta, aliqua saltem ex parte: Consulatumque annuum magistratum etiam habuisse. Consules & Cossos hodiéque vocitant ciuitates Galliæ Narbonensis, & Aquitaniæ nonnullæ, quos binos, ternos, quaternos, senos, populus ad rempublicam administrandam, quotannis magistratus creat, quodcunque sit hoc antiquitatis vestigium. Burdigalæ vero, hi Iurati appellantur, viceni quaterni quondam, deinde duodeni, postremóque seni. ¶ *cunæ hic.* Burdigalæ. ¶ *ibi.* Romæ. ¶ *sella curulis.* cuius & in extremo Protreptico mentio, & in extrema Gratiarum actione, in Iambico epistolæ ad Probum, & in epistolarum vicesima, & vicesimaquincta, ac in priore Paulini ad Ausonium epistola. Qua sella Curuli, Consules & maiores magistratus in curru vehebantur. A curru ergo nomen factum, r non geminat, & primam syllabam corripit. Atque hæc sūt quæ de patria vrbe scripsit Ausonius. In quibus Gallieni & Tutelæ palatia ideo non memorat, quod ea erant vulgaria temporibus illis, & vt arbitror, plerisque in locis pulchriora.


(Marginalia: 159; 1 L; 368; 412.424; 469.494; 567.)

210 G PALATIVM GALLIENI, quod vocant, seu Galienæ, de quo antiquitatis ignarum vulgus egregiam fabulam commentatum est: quam & Rodericum quendam Toletanum referre non puduit libro quarto Hispanicorum, id videtur potius a Gallieno Augusto conditore nomen accepisse: quo imperatore Tetricus quidam Aquitaniæ præfectus, Burdigalæ fuit Imperator factus, quemadmodum ante meminimus. Est autem Amphitheatrum, siue potius pulchri quondam Amphitheatri tenues reliquiæ. Id circundabant parietes sex: eratque extimi, qui reliquos altitudine superabat, & intimi, omniū humillimi interuallum octoginta sex pedes, quantum quidem semiruta, & iacentia vetustissima monumenta nobis eo pede metiri licuit, quem Glareanus Heluetius à Budæo Parisiensi accepisse se dictitabat. Mediæ areę longitudo, quam excipiebāt vtrinque portę singulæ, ducentos & vinginti quattuor, latitudo, centum & quadraginta pedes patebat: vt hæc oui figura construi mos erat. Extra vrbē semper fuit: distabátque à proximo mœnium Ausonianę Burdigalæ angulo passus minimum quadringentos.

(Marginalia: Cap. 11.; 208 I)

TVTELA





TVTELA ET PALATIVM TVTELÆ quod appellatur, hoc etiam extra vrbem erat, ſed propius Garumnam, & iuxta foſſam, qua latus vrbis ſeptentriones ſpectans, muniebatur: verum in ipſa tandem incluſum eſt vrbe, quum illa ad eam partem ampliata fuit. Periſtylium eſt quadrangulum orthogoniũ, longum pedes octoginta ſeptem, latum ſexaginta tres. Pilis (ſic etiam vulgus vocat) ſiue columnis aſſurgebat ſtriatis octo in longitudine, & ſex in latitudine: quæ fiebant in toto ambitu columnæ quattuor & viginti. Earum adhuc ſteterunt decem & octo. Subeſt vero camera antiquo artificio: in qua vinum conditur. Templum fuiſſe patens quidam ſuſpicantur, & ex ipſo nominis veſtigio, Dei Tutelaris fanum. Habebant enim antiqui Deos, in quorũ Tutela ſuas eſſe ciuitates volebant. fuit quoque apud eos eiuſdem originis tutelanus Deus, cuius meminerunt Nonius Marcellus, & Aurelius Auguſtinus libro quarto de ciuitate Dei. Fuit & Tutilina Dea, quam frumentis collectis atque reconditis, vt tuto ſeruarentur, præpoſuerunt. Ceterum id quicquid fuerit, ſimilis operis, ſed non ita magni, reliquias vidimus Eboræ in Luſitania anno Chriſti milleſimo quingenteſimo & quadrageſimo nono.

210 h

Noſtrarum autem in Auſonij carmen de Burdigala cõmentationum coronis eſto epitaphium, quod ab hinc annos triginta quinque, quum adhuc ſatis facile legi poſſet, ex ſuo Pyrenaico marmore excerpſimus. Quod ſaxum ex eo loco, vbi ſepulta fuerat matrona, in mediam inferiorem ædem Apoſtoli Andreæ tranſlatum, & ab ijs, qui parum ſciebant, quid cultus & reuerentiæ debeatur antiquitati, illic ſubſtratum, vbi ſexcentis quotidie pedibus, quorum magna pars etiam ferrata ſit, conculcatur, ita ſenſim exeſum fuit, vt paucas tantum litterulas ibi poſſem agnoſcere, quum hæc ſcriberem. Sic autem legebamus.

210 I

ΛΕΙΨΑΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΗϹ ΔΙΛΥΜΑΤΟΚΟΥ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ
ΗϹ ΜΕΜΕΡΙϹΤΟ ΒΡΕΦΗ ΖΩΟΝ ΠΑΤΡΙ ΘΑΤΕΡΟΝ ΑΥΤΗ

Sic ΚΕΙΤΕ *pro* ΚΕΙΤΑΙ, *fuit in ciſum.*

Diſtichum eſt hexametrum: quod nos ſic ad verbum, obſeruata tamen metri lege, Latinum fecimus.

Oſſa gemellipara Lucilla hic ſunt ſita. cuius
Secta fuit proles, viuens patri, & altera matri.

Multi vero fuerunt noſtris tẽporibus, qui pulchrius vertere conati ſunt: inter quos ſic primus fecit Petrus Amicus, ad quem extãt Budæi litteræ.

Quæ peperit geminos, Lucillæ hic oſſa quieſcunt.
Vir viuum, extinctum hæc retinet. Sic pignora ſecta.

Sic Antonius Goueanus Iuriſconſultus, quum ſub fratre Andrea Ludimagiſtro, litteras in ſchola Burdigalenſi doceret.

Hoc tumulo Lucilla taces, enixa gemellos.
Illa patri ſupereſt: eſt comes ille tuus.

Ioannes Riuerius Burdigalensis, Consiliarius regius.

Hic enixa duos tegitur Lucilla. Gemelli
Diuisi. viuus patris est, matri adiacet alter.

Martialis Monerius Lœmouix. I. C.

Hic enixa duos parens gemellos
Pró, Lucilla tegor. Duobus hoc ius
Quod commune fuit mihi patríque,
Diuisum est. obijt gemellus vnus,
Qui mecum iacet. alter, ille viuit
Solamen misero patri duorum.

Stephanus Manialdus Cleracius, medicus Burdigalensis.

Hic Lucilla iacet geminorum mater. at eius
Diuisa est soboles, viuens patri, & altera matri.

Ioannes Guijonius Augustodunensis, quum litteras profiteretur in eadem Burdigalensi schola.

Hic Lucilla iacet diuisis fœta gemellis.
Alter enim viuens patris fuit, illius alter.

Ioannes Riuasso Sarlatensis.

Casta gemellipara Lucillæ hic ossa quiescunt.
Pignora cui diuisa, patri viuum, alterum & ipsi.

IN LVDVM SEPTEM

SAPIENTVM

DREPANIVS PACATVS, cui mittitur hic liber, & Technopægniũ, & Vita humana, cõpertum non habeo, an sit, necne, Drepanius, cuius feruntur Psalmi, hymnique aliquot, ac alia carmina, & in ijs epistola Elegiaca ad Augustodunensem episcopum, in qua se Florum vocat: ceterum non dubito, quin sit Drepanius Pacatus, tertio nomine Latinus, cuius extat Theodosio Augusto, qui ad Ausoniũ scripsit, Panegyricus Romę tum dictus, quum ille Maximo Aquileiæ interfecto Romam triumphans rediisset, ad annum Christi trecentesimum, & nonagesimum primum, secundum Haloandri rationes, circitérque Calẽdas Septembres, vt Marcellinus Comes memoriæ prodidit. In qua præclara oratione de Theodosij laudibus, quia se Gallum dicit Transalpinum, & ex vltimo Galliarum recessu, qua litus Oceani cadentem excipit solem, ac deficientibus terris sociale miscetur elementum, ex qua sua patria Romam ad contuendum adorandúmque tantum principem & tam felicem properasset: & in quam reuersus, esset dispensaturus, magno omnium Gallorum stupore, quanta vidisset miracula, Aquitaniam sibi patriam facere mihi videtur: ex eóque, & Ausonij cum illo familiaritate, Burdigalensem fuisse conijcio. * Nam quem Sidonius Apollinaris in libri octaui epistola vndecima memorat Drepanium, hic, incertum est, an sit Panegyristes ille Drepanius Pacatus. Deinde si forte is sit, non satis aperte dicit eum Aginnensem ciuem fuisse, sed tantum apud Nitiobriges litteras esse professum innuit. Quod autem ad Drepanij proconsulatum attinet, de illo non memini legere aliud, quam quod in titulo est huius epistolæ, *Ausonius Consul Drepanio Proconsuli*: & in de Technopęgnio, *Ausonius Pacato Proconsuli*: ceterum Theodosius princeps benignus, & doctorum admirator fautórque hominum, vt ipse de se scribit, potest Drepanium poëtam eximium, oratorémq; vt temporibus illis, egregium, honore aliquo non vulgari ob laudes suas illustri oratione celebratas, cohonestasse. * ¶ *Ignoscẽda*, nõ cognoscẽda. Paronomasia autẽ & παρίσωσ ludit Ausonius in his ignoscẽda, cognoscenda: sicut & in illis

211 A — 286. 301 — 1, 2. — 211 B — 284. — 211 C

secundo disticho, legenda, tegenda, & vltimo pentametro placeam, taceam. ¶ *AEquanimus fiam te Iudice.* Æquo animo feram, Drepani, & æqui boníque consulam, quidquid statueris de hoc meo scripto. Idem

360 verbum Æquanimus in villula. ¶ *Nam primum.* Primum est hoc in negotio, vt librũ meũ probes. quẽ probatũ postea contra maleuolos & inuidos defendes. ¶ *Mæonio.* Męonidę, Mæonis filio Homero. ¶ *qualem cultum.* Sic excole, expoli, recognosce, castiga hoc meũ carmen, vt o'im poëmata Homeri Zenodotus, & Aristarchus. * ¶ *Censor Aristarchus.*

211 D Hic Grammaticus fuit: cuius veteres tanti fecerunt iudicium, vt quem non probaret, Homeri versum non crederẽt. Ita Cicero, Suidas, Erasmus in prouerbijs, Stellis signare, Obelo notare. Samothrax fuit. Alexandrię vero docuit cum alios, tum Regis Ptolemæi sexti, id est, Philometoris filium, circiter ea tempora, quibus decessisse Terẽtium in Eusebij Chronicis legimus. Zenodotus vero Ephesius poëta, & Grammaticus, Philetæ discipulus, Ptolemæi primi tempestate floruit. Hic primus Homeri scripta recognouit. Præfuit Bibliothecis, quæ in vrbe Alexandria erant, & Ptolemæi filios erudiuit. Sic Suidas. Meminit & in carmen quartum-

157 decimum de professoribus Burdigalensibus horum Grammaticorum

418 Ausonius, & in epistola ad Vrsulũ. ¶ *Spuriorum stigmata vatum.* Στίγματα,

25 D signa notas (de hoc nomine in Epigramma quinctumdecimum) vatum Spuriorum, id est ipsorum carminum non legitimorum & non bonorum. Sic νόθους appellarũt, ὀβελῷ, hoc est nota, que veru referret (est enim ὀβελὸς, veru. vnde ὀβελίσκος veruculũ: quonomine diminutiuo solet ea quoque nota & signum apellari) ab Aristarcho notatos versus in Homeri Rhapsodijs, quos ille Homeri esse non putaret. Appsitio est, *obelos, stigmata.* ¶ *Palmas non culpas.* pro magno honore id habebo. Culpas

4 autem eodem modo vsurpasse leges in carmine ad Theodosium Augustum. ¶ *Sin minus vt taceam. si minus vt lateam*, vetus codex.

212 A ¶ *Septem sapientes.* De quibus & eorũ sententijs legendus Diogenes Laërtius, ac, si videbitur, Philippi Beroaldi Heptalogus septem Sapientum libellus non indoctus. Metrum autem hoc est Iambicum trimetrum. ¶ *nec secuta.* Plinius libro secundo Naturalis historiæ de ventis. *Veteres quattuor omnino seruare: secuta ætas octo addidit*

Cap. 48 ¶ *Hodieque in hortis Palliati.* Codex ille Lugdunensis, *Hodieque in orcistram. Hodie in orchestram* legendum censuit Petrus Pythoeus

222 libro secundo Aduersariorum. De orchestra nos quædam postea. Pallium Græcorum erat, quales illi septem, vt Toga Romanorum propria. Vnde Togatæ & Palliatę fabulæ. Annotauimus in Epigramma sep-

40 tuagesimum. ¶ *Romule.* Romane. ¶ *Scenam quod introibunt.* Hoc inquit, an erubescis, quod tam graues, tam celebres viri sint in sce-

212 B nam prodituri, vt histriones aliqui? * ¶ *Nobis pudendum.* Romanis pudendum, Græcis non item. Romano nanque Iure infames habebantur

bebantur, qui artis ludicræ, pronuntiandiue causa in Scenam prodijssent, vt Digestis de his, qui notantur infamia, lege, Prætoris verba. Athenis vero vnus erat locus, vbi fierent ludi, agerenturq; fabulæ: & in quem conueniebant Magistratus & populus consultaturi de ijs, quæ ad Reipublicæ administrationem pertinerent, nempe Theatrum, quod ludorum agendarumq; fabularum gratia proprie factum videtur. Vide Valerium libro secundo de legatis a senatu Tarentum missis, & quæ Diodorus Siculus extremo libro sextodecimo Athenis refert gesta, cum Elateam Philippus Alexandri magni pater cepisset, anno vrbis Romæ quadringẽtesimo & tertiodecimo. Verba vero Æmilij Probi hominis Romani de eadem re ex præfatione in vitas excellentum imperatorum, subscribam. *Magnis in laudibus in tota fuit Græcia, victorem Olympiæ citari. In Scenam vero prodire, & populo esse spectaculo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur.* Versus autem hic in vetere libro sic mancus fuit.

Nobis pudendum hoc & Atticis quoque.

¶ *Quibus Theatrum.* Athenis theatrum pro curia. Θεάομαι video, & specto significat. vnde θέατρον, spectaculorum locus: quod Visorium interpretatur Cassiodorus quarto & quinto varianum, hemisphæriúmq; nominat: cui hemisphærio (Græcũ est quoq; ἡμισφαίριον, dimidium sphæræ & globi significans) oppositum par hemisphærium, complebat, quod amphitheatron idem Græci vocabant. ¶ *Campus.* Campus Martius, in quo habebant Romani comitia, creabántq; cõsules & alios magistratus, extra Vrbẽ erat: Curia, Forum, Rostra, in ipsa vrbe. ¶ *Vt conscriptis.* Patribus solis, Senatoribúsue. ¶ *Separatis.* priuatis, omnibus alijs ciuibus. *Ciuibus* autem & *ciuium* hic scribitur. * ¶ *Vna est.* theatrum ipsum. ¶ *Quam.* sedem, hoc est theatrum. Anno vrbis Romæ quingentesimo & nonagesimo nono, vt in veteribus fastis Romanis notatum extat, Censores fuerunt Marcus Valerius Messalla, & Caius Cassius Longius. qui quum theatrum in Vrbe inchoassent, Publius Cornelius Scipio Nasica prioris anni Consul, auctor fuit, vt id destrueretur tanquam inutile, & publicis moribus nociturum. Titus Liuius libro quadragesimo octauo, Valerius secundo de spectaculis, Velleius, Appianus. ¶ *Aedilis olim.* Ædiles inter cetera, ludos sollemnes procurabant: in quibus & fabulę agebantur. ¶ Scenam tabulatam. ex tabulis & ligno solo, nimirum ante, quam ex saxo esset extructũ Theatrum Romę. Cornelius Tacitus libro quartodecimo. *Quippe erant, qui Cneum quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram Theatri sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus, & scena in tempus structa edi solitos,* & reliq. Scena autem id est, σκηνή, quæ & in vetusto codice, & marmoribus antiquis SCAENA est, vmbraculum, tentorium, tabernaculũ proprie significat, ἀπὸ τῆς σκιᾶς id est, ab vmbra, vt tradit Seruius in centesimum & sexagesi-

212 C

213 A

mum octauum primi Aeneidos. In sequenti autem versu, *excitata*, & *excitatam*, scribunt nostra exemplaria.* ¶ *Murena sic & Gallius.* scenam tabulatam dederunt. Aediles ludos sollemnes, vti diximus, Romę procurabant. alijs vero alios facere licebat: quod solebant, ad populi vulgíque sibi concilianda studia. Hinc Lucij Murenæ in prætura ludi, quos memorat Cicero in oratione pro Murena, & Plinius libro tricesimo tertio: vbi de pegmate a Murena in Circo ducto, in quo fuerunt argenti pondo centum viginti quatuor. Aedilitatis autem, & ludorum Quincti Gallij, quem reum ambitus aliquando defendit Cicero, meminit Asconius Pedianus in Cōmentariis in orationē Ciceronis cōtra Antoniū & Catilinā. ¶ *Constructa moles. molis* pro *moles* vetus liber. ¶ *Cuneata immanitas.* Carmen de Mediolano. ¶ *Pōpeius hanc.* Pōpeius ille magnus cognominatus, omniū primus, ac post illū Cornelius Balbus, & Augustus Cæsar Octauianus, theatra Romæ extruxerūt magnifica. Dio libro tricesimonono & quinquagesimoquarto, Plutarchus, Plinius, Suetonius. * ¶ *primas partes. prius partes* veteres mēbranę: sed supra u, quispiā m, scripserat. ¶ *Dijsque laudatos.* vt Apollini. Vide, quę mox narrabit Solō. dis autem vetus codex pro dijs. ¶ *Progrederer. Pregrederer* Badius, & liber antiquus. Posset autem suis numeris constare versus: si sic legeretur. *Progrederer agere, quidnā vellent hi sibi.* ¶ *Prouidentium.* Prudentium, Sapientum illorum septem. ¶ *Anteuerterit.* primus inuenerit, protulerit. ¶ *Sed si memoria rebus vetustis cludit. Cludit* etiā Vetus codex: vt multis in locis claudere, cludere, legitur: vnde composita, concludere, includere, recludere, & alia. Est autem notissima illa verbi claudo cludoue significatio, qua illi opponitur aperio: vt quū dicimus claudere & aperire ostia, oculos & alia eiusmodi: sed claudere pro claudere esse, & claudicare, veteribus quoq; fuisse vsurpatum legimus. Terētius in actu primo. Eunuchi. ——— *Nuncubi meam*

Benignitatem sensisti in te claudier.

In quē locum, & in hęc Chęreę, *Illum liquet mihi deierare*, Salustiū adducit, vetus cōmentator, qui sic duobus locis claudere vsurparit. Hoc ergo dicit Ausónius, sicui claudit, claudicat, & labat memoria, & tam vetera nō meminerit, suggeret mox Ludius, ¶ *Ludius.* histrio. Valerius Maximus libro secūdo de institutis antiquis. ¶ *Edisserator.* Serare ab obdita sera fecisse Latinos, vel Priscianus auctor est libro decimo. vnde obserare cōpositum esse monuit Terentij interpres in illud Eunuchi, ostium obsera: cui contraria sunt adijcienda, reserare, & disserare, pro aperire, patefacere, explanare: quorū illud apud Latinos frequēs: disserare vero apud solū Terentianū, quod equidem meminerim, in capite de litteris, mihi lectū: vnde edisserare nusquam legerim, sed ab eo hoc solum Ausonij edisserator, verbale pro interprete, & explicatore. Pro quo tamen Lugdunense exemplar *Edissertator* habebat, vocabulum versui quidem minus aptum, sed eiusdem tamen significationis, ab edisserando, frequentatiuo verbi edissero tertiæ coniugationis. Arnobius

213B | cap. 3 | 201. | 214A | Scena 2. | Act. 2. Scen. 3. | Act. 4. Sc. 6.

libro secundo,& septimo aduersus gentes. *Edissertate nobis, & dicite, quæ sit causa. Edissertate, inquam, & dicite, quid sit quod grandinem torqueat.*

¶ *Delphis Solonem.* Siquid hic sit obscurū, in ipsorum sapientum personis tibi declarabitur. Scripse autem, & dixe, pro scripsisse & dixisse. ¶ *Multi hoc Laconis.* Inter quos Plinius septimo Naturalis historiæ. sed Phemonoës, Antisthenes apud Laërtium in vita Thaletis. aliorum multorum, Clemens primo & secundo Stromatum. ¶ *Multi hoc Solonem.* In quibus Aristoteles, vt post dicemus. ¶ Γίγνωσκε καιρόν. *Tempus vt noris iubet.* Sic fuit in vetusto codice, in alijs non tam pulchre, καιρὸν γνῶθι. *quod tempus.* Et hanc sententiam Pittaco attribuit Diogenes, sed *Nequid nimis* poëta Græcus. ¶ Τέλος ὁρᾶν. Finem videre. Vetus codex, oratelos.* ¶ *Bias Prieneus dixit*, οἱ πλεῖστοι κακοί. Mendosa altera lectio, quæ omni addebat. *Bias Prieneus dixit omni* οἱ πλέιους κακοί. Significat autem πλέιους, plures: & πλεῖστοι plurimi. quorum vtrumcunque scripserit Ausonius plures ipse vbique dixit, hoc est πλέιους, tam hîc, quam infra in Biante. Sic comparatiuo vsus est poëta Græcus in octasticho, quod subijciemus de ijsdem sapientibus: sed superlatiuo Diogenes Laërtius, quemadmodum fuit & in Lugdunensibus membranis Latine scriptum, *oeplistoecacoe*. Prieneus autem, hoc est Prienensis, à Priene Ionum in Asia ciuitate, trisyllabum est Πριηνεὺς, sicut orpheus disyllabum ὀρφεύς. ¶ *Thales* Ε'γγύα. πάρα δ'ἄτα, protulit. Ita Græca hæc in Charmide Platonis Laërtijque Chilone, & sic in Iodoci Badij editione, quum in alijs fere ἄτη pro ἄτα. * Est autem ἐγγύα imperatiuus modus, pro ἐγγύαε, ab ἐγγυάω, spondeo. Πάρα pro πάρεστι, adest. Α'τη, siue ἄτα Dorice, noxa, calamitas, damnum. Ceterum si versum hunc sic emisit Ausonius, quia trochæum non admitit metrum Iambicum, in ἐγγύα penultimam syllabam produxerit: sicut in ἐγγύην Græcus poëta fecit, ac ita spondeus erit pro iābo in secunda sede, vt sæpe inuenitur posuisse Ausonius: ob eādémque causam primam in πάρα, quæ passim corripi reperitur, productam esse voluerit. Quod & Homerum interdum fecisse, Eustathius Homeri & Dionisij commentator ostendit. Sed pro ἐγγύα, Lugdunense illud exemplar, scribebat *engyea*: quod suspiceris ἐγγύαε esse debere: & sic Ausonium scripsisse nō ἐγγύα, sed ἐγγύαε, sine contractione, vt metri secundus pes sit dactylus vel spondeus pro iambo, & tertius iambus: verum idem vetus codex Engia etiam pro Εγγύα scribebat in Thalete.

Engia paradata ecce diximus. vbi nulla fuerit synalœpha.* At vero quoniam ambigitur etiam de huius sententię auctore. Diogenes nanque Chiloni attribuit, quam Ausonius & Octastichi Græci poëta Thaleti. Patriam autem habuit Laconiam Chilo. Laconia, quæ & Lacedæmonia, in Peloponneso erat. Peloponnenses Dorice loquebantur, vt scribit Strabo libro octauo, & veteres Grammatici Græci,

215 A
Cap. 32.
231
216 A
231
216 B
224
216 C

qui de Dialectis præcipiunt. Dores η in α mutabant. Vnde est il-
10 lud Lacænæ matris in commentario in epigramma vicesimum quartũ. ἢ τάν, ἢ ἐπὶ τάν, pro, ἢ τήν, ἢ ἐπὶ τήν. & Laconum illud senatusconsultum mendis scatens apud Seuerinum Boëthium in principio Musicorum. Ἐπεὶ δὲ Τιμόθεορ, ὁ Μιλάσιορ ἐλθὼν ἐρ τὰν ἁμετέραν πόλιν, τὰν παλαιὰν μολπὰν ἀτίμασδε, &c. contra, Iones α in η vertebant: & Ion erat Thales, ex Mileto Ioniæ ciuitate in Asia. Ausonium itaque qui Thaleti ascripsit hanc sententiam, verisimile est scripsisse, Ἐγγύα παρὰ δ' ἄτη. eos vero qui Chilonis esse crediderunt, Ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. Ceterum de hac sententia, lege Erasmum in extrema centuria sexta primæ Chiliadis Adagiorum.

216 D

rum.* ¶ *Noxa quod præsto est, vetat*. Antiquus liber, *noxaquiaprsest.* vbi *presest* pro *præsest*. Quales erant Synalœphæ multæ in illo, vt annotauimus in carmen vicesimum sextum de Professoribus. ¶ *Fœneratis*. fœnore obligatis.

170

217 A

¶ *Sed Fama*. Fama plerumque falsa est, *Tam ficti, prauique tenax, quam nunciaveri*, vt ait Virgilius quarto Æneidos. ¶ *Æqualitas quod ordinẽ nescit pati*. Primus, secũdus, tertius vocabula sũt ordinis. Qui autẽ sunt inter se æquales, in ijs nec primus est vllus, nec secundus, nec tertius. ¶ *Neque me esse primũ, vestrum vnũ existimo*. Sic versus hic in omnibus nostris exẽplaribus. qui plenus reddetur, si pronomen verbo esse postponere ausis: sed istud vestrum mihi non placet. quippe quod nec ad sapientum cœtũ nec ad spectantium turbam quomodo referatur, video. pro quo verum substituebat vetus codex. sicque habere potest versus non male.

Neque esse mé primum, verum vnum existimo. vt nolit Thales sibi vendicare primum locum inter septem Sapientes, sed se dicat vnum duntaxat esse ex illis.* ¶ *Delphicus lusit deus*. Apollo. Mendose autem

217 B

vetus liber, *ait* pro *lusit*. ¶ *Vt in orbe tereti*: Iussit Delphicus Apollo, inquit, vt ille ineptus sciscitator nomina septem Sapientum incideret in orbe rotundo (incidere in ære & in æs dixit Cicero) in circulo & in globo, vbi nec principium, est, nec finis: & sic innuit, nullum inter eos habendum primum, nec secundum, nec imum, id est vltimum: quum omnes sapientia pares essent. Quod autem sequebatur in omnibus nostris codicibus *nomen incertum* & *nomen insertum*, hoc puto erat in Lugdunẽsi *nominum serum*. nomina eorum legi debere arbitror. ¶ *Græce coactum est, τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου*. Finẽ videre longæ vitæ. In vetere libro est, ὅρα, vide, vt & in Ludio, sed perperam ὅρα τέλος. ¶ *si Latine edisseras*. si *Latine dixeras* vetus liber; quod esse posset, *si Latine dixeris*.* ¶ *Spectare vita*.

217 C

Ouidius de Cadmo, tertio Metamorphoseon.

> ——— *Sed scilicet vltima semper*
> *Expectanda dies homini, dicique beatus*
> *Ante obitum nemo supremáque funera debet.*

De e[illegible] Solonis sentẽtia, vide, quid sentiat Aristoteles primo libro Ethicon Nicomacheorum.

¶ *Euent*

¶ *Euenta quod sunt*. Dicitur et hic euentus per quartam.sic Virgilius, Silius, alijque, varios & incertos rerum euentus dixerunt.sed vide prouerbium, Nescis, quid vesper serus vehat, in Centuria septima primæ Chiliadis Erasmi. Habebat autem *E vita* pro *Euenta* vetus liber. *Euita quod sunt semp.* ¶ *Is beatus*, Vetus codex, *Hiis in beatus*.Emendo,*His in beatis*.Crœsus ille,siue regem Lydorum,seu tyrannum dicere vobis,spectatores,libuerit,is in beatis, & in numero beatorum habitus, diues homo supra modũ,qui lateribus aureis,& multo alio auro templum Apollinis Delphici exornauit (Herodotus libro primo) is,inquam, Crœsus me aliquando ad se euocauit. Ditissimus hic dictus fuit in epigrammate quinquagesimo tertio: abs quo & prouerbium,Crœso ditior,de homine ditissimo. ¶ *Telena*. à nominatiuo Telen. alij Telana:Tellum,& Tellonem alij apellant. Annotauit Mariangelus ex Herodoto & alijs. ¶ *Inueni Aglaum*. Lucianus aliter in dialogo, qui inscribitur Charon, ἢ ἐπισκοποῦντες, & Plutarchus in vita Solonis, & Herodotus libro primo, & Ioannes Tzetzes primo capite. ¶ *Nunquam excesserat*. Verba sunt Valerij Maximi, libro septimo,capite de felicitate. Meminit Solinus quoque felicitatis Aglai. Consimilis & Claudiani senex Veronensis. ¶ *Bellum ille*. Lege Pædian Xenophontis,& Plutarchi Solonem. ¶ *Profectus victus. vinctus. regi deditus*. Ita fuit in membraneo codice. Inter hunc autem versum,& sequentem,*At ille captus*,qui nec ipse sine mendo est, desunt versus multi. ¶ *Qua flamma*. Altera lectio, *Quin flãma*.* ¶ *Per ministrorum*. Ne sit hic trochæus, Pulmannus legeret,

51

219

220

Per adminiſtrũm ducitur lectam manum.

Posset etiam legi.

Ministrorum per lectam ducitur manum.

¶ *quæ in Solonem. quem Solonem*, vetus lectio.

¶ *Manendo Solonem, quoad se se recipiat*. verbi manendo syllaba vltima breuis fit,necesse est, quo secundus metri iambici pes fit anapæstus, *de Solo*.quæ apud Plautum in extremis Menæchmis anceps est.

221

Lumbi sedendo, oculique spectando dolent,

Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.

nisi forte malis corripi,vt, *do medi*, fit tribrachus: qui pes melius conuenit cum iambo,quam vel anapæstus,vel dactylus,vel spondeus.In *quoad* autem nulla synalœpha est,sed *quo* producitur. ¶ *Quam pauca quam diu*. Sic omnia alia exemplaria. Lugdunense.

Huicquampaucadiuloquuntur Attici. Vbi *hui* admirantis interiectio pro *huic* legi potest,pede metri primo Iambo,& secundo,spondéo: quod rarius fieri solet. ¶ *trecentis versibus*. non omnino trecentis, vti puto, sed pluribus,quam velit Lacon. ¶ *Breuitate nota*. Λακωνισμὸς, & Laconica breuiloquentia,in prouerbium abijt. Cuius etiam mentio fit in Gratiarum actione, & in versu tricesimosexto epistolæ vicesimæ quinctę Ausonij,& in Symmachi ad Ausonium epistola quarta,& in no-

382.
492.550

10 stro cõmentario in epigrãma vicesimũ quartũ,& alibi. Sunt autẽ Lacones,Spartani,Lacedæmonij,ijdẽ.¶ *Delphica*.Delphis in tẽplo Apollinis.

Cap. 32 Plinius septimo naturalis historiæ. ¶ *Fructi*.vtilitatis.Idẽ genitiuus apud Terentiũ,vt Carisius monuit. ¶ *In hoc*.in noscendo seipsum. ¶ *& illa*. Quia pulchre me nossem,gloriã semper contempsi: qui & plausum vestrum, ô spectatores, nihili facio.

223 A ¶ *Parua ciuis insula*. Rhodi insulæ paruæ vrbs fuit Lindus Cleobuli patria.Stephanus meminit,Põponius Mela,& Strabo ex Homero.¶ *Qua eluo*.Legitur,&,*quam cluo*,&,*quam eleno*. Cluo autem tertia inflexione,& clueo secunda antiquiores Latini vsurparunt.Lucretius libro primo.

Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.
Per gentes Italas,omnium quæ clara clueret. & libro tertio
Vtilis inuenietur, & opportuna cluebit.

Sunt porro,qui Græcum verbum esse existimant,cluo id est κλύω, quod audio valet:quamuis varia significet, doceántque Grammatici agendi, patiendi,& neutra significatione vsurpari. Nonius Marcellus cluere pro nominari,Lucilium,Pacuuium,Ennium, Varronem dixisse probat. Hermolaus Barbarus cluere duo significare scripsit, esse & pugnare. sed Baptista Pius,Plauti & Lucretij interpres,cluere pro esse accipiendũ negat: de cluere pro pugnare Hermolao subscribit: citátque Plinij duo loca:

Lib. 35 C. 3 vnum,illum,vbi de Clypei etymo Grammaticos reprehẽdit Plinius,qui a cluendo dictum tradebant: sed quo cluendi significatu non satis mihi

cap. 29 exprimit Plinius.Alterũ,hunc ex libro quindecimo.*Quippe ita traditur,Myrtea verbena Romanos Sabinosque cũ propter raptas virgines dimicare voluissent,depositis armis pacificatos in eo loco,qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet.Cluere enim antiqui pugnare dicebãt*. Sic legit etiã Lilius Ferrariẽsis sed habet tamẽ codex meus purgatos pro pacificatos,& purgare pro pugnare.Illud vero Lucretij clueret,idẽ Pius appareret,& fulgeret,interpretatur:sed quid si clara clueret,illic sit,res prçclare gestas hominũ laudaret prædicaret,celebraret?Si itaque legas hic,*qua cluo*,id erit,qua sẽtẽtia,seu per quã sententiã ego clarus sum, & memoror. qua significatione cluet

421 accipiẽdũ fuerit in versu vicesimo primo Iãbici epistolæ Ausonij ad Probũ: si vero *quam cluo*,hoc significabit, quã sententiam effero & celebro.

222 B ¶ *Qui orchestræ proximus*. ὀρχήστρα cuius supra mentio facta,pars theatri

414 fuit locus chori,& saltãtiũ apud Græcos auctore Polluce,dicta quasi saltatoriũ,inquit Budęus in annotationibus. ὀρχέομαι enim salto & gesticulor significat,vnde nomẽ habet.Apud Romanos vero in orchestra sedes

Cap. 6 habebãt Senatores,teste Vitruuio libro quinto:Equites vero,qui secũdus erat ordo a Senatoribus,in gradibus,quos appellat Ausonius, spectabãt quatuordecim numero,vt hic scribitur,& in Asinij Pollionis epistola ad Ciceronẽ decima.*Sed præter furta,& rapinas,& virgis cæsos socios,hæc quoque fecit*(de Balbo Quęstore loquitur)*vt ipse gloriari solet,eadẽ quæ Caius Cæsar.Ludis quos Gadibus fecit,Herenniũ Gallũ histrionẽ, sũmo ludorum die, annulo aureo donatũ,in quatuordecim sessũ deduxit. Tot enim fecerat ordines Eque-*

stris loci. Et in Suetonij Caio Iulio Cæsare. *Ludis Decimus Laberius Eques Romanus mimũ suũ egit, donatúsque quingentis sestertijs, & anulo aureo, sessũ in quatuordecim ex scena per orchestrã transijt*. Et in libro quincto Annaliũ Taciti. *Qui censuerat, vt Praetorianis, actis stipendijs, ius apisceretur in quatuordecim ordinibus sedendi*. Pro *proximus* autẽ legitur & *maximus*: quod quicquid sit, potest Ausonianus hic Cleobulus, Equitibus istis Romanis illud *μέτρον ἄριστον* ideo occinuisse, quod ex eo ordine essẽt publicani, genus auarũ, & in exigẽdis vectigalibus plerũq; immane. Cicero pro Plãcio. *Adiũgã, si vis, id, quod tu etiã huic obesse putas, patrẽ Publicanũ. qui ordo quãto adiumẽto sit in honore, quis nescit? Flos enim Equitũ Romanorũ, ornamẽtũ ciuitatis, firmamẽtũ Reipublicæ, Publicanorũ ordine cõtinetur*. ¶ *Per ordinẽ. Dixisse ex isto loco.* Imperfectũ metrũ, nisi sine synalœpha metiaris, syllaba *iam*, adiecta complebat vetus Lugdunensis codex.

Perordinemiamdixisseexistoloco.

¶ *Afer poëta videtur, Vt nequid nimis.* Sic idẽ vetus particulã, *vt*, addebat: q̃ ab alijs aberat. sed min⁹ rectè *vester* pro *videtur* notabat. Ex isto itaq; loco, inquit Cleobul⁹, & sẽtẽtia nostra *μέτρον ἄριστον* videtur Afer & Carthaginẽsis poëta Terẽtius dixisse illud in Andriæ principio. — *Nã id arbitror Apprime in vita esse vtile, vt nequid nimis.*

¶ *Et noster quidam.* Sic idẽ vetus. Alij vitiose. *Et vt videtur*. *Noster* autẽ, hoc est Grẹcus, postquã Grẹcus erat, qui loquitur hæc: sed quis hic poëta Grẹcus? In Theognidis elegiacis sentẽtijs est versus trecẽtesim⁹ & tricesimus quinctus. Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν. Πάντων μέσ' ἄριστα.

Nequid nimis properare. Omniũ media optima — & *quadringẽtesimus prim⁹.*

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν. Καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

Nequid nimis properare. Tempus autem in omnibus optimum.

Reperitur apud Euripidẽ quoq; & alios veteres poëtas istud Μηδὲν ἄγαν, vt docebit Erasmus in Adagijs: quod Soloni, Chiloni, Stratodemo cuidam Tegeatẹ attributũ scribit Clemẽs Stromatũ primo. ¶ *Italus seu doricus.* seu Latinus, seu Græcus. Italus autẽ primã syllabã variat: quẹ hic sit lõga. Pro *Doricus* legitur & *Dorius*, sicut & in Iãbico epistolæ vicesimẹ secũdẹ. ¶ *Fandi tacẽdi: que & cibi & somni modus.* Ita Badiana editio & aliẹ. Quid vero hoc, in vetusto codice ad hũc modũ? *Fandi tacẽdi somni vicinus modus.* ¶ *Pausæ.* quietis, cessationis. vt in ipso medio cesset, resistatur, nec prẹtereatur. Horatius primo sermonum.

Est modus in rebus: sunt certi denique fines:
Quos vltra citráque nequit consistere rectum.

¶ Dixi. *recedã*. Sic & in ludio censuit legendũ Scaliger pro *dixere quidã*. *¶ *Milesius*. Μίλητος, vrbs Asiẹ, patria Thaletis. Strabo, Diogenes, Stephanus. ¶ *Vt vates Pindarus.* qui incipit olympia. Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Plutarchus libro primo de placitis Philosophorum, Cicero, Laërtius, Seneca, Augustinus, Lactantius. ¶ Extractum mari. tripodem aureum, puto, dixerat in eo, quod hic desideratur. Ceterum vide hanc historiam apud Laertiũ de Thalete. ¶ *Delio.* Apol-

222 C

476.

223.

line, Phæbo. ¶ *Quod ille munus hoc Sapienti miserat.* sic vetus exemplar. alia, *Cuique munus hoc sapienti miserant.* ¶ *ad me deferunt.* referunt vetus codex. alij omnes deferunt. Referre autẽ hac significatione primam syllabã solet corripere: quæ hoc loco producenda foret. * ¶ *Is igitur ego.* Idem vetus. alij, *Is qui ego* mendose. ¶ *quæ duobus.* Tres sunt in omnibus nostris exemplaribus, Solon, Chilon, Cleobulus. Possunt improbi librarij Thaletem ex tertio loco in quartũ transtulisse. ¶ *Latinum id est, Sponde noxa præsto tibi est.* Sic omnes nostri libri, nisi pronomen ab veteri abfuisset. Trochæus autem noxa, spondeus esse potest, sicut versa in carmine de Athenis. potest & illuc transferri verbum est, quod metrum finit. De hac sententia supra in Ludium monita sunt alia. ¶ *Prædes vadésque.* sponsores, & fideiussores. Versus centesimus Technopægnij. ¶ *Pœnitudinis reos.* pænituisse. De hoc nomine, vide, quę in epigramma duodecimũ monuimus. ¶ *quantis.* quot, & quãmultis, vt in Eutropiũ ob seruauimus. ¶ *ambobus.* tã prędibus, quã vadibus me gratũ facere reór, inquit Solon, qui moneo, vt ne posthac pro quoquam spondeant. ¶ *Pars plaudite.* pars spectatorũ, qui meam sententiã probatis, plaudite hilares: pars vero offẽsi mea sentẽtia, fœnerati, vt dixit Ludius, pro quibus vero quenquam spondere, explodite me, & turpiter eijcite hinc, si lubet.

¶ *Bias Prieneus dixi,* οἱ πλεῖστοι κακοί. Ita nostra omnia exemplaria. & Prieneus si trisyllabũ est hoc loco, sicut ante in Ludio, absque synalœpha scandendus versus erit. ¶ *Veritas odium parit.* Terentius in principio Andriæ. ¶ *fuat.* sit, vt diximus in epistolam Ausonij tertiam.

¶ *Mitylena Oriundus.* *ortus* pro *oriundus* vetus liber. Μιτυλήνη vrbs est insulę Lesbi, in epigrammate tricesimo primo memoratę, Pittaci solũ natale. quare oriundus hic ab ortus non differt, si metro quadret. Pro *dixi* autem, *docui,* idẽ vetus. ¶ *Sed iste καιρός.* De quo duodecimũ epigrãma. ¶ *Romana sic est vox.* sic Latini loquũtur. Terẽtius in quarto actu Andrię.

In quibus sic illudatis. Veni in tempore.

Ibíq; *in tẽpore,* opportune, exponunt vetusti cõmẽtatores. Elidit autem i vocalẽ finalẽ verbi *Veni,* Terentianũ metrũ. sed in Ausoniano nulla synalœpha, vbi nec *venit* pro *veni* scribẽdũ: quoniã nec Pyrrhichius, nec Trochæus Iãbico cõueniũt. In secũdo autẽ actu ἑαυτὸν τιμωρουμένου nõ seruus Dromo, sed Syrus sic loquitur.

In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est

Primum ---- ¶ *ne molestus.* sub audi sim. ¶ *Ephira.* Corintho. Stephanus. ¶ Μελέτη τὸ πᾶν Μελέτα τὸ πᾶν apud Stobęũ capite tertio, siue verbũ sit μελέτα pro μελέτας, seu nomen pro μελέτη, Dorica dialecto. Alia vero sentẽtia Periãdro assignatur, in Carmine Gręco. ¶ *Comicus Terẽtius.* In principio secũdi act^o Phormionis. Atq; sic Ausoniani illi sapiẽtes Terẽtiũ iã ter citauerint, Gręci Latinũ hominẽ, & quadringẽtis annis, aut plus eo, natu minorẽ: quod nõ video quãtũ in re ficta, & ludicra sit indecorũ. ¶ *Nã segniores omnes.* subaudi sumus: vel sũt homines. ¶ *fors* fortuna. casus. legitur &, *sors.* ¶ *Meditati.* Meditamini vetus liber.

224 205 216E 13 D 294 225. Scen. 1. 226. 23. 13. Scen. 5. 227.

IN EORVNDEM SEPTEM SAPIENTVM SENTENTIAS SEPTENIS VERSIBVS EXPLICATAS,

ELIAS VINETVS.

IN BLIBLIOTHECA sodalium Dominicalium Burdigalæ, antiquum menbraneum librum reperi, in quo erat bona pars scriptorum vtriusque Senecæ, ac inter alia sententiæ illę, seu prouerbia, vt dicebãtur, Annæi Senecæ, Mimi scilicet illi, quos Desiderius Erasmus est interpretatus: quibus ascripta & hæc heptasticha Ausonij erant, tacito auctoris nomine, adeò, vt, siquis illa aliunde non nouisset, Senecæ opus esse credidisset. Ex eo itaque codice, loca aliquot huius opusculi restituimus. quod idẽ Erasmus, & Brucherius quidam Trecẽsis sunt interpretati: siquid in eo tibi occurrerit minus perspicuum. Est autẽ Ausonius vario metri genere hic vsus: atq; ab hexametro, seu heroico cœpit. ¶ *Qui nihil cupiet. Cupiat*, vetus exemplar. ¶ *matronis. matronæ*, rectius vetus codex: quia mox subditur, Quæ casta? ¶ Quid stulti prop. Vetus codex, *Quod*, vt subintelligas opus: quod verbum est in præcedenti versu. 228

¶ *Loqui ignorabit*. Carmen Iambicum trimetrum. ¶ *quisquis legem*. Parisinus, & vetus codex, quisque scribunt, quod metro melius conuenire videtur: & pro quisquis seu quicunq; multos auctores vsurpasse annotauimus in Sidonium. ¶ *Compares*. sic legit Erasmus, & in sequenti versu probes. Nos vero ex vetusto codice, *compara*, & *proba*. *proba* etiam habet Parisiensis.

¶ *Quanto plus*. Asclepiadeum metrum. ¶ *Prodere vult bonos*. Recte Erasmus suspicatus est, esse hic legendum, perdere vult malos. Ita enim habet vetus codex. 229

¶ *Nunquam discrepat*. Carmen Phalæcium hendecasyllabum. ¶ *Faxis*. liber antiquus, fac sis.

¶ *Dico tunc beatam*. Carmen Trochaicum tetrametrum catalecticum. Hunc autem versum, *Dico tunc beatam vitam cum peracta fata sunt*, Erasmus & vetus exemplar legunt, 209C

Dico tunc vitam beatam, fata cum peracta sint.

¶ *Iugato.* vetus codex addit, *Iugator*, idque rectius. Vide versum tri-
181 cesimum secundum Technopægnij. ¶ *quicquid impar diss.* sic vetus co-
dex. nam illud *quod impar est, dissidet, metri ratio ferre non potest.* ¶ quem
palam. Erasmus & vetus exemplar, sed palam.

¶ *Nolo minor.* Carmen est Sapphicum Choriambicum: cuius tres primi pedes Choriambi sunt: quartus siue vltimus, quia cuiusq; versus syllaba vltima, est anceps, aut Amphibrachus, aut Bacchius erit. ¶ *Vti sis memor & salutis.* vetus codex hoc sic habet, *Viue memor mortis item viue memor salutis.* ¶ *Quæ benefacta accipias perpetuo memento.* Desiderabatur hoc loco quincto versus hic: sicut & in sequentis heptastichi sexto, hic.

Quum falso laudas tunc & amice noces.

Respondimus autem ex illo antiquo Burdigalensi libro & Mariangeli diatribis. ¶ *Illa iuuenta est grauior.* Hoc modo ex veteri codice malo legere, quam, *Illa iuuentus grauior.*

231 A ¶ *Turpe quid ausurus.* Metrum pentametrum. ¶ *dicere distuleris.* Sic vetus liber. alij, dicere sustuleris. Inimice autem hic, & amice, Vocatiuus
152. pro nominatiuo, sicut in carmen vicesimum parentalium monuimus: dicunturq; amici & inimici, hoc loco, qui tales esse videntur.

Septenis patriam sap. Latina hæc, quæ inter Virgiliana, Ausoniana, Sidonianáq; carmina reperiuntur, cuiuscunque sint auctoris, ex Græcis facta putantur, quæ leguntur libro primo epigrammatum Græcorum huiusmodi.

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν.
Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι, Γνῶθι σεαυτόν.
Ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε, Χόλου κρατέειν Περίανδρος.
Πιττακὸς, Οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ Μιτυλήνης.
Τέρμα δ' ὁρᾶν βιότοιο, Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.
Τοὺς πλέονας κακίους δὲ, Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς.
Ἐγγύην φεύγειν δὲ, Θαλῆς Μιλήσιος ηὔδα. Id est,

Septem Sapientum dicam versu, ciuitatem, nomen, vocem.
Modum quidem Cleobulus Lindius dixit optimum.
Chilo vero in caua Lacedæmone, Nosce te ipsum.
Qui vero Corinthum habitat, Iram moderari, Periander.
Pittacus, Nihil nimis, qui erat genere ex Mitylena.
Terminum autem videre vitæ, Solon sacris in Athenis.
Plures peiores autem Bias designauit Prienensis.
Sponsionem fugere vero Thales Milesius dicebat.

231 B ¶ *monosticha.* singuli versus. ¶ *Periander trep.* Hoc loco primo, anapæstus est pro spondeo aut dactylo. Ausonius autē in Ludo eorundem septem sapientum aliam sententiam attribuit Periandro. De iisdem extant & hæc: quæ in antiquis libris post Sidonij Apollinaris carmina reperimus,

cuiuſcuius veterum poëtarum ſint.

Te Solo præcipue laudauit Græcia, vóſque
Pittace, Chilo, Thales, Cleobule, Bia, Periander.
Pittacus ex Lesbo ſatus, ex Lacedemone Chilo.
Miletonatus Thales, & Lindo Cleobulus.
Prienéque Bian tulit, aſt Ephyre Periandrum.
Atticus Actalicum Solo ſeptimus eſt ſapientum.
Hic iubet attente meditarier vltima vitæ.
Ille nihil rerum fieri probat immeditatum.
Eſſe malos plures tandem deprehenderat alter.
Alter habere modum perhibet moderamina rerum.
Quinctus opes vitæ communes præcipit eſſe.
Sextus, vt ipſum ſe curet cognoſcere quiſque.
Primus temporibus dat res, & tempora rebus.

DES. ERASMVS ROTERADAMVS.

Dicta ſapientum ex Auſonio, carmine: atque in his extrema ſententia fere ſemper eſt gemina, & diſticho comprehenditur.

PERIANDRI, carmine Phalæcio

¶ *Nunquam diſ.* Id eſt, nihil vtile quod non honeſtum. ¶ *Plus eſt.* id eſt, quo quiſque ditior, hoc magis ſollicitus viuit. ¶ *Mortem opt.* Miſer eſt, qui tędio vitę mortē optat, ſed miſerior, qui ſemper timet mortē. ¶ *Faxis, vt.* Quod neceſſe eſt facere, fac vt libenter facias. ¶ *Multis ter.* Quē multi timēt, is multos timeat neceſſe eſt. ¶ *Si Fort.* Ne extollaris fortunę proſpereritate. in rebus aduerſis ne frangaris animo.

BIANTIS, Heroico carmine.

¶ *Quænā ſum.* id eſt, Quid optimū? Animus bene ſibi cōſcius. ¶ *Pernicies homini.* id eſt, Hominū maxima pernicies eſt ab homine ¶ *Quis diues?* Diues eſt, nō qui multa poſſidet, ſed qui ſua ſorte contentus eſt. Auarus omnis, pauper eſt, qui quod habet, nō habet. ¶ *Quæ dos.* Mulier etiā indotata ſatis dotata eſt, ſi caſta eſt. ¶ *Quæ caſt.* Caſta nō eſt, de qua fama turpiter loquitur. ¶ *Quod prud.* Proprium prudētis eſt, etiā cum poſſit, nolle tamen vlciſci. Malus etiam quum non poſſit, optat tamen lædere.

PITTACI carmine Iambico trimetro.

¶ *Loqui ignor.* Eiuſdē eſt artis, recte tacere & recte loqui. ¶ *Bono prob.* Nō refert, quàm multi laudēt, ſed quales. Nā ab improbis laudari, vituperari eſt. ¶ *Demēs ſup.* Stultitię eſt cruciari felicitate malorū, quaſi in vulgarib⁹ bonis ſita felicitas. ¶ *Demēs dol.* Aeq̄ ſtultū eſt gaudere calamitate malorū, quaſi nō & ante fuerint infelices. ¶ *Pareto legi.* Quod alijs præſcripſeris, ipſe ſeruato. ¶ *Plures amic.* Proſpera fortuna conciliat multos amicos: At reflante fortuna pauci manent, ſed ſinceri.

CLEOBVLI, carmine Asclpiadéo.

¶ *Quanto plus.* Quo potentior es, hoc magis caue, ne quid pecces: & quo plus tibi permittunt homines ob principatum, hoc ipse minus permittas tibi. ¶ *Fortunæ inuid.* Cum bonis male est, fortunæ imputatur, cum ea sæpe magnatum sit culpa. ¶ *Felix crim.* Felicitas malo parta: non est diuturna ¶ *Ignoscas alijs.* In alios lenis esto, in teipsum seuerus. ¶ *Parcit quisque.* Qui bonos uiros tradit in manus bonorum, is seruat, nō perdit, quos prodit. Quanquam suspicor legendum.

Parcit quisque bonis, perdere vult malos.

Vt sit sensus, qui malos, ac nocētes afficit suplicio, is miseretur bonorū & innocentium, quod ab horum violentia liberat. Et quisque, durius positū est, pro quisquis. ¶ *Maiorum mer.* Laus parentum non tribuitur posteris. At probra parentum sæpe obiciuntur liberis.

CHILONIS, carmine choriambico ex choriambis tribus, & amphibrachy. Videtur Sotadicum.

¶ *Nolo min.* Sic est moderāda vitæ ratio, vt nec inferioribus sis formidini, quod est tyranni cū, nec superioribus contemptui, quod est abiectę fortunæ. ¶ *Viue mem.* Sic fuge turpia quasi hodie moriturus. Sic cura honesta studia, quasi semper victurus. Quando hic versus deprauatus est, suspicor ita legendum,

Viue memor mortis, vt sies memor & salutis. *aut sic,*
Viue memor mortis, ne sis immemor & salutis.

¶ *Tristia cuncta.* In rebus aduersis, aut amici consuetudine falle mœrorem, aut animo te sustine. ¶ *Tu bene.* Benefacta tua prædicent alij. ¶ *Grata senect.* Florida senectus, simillima est adolescentiæ. Morosa iuuentus, simillima est senectuti.

SOLONIS, carmine trochaico.

¶ *Dico tunc.* Nemo beatus, nisi qui feliciter obierit diem. ¶ *Par pari.* Firmissima est amicitia, quę inter pares coijt. ¶ *Non erunt.* Hoños verus, virtutis est præmium non munus fortunæ. ¶ *Clam coarg.* Amicum laudato palā, sed errantē occulte corripe. ¶ *Pulchrius multo.* Clarior est, nobilitas, quā ipse tuis virtutibus tibi pararis, quā quæ ex maiorū imaginibus contingit. ¶ *Certa si.* Si fatum vitari non potest, quid prodest præscisse? sin incertum, stultum est timere, quod an euentutum sit, nescias.

THALETIS, versu pentametro.

¶ *Turpe quid.* Quod apud alium pudet te facere, ne solus quidem ausis facere, veluti te ipso teste. ¶ *Vita perit.* Etiam post mortem viuit gloria benefactorum. ¶ *Quod fact.* Sile, si quid est in animo facere, ne quis impediat. ¶ *Crux est.* auget sibi molestiam, qui timet, quod vitari potest. ¶ *Cum vero.* Præstat vere carpi ab inimico, quam falso laudari ab amico. ¶ *Nil nimium.* Nequid nimis. Nā modus omnibus in rebus est optimus.

IN AV-

IN AVSONII BVRDIGALENSIS EDYLLIA,
ELIÆ VINETI SANTONIS COMMENTARIVS.

IN DOMINICAM RESVRRECTIONEM, EDVLLIVM PRIMVM.

SANCTA *salutiferi*. Carminis huius titulus in Parisiensi editione, & alijs quibusdam, est, VERSVS IN DOMINICAM RESVRRECTIONEM. in Lugdunensibus mēbranis, VERSVS PASCHALES PROCODICTI. Vbi quid verbi sit PROCODICTI, non intelligo. Participium quidem DICTI videri potest, vt versus Paschales dictos accipiamus, sed quid reliquum PROCO? An viri hoc proprium? De Proconsulatu Ausonij nihil comperimus, & hoc ante consulatū ipsius fuisse scriptum liquet. Quod carmen, & quæ sequuntur, Amor cruci affixus, Mosella, & aliquot alia, hæc non ante Edyllia fuisse inscripta arbitror, quam Ausonij scripta, quę veteres libri cōfundebant, typographi sic nuper distinxissēt, vt nunc edi solēt, in Epigrammata, Edyllia, Epistolas, & alia. Edyllia auctor ipse nusquam vocauit, nisi forte edyllia malis legere quam, epyllia in litteris ad Symmachū de Gripho Ternarij numeri. Significat autem εἶδος formam & speciem, eámque speciem, quæ generi subijcitur: sed Pindarus poëta Lyricus quum suorum certaminum victores celebrat, εἶδος etiam vocat, quod de vnoquoque carmē canit. Hinc factū constat εἰδύλλιον, diminutiuū vocabulū, paruū εἶδος significans, breuéque aliquod poëma, vt ostēdemus in præfationem Cupidinis cruci affixi. ¶ *Deuota ieiunia.* Quadragesimæ ¶ *mystæ.* sacerdotes, clerus, qui apellatur. ¶ *caducæ animæ.* huius vitæ, quæ cito cadit, & perit. ¶ *implicuit.* hoc narratur in Genesi. ¶ *Hoc addidit vnum.* quod sequitur de baptismo.* ¶ *Vt super æquoreas.* Idē in Rhopalica precatione. Alludit autem ad illud, quod scribitur in principio Geneseos: *Et spiritus Dei ferebatur super aquas*: Spiritúmque illum

232

277

254 B

233 a

351

intelligit Sanctum Dei Spiritum, non flatum, ventum, aerem, vt quidam. ¶ *Trina fides*. est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. ¶ *auctore vno*. Deo patre. ¶ *amplectendi. amplectenti* rectius liber vetus. Est spes certa salutis amplectenti hunc numerum, id est credenti in Trinitatem, iunctis virtutibus, hoc est bona faciendo operam ne fidem otiosam, vt appellant, intelligas, & vacantem charitate. Est autem versus spondaicus. ¶ *Talem terrenis speciem*. & vetus, & Aldinum exemplar, *Tale & terrenis specimen*
118 *spectatur*. Sic specimen in carmine vicesimo tertio Parentalium. ¶ *Augustus genitor*. Valentinianus Imperator. ¶ *geminum*. id est duorum Augustorum sator, & procreator, Valentis fratris, Gratianique filij sui: de
8 quibus lege quæ scripta sunt in epigramma quartum. ¶ *Numine partitur. Nomine* vetus codex.

IN CVPIDINEM CRVCI AFFIXVM, EDVLLIVM II.

234A

¶ *AN vnquam vidisti nebulam pictam in pariete?* Idem Ausonius ad
427 Symmachum quarta epistola. *me velut aërius bracteæ fucus, aut picta nebula, non longius quã, dum videtur, oblectat*. Illic an recte nebula scribatur, non satis mihi liquet, sed hîc pro nebulam non dubito, quin tabulam legisset Erasmus, si eorum in mentẽ venisset, quæ ex Plauti Menæchmis adducit Mariangelus. sunt autem hæc.

> *Dic mihi, nunquid vidisti vnquam tabulam pictam in pariete,*
> *Vbi aquila catamitum raperet, aut vbi Venus Adoneum?*

Sic è prouerbiorũ albo eradendum illud, Nebulam in pariete, nisi alibi legerit Erasmus, quò rem nihili & somnio simillimam significari existi-
101 mauit. ¶ *Treuiri*. Treuiris Tilianus codex, de quibus in claris vrbibus. ¶ *AEoli*. Parisiensis liber, Zoili, & vetus Tilij codex. ¶ *in lugentibus cam-*
Ær. 440 *pis*. Virgilius sexto Æneidos.

> *Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem*
> *Lugentes campi. Sic illos nomine dicunt.*
> *Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,*
> *Secreti celant calles, & myrtea circum*
> *Silua tegit. curæ non ipsa in morte relinquunt.*

234B ¶ *Denique mirandi. Deinde mirandi*, codex Tilianus. ¶ *poëtãdi*. vox gerundi a deponente Poëtor: quo vsos veteres Latinos probat Priscianus
100 libro octauo. ¶ *lemma*. argumentum. λῆμμα. idem verbum in præfatio-
416 ne Parentalium, & in Iambico ad Probum. ¶ *naeuos nostros & cicatrices amamus*. Hoc adagio significatur, turpitudinem nostram, vitia, ineptias nostras, nobis placere. Neuum autem, nõ næuum scripsit, puto, Erasmus in prouerbio, E neuo cognoscere. ¶ *Huic eclogæ patrocinor*. defendo hanc meam eclogam. Est ecloga Græcum ἐκλογὴ. quod exponit electionem vetus glossarium: sed quæ poëmata Theocriti εἰδύλλια (de
231 quo verbo iam supra quæsiuimus) βουκολικάque vulgo inscribuntur, ac

Virgilij

Virgilij Bucolica, hæc antiqui grammatici Eclogas quoque vocant, veluti Seruius in tertium, ſeptimum, nonū, eorum Virgilij carminū. Eclogas etiam Porphyrio vetus Horatij cōmentator, Horatij nuncupat epiſtolas & Satyras, in epiſtolā ſeptimam libri primi, & in Satyram tertiam, quinctam, vltimam ſecundi Sermonum, ac Auſonius odas in præfatione Griphi. Hinc Eclogarium in titulo dodecaſtichi de diebus ſeptimanæ. ¶ *Vale.* Addunt quidā libri, *ac dilige parentem*. Ceterū de hoc Auſonij poëtę filio Gregorio, quē pro Gregorio Georgiū Iodoci Badij exēplaria nuncupāt, legere licebit, quod monuim⁹ in nonīicarmē Parētaliū. 317 114

¶ *Aëris in campis.* Elyſios inferorum campos ſic appellat in extremo ſexto Æneidos Virgilius. ¶ *Myrteus lucus.* Silua myrtea in ijs, quæ modo aſcripſimus ex Virgilij ſexto Æneidos. Eſt Myrtus arbor ſacra Veneri. Virgilius in Meliboeo. 235 A

Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho,
Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.

Hic autē eſt, que παρίσωσις appellatur. Euſtathio, πάρισον & ὁμοιοτέλευτον Rutilio, Quinctiliano, Aquilę. Sunt enī πάρισα, ſiue ὁμοιοτέλευτα, vel ὁμοιοκατάληκτα cāpis & *Maronis, amētes* & *amantes*: qualia reperies multā paſſim. Ceterum priores etiā Poëtæ eadem figura libenter vſi reperiuntur. Homerus in prima Odyſſeæ rhapſodia. 211 C

Ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσις ἔσσεται Ἀτρείδαο Verſ. 40

Virgilius id ſecunda Ecloga *Dixit Damœtas, inuidit ſtultus Amyntas.*
Ouidius primo Faſtorū *Ora vides Hecates in tres vergentia partes.* Verſ.141

¶ *Heroides.* quas in epiſtola heroicas appellauit mulieres. ¶ *Mirator Narciſſus.* de quo Epigrāma quinctū & ſextū ſupra nonageſimū. * ¶ *OEbalides Hyacinthus.* Oebali filius, Regis Laconiæ, quę & Oebalia ab illo apud Virgilium, & Oebaliæ hinc Amyclæ in epiſtolę viceſimæ quinctæ verſu viceſimo ſexto. Hyacinthus autē Phœbi Apollinis amores in verſu ſexageſimo nono Technopægnij, mutatur in florē libro decimo Metamorphoſeō Ouidij, & Crocus quarto. Adonidis vero cruor eodē decimo, & Aiacis tertiodecimo. ¶ *Tragico genitu.* αἲ αἲ, id eſt, heu heu, gemētis, querētis, dolētis vox: quales in quibuſuis Tragędijs frequētes, nō ſolū in illis de Aiace. Qui autē Latinis Aiax, Gręcis Αἴας, τοῦ Αἴαντος, vnde hîc Aeas: quod nomen ex tragica illa voce αἲ αἲ geminata factum videtur: quam Hyacintho flori (in eum puer Hyarcinthus primus, deinde Aiacis cruor conuerſus fuit) inſcripſit Apollo, dicente Ouidio. 53 235 B 491 292

Non ſatis hoc Phœbo eſt. is enim fuit auctor honoris.
Ipſe ſuos gemitus folijs inſcripſit: & αἲ αἲ
Flos habet inſcriptum: funeſtáque littera ducta eſt.

Inter heroū Epitaphia eſt Aiacis tertium. Salamis autē eſt inſula maris interni, patria Aiacis: vnde Salaminius. * ¶ *Fulmineos Semele.* Hæc Fuit filia Cadmi & Harmoniæ, auctore Heſiodo in Theogonia. Quomodo autem Iouis adulteri ignibus illa Baccho grauida arſerit, & vt, 173. 236 A

Cc 2

Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrióque tener, si credere dignum est,
Insuitur femori: maternáque tempora complet,

Ouidius narrat tertio metamorphóseon. ¶ *Latera per inania.* Inania latera, ignauum ignem, simulatũ fulgur, mare sine fluctibus, faces sine igni, speciem gladij inanem, & alia, eadem dixit figura. Nam apud mortuos verarum rerum sunt tantum vmbræ, & effigies. Vereor tamen, vt ne hîc latera pro alio aliquo verbo sit suppositum. ¶ *in antiquam.* in feminam. Virgilius sexto Æneidos. ——— *& iuuenis quondã, nunc femina Caneus.*

Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

Vide Epigramma sexagesimum octauũ. ¶ *vulnera siccat adhuc Procris.* Hanc in frutetis latentẽ pro fera Cephalus maritus interfecit. Fabulam narrant Ouidius, Hygnius, Seruius in sextum Æneidos.* ¶ *fert fumida testa.* Puella Ero, cui patria fuit Sestos vrbs Hellesporti in Asia, & quę se in mare pręcipitauit ex summa turri, postquam vidit Leandrum suum ex Abydo aduersi litoris oppido summersũ, hęc manu gestat simulachrum fumãtis facis, & igniũ, illorũ quos noctu ad se natant, Leãdro cursus dirigẽdi gratia solebat ex ea sua turri ostẽdere. TESTAS dici vasa terrea ãnotauimus in Epigrãma septuagesimũ primũ. Testã hoc loco vocat Ausonius, quẽ λύχνον, Musęus. Fulgẽtius in Mythologicis id Latine Lucernã dixit: & Marcus Varro libro quarto de lingua Latina Lucernã esse scribit, quod vocãt Gręci λύχνον. Vetus etiã interpres Gręcorũ Euãgeliorũ lychnõ Lucernã vertit, ac antiquũ glossariũ. Hoc vas, ex quacunq; materia veteres fecerint (nos hodie ferreis, æreis, stanneis, vulgo vtimur) in id oleũ infũdebatur: & in oleũ immergebatur illud, quod in lychno quia esset, id est, ἐν λύχνῳ, Gręci ἐλλύχνιον, appellarũt, vt Herodot⁹ libro secũdo de lucernis Aegyptiorũ. pro quo Latinũ nõ habeo, quod dem. Funalium id quidẽ exponit vetus glossarium, sed hoc vocabulũ alibi nõ legi, & nescio, quã probũ sit.* Funale fortassis ibi legẽdũ. quanquã funale proprie dici video, apud Ciceronẽ & Valeriũ de Duilio, id genus facis, quod ex fune cera circũlito fit. Ellychniõ ergo Græci vocãt, quod ardet in lychno. Gręcóq; pro suo nõ timuit frequẽter vti Plinius Naturalis historię auctor, veluti libro vicesimo tertio. *Ellychnia ex vua fiunt claritatis precipue.* & vicesimooctauo. *optime Ellychnio papyraceo, oleóque sesamino.* Lucernarũ lumen interdũ vertens, vt libro vicesimo primo de iunco herba. *Vsus ad nassas marinas, vitilium elegantiã, lucernarũ lumina præcipua medulla.* & vicesimo quincto de verbasco alia herba. *Tertia, Lychnitis vocatur, ab alijs thryallis, folijs ternis, aut cũplurimũ quaternis, crassis, pinguibúsq;, ad Lucernarũ lumina aptis,* quũ hęc Dioscoridis Gręca interpretaretur. Καὶ τρίτη φλομίς, ἡ καλουμένη λυχνῖτις, ὑπὸ δέ τινων θρυαλλίς, φύλλα τρία, ἢ τέσσαρα, ἢ καὶ πλείονα ἔχουσα, παχέα, λιπαρὰ, δασέα, εἰς ἐλλύχνια χρησίμη. Ex quibus Plinij locis & alis, cognosces ex multis rebus sẽper fieri solita, sed quæ nos hodie ex gossipina illa lanugine fere faciámus. Dicebãtur autẽ lychni δίμυξοι, qui duas,

Marginalia: ver. 449 — 38 — 236B — 41. — 236C — Cap. 4 — Cap. 11 — Cap. 18 — Cap. 10

duas, τρίμυξοι qui tres, πολύμυξοι qui plures myxas haberent. Sic enim myxas pro myxos suspicor legendum apud Valerium Martialem in Apophoretis, vbi lucerna πολύμυξος hoc modo loquens inducitur.

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,

Tótque geram myxos, vna lucerna vocor.

Μύξος nanque non inuenio apud Græcos in ea significatione, sed μύξα, vt apud Suidam mentio fit lucernę viginti myxarū. Est autem μύξα, mucus, humor è cerebro per nares defluens. Dicuntur & μύξαι, nares ipsæ, vt Pollux & Hesychius docent: vnde per similitudinem quandam myxæ lucernarum sunt appellatæ, prominentes lucernarum partes, Ellychnium sustinentes, vel ipsa adeo ellychnia ex ijs naribus, muci instar, emergentia. A lychno vero, quod λύχνιον, & λυχνίαν, fecerunt ijdem Græci, Latini candelabrum verterunt. Est à candela, quam sustineret dictum hoc, Varrone etiam auctore, sed candelabrum quoque appellatum, cui superponebatur lucerna, vt in Euangelio Lucæ. *Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subter lectum ponit, sed super candelabrum ponit: vt intrantes videant lumen.* ex his Græcis, οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν, ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς. Sed erant & lucernæ pensiles, vt primo Æneidos.

236 D

—— Dependent lychni laquearibus aureis

Incensi: & noctem flammis funalia vincunt.

vers. 730

Lampades autem illæ Euangelicarum virginum, quibus oleo quoque opus erat, tibi disquirendum relinquo, quam diuersum genus erat à lucernis. Grecum est æque λαμπάς, atque λύχνος, seu λύχνοι: verum eo perlibenter vsi sunt Latini omnes scriptores pro suo, & facem exponit antiquum glossarium. *¶ *Leucate.* leucates per tertiam declinationem, & leucata per primam, rupes, saxum, promuntoriū: vnde in mare desilijsse Sappho dicta in epigramma nonagesimum. Virgilius tertio Æneidos.

math. 25

239 E

Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis.

15.

Leucas etiam, vt Pallas, in eodem Epigrammate, & in versu ducentesimoquartodecimo Mosellæ, idem promunto rium, & vrbs. ¶ *Mascula.* ita appellata Horatio in libri primi epistola pænultima. Non enim solum viros illa, sed etiam vt mas quispiam, feminas femina exarsit. Alias affert rationes ex Strabone & Horatij interpretibus Gregorius Ferrariensis de poëtis. ¶ *Lesbiacis sagittis.* amore Phaonis. Ad eum scribit apud Ouidium: qui vel Plinio teste, etiam è Lesbo insula erat. ¶ *Harmoniæ cultus Eriphyle mæsta recusat.* Ita legendum, pro,

256

Hermione cultus Eriphyles mæsta recusat.

Sic apud Hesiodum in Theogonia, Diodorum Siculum libro quarto, & alios Græcos, Harmonia hæc, & Harmonie, Martis & Veneris filia ex adulterio: quā Latina exemplaria in Hermionen fere corruperunt. Cultus autem, segmenta, & monile: quod eodem fuisse fato fortunáque

cum equo Seiano, & auro Tolosano, memoriæ proditum est. Quisquis enim illud habuit, possed itque, nouo ac miserando exitio ipse cum sua familia perijt. Tale namque Veneris maritus Vulcanus,

—— Vt prisca fides, Mauortia longa
Furta dolens, capto postquam nihil obstat amori
Pœna, nec vltrices castigauere catenæ,
Harmonies dotale decus, sub luce iugali,

236 F *Struxerat.* ——* Eius itaq; fatũ, quę prima illud collo induit, prima probauit ipsa Harmonia in serpentẽ cũ viro Cadmo mutata, mox

vers. 445 Semele, Iocasta, & alię. Vide Statiũ poëtã secũdo Thebaidos, Athenęũ sexto, Rhodiginũ libri duodecimi capite tertiodecimo. ¶ *Eriphyle mœ-*

vers. 325 *sta. mœstamque Eriphylẽ.* dixerat Virgilius sexto Æneidos illud στυγερὴν Ἐριφύλην, Homeri Odyssea vndecimi interpretãs. ¶ *recusat.* sed iã sero: quia eo fato & ipsa perierat. Fabula sic habet. Amphiaraus vates sciebat, si ad bellũ Thebanũ proficisceretur, se illic periturũ. occultauit itaq; se cõscia Eriphyle vxore. Adrastus autẽ rex Argiuorũ, quũ generũ Polyni-

71 cen, de quo & fratre est Epigrãma centesimũ & tricesimũ, in eo negotio adiuuare vellet, acceptũ ab eo monile illud, sorori Eriphyle obtulit, vt indicaret maritũ, quod lubẽs illa accepit, &, vt ait Sulpicius Lupercus

595. in Elegia de auaritia, *latebras viri patefecit sui.* Proficiscẽs ergo ille ad id bellũ, filio suo Alcmæoni mãdauit, vt post suã mortẽ supplicium de matre sumeret: quod fecit ille sedulo. ¶ *Infelix nato.* Alcmęone. à quo interfecta fuit ob próditũ Amphiaraũ: & qui postea furijs exagitatus fuit, quo modo Orestes. ¶ *nec fortunata marito.* Amphiarao, quã apud Thebas absorbsit terra. ¶ *Minoia fabula.* quę ad Minoëm regẽ Cretę insulę aërię & altę, pertinet: vt quę fit de Pasiphaë vxore, & filiabus Aridane & Phędra.

237 A * ¶ *Pasiphaë niuei.* Ex Sileno Virgilij. Vide epigrãma quinquagesimum,

56.37. & sexagesimum quinctum. ¶ *Licia.* fila Andrageo filij morte Minos vlturus, bellum intulit Atheniensibus. & vicit. Victis hãc statuit pœnã, vt vno quoq; anno septenos liberos suos Minotauro (monstrũ hoc ex Pasiphaë & Tauro natum fuerat) edẽdos mitterẽt. Theseus Atheniẽsis patriæ vicẽ dolẽs, in Cretã venit: cuius amore capta Ariadne, Minois filia, docuit, quomodo *cæca regens fili vestigia*, labyrinthum ingressus, Minotaurum interficeret. quod quum esset factum, Adriadne eiúsq; sorore Phædra raptis, victor Athenas redijt. Ariadnen tamen in Naxo, quæ & Dia, insula, dormientẽ reliquit: vnde est illa apud Ouidium Ariadnes ad Theseum epistola. Fabulã narrãt Hyginus, & Seruius in sextum, Aeneidos.

vers. 14. 18. ¶ *Phædra.* Fabula narrata in epigrãma vndeuicesimum. ¶ *Abiectas tabellas.* litteras, ni fallor, nõ quas ipsa, sed quas eius nomine scripserat Ouidius. ¶ *desperans.* potiri amore Hippolyti priuigni sui. ¶ *Hæc laqueum.* Phædra. ¶ *Hæc vanæ.* Ariadne, quã à Theseo in Dia relictam Liber duxit vxorẽ: eique hĩc dedit coronã, quę postea inter sidera collocata est. Hyginus secundo astronomicõn de Corona, & Philostrati εἰκόνες. ¶ *Pudet*

hanc

hanc. Pasiphaën,¶ *Loadomia.* Acasti Thessaliæ regis filia.* ¶ *Duas noctes.* Scilicet vnā viui mariti Protesilai, quādo cum alijs ille Græcis in Phrygiā nauigauit, vbi omnium primus est interfectus, sicut habet eius epitaphium inter Heroica duodecimum: & alterā functi mortuique viri, quando Laodamia quum audiuisset ipsum perijsse, petijt a dijs, vt diem vnum (sic scribit Lucianus in dialogis mortuorum) vel tres horas (ita Hyginus) reuiuisceret, quo videre, & colloqui sibi liceret. quod impetrauit. reliqua, & quo pacto ipsa se combusserit, ex Hygino cognosces. ¶ *Thisbe.* Thisbe Babilonia, propter Pyramū, quē amabat, qui se interfecerat, & se ipsa interfecit. Fabula est quarto Metamorphóseon. ¶ *Canace.* Epigrāma octogesimum tertium. ¶ *Sidonis.* Sidonia, patronymicum. Epigrāma nonagesimum, & centesimumvndecimumq;. ¶ *Coniugis hæc.* Pyrami, Thisbe. ¶ *Hæc patris.* Canace, Aeoli, ¶ *Hæc hospitis.* Dido, Aeneæ. ex quarto Aneidos. ¶ *Latmia saxa.* Latmus, mōs Cariæ Ciceroni in Tusculana prima, Endymionis a Luna, vt ferunt, quondam adamati fabula nobilis. Nam Endymionem illic à Luna consopitum putant, vt dormientem oscularetur. Meminit Lucianus fabulæ cum alibi, tum in dialogo quodam Veneris & Lunæ, Erasmus in prouerbio Endymionis somnus, Hyginus, Fulgentius, Scholia vetusta in quartum Argonauticôn Apollonij, & Ausonius ipse rursus in Ephemeride.* ¶ *Cruciauerat illic Spreta olim.* & hoc fingit poëta. Vide quæ de hac fabula attigimus in epigramma vicesimum nonum. ¶ *Huius.* in huius myrti alto stipite.* ¶ *Transferat vt proprias.* legitur &, *Trāsfert & proprias.* ¶ *Tolerati insignia leti.* gladios, laqueos, & alia, quibus se ipsę interfecerant. ¶ *Expediunt.* hæc depromunt, & afferunt in medium. ¶ *Myrrha.* mater Adonidis, decimo Metamorphoseon in sui nominis arborem mutata: quæ humorē succúmue exsudat, vt pinus. Vide Dioscoridē, Pliniū, Ruellium.* ¶ *Ancipites furias.* Amori infensas heroides, sed adhuc tamē dubitātes, an debeant vlcisci. ¶ *mariti.* Vulcani. Fabulā rettulimus in versum vicesimū septimum Griphi. ¶ *Hellespontiaci. Priapus fuit de Lampsaco ciuitate Hellesponti,* inquit Seruius in Georgica, *de qua pulsus propter virilis* membri magnitudinem, post in numerum deorum receptus, *meruit numen esse hortorum.* Alij hunc Mercurij, alij Liberi, & Veneris filiū. ¶ *Eryx.* Veneris & Butę filius. Hyginus, Seruius, Diodorus. ¶ *quod femineo.* Epigramma sexagesimum octauum.* ¶ *Olli.* illi, Amori. ¶ *Sutilis rosa.* serto ex rosis facto, cōsuto, intexto. ¶ *Inde.* viso cruore. ¶ *Heroides.* Dido, Phędra, & aliæ. ¶ *Crudeli malunt ascribere fato.* quam puero Amori. ¶ *pia mater.* Venus, mater Cupidinis. ¶ *Portáque euadit eburna.* Hemistichiū Virgilianum, ex fine sexti Æneídos. Virgilij enim imitatione, omnia, quę hic rettulit, ficta & falsa esse intelligi vult. Homerus autem Odysseæ T, & ab eo idem Virgilius, duas fecit somniorum portās: quas nominauit etiam idem Ausonius in extrema Ephemeride, Corneam & Eburneam.

237 B

177

51.61

83

238

83

239

240

279 D

In lib. 4 Vers. 111

241

98

242 A

IN AVSONII MOSELLAM, EDYLLIVM III.

INGENIO eruditionéque eximiâ fuisse Ausonium vel hoc solũ carmẽ probare poteſt. De quo Symmachus quid ſenſerit, ex quartis ad eum ipſũ ſcriptis Auſoniũ litteris cognoſces. Peruenit autẽ id ad nos non leuius deprauatũ ab veteribus librarijs, quã alia eiuſdẽ auctoris, alierúmq; antiquorũ ſcripta. Vetuſtioribus egebar codicibus, vnde reſtitueretur: ſed ego Aldinis, Aſcenſianiſq; antiquiores nanciſci hauddũ potui. Eſt autẽ de laudibus MOSELLÆ ex aquæ limpitudine, ex nauigãdi facilitate, ex piſcib⁹, ex villis & atrijs, quib⁹ vtraq; ripa decoratur: ex alijs in ipſũ decurrentibus fluminibus, ex pratis, & alijs, quęcunq; in flumine vllo nõ tã inuenias, quam cõminiſcatur ingenioſus poëta. Qui Gallię fluuius ex monte Vogeſo ortus, non longe ab Araris fõtibus (Moſellã nanque & Ararim facta inter vtrunque foſſa connectere, Imperatore Domitio Nerone, Lucius Vetus eſt aggreſſus: vt copiæ ex Italia per mare, dein Rhodano & Arare ſubuectę per eã foſſã, mox fluuio Moſella in Renum, exin in Oceanũ decurrerẽt: ſublatiſq; itinerũ difficultibus, nauigabilia inter ſe Occidẽtis Septẽtrioniſq; litora fierẽt, vt ſcribit Cornelius Tacitus libro tertiodecimo) per Mediomatrices, Theodonis villã, Treueros, & confluentiã, in Renũ Gallos a Germanis diſterminantẽ, defluit. Obrincã vocat Ptolemæus, vndecunque Græci veteres id ſint vocabulum expiſcati: ſed Latini, quorum antiquiſſimus, quod ſciam, Cornelius Tacitus, Moſellam, quomodo hodiéque nos, cuncti appellauerunt, niſi forte Clementianus Fortunatus Muſellam, u, pro o, annis poſt Auſonium centum circiter & quinquaginta, vocarit, ſicut in eius carminibus aliquando ſcriptum obſeruauimus.* ¶ *Transieram celerem.* Naua Galliæ fluuius eſt, in Renum ad Bingium oppidum, infra Mogontiacum influens. Memorat Cornelius Tacitus. *Nah* accolis hodie dicitur. Ex Italia autem fortaſſe ad Valentinianum Auguſtum, qui in ea Gallia tum contra Germanos bellum gerebat, veniebat Auſonius, qum Nauam ſic tranſijt: verum vndeunde veniret, a Naua ad Moſellam & in Belgicam Galliam veniebat. ¶ *Nebuloſo flumine.* nebuloſo lumine in Cupidinis cruci affixi verſu octauo. ¶ *Addita miratus.* De hoc vico, muris, Auſonij temporibus, circundato, nil plane habeo, quod doceam: niſi forte ſit agri Argentoratenſis vrbs *Sauerna*, quas Tres Tabernas Romani conditores primum appellauerunt. Hoc enim munimentum, vt appellat Ammianus Marcellinus libro ſexto decimo, ab Alemannis ſubuerſum, Iulianus Cæſar reparauit: ibique eoſdem Alemannos, vt idem Ammianus, & Sextus victor referunt, debellauit, eorum rege capto, quum ageretur annus Chriſti trecenteſimus & ſexageſimus primus, vt in Hieronymi Chronicis notatur, annis non plus ſeptem ante Valentiniani principatum, cuius liberos litteras Auſonius docuit. * Quam pugnam in Gallia factã poteſt Auſonius ei æquiparauiſſe, qua deuicit Romanos Annibal ad Cannas vicum Apuliæ in Italia ignobilem. Poteſt & illac tranſiſſe, cúmque locum ob rei ibi præclare geſtæ magnitudinem, in tranſcurſu celebrare voluiſſe. Nec male huic

242 B

235

242 C

le huic sensui qnadrabit,puto,participium præteriti temporis miratus,vt sit Transieram fluuium Nauam, quum iam ante per Tres Tabernas iter faciens, admiratus essem Iuliani Cæsaris opus: in eóque agro clarissimi prœlij monumentum,ossa occisorum inhumata, insepultáque plurima. ¶ *Dumnissum.* Nomen hoc alibi legere non memini. ¶ *Tabernas.* non quas modo memorauimus Tres Tabernas Argentoratenses (Argentoratus & Argentoratum appellatur Ptolomæo & Ammiano Marcellino,quæ quibusdam Argẽtina,sed vulgo *Strasburgus*,in Gallica Reni ripa, haud procul Heluetijs vrbs sita)sed alias inter Nauam & Mosellam positas mihi non satis cognitas.de quibus lege Beatum Renanum in patriæ suę descriptione;libro tertio terũ Germanicarum. * ¶ *Sauromatũm.* Sauromatarũ.Nescio,an Francorum:quod vult Andreas Alciatus libri secũdi capite vicesimo Dispunctionum. Ijdem autem Sauromatæ & Sarmatæ.dupléxque Sarmatia apud Melam,Ptolomæum,& alios,in Asia,altera,altera in Europa,confinis Germaniæ,vbi nunc Polonia.Cum his Sarmatis bellum habuerunt hi Romani principes inter alios Ausonij temporibus,Constantius,Valentinianus, & Gratianus. Auctores sunt Ammianus Marcellinus,& Ausonius hoc loco,& in primo epigrãmate,& in precatione Consulis designati, & in Gratiarum actione. ¶ *Et tandem primis Belgarum.* Renus fluuius Galliam a Germania diuidit.Ceterũ Germani quũ aliquando Renum transgressi,Galliæ Belgicæ (itá appellatur Galliæ pars,quam Renus alluit) partem sibi proximam occupassent, ea Gallia etiã Germania fuit cognominata.Quã & in duo, Mosella fluuio, diuiserũt in Superiorẽ,in qua Ptolemæo & Ammiano Marcellino recẽsentur,Mogontiacus, Vangiones, Nemetes,Argẽtoratus:Inferiorẽ, in qua Colonia Agippina,Bonna,Tungri,& aliæ claræ ciuitates. Ita deminuta fuit Belgica,et à Reno semota:eiusque pars reliqua,quę Belgicę nomẽ retinuit,bipertito quoq; secta,in Primã & Secundã Belgicã.Sic enim ex vetere prouinciarũ nomẽclatore, & eodẽ Marcellino didicimus: qui in prima Belgica ponunt Treueros,Mediomatricos,Leucos,Veredonẽses:in secũda,Remos,Suessiones,Catalaunos,Veromãduos, Atrabates, Camaracẽses,Tornacẽses,Siluanectẽses,Bellouacos,Ambianos, Morinos,Bononiẽses.ex ijsdẽque locũ hunc Ausonij intelligo, qui à Germania superiore initiũ Belgicę Mosellã facit.* ¶ *Niuomagũ.* Appositionem appellãt,Niuomagũ Castra, quod oppidũ fuit olim castra Constantini Augusti:quo in loco castra habuerit,quãdo in ea Gallia cũ Frãcis & Alemanis belligerabat:vt meminerũt,Eutropius,& Hieronymus. In carmẽ de Treueris monuimus,Cõstantini huius extare rescripta ex ea Belgica data. Conditoris autem sui nomẽ non sumpsit hoc oppidum,vt in Africa Castra Lælia, & Castra Cornelia, fortasse quod vicus ante fuisset eo nomine non ignobilis:quem Constantinus muris cinxit. Compositum est vocabulum, vt Rotomagus, Breucomagus, Borbetomagus, Iuliomagus, Cæsaromagus, Vindomagus:cuius posteriorem partẽ Magum,

242D

6

372

378

242E

201

domum, priſcorum Gallorum lingua,ſignificaſſe putat Beatus Renanus tertio rerum Germanicarum:ceterum de priore nihil habeo,quod aſſeram, niſi quod varie corruptam offendi. Nouiomagum enim, & Niuomagum,& Nuiomagum hic ſcribunt noſtra exemplaria. Eſt ad Vahalem,qui Holandiam inſulam a meridie præterfluit, eiuſdē nominis vrbs *Nimegen.* quam & tribus illis modis, & præterea Nouiomagū appellabant,quas aliquando emendare ſum aggreſſus, Pipini,Caroli Magni, &

242F Ludouici Pij hiſtorias.* Fuit etiam alia in Aquitania ciuitas eiuſdem

208 nominis, de qua meminimus in carmen de Burdigala,ſed hanc ſolus celebrauit Ptolemæus: in cuius Græcis,quorum vnicum exemplar habemus,eſt Νουιόμαγος ſolum,id eſt Nouiomagus: quum Lexobiorum,Vadicaſſiorum, Nemetum, Tricaſtenorum illic ſint non Nouiomagi, ſed Νοιόμαγοι,id eſt Nœomagi.Niuomagi autē Cōſtantinianorū caſtrorū, neminē habeo inter veteres,qui mentionem fecerit præter Auſonium: quod eſſe ſuſpicor oppidum *Nijmagen* ad Moſellam ſitum inter Treue-

243 ros & Renum. ¶ *Nec iam conſertis.* Hic iam nullæ ſiluæ.* ¶ *In ſpeciem.* In agro Burdigalenſi patria mea eſſe tum mihi viſus ſum.Ita omnia erant ſimilia, villæ, vineta,fluuius, & cetera. ¶ *edita ripis.* ſaxis pro ripis in vetuſto libro ſcriptum inueniſſe adnotauit Theodorus Pulmānus. ¶ *Dignata Imperio.* Hoc de Niuomago, & eius muris ab Imperatore Conſtantino conditis acciperem potius quam de Treuerorum Auguſta. ¶ *Nauiger vt pelagus.*qui naues feras in modum maris, mari,fluuio, tacui, riuo, fonti, vnus his omnibus plane par. Quid hîc autem verbum *nauiget*, in cunctis codicibus? ¶ *Deuexas.* decliues & deor-

244A ſum fluentes.* ¶ *biuio munimine.* Quod hic dicatur maris munimentum non ſatis video. Sed biuium dici puto propter geminum maris motum,quando accedit & recedit. ¶ *Prelapſus.* Sic vetuſtiſſima noſtrorum exemplarium. alia *prolapſus.* ¶ *Nec occulti.* In medijs fluminibus, præſertim in ijs, quæ inter montes decurrunt, ingentia plerumque ſaxa iacent,ſiue ibi nata ſint, ſiue ex proximis rupibus delapſa, ſub aqua latentia plane alia, alia ſupra extantia. cum quibus luctans aqua, & ad ea ſe frangens, cum murmure ſonánſque deuoluitur: & quæ ſaxa vbi frequentiora occurrunt, fluuios ſolent innauigabiles reddere. ¶ *non ſuperante vado.* Superare actiuum neutrūque verbum, multa ſignificare docet Nonius Marcellus. Superans vadum hoc loco eſt, emergens, exurgens, aſcendens in ſummam aquam. Quæ autem ſic breui ſunt vado flumina, ea magis ſunt rapida & innauigabilia. ¶ *extantes medio.* emergentes & ſublimes terras, inſuláſque in media tua planitia, & alueo. ¶ *Interceptus.* diuiſus. ¶ *Iuſti ne demat.* Non ſatis, ô Moſella, dignus eſſes nomine & honore fluuij, ſiqua tuum amnem inſula diuideret minuerétque. ¶ *exclu-*

244B *ſum.* reiectum, prohibitum, ne iuſta ſua defluat amplitudine.* ¶ *Tu duplices ſortite vias.* cuius nauigādi ratio eſt duplex, ſecundo & aduerſo

fluuio

fluuio, id est cum aqua & contra aquam, vt exponit Seruius in versum quadringentesimum & nonagesimũ quinctum septimi Æneidos. ¶ *vada concita*. Vadum est tam in mari quam in fluuio,terra aquæ subjacens. hic pro ipsa aqua sumitur, per metonymiam. Concita autem, id est celeria vada, quæ celeriter a remigibus prætereantur, non quæ se moueant, Hypallage, vt cum dicit Virgilius vndecimo Æneidos. Aen. 628

——— *Littúsque vado labente, relinquit.*

¶ *Et quum per ripas*. Naues non solum secunda aqua, verum etiam vento, remis, contis, remulco, aguntur. Ventus tamen non semper est secundus, nec remi semper vtiles, præsertim quando aduersa aqua nauigatur. Conti locum habent duntaxat in vadosis angustisque fluminibus. De quarto cognosce, quid sit. Dixit Cæsar secundo commentario de bello ciuili. Nauem remulco abstrahere. In tertio, summersam nauim, remulco, multis colligatis funibus, abducere. Hirtius siue Oppius de bello Alexandrino, Onerarias naues remulco, victricibus nauibus deducere. Titus Liuius libro vicesimo quincto, & tricesimo secundo, & tricesimo septimo, Naues nauibus remulco trahere. Iulius Hyginus apud Carisium de genitiuo iteris pro itineris, Nauem remulco traducere. Pontius Paulinus in epistola ad Macarium, Piscatores nauiculis & lembulis suis, nauem ad portum remulco præeunte ducere. Ausonius ipse in carmine ad filium, celeris remulci cursum. ceterum de istorum ego obliquorum recto remulcus ceu remulcum, nihil dum comperi.* Græcum origine putatur esse vocabulum. Quod enim Latinos homines remulco trahere dixisse ostendimus, id vno verbo, sed eo composito, ῥυμουλκεῖν, Græci ante dixerant: vt docuit Polybij Megalopolitani auctoritate Baifius in libro de re nauali. Sed mirum vocalem, υ, quomodo Latini in e, mutarunt. Est autem ῥυμουλκεῖν, id est remulco trahere siue remulcare, siquidem apud Festum & Nonium legi debet hoc verbum, nauem fune trahere: vt quando in mari, aliquóue fluuio, nauis sit, quæ nec vela habeat, nec remos, quibus agatur: & ad eam vnus pluresue funes ex aliqua alia naue alligentur: et sic ea velis, remisque, ac viribus huius, quolibet trahatur. hoc certe est ῥυμουλκεῖν, & remulco trahere, ac ducere, apud auctores, quos citaui: at in hoc Ausonij loco, & in epistola illa patris ad filium, Remulco tractio, vt ita, dicã, est, quæ fit nõ nauis alterius, sed hominũ iumentorumue viribus. In fluminibus nãque quando velo remóue non est locus (conto lentius & maiore cum labore nauigia propelluntur) si forte per ripas iri possit, in eas descendunt nautę: & fune ad summum malum alligato, nauigium ij ipsi trahunt: aut iumenta adhibent, quæ pro illis hoc faciant: vt mulam scribit Horatius sermone quincto libri prioris. ¶ *recursus*. Ouidius in epistola Oenones ad Paridem.

244C

443

Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

Xanthe retro propera, versaque recurrite lymphæ.

Hoc est recurrere fluuium, cum retro, & versus suum fontem currere, & ferri, sed Ausonius hoc loco recursum Mosellæ intelligit, non qui ipse in suum fontem redeat, sed qui nauigia aduerso flumine, remulco tracta, sursum versus vehat, & non lentius vehat, quam si secundo flumine ferretur

245 A ¶ *Legitimos.* naturales, deorsum versus. * ¶ *ripam prætexeris.* ripam habes prætextam, obsitam, munitámque herbis palustribus & plane vilibus. Illud autem ripam prætexeris, ei simile est, quod est, *os, humerósque, deo similis.* ——— & ——— *redimitus tempora lauro.* &, ——— *micat auribus, ac tremit artus.* Nescio, quis grammatistarū synedochen primus appellauit. de qua Thomas Linacer libro sexto de emendata structura Latini sermonis. Dixerat autem Virgilius septima Ecloga,

Hic viridis tenera prætexit arundine ripas

Mincius. —— Sed idem prætexendi verbum, eadem significatione in

392 Gratiarū actione. ¶ *Nec piger.* Qui pigre, & lente feruntur amnes, limosi solent esse, & lutosi. ¶ *Litora.* tuas ripas. Litus maris est, & ripa fluuij: sed confundunt interdum Virgilius, Pomponius Mela, & alij. ¶ *Sicca.* Pedi-

245 B bus siccis vsq; ad primā aluei tui aquam venire licet. * ¶ *I nunc.* Hoc frequens est apud poëtas & absque aduerbio. Virgilius septimo Aeneidos.

Vers. 425 *I nunc. ingratis offer te irrise periclis.*

Vers. 481 *Tyrrhenas, i, sterne acies.* ——— Quarto,

I, sequere Italiam ventis. ——— Ironiam habet concedentis aliquid, quod prohibitum velit & denegatum. ¶ *& Phrygijs.* Phrygij marmorjs. In Phrygia Asiæ prouincia est vrbs Synada, plurale nomen. vnde Synadicon marmor apud Plinium. Quærit autem Pli-

Cap. 6 nius libro tricesimo sexto, quis primus marmor in crustas secuerit: scribitque, primum Romæ parietes totius domus suæ crusta marmoris operuisse Mamurram equitem Romanum. Ita hæc crusta de lapide, aut ligno aut gelu: hoc crustum, de pane aut placenta, aut alio edulio dicitur, vt monuit vetus Virgilij commentator in trecentesimum & sexagesimum versum tertij Georgicôn. ¶ *sola leuia.* solum, est proprie, quod pedibus calcamus. Hoc in potentiorum ædibus marmore etiam pauimentari solet. sed quæ hic dicūtur sola leuia, id est leuata, leuigatáue, parietes etiam

245 C accipi possunt, crustis marmoreis operti. ¶ *Consere.* consterne, contege, incrustra. * ¶ *Laqueata per atria.* Atrium, genus ædificij dicebatur, ingresso primum occurrens, vt quo loco sunt, quas *Cortes* apellamus in nostris ædibus, continens mediam aream, inquit Festus, in quam collecta ex omni tecto pluuia descēdat. Atria erāt tecta, & in ijs sūmis quę lacus, lacunar, lacunarium, laquear siue laqueare, & laquearium dicebantur, quorum meminit Seruius in hæc extremi libri primi Æneidos.

Fit strepitus tectis. vocémque per ampla volutant

Atria

Atria. dependent lychni laquearibus aureis

Incensi. ——— Vitruuius libro ſexto de Atriorum forma. *Altitudo eorum, quanta longitudo fuerit, quarta dempta, ſub trabes extollatur. reliquum lacunariorum & arcæ ſupra trabes ratio habeatur.* Appuleius in principio libri quincti. *Iam ſcies ab introitu primo, dei cuiuſpiam luculentum & amœnum videre te diuerſorium. Nam ſumma laquearia citro, & ebore curioſe cauata, ſubeunt aureæ columnæ. Parietes omnes argenteo cælamine conteguntur, beſtijs & id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium,* & reliq. Ita erant Atria, & in ijs laqueria: quæ quū in principum ædibus, citro, ebore, auro, aliáue pretioſa materia erant curioſe cauata, vt ait Appuleius, & exornata, LAQVEATA atria dicebantur. Sed alia etiam laqueata ædificia. Cicero de Prætura vrbana. *Conſiderat templum. videt vndique tectum, pulcherrime laqueatum.* * ¶ *Aſt ego deſpectis.* Atticus apud Ciceronem in principio ſecundi de legibus, quum Inſulæ fluminis Fibreni meminiſſet, dixiſſétque ſe Marcus illo loco libentiſſime vti ſolere, ſiue quid ipſe ſecum cogitaret, ſiue aliquid ſcriberet, aut legeret, *Equidem qui nunc potiſſimum,* inquit, *huc venerim, ſatiari non queo. magnificáſque villas & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.* ¶ *non cura nepotum.* Opus naturæ, & quod natura Moſellæ ingenuit, mirabor, prædicabóque, non autem id, vbi, & in quod Nepotes, & luxu perditi homines quicquid habeant pecuniæ, inſumunt, & ſe lubentes pauperant. ¶ *Secreti.* occulti. ¶ *Vtque almus.* Comparatio eſt. Moſella eſt tam διαφανὴς, & pellucidus quam aër. ¶ *Demerſa.* quæ ſub ipſis ſunt aquis Moſellæ. ¶ *Procul durante.* Dum longe durat, & continuat aſpectus, per int mas aquas. * ¶ *Liquidarum & lapſus aquarum.* Leniter fluente Moſella, aquæ etiam labentes ita ſunt perſpicuæ, vt prodant, & cernere ſinant figuras rerum multarum ſub ijs, & herbas trementes. ¶ *Vſque ſub ingenuis.* *Vtque* malim, quam vſque, hoc ſenſu. Et quemadmodum in fontibus nitidis & perennibus, herbas ſub ipſis ſcaturientibus aquis videas exagitari, ibique lucere latentes lapillos, vbi & muſcus a glarea facile internoſcitur, haud aliter ſub aqua perſpicua Moſellæ &c. GLAREA autem dicitur in vijs, fontibus, fluuiis, mari, ac eorum ripis, minuti lapides calculíque, & cum ijs harenæ aliquid, quibus ſolum conſternitur. Titus Liuius, in extremo libro quadrageſimo primo. *Cenſores vias ſternendas ſilice in Vrbe, glarea extra Vrbem ſubſtruendas marginandáſque primi omnium locarunt.* ¶ *Tota Caledonijs.* Locum hunc, qui ſine vitio putant eſſe, ſic diſtingunt, ——— *& Viridem diſtinguit Glarea muſcum Tota (Caledonijs talis pict.* ——— *imitata monilia cultus) Haud aliter placid.* ¶ *Caledonijs talis pictura Britannis.* In mari Britannico ſimilia cernuntur. Herculis temporibus fuit Britannus quidam nomine, auctore Parthenio, vnus ex Galliæ re-

cap. 4.

245 D

246 A

gibus, a quo Britannos esse dictos voluit. Gallica enim gens Britanni: eósque Plinius enumerat inter Galliæ Belgicæ gentes, quæ ad occasum habitant, cum Ambianis, Bellouacis, & Morinis. Ex Gallia vero

246 B transuecti in aduersam insulam putantur.* Sic enim fere Cornelius Tacitus in vita Agricolæ. Quæ cum Albion anteæ diceretur, Britannia ab illis transnominata sit: & vicinæ etiam huic, insulæ Britanicæ cognominatæ, quas idem Britanni possederint. Mansit autem illi hoc nomē vsque ad Annū a Christo nato circiter quadringentesimum &. quinquagesimū. Circa quod tempus Scoti, & Angli Britãnos sibi subegerunt, eorūque insulam inde adhuc tenuerunt: quę nunc ab ijs appellatur, pars Scotia, pars Anglia, pro Albione & Britannia. Quæ autem in Gallia Celtica ad ipsum Oceanum & Ligecrim Britannia nūc appellatur, qua parte Namnetes, Redones, Venetos, Diablintes, Osismios, & alios quosdam populos ponunt Cæsar, Plinius, Ptolemæus, ea & ab ijsdem Albionis insulæ Britannis nomen inuenit. Maximus enim

103. quem Britannum latronem Ausonius apellauit in carmine de Aquileia, quum in Albione tyrannidem arripuisset, in Galliam cum exercitu transijsset, extinxisset Lugduni Gratianum Imperatorem Ausonij discipulum, Britannis hanc Galliæ partem dedit, quorum fauore & auxilio tantum facinus ausus fuerat. Hoc scribit Sigebertus factum anno Christi trecentesimo & octogesimo sexto.*Ex eo

246 C itaque tempore hanc Galliæ Celticæ oram Britanni tenuerunt: in eámque multo maior Britannorum vis cum suis episcopis commigrauit, quo tempore Angli Albionis iam magnam partem tenentes, reliquum nullo non immanitatis genere, oppugnarent. Sic duæ Britanniæ ex vna factæ quum essent, illam Britanniam marioem, & Britanniam insulā nominauimus: Celticā vero, Britanniam minorem,

245 I & Cismarinam Britanniam: in qua Britanni sermonem suum adhuc retinuerunt, soli ex ceteris illi Albionis parti cognitum, quæ VVuallia, id est Gallia nominatur.* Hæc enim gens eodem sermone vtitur cum Britannis Celticis, quos *Bretones* vulgo appellamus. quæ linguæ communitas, gentium cognationem sine dubio arguit. Reliquæ vero Albionis gentes, Scoti, qui ex Hibernia insula in Albionem venerunt, Hibernice loquuntur: & Angli Germanice, qui Saxones sint genere, vt Saxones pro Anglis eos sua lingua Scoti & Britanni vulgo appellant. Gallorum vero, qui Britãnos in Gallia Celtica

56. ambiunt, sermo Romanus est, ab illis Barbaricis longe diuersus.

Quod autem monuimus, in epigramma centesimum & septimum

246 D inter Britannum & Britonem nihil esse discriminis, hoc ita habet prorsus.* Ausonius enim in illo epigramate Siluium suum eundem Britannum simul & Britonem appellat. Deinde Sidonius Apollinaris in epistola septima libri primum, scripta anno Christi quadringentesimo & septuagesimo secūdo, sicut ex Cassiodori Chronicis collegimus,

Britannos etiam vocat eos, quos quidam ſolum Britones eſſe appellatos tradiderunt in extrema Gallia Celtica ſitos. Poſtremo Beda, Anglobritannus ipſe, quem Sigebertus ſcribit obijſſe anno Chriſti ſeptingenteſimo & triceſimo primo, Britannos vocat ſæpius Britones, quam Britannos. Qui itaque Cæſari ſolum Britanni dicuntur, Iuuenalis, Martialis, Auſonius, & alij, modo Britannos, modo Britones vocant, Græci Βρεττανοὺς, id eſt Bretanos, vnico, n, & e breui pro i, ſed eo geminatione conſonantis producto. quam etiam Latini geminaſſe putantur in Brittone, & Brittanno, quando primā in ijs Syllabam produxerunt, vt Lucretius libro ſexto. Verſus 1104

Nam quid Brittannis cælum differre putamus.

& Iuuenalis libro quincto. Ver. 704

Qua nec terribiles Cimbri, nec Brittones vnquam.

Et Martialis libro vndecimo, media etiam producta.

Quam veteres bracæ Brittonis pauperis. Verſ. 22

& Auſonius & alij. Britanni, tamen primam ſyllabam multi corripuerunt poëtæ poſt Virgilium, cuius verſus eſt in primo Bucolico.

Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

ſicut Dyonifius vnico τ dixit,

Ὠκεανοῦ κέχυται ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα Βρεταvοί.

Quod autem ad C A L E D O N I O S attinet, eos imperiti ſunt qui Calydonios ſcribunt, tanquam a Calydone ſeu Calydonia ciuitate Ætoliæ dictos. E hîc habent omnia etiam Lucani exemplaria membranea, libro ſexto Pharſaliæ. 246E Verſ. 68

Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

Eamque ſyllabam Græci per ſuam vocalem longam η ſcribunt. Dio Nicæenſis in rebus Seueri Auguſti, duo facit maxima Britannorum genera, Καληδονίους, & Μαιάτας, id eſt Caledonios & Mæatas: ponúntque ſuper Caledonios Plinius & Ptolemæus, ſiluam Caledoniam, qua parte nunc Scotia eſt. vnde quidam tradiderant eam Britanniæ partem, primam, deinde totam inſulam, cognominatam fuiſſe Caledoniam. Æſtus Caledonius, Britannicus, & Britannnici maris, infra in Edyllio de libra, & in epiſtola ad Paulum de oſtreis. ¶ *algas.* herbas marinas. ¶ *& rubra coral.* Plinius libro triceſimo ſecundo ſcribit, laudatiſſimum naſci coralium in Gallico ſinu, circa Stœchades inſulas in mari interno: quo loco quidam Orchades legunt, quæ inſulæ ſunt in Oceano Britannico, quem pro Caledonio Duecaledonium vocat Ptolemæus. ¶ *Nudat Aestus.* quando recedit mare: ¶ *concharum germina baccas.* Naſcuntur non vno concharum genere baccæ, auctore Plinio libro nono. Dicuntur autem hîc baccę, vniones, ſeu quod idem eſt, Gręce margaritę: vnde baccatum monile libro primo Aeneídos, id eſt ornatū margaritis, interprete Seruio. 311. 452 Cap. 2 246F Cap. 35 Verſ. 659

Porro Pomponius Mela sic libro tertio de Britannia insula. *Fert nemora, saltus, ac pregrandia flumina, alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, & quædam gemmas margaritásque generantia*. Et Plinius in eodem loco, vbi de vnionibus. *In Britannia paruos atque decolores nasci certum. quoniam Diuus Iulius thoracem, quem Veneri Genitrici in templo eius dicauit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi*. Ammianus quoque meminit in extremo libro vicesimo tertio, & Suetonius in Iulio Cæsare.

Cap. 35

247 A * ¶ *haud ille finit*. Neptunus. Tres Saturni filij quando patris regnum inter se diuiserunt, Ioui cęlum, Neptuno aqua, Plutoni terra obuênit. ¶ *Tu mihi*. Inuocatio est. de Naidibus in epigramma nonagesimum tertium. ¶ *Squamigeri gregis choros*. multitudinem piscium. ¶ *Capito*. nimis grãde caput pro reliquo corpore huic pisci nomen dedit, sicut suum Cephalum, marinum piscem, Græci ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, id est a capite, vocauerunt. De capitone autem fluuiatili pisce, vt & de ceteris Ausonio hic celebratis, eos consule, qui nostra ætate multi de piscibus scripserunt, in primísque Petrum Belonem, & Guilielmum Rondeletum. ¶ *viscere præ tenero*. Cuius viscera multis aristis sæpiuntur. Quid sint proprie in tritici, & ordei spicis aristæ, & quid in rubis & alijs eiusmodi arboribus, fruticibus, herbis spinæ, nemo ignorat: sed hoc in loco Ausonius, & post triginta tres versus, appellat μεταφορικῶς in piscibus aristas, quas post tres versus & in versu sexagesimo primo epistolæ quinctæ, spinas, eadem figura cum veteribus Latinis. Plinius nono Naturalis historiæ. *Planorum piscium alterum est genus: quod pro spina cartilaginem habet, vt raiæ, pastinacæ*. Hæ autem spinæ, quas & nos Romanogalli *aristas* vulgo cum Ausonio vocitamus, carnem in piscibus, vt in alausa, carpione, lucio, tinca, fulciunt, sicut ossa faciunt in humanis & aliorum animalium corporibus.

53

433

Cap. 24

247 B * ¶ *Bina trihoria*. sex horas. quod corrumpatur statim & putrescat. Sic de Coruo pisce idem Ausonius in versu sexagesimo secundo epistolæ quinctæ. ¶ *Purpureísque Salar*. Nescio, an salaris ueterum Latinorum quispiam meminerit alius præter Ausonium hoc loco, & Apollinarem Sidonium in epistola secunda libri secundi. Hic autem piscis rursus nominatur in versu centesimo & vicesimo nono: atque de eo queremus in versum centesimum tricesimúmque. ¶ *Et nullo spinæ*. Dixerat Ouidius in Halieutico de Gobio marino,

433

250

Lubricus, & spina nocuus non Gonius vlla.

Piscis autẽ iste Redo, Rhędo, Thedo, Tedo (sic variãt hoc nomen multi libri) mihi plane est incognitus: nisi quod Robertus Cenalis nuper ausus est contendere, esse quã *Locham*, appellamus, paruum pisciculum, riuulos amantẽ, spinis pæne nullis, & quæ sine noxa cũ toto corpore mãdantur. Ceterum de *Locha* plura noster Belo. * ¶ *effugiénsque*. Vmbram piscẽ memorant, Varro, Columella, & alij: qui apud Athenæum σκίαινα, σκιθὶς, σκιαδεὺς, appellatur, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, id est ab vmbra, quam colore refert vt volunt, qui hunc piscem nosse se putant. ¶ *Obliqui*. sinuosi Saraui. cuius flu-

248

ius fluuij mentio rursus fiet in versu trecentesimo & sexagesimo septimo. ¶ *fauces.* ora,ostia. ¶ *vexata* vi & rapiditate aquæ. ¶ *Qua.* qua parte Sarauì,quo loco,vbi. ¶ *bis terna.* sex ora,& ostia , Sarauo in Mosellam exituro occurrunt in medio alueo pilæ & scopuli,qui vnum in sex diuidunt : ibique fremitus ingens & fragor aquæ in illos impingentis. ¶ *Barbe. Barbeau.* de quo lege Guilielmũ Rondeletum. Memoratur & in versu centesimo & tricesimo quarto. ¶ *peiore æuo.* in senio ¶ *Salmo. Saumon,* Galloromanis,piscis notissimus. memoratur & in versu cẽtesimo &vicesimo nono ¶ *Dubiæ cenæ* . Lautæ , opiparæ. Adagium apud Erasmum.* ¶ *Binominis Histri.* Danubius primum, deinde Hister appellatur, vti scripsimus in epigramma nonum. ¶ *Mustella.* Hunc piscem Massarius & Rondeletus nostram *Lampetram* esse affirmant. ¶ *In nostrum fretum.* Mosellam. *Lampetræ* Veris initio è mari in fluuios exeunt, vt ibi pariant oua: posteáque se in mare recipiunt. ¶ *Perca.* nobis *Percha.* Græcum est πέρκη. Rondeletus in libro de piscibus fluuiatillibus . ¶ *Amnigenos.* fluuiatiles legitur & amnigenas. ¶ *Puniceis.* rubris mullis. * ¶ *Hic etiã Latio.* Prænomẽ Latium,& Romanũ Lucius, vt Lucius Crassus, Lucius Cęsar. sed cur risus, parũ video,nisi forte,quod sicuti Cicerones &, Fabij,& Pisones,risui fuere,qui a leguminib⁹ nomẽ habuerũt,ita risi sint Lucij,Lupi,Merulę,qui ab animalibus nominati essent . In Iulij Cęsaris Aquitania nomẽ Romanũ adhuc retinuit hic piscis,sed cõtractũ *Lus*,pro illo Lucius. Sãtones mei, *Bequet*, vocãt,ab oblõgo ore, puto, quod *Beccũ* Galli dicũt,vel Suetonio auctore in extremo Vitellio. Alij Galli etiã, *Brochet*, ¶ *Hic nullos mensarum* . *Eadem aquatiliũ genera alibi atque alibi meliora*, inquit Plinius libro nono. Lucius ex multis fluuijs & stagnis Aquitanię nostrę, in pretio est. ¶ *Vulgi Solatia Tincas.* Tinca, *Tencha* Aquitanis. ¶ *& Alburnos.* Alburnũ piscẽ fluuiatilẽ mei Sãtones *Auburne* appelãt,vbi maximũ vidi sesquipedalẽ. Hoc autẽ nomen apud solũ legi Ausonium. ¶ *Alausas.* Et nomẽ Gallicũ, Alausã esse crediderim,quod apud solũ Ausoniũ inueniatur. Garumnę accollis, *Coulac*, reliquis fere Gallis *Alosa*. Portogallis *Saauel.** ¶ *Fario.* Ita exẽplaria omnia nostra, pręter Parisiẽse,quod *Sario* scribebat, S pro F. Salar, quẽ in versũ octogesimũ octauũ monuimus etiã Sidonio memorari, putatur esse, quę *Trota* & *Troita*, *Truta* & *Truita* ac *Trucha* etiã Galloromanis appellatur. Piscis est fluuiatilis, optimus,& quẽ nec ferat omnis fluuius: quare vbiq; gentiũ pretiosus. Fluuius est Tuuera, quattuor millibus passuũ supra Engolismã in Carãtonũ, suis se aquis, piscibus, & cygnis exonerans, non tã mirabili ortu, quã hoc pisce referẽdus. Fert enim optimi saporis Trutã,& maxima multitudine. Quũ autẽ *Truta*, lõge absit a Salmonis magnitudine, quẽ sapore & purpureis maculis plerũq; refert (sunt & alij *Trutæ* colores) Ausonius inter eos mediũ facit, id est, minorẽ quidẽ Salmone, sed maiorẽ iã *Truta*, piscẽ, quẽ Sarionẽ & Farionẽ, vti dixi, exemplaria nostra appellãt. Fario autẽ F prima littera magis placet: quod non dubitẽ, quin id Gallicũ, seu Germani-

166

249

104

250

Cap. 54

250B

cũ,piscis nomẽ sit:quippe quod apud Solũ Ausoniũ inueniatur, fluminis Gallicani Germanianique pisces commemorãtẽ & quod *Truta* Forhin Germanice vocitetur,ac Forel quoque,vt scripserunt Germani illi, qui nuper Salernitanæ scholę carmen,& eius cõmentariũ corrumpere sunt ausi. ¶ *Gobio*. Γωϐιον, Galloromanis. Qui piscis, κώβιος Græcis dicitur,C pro G. Habet autem duplicem rectum:hunc Gobio,apud Plinium, Iuuenalem libro quarto,& Priscianum libro sexto: & Gobius in Martialis Xenijs,& Ouidij Halieutico:sed hic etiam Gouius pro Gobius u, pro b. Versum supra adduximus. ¶ *Geminis sine pollice palmis*. id est, octo digitis. Quem in nostris fluminibus noui Gobionem, minor est. Marinum non noui.* ¶ *Silure*. De hoc Aristoteles,Plinius,& eius interpres Massarius plura tradunt,quã possis credere. Meminit Iuuenalis libro quincto in cõque agnoscendo multum laborat Rondeletus in libro de piscibus fluuiatilibus. ¶ *Actæo Oliuo*. id est, Attico. Multi tamen libri habent, Actæa Oliua. Carmen de Athenis,& septuagesimus primus Versus Griphi. ¶ *Atlantiaco profundo*. mari Occeano, ab Atlante monte Mauritaniæ. ¶ *mitis balæna*. Silurus.* ¶ *Satis*. satis est. ¶ *Gauranum*. Gauranos mõtes inter vitiferos enumerat Plinius libro tertio: Gauranúmque vinum, celebrat Athenæus libro primo. Est autem in campania Italiæ Gaurus mons. ¶ *Rhodopen*. mõtem Thraciæ. de cuius vitibus aliud non legi. ¶ *Pangæa*. Idem mons. vnus mons est, & multi montes, vt diximus in carmen de Tolosa,quãdo in multos ramos & iuga diuiditur. quare inuenies Πάγγαιον singulari numero,& Πάγγαια plurali eundẽ mõtẽ dictũ sicut τὸ Δίνδυμον,& τὰ Δίνδυμα,& alia huiusmodi:quę apud Gręcos ideo sunt neutra,quod eorũ ὄρος, id est mons, neutri sit generis. Latini itaq; à Gręcis illa accipiẽtes,vario genere vsurparunt,nẽpe plurali neutro,Gręcorũ more,vt τὰ Pangæa. Dindyma: sed singulari masculino, propter sui mõtis genus,Pãgęus,Dindymus: & interdũ neutro,more Gręcorũ, hoc Pangęon, Dindymõ. ¶ *Lyæo*. Bacho. vino. ¶ *Ismarius*. Ismarus, vrbs, & mons Thracię,flectitúrq;,vt qui modo dictus est,Pangęus, mons etiam Thracię. ¶ *Læta operũ plebes*. Lętus laborũ,lętus opum,dixerũt Virgilius, Statius,& alij. Plebes. autem pro plebs vt & in Ephemeride. ¶ *deiuge*. de cliui ablatiuo casu,pro Deiugi. Hoc autẽ nomen alibi non legi.* ¶ *Certãtes stolidis clamoribus*. Vidcas,inquit,in ripis Mosellę,per sũma iuga, & per cliuos,iuuenes inter opus faciendum iocãtes inter se,garriẽtes, confabulantes, clamantes certatim magnis clamoribus & stolidis. ¶ *Riparum subiecta terens*. Iter faciens per ripas istis iugis & cliuis subiectas. ¶ *Probra canunt*. Nautę & viatores prętereuntes conuicia dicunt seris & tardis cultoribus. Quo tẽpore vnũquodque opus faciẽdũ sit,non debent ignorare agricolę. Hieme vites arbustáq; putat Varro primo de Re rustica,inter Brumam & Fauonium, hoc est,inter octauum Calẽdas Ianuarias, & sextũ Idus Februarias. Plinius libro octauodecimo, hoc opus in Aequinoctium vsque trahit. *Putationem omnem*, inquit, *Aequinoctio peractam*

247 251 205 282 252 cap.5. 260C 92 253 Cap.27 36 Cap.26

actam habeto. Qui ergo apud priscos illos homines, putationem serius distulerant,& post Aequinoctium putantes inueniebantur, ijs sua inertia exprobrabatur per imitationē cantus alitis temporarij, quem Cucu'um vocant. *Dedecus enim habetur, opprobriúmque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi.* Vide apud Erasmum adagium, Cuculus. ¶ *ollis.* illis. De Echo epigramma vndecimum. ¶ *scena.* spectaculum. ¶ *Satyros.* Hi & Panes,& Fauni, Dij sunt siluestres & agrestes. Naiades fontium, vt dictum est supra, ac fluminum: Oreiades montium Nimphæ. Proteruia, lasciuiam & petulantiā significat. Fuit etiā Dea apud antiquos, vt ostendit Lilius Gregorius. Panope vna ex Najadibus. ¶ *Glauca tuentes.* an sedes suas in Glauco & cæruleo flumine seruantes, an vero oculis glaucis aspicientes? ¶ *Paganica numina Faunos.* Eadem appositione paganica lumina tædas in epistola ad Theonem quinta. Qui pagos incolerent, Pagani dicti sunt,& inde paganicus, agrestis, rusticus. ¶ *Vitreásque sorores.* Naiades. * ¶ *fouent.* complectuntur. ¶ *Illa fruenda palam species.* Quod sequitur spectare licet maxima cum voluptate. ¶ *Seras quum.* Mane & vesperi vmbræ iactantur maiores,& sic melius cernuntur in fluuio. ¶ *natant* videntur natare. ¶ *absens Pampinus.* Quia in summo collis iugo est, qui in aqua esse videtur. * ¶ *caudiceo.* ex caudice libróue arboris facto nauigiolo. ¶ *Hac quoque.* Aliud, ob quod debet Mosella commendari, nempe spectacula naumachiarum, pugnarúmque naualium, quæ super eum amnem eduntur. ¶ *Remipedes Lembi.* nauigia, quibus remi sunt pro pedibus,& ijs ambulant. Idem verbum in epistola Ausonij sexta & decima. ¶ *Gestire.* lætos gestibus se ostendere. ¶ *Impubémque manum.* pueros. adolescentulos. ¶ *Dum spectat.* quisnam? aut deest hic aliquid, aut corruptum quippiam. ¶ *Sua Seria ludo Posthabet.* Istos ludos & spectacula suis serijs rebus anteponit. Virgilius ecloga septima. ¶ *Excludet.* Mallem præsenti tempore excludit. Præsentium spectaculorum oblectatio, obliuionem inducit istis impuberibus, veterū curarum,& rerū feriarū. ¶ *Cumano.* ante Cumas vrbē Cāpaniæ. ¶ *Liber.* Bacchus. Is autem illic habitare creditur, vbi multę vites. ¶ *sulfurei.* Tale est fere litus hoc & Siculū ex aduerso, vbi Aetna, sicut in hoc Vesuuius. cuius mōtis incendiū Caiū Plinium sustulit. Gauranū iugum dictū est supra, versu centesimo & quinquagesimo septimo. * ¶ *Veseui.* Vesuuij, licet diuersū esse velint cōmētaria, quæ Seruio Mauro grammatico antiquissimo doctissimóq; inscripta prostant in versum ducentesimum & vicesimū quartum secundi Georgicôn Virgilij. ¶ *Quum Venus.* a cuius filio Aenea, Romanis genus fuisse creditū est: vt Iulię gēti ab Iulo eiusdē Aeneę filio. ¶ *Actiacis.* Octauianus Cęsar Marcum Antoniū nauali pręlio apud Actium Epiri oppidū, vicit, vt cognosces ex Plutarchi Antonio,& Suetonij Octauiano, ex Lucio Seneca, Eutropio & alijs. ¶ *Ludere lascíuos.* poëticū floc & lepidū. ¶ *Amores.* filios suos. ¶ *Qualia.* prælia. ¶ *Niliaca.* a Nilo fluuio Aegypti, Aegypticæ

12 51 31 431 254 255 437 444 256A

Antonij & Cleopatrę Reginę Ægypti. ¶ *Latiæ.* Romanę, Octauiani Cęsaris. ¶ *Apollineæ Leucadis.* vbi colebatur Apollo. Seruius, in versū ducentesimum & septuagesimumquartū tertij Æneidos, & in sexcentesimum & septuagesimum septimum octaui. Leucas etiam memorata in versum

256B vicesimum quartum Edyllij secundi. * *Aut Pompeiani Milasena.* Sic exēplar Parisiense. alia Missena gemino ss, pro illo Milasena. Sextus Pōpeius, Magni Pompeij filius, non semel pugnauit contra Octauianum Cæsarem circa Misenum, Mylas, & Messanam, ex quorum locorum aliquo, hæc Milasena, & Missena deprauata sunt. Misenum promuntorium est in litore Campanię, quod vnico, S, apud Virgilium, Dionem, & alios scriptum inuenio, prima syllaba tamen longa. Mylæ sunt in Sicilia, vrbs a Peloro eiusdem insulæ promuntorio vigintiquinque millibus passuum distans, auctore Strabone. Messana, quæ Græcis Μεσσήνη gemino ss, auctore Eustathio, in eiusdem Pelori sinu jacet. abs qua vrbe hîc Messana legendum censet Mariangelus, pro illis Missena & Milasena. ¶ *Euboicæ.* Cumanę seu Campanæ. Vide Seruium in sexti Aeneidos versum secundum,

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

¶ *Per Auerna.* Singulare est Auernus. Lucrinus & Auernus lacus sunt in Baiano sinu. ¶ *Naumachia*, ναυμαχία, naualis pugna. ¶ *Peloro.* Pelorum Siciliæ promuntorium, vt dictum est. ¶ *Non aliam.* similem speciem. ¶ *amnis.* Mosellæ. ¶ *Hyperionio.* de Hyperione Hesiodus, Diodorus, Rhodiginus, & alij. Hyperion sol dicitur ὑπὲρ ἡμᾶς ἰὼν, id est supra nos gradiens, ait Eustathius & Suidas. ¶ *nautales.* nauticas. nauticarum

257 figuras. ¶ *Simulamine.* simulachro, imagine. Ouidius hoc verbo vsus. ¶ *Sic vbi.* & aqua pro speculo esse potest. Coridon ille Virgilianus.

Nec sum adeo informis. nuper me in litore vidi,
Quum placidum ventis staret mare. ¶ *metallo.* speculo. In versu sequenti pro *prætentat*, *prætendit* quidam libri habent: & quod se-

258. quitur, *Vibratis cæptat digitis*, est, *Vibratos captat digitis*, in alijs. ¶ *Talis.* isti virgunculæ similis. * ¶ *Populatrix turba.* piscatores plurimi. In proximo versu, *defensus piscis*, & *defensos piscis*, & *pisces.* ¶ *Humentia lina.*

vers. 142. *pelagóque alius trahit humida lina*, Virgilius primo Georgicon. ¶ *Corticeis signis.* quæ signa ex suberis cortice fieri solent. quæ arbor quercus est species. ¶ *lentæ virgæ.* quam mox apellabit arundinem. ¶ *Co-*

259. *nuexa.* inflexa. ¶ *rictibus.* ore. * ¶ *vdæ rapinæ.* humentes prædæ, pisces. ¶ *Nec coëunt rictus.* ora manent hiantia, & aperta. Branchiæ autem id est βραγχίαι, dicuntur, per quas vt per pulmones, spirant pisces. sed de his plura Rondeletus tertio de piscibus, ex Aristotele Plinio, Galeno. ¶ *Sic vbi fabriles.* Piscium morientium branchiæ, fabrorum folles referunt, dum animam & spiritum attrahunt, & reddunt. ¶ *Lanèa fagineis.* Follis, superior, inferiorque pars lignea faginea hic dicitur: quod ex fago fere fiat. In inferi-

ore

ore foramen est, quo introit siue aura, quomodo Virgilio dicitur octauo Æneidos, siue ventus, vt Palladio de Organicis fistulis. huic foramini incumbit tabella, eo fere fungens officio, quo quæ Græce dicitur ἐπιγλωττὶς, in gutturibus humanis. Quando ventus est intromittendus, cedit illa confestim, vt pateat foramen: sed is cum conatur hac exire, continuo ipsa occurrit, & foramen præcludit suum, vt ille per os follis totus erumpat. Hanc itaq; epiglottidem vocat Ausonius Parmam, a similitudine, quomodo reor, parmæ: quæ breuis leuísq; clipei genus fuit. Sed Laneam, quod, vt mollius ad portam suam accidat, & melius obturet, aliquid villosum, vt leporina pellis, ligneæ assui, subijciq; solent.* ¶ *Sic Anthedonius.* Est Bœotiæ oppidum, Ἀνθηδὼν, patria Glauci: vnde, Anthedonius dictus: aut ab Anthedone patre, vt vult Fulgentius libro primo Mithologicῶν, & quidam apud Athenæum libro septimo. Est autem Glaucus, numen, vir, piscis, coloris genus. ¶ *Gramina gustatu post.* Circe Glaucum amabat. ille pro Circe Scyllam. Hoc Circe ægre ferens, fontem veneno infecit, in quo vna lauari solebant. Letalem vim veneni cum sensisset Glaucus, comesa herba quadam se in mare præcipitauit, vbi Deus est habitus. Piscator enim hic cum aliquando captos pisces super herbam abiecisset. & eos recepisse quam amiserant, vitam, & resilijsse in mare vidisset, eius ille herbæ vires obseruauerat, notaueratq; diligenter. vide Pausaniam in Bœoticis, & Seruium in Virgilium, & Erasmum in prouerbio, Glaucus comesa herba habitat in mari. ¶ *Carpathium subijt.* Vnde Carpathio mari cognomen, insula est Carpathus inter Rhodum & Cretam. ¶ *rete potens.* Rete ablatiuus est, de quo Priscianus libro septimo. ¶ *Neréos.* maris, a recto νηρεὺς. ¶ *conuerrere.* Quum dixisset Virgilius in versu ducentesimo primo tertij Georgicón, & in sexagesimo tertio primi Æneidos: Ventos maria verrere, verrere exposuit trahere Seruius, a rete, quod verriculum dicitur. Thetys autem hic pro mari. ¶ *prædo.* prædari & capere pisces solitus Glaucus. ¶ *per cærula.* per amnem cæruleum, Mosellam. * ¶ *prætoria.* magna & sumptuosa ædificia. ¶ *Sestiacum.* In versu vicesimo tertio edyllij secundi. ¶ *Nepheleidos Helles Aequor.* id est, Hellespontum: quod mare Seston & Abydon interfluit, nomen habens ab ea Helle, quæ in illud decidit, vt docebit Hyginus. Nepheleis autem dicitur a matre, cui Nephele nomen. Lege veteris grammatici præfationem in Apollonij Argonautica. ¶ *Abydeni ephebi.* Leandri. in eodem edyllio secundo. ¶ *Chalcedonio.* Est Chalcedon oppidum Bithyniæ in ipsis Bospori Thracij faucibus, qui Europā ab Asia disterminat quinq; stadijs, auctore Pōponio Mela libro primo. ¶ *Regis opus magnum. magni,* mallem. Darius Persarum rex Xerxis pater, cōstrato in nauibus ponte, exercitum in Europā hac traijecit. Hoc scribit Plinius libro quarto. Opus autem hoc magnum ait, vt mirum atq; ingens facinus, quum propter peruicax maris ingenium, tum ob pontis magnitudinem. Bospori enim huius latitudo est Plinio passuum quingentorum. ¶ *euripus.* fretum.

ver. 449.

260

261.

236.

cap. 13.

¶ *Vetat concurrere.* Hic aliquando fuit connexa Europæ Asia. Sic enim Plinius libro secundo. *Perrupit mare Leucada, Antirrhium, Hellespontum, Bosporos duos.* ¶ *Non hic.* in Mosella. ¶ *Prælia caurorum.* Ventorum. Caurum autem opponit Gellius Aquiloni. quibus ventis ea maris interni pars multum exposita est. ¶ *Et voces & pene manus.* Ex Statij Tibure, libro primo siluarum. ¶ *Qui potis.* quis posset. Hinc Mosellam laudare incipit a villis & alijs ædificijs, quibus eius ripæ exornantur. ¶ *tectonicas.* τέκτων, faber, quiuis artifex. tectonicus fabrilis.* ¶ *Gortynius aligere.* Dædalus Cretẽsis, qui volasse fingitur. Gortys enim vel Gortyn, est Cretæ oppidum. ¶ *ædis conditor Euboicæ.* id est templi Apollinis Cumani conditor Dædalus. Seruius in sextũ Aeneidos. ¶ *Philo Cecropius.* Atheniensis Philo. Hic architectus insignis, laudatur armamentario, quod Athenis fecit, capax mille nauium. Memorat Cicero libro primo de oratore, & Plinius in historia Naturali, & Vitruuius libro septimo. ¶ *Non qui laudatus ab hoste. Grande & Archimedi Geometricæ ac machinalis scientiæ testimonium, Marci Marcelli contigit interdicto, quum Syracusæ caperentur, ne violaretur vnus, nisi fefellisset imperium militaris imprudentia.* Plinius libro septimo. Vide Titum Liuium, & caput tricesimum quinctũ historiarum Tzetzę. ¶ *Decimo celebrata volumine Margei Hebdomas.* Ego de isto Margeo, seu Mergeo, vt aliter scribitur, nihil comperi, neque de eius Hebdomade, & septimana. Marci pro Margei legendum esse, sunt quidam suspicati, et Marcum Terentium Varronem accipiendum, qui libros fecit, quos inscripsit ἑβδομάδας, vel de Imaginibus, ab Aulo Gellio citatos libro Noctium Atticarum tertio, a Nonio Marcello & alijs: sed reprehendit Iosephus Scaliger & putat quendẽ fuisse Margeũ scriptorẽ Grecũ: qui decimo sui operis libro, hebdomadẽ operũ mirabiliũ celebrarit hoc est septem orbis miracula, quę sũt apud Strabonẽ, Pliniũ, & alios, Dianę in Epheso templum, Sepulchrum Mausoli, solis colossus Rhodi, statua Iouis Olympici, Domus Cyri regis in Ecbatanis, Muri vrbis Babylonis, & Pyramides Aegypti. Alijs nescio quid venit in mentẽ de Marco Vitruuio: cuius extant libri decem de Architectura: sed quid ad Vitruuij libros, hebdomas ista. ¶ *Hic clari viguere Menecratis artes.* Neque de hoc Menecrate mihi quicquam comperti. Menecrates non est medicus Syracusius, qui se Iouẽ appellabat: cuius meminerũt Plutarchus, Aelianus, Suidas, & alij: nec vt opinor, Menecrates, Comic⁹ poëta, quẽ nouerãt Athenęus & Suidas: quisquis sit Menecrates, cuius distichõ Suidas adduxit de Senectute. neq; Menecrates Xãthius, ex cuius Lyciacis quandã repetit fabulã de Latona Antonius Liberalis: & qui apud Dionysiũ Halicarnassensẽ libro primo, Æneã dicit patriã suã Grecis ꝓdidisse, soluta oratione nõ vincta, vt Lilius Gregorius dormitauit. Alius vero fuit Menecrates Ephesius, quẽ Varro in principio primi triũ de re Rustica librorũ, refert de re rustica versibus scripsisse, sicut fecit Hesiodus. hic fortasse fuerit Menecrates, quẽ celebrat Ausonius: qui in suo poëmate de rusticis ędificijs scrip-

Marginalia: cap. 90. | 262 | vers. 14. | Cap. 31 | 262 B

ſcripſerat, quomodo in ſuis proſis Cato, Varro, Columella, Palladius fecerunt. ¶ *Atque Epheſi ſpectata manus.* Templum Dianæ Epheſi in Aſia modo inter ſeptem orbis Miracula recenſuimus. Plinius libro tricesimo ſexto Naturalis hiſtoriæ. *Magnificentiæ vera admiratio, extat templum Epheſiæ Dianæ ducentis viginti annis factum a tota Aſia.* Operi autē illi præfuit Cteſiphon nobilis architectus eodem auctore Plinio & Vitruuio libro decimo. pro quo eſt Cherſiphron apud Strabonē. Annotauit Mariāgelus. * ¶ *Ictinus magico.* Huius egregij architecti opera aliquot & ſcripta memorāt Vitruuius libro ſeptimo, Strabo nono, & Plutarchus in Pericle: ſed de noctua ab eo in arce Athenieſiū & tēplo Mineruæ poſita, Athenarū enim præcipuū numē fuit Minerua, vti diximus in carmen de Athenis: & ei deæ veteres fabulæ noctuā conſecrarunt, quarū auiū magnā copiā in Attica eſſe leges apud Eraſmū in adagijs Noctua volat, &, Vlulas Athenas. De noctua ergo, quā ſcribitur Athenis feciſſe Ictinus, apud alios auctores nihil legi, neq; dicere habeo, quis iſte ſit fucus magicus, quo ipſa illita alias ad ſe aues inuitaret, & obtutu ſuo necaret, ceterū noctuā nouimus omnes noctu tantū volare, canereq; ſolitā, *conſpectū lucēmq;* fugere, vt ſcribit Ouidius ſecundo Metamorphoſeon, ac ab alijs auibus omnibus expelli *æthere toto* cūctis, præter ancipitrem, ſi nō fallit Plinius. ¶ *Ptolemaidos aulæ.* Ab eo Ptolemæo Lagi filio, qui poſt Alexādri Magni mortē, ex præfecto Aegypti, rex factus eſt, vſque ad Octauianū Auguſtū, Aegypti reges ōnes Ptolemæi appellati ſūt, annis fere trecētis. Tanto tempore hi in Ægypto multa condiderunt, multæq; ab ijs vrbes nomen inuenerunt Ptolemaidis: quare non ſatis mihi liquet, quæ hic ſit accipiēda Ptolemais aula. Multi Alexandriā ipſā eſſe putāt, Aegypti nobiliſſimā vrbē, quam inter claras vrbes Auſonius poſuit, Ptolemæorū domiciliū. Dinocharē vero, Architectū illum, quī Alexandro Magno Alexandriā metatus, apud Vitruuiū, Valerium, Plinium Solinum Ammianū, Dinocrates vocatur, & Democrates: apud alios Chirocrates, ſicut Χειροκράτους recte legere Hermolaus videtur, pro illo Χειρομοκράτους apud Strabonē libro quartodecimo: at quod continuo ſubdit Auſonius de Arſinoē, id mihi innuere videtur, non aliud eſſe eam Ptolemaidem aulam quā Ptolemæi Philadelphi aulam, ſiue alius quiſpiam, ſeu idē ille Alexādriæ metator, Ptolemæo huic architectatus ſit.* ¶ *Quadro cui in faſtigia cono.* Hęc ſine ſynalœpha ſi pronūcies, poterit metrū conſiſtere: ſed locū ſenſit eſſe deprauatū & monuit Mariangelus. CONVS autem hic ſignificat, quod cacumē in Obeliſcis & Pyramidibus appellat Plinius. Sed κῶνος quid proprie ſit, hic libet quærere. Dioſcorides libro primo περὶ τῆς ἰατρικῆς, & Galenus ſeptimo de ſimpliciū medicamentorū facultatibus, conū vocare mihi videntur, nucem pini & piceę. Πιτυίδας δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων καὶ τῆς πεύκης, ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. Iulius Pollux Pityidē ipſā etiam κῶνον libro ſexto de panis generibus. Virgilius in extremo tertio Aeneidos Cypariſſos appellat coniferas: & Columella li-

Cap. 14

262 c

205

Ver. 595
Lib. 10 c
17

200


262 D

Lib. 16 c
12.

bro ſexto, Cupreſſinas conos nuces cupreſſi (cupreſſus, cypreſſus, *κυπάρισσος*, eadem arbor) ſcribítq; Virgilij interpres conſueſſe fructū cypreſſi, ac ipſā arborē eſſe *κωνοειδῆ*, id eſt cono ſimilē figura.

Ver. 468 *Et conum inſignis galea, criſtaſque comantes Arma Neoptolemi,* dixit Virgilius tertio Æneidos: in quem locum ſcribit Seruius, conū, eſſe curuaturam, quæ in galea prominet: ſuper quam criſtę ſunt. Apud Geometras conus, eſt orthogonij trianguli circumactus, & ad idē reditio, immobili manente vno ex lateribus, quæ apud rectum ſunt angulum. Conos denique recte appellaueris ſeu *Conellos*, quibus nouenis in formam

262E quadratā erectis ludim⁹, globo immiſſo deijciētes, quas nos vulgo *Quillas.* * ¶ *& ipſa ſuas conſumit Pyramis vmbras.* Pyramidem definiunt ijdē Geometræ, figuram ſolidā planitijs comprehenſā, ab vna planitia ad vnū punctum exurgentē. Quū autem figuræ planæ innumera ſint genera, veluti triangula, quadrāgula, quinquangula, ſexāgula, Pyramidū variæ erūt formæ, quū coni ſit vnica, ea, quā deſcripſimus. Coni enim pes, quā *Βάσιν* Græci dicunt, circulus eſt, figura quidē illa plana, ſed ea in illo ſola extremitas plana. à qua in ſummū cacumen ſcandēs, paulatímque gracileſcēs, altera ābitur conus figura & extremitate, quæ plana minime eſt. Pyramidis vero baſis haudquaquā rotunda eſt, ſed aut triangula, aut quadrangula, aut alia deinceps, vti diximus: atq; à ſua baſi nomē accepit Pyramis. Pyramides enim triāgulę dicuntur, quādo baſes ſunt triū laterū, quemadmodū quadrangulæ & quadratæ quādo baſes quaternos habēt angulos & latera (reliquę Pyramidis planitię à baſi in omnibus ſunt Pyramidibus triāgulę, & tot numero, quot baſis latera habuerit) quales ex Plinio didicimus fuiſſe Aegyptias illas, & pleroſque obeliſcos. Qui obeliſci, Pyramides erant ex vnico lapide factę, quum quæ propriæ dictæ ſunt Pyramides, eæ ex multis lapidibus quadratis compactæ eſſent.




Conus. *Pyramis quadrangula.* *Obeliſcus.*


Quam autem Ausonius Pyramidem hîc significet vmbras suas consumentem, compertum non habeo. Meminit Plinius libro tricesimo sexto obelisci octo & quadraginta cubitorum, a Ptolemęo Philadelpho in cõiugis suæ eiusdémq; sororis, Arsinoes gratiam Alexãdrię statuti, sed nullam vmbrę eius mentionem facit. Illud ergo iamdudum quęrimus, quod genus hoc Pyramidis fuerit, quod vmbrã suam consumeret, & vmbram non haberet. Lapides enim ex quibus hæ Pyramides factę adhuc visuntur, non sunt huiusmodi, vt expositi radianti soli, vmbrã non iactent. quin idem Plinius & Diogenes Laërtius auctores sunt, Pyramidas illas & vmbras habuisse, & mensurã altitudinis pyramidũ deprehendere inuenisse Thaletẽ Milesiũ, vmbram metiendo, qua hora par esse corpori solet. At non solus tamen Ausonius Pyramidũ, vmbras suas cõsumentiũ, meminit. Sic enim de ijs Lucianus in dialogo, cui titulus Ἰκαρομένιππος ὁ ξ... Ἥκουε γὰρ ταύτας ὑψηλὰς οὔσας, μὴ παρέχεσθαι σκίαν. Et Solinus. *Pyramides turres sunt in AEgypto fastigatæ vltra excelsitatẽ omnẽ, quæ fieri manu possit. Itaque mensuram vmbrarum egressæ, nullas habent vmbras.* * Ita Solinus, sed qui mihi videatur cõminisci nescio quid portentosum etiam magis, quam ipsæ sint Pyramides. Quis enim hoc illi credat, molem saxeam terræ inhærentem, adeo exurgere, vt vmbrã ob id non habeat? Ammianus itaque aliquanto peritius, & Cassiodorus. Sic enim ille scribit libro vicesimo secundo. *Pyramides ad Miracula septem prouectæ. quarum diuturnas surgendi difficultates scriptor Herodotus docet, vltra omnem omnino altitudinem, quæ humanis confici potest, erectæ sunt, turres* (Solini videntur esse hæc) *ab imo latissimæ, in summitates acutissimas desinentes: quæ figura apud Geometras ideo sic appellatur, quod ad ignis speciẽ τοῦ πυρὸς, vt nos dicimus, extenuatur in conũ. quarum magnitudo quoniam in celsitudinem nimiam scandẽs, gracilescit paulatim, vmbras quoque mechanica ratione consumit.* Cassiodorus vero formula quinctadecima libri septimi variarum, *Pyramidis in AEgypto,* inquit, *quarum in suo statu se vmbra consumens, vltra cõstructionis spatia nulla parte conspicitur.* Ad hunc sane modum explicant Ammianus & Cassiodorus quod dubium esse potest, an intellexerit Solinus de consumente se vmbra.* Sed esto Pyramis A B C, quadrata basi, quales Ægyptiæ fuisse perhibentur. ciúsque altitudo ad perpendiculum exacta B D, par lineæ D C: & D C

262 F
Cap. 9

262 G

262 H





par lineę D A.D C autē & D A duę sint lineę in basi:quę a centro Pyramid[illegible] ad media,ac ea aduersa eiusdē basis latera ductę, rect[illegible] lineam cōstituant,quomodo habeat E F in quadrato G H I K. A B vero & C B duę sunt lineę rectę, quæ ab ijsdē medijs lateribus, & punctis A & C per medias aduersas planitias in verticē pyramidis cōcurrāt.Erunt itaq; A B D,ac B D C duo triangula ἰσοσκελῆ. quorū quia anguli A D B, & B D C recti sunt, dimidium recti anguli erit tam angulus A quam angulus C: & angulus A B C omnino rectus. quare maior fuerit linea A C non solum quam D B, sed etiam quam B C,& quā A B.Dimidium autē recti anguli quoniam circuli octauā partē cōprehendit, si lineæ A C & C B dimidiū recti anguli cōplectentes,ad cælum vsque producantur, ambitus cæli partem octauam L M, cōplectentur,quę sunt partes,seu,vt vulgus appellat, gradus quadraginta quinque ex trecentis sexaginta totius orbis.* Quando igitur orietur Sol ex L, & occidet in N, qui fieri potest, vt huius pyramidis, sicut montiū,arborū,corporū nostrorū vmbra non sit immensa? at eo sensim ascēdente ad Meridiem,cōtrahetur paulatim quidē vmbra, donec ad M peruenerit, quo tempore radius solis feretur,vt linea recta M C, per planitiam pyramidis soli auersam:sicque,ex eo nulla fuerit Pyramidis vmbra planitijs omnibus radijs Solis circūfusis:atq; ad hunc modū pyramis sine vmbra durabit, quādiu Sol sublimior fuerit puncto M. Quod si altitudo D B minor ponatur quā D C,seu quā D A,anguli C,et A acutiores facti,& minores dimidio recti, pauciores circuli partes amplectētur:quare potuit Alexādrię fieri Pyramis seu obeliscus, cuius vmbra cōsumeretur diei etiā hiberni magnā partē:quoniā in Ægypto,Meridianus Sol nunquā humilior erat triginta quinq; partibus.¶ *Iussu ob incestū.*Incestū secunda declinatione,& incestus quarta dicitur,quādo quis cū ea cōcubuit,cū qua leges,vel mores vetāt.Quod flagitiū,stuprūmq; qui cōmisit,is etiā incestus dicitur adiectiue,vt incesta virgo Vestalis,incestū matrimoniū,incestę nuptię.Sororē antē suā in matrimonio habere, apud Romanos quidē nefas erat,sed nō itē apud omnes alias gētes. Persis nāq; & Assyrijs sorores suas fas erat vxores ducere,vt refert Lucianus in sermone de Sacrificijs.Et nō solus hic Philadelphus (significat hoc vocabulū amatorē sororis) ptolemęorū Ægypti regū secūdus,sororē suā Arsinoē in matrimonio habuit, verū etiā eius filius Ptolemęorū tertius, suā,Beronicē:cuius c[illegible] Con[illegible] Math[illegible]maticus,& Callimachus p[illegible], inter sidera collocar[illegible]t.* ¶ *Pharij. Aegyptij*,Alex[illegible] hoc fuerit.Plinij verba sūt libro tricesimo septimo de lapi[illegible] zio.*In de factā statuā Arsinoæ Ptolemæi Philadelphi vxori quatuor cubitorū [illegible] in delubro,quod aureū c[illegible]gnominatur.*¶ *suspēdit in aëre.* At sonitus opus perficit, quod inchoatū fuisse relictū scribit Plinius libro tricesimo quarto,quum de lapide Magnete differit.*Eodem*,inquit,*lapide Dinocrates architectus, A-*

262 I

263 A

Cap 8

Cap. 14

lexādriæ Arsinoes tēplū cōcamerare inchoauerat, vt in eo simulachrū eius è ferro pēdere in aëre videretur. Intercessit mors & ipsius & Ptolemęi, qui id sorori suę iusserat fieri. Hęc ille. Habuit vero eadē Alexādria, Serapidis numinis Ægypriaci tēplū: in quo medio, Solis signū eodē artificio sustinebatur, vti refert Rufinus libro vndecimo Ecclesiasticę historię. De quo vult Ludouicus Viues Augustinū dixisse hæc potius, quā de simulachro Arsinoes. *Quamobrē si tot, & tāta, tāmq; mirifica, quæ μηχανήματα appellāt, dei creatura vtētibus, humanis artibus fiunt, vt ea qui nesciunt, opinētur esse diuina, vnde factū est, vt in quodam tēplo, lapidibus Magnetibus in solo & in camera, proportione magnitudinis positis simulachrū ferreū aëris illius medio, inter vtrunque lapidē, ignorātibus, quid sursū esset ac deorsū, quasi numinis potestate pēderet,* & reliqua, libro vicesimo primo, De ciuitate Dei. * ¶ *corus achates, Afflatámq;.* Ita hic Afflatam in libris duobus antiquis reperiri se scriptū, monuit Pulmānus, quū nostri noui Afflictā, & Afflictā haberet. In duobus autē prioribus verbis si nihil est vitij, achatē Ausonius pro magnete posuit, speciē videlicet pro specie. Achates enim quod in modum magnetis ad se ferrū attrahat, nusquā legi. Et Plinius magnetē appellat, non achatē, quo lapide templū illud concamerarūt. Ceterum quis hac in re coro locus fuerit, nescio. Venti nāque non meminit Plinius in hac historia, sed solus Ausonius: nisi forte de illo aliquid cōijcere possimus ex coma Berenices Catulli. Ibi enim eiusdē Arsinoës fit mentio, eáque Chloris cognominatur. *Obtulit Arsinoës Chloridos ales equus.* Chloris autem & Flora, eadem nympha apud Ouidiū quincto Fastorū,

Cap. 6

263 B

Vers. 54

Ver. 100

Χλωρὶς eram, quæ Flora vocor. corrupta Latino
Nominis est nostri littera Græca sono,

quā amauit Zephyrus, rapuit, cōpressit, pro cōiunge habuit. Est autē Zephyrus, vnde Zephyritis in eodē carmine Catulli, ipsa Arsinoë, auctore etiā Stephano, ventus ab occasu spirans ęquinoctiali: Corus vero, quē & caurū & chorū, & chaurū in Virgilianis exēplaribus scriptū reperit Pierius, ab occasu solstitiali * Potest ergo architectus in eo templo ventum finxisse spirantem, afflantemq; illud Arsinoes simulachrū, & flatu suo, quasi Cæciam alium ventum nubes, id ad se attrahentem. Qui ventus quia ex lapide esset factus achate, hoc est ex magnete, Corus achates sit Ausonio dictus. Verum quam incertæ periculosæque sunt coniecturæ. Pulmanno potius visum est, hæc sic distinguere.

263 c

Spirat enim tecti testudine Corus, Achates
Afflatámque trahit ferrato crine puellam.

Est autem Achates nomen non solum lapidis, sed etiam viri & fluuij: quibus cunctis significationibus masculini generis est tam apud suos Gręcos, Orpheum, & alios, quam apud Latinos: nisi quod Plinius feminini facit, quādo gemmam respicit. Declinant vero Gręci, quomodo χρύσης, & Αγχίσης, & virgilius vt anchises: apud quē tamē Achaten & Achatē inuenio, ac apud solinū achatę & Acharis eodē casu in diuersis exēplarib⁹. Sed vide, quid tradat de flexione huiusmodi Gręcorū in es nomi

num Priscianus libro sexto. ¶ *ferrato crine*. Quomodocunque Plinius illud suum *è ferro* acceperit, poterat reliquũ corpus simulachri esse ex alia materia, vt ex topazio, dũ modo coma è ferro, per quã traheretur, teneretúrq; stans à magnete. Aliam memorat eiusdem Arsinoes statuam in Bœoticis Pausanias: quæ in Helicone esset, & passeri marino insideret. ¶ *Hos ergo*. Architectos, quos commemorauit. ¶ *scenas domorum*. Domos. ¶ *Hæc*. domus vna, aliqua. ¶ *Humili pede*. loco plano, humili, non alto.

lib. 34 C. 14

264 * ¶ *Pharos vt Memphitica*. Insula est in litore maris Ægyptiaci Pharos: in qua est eiusdẽ quoque nominis turris alta, ex qua facibus accensis nocturna dirigitur nauigatio. Mẽphis vero est Ægypti clarissima vrbs. De ijs Ammianus, Plinius, Solinus, & alij. ¶ *adsita pratis*. Scribitur & assita, pro eo quod est apposita pratis, & sita iuxta prata. Sic pro *nutantia* legitur & *nitentia* in versu sequenti. ¶ *sulfurea crepidine*. sub rupe & saxo abrupto altóq;, vt Seruius exponit in sexcentesimũ & quinquagesimum tertium decimi Æneidos, ex cuius venis sulfureis aqua exit calida. Vide Plinium de aquis calidis, & balneis, libro tricesimo primo, & Vitruuium quincto. ¶ *Mulciber*. Vulcanus, ignis, calor. ¶ *operto*. Substantiue, meatu tecto. * ¶ *Baias*. vbi sunt Thermæ in Cumano agro in Campania.

265 Locus est amœnissimus. ¶ *Dignandúmque*. conferendum, parem. ¶ *adducta*. Parisiensis codex adiuta. Vsurpat Ausonius multa fluuiorum nomina genere feminino, vt sub finem huius eclogæ admonebimus. ¶ *Pronea*. Quidam libri Pronææ scribunt, media diphthongo. fluuius est, & Nemesa in Suram delabentes mihi prorsus incogniti. ¶ *Sura tuas*. Germaniam veteres appellarunt non solum, quæ vltra Renum fluuium esset, verum etiam quæ citra prope Renum in Gallia: vti diximus ad versum

241 decimum. Sura itaque nomen priscum adhuc retinens, Germaniæ inferioris fluuius est, nisi me fallunt, qui has regiones nuper descripserunt, inter Treueros & Mediomatrices, sed propius Treueros in Mosellam exiens. Meminit Clemẽtianus Fortunatus in Moselle nauigatione libro decimo. ¶ *quam si*. quam si ipsa Sura in oceanum exiret, patrem & auctorem omnium fluuiorum, vt scripsit Hesiodus in Theogonia. ¶ *Te*

vers. 237. *rapidus Gelbis*. præceps & celer fluuius. Ponunt ijdem geographi in eadem Germania Inferiore fluuium Mosellæ se immiscentẽ, infra Treueros, quem Kil & Kijl vocant. Hunc esse puto, qui Gelbis hoc loco appellatur. sunt enim mutę litterę G, & K, siue C, satis cognatę inter se. Qui sequitur fluuius, marmor ferens, is in nostris exemplaribus Erubris est, & Erubrus: cúmque scripsit Iosephus Scaliger esse, qui hodie *Rouer* vocitatur: & ad vicum Rouer in Mosellam intrat. * ¶ *Nobilibus Celsis*. Quid

66 A hic istud celsis? legendum prorsus, vt ante, Gelbis, nisi forte malis cum Scaligero nostro Celbis, hoc est, *Kelbis*. quod accolæ non G, sed K, hic hodie pronuntient: quę & in Celsis prima fuit littera, vt etiam Celbis Ausonium scripsisse hinc suspiceris. ¶ *ille* Erubus. ¶ *Præcipiti rotatu*. celeri

versatione. ¶ *Torquens*. versans. ¶ *Cerealia saxa*. molas, quibus frumēta tranguntur, deæ Cereris inuentum. Significat autem Ausonius in eo flumine esse, quas molas aquarias Palladius in extremo libro primo, nos vulgo *Molendina*. sed Moletrinas ex Nonio Budæus. ¶ *Stridentesque trahens*. Vitruuius libro secundo. *In Campania ruber & niger tofus. in vmbria, & Piceno, & Venetia, albus. qui etiam serra dentata vti lignum secatur*. Plinius libro tricesimo sexto Naturalis historiæ. *In Belgica prouincia candidum lapidem serra, qua lignum, faciliúsque etiam, secant, ad tegularum & imbricum vicem: vel si libeat, ad quæ vocant Pauonacea tegendi genera*. Maiores nostri, vti scribit Seruius in versum primi Æneidos centesimum & octogesimum tertium, frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant, vnde Pistores dicti, & Pistrinum locus, in quo pinsebant. * Molæ postea, quibus frumenta frangerentur, inuentæ fuerunt, Manuariæ primum, & Trusatiles dictæ, quæ manu & viribus hominis truderentur versarentúrque. deinde Asinariæ, quas Asinus ante, quam equus, aut iumentum aliud, circumagere cœpit. Inuentæ postremo Aquaticæ molæ, quarum meminit Vitruuius, libro decimo, & Palladius extremo primo: quę omnium cōmodissimæ ad molendum, & maxime in vsu sunt, vbicunque est aquæ copia. Sed & ad alias res multas aqua vtimur, & ijs, quæ vulgo Barbarice *Molendina*, vocitantur, velut ad cudenda metalla, ad corticem in coria, & linteola in chartam, conferenda: ad materiam denique, ac ad lapides serra secandos, vt hic meminit Ausonius. ¶ *Exilem Lesuram*. paruum fluuium *Leser*. Qui sequitur, quem Drachonum & Draconum nostri libri vocabant, antiquus: Pulmanni Drahonum appellabat sine c, sed media syllaba aspirata, is hodie *Draen*. vel *Dron* dicitur vulgo, & Salmona, *Salm*: vt scripsit Scaliger. ¶ *Nauiger*. nauigia ferens, omnium maximus in Mosellam exeuntium. ¶ *Vndisona mole*. magna vi aquæ vndantis, & sonantis, quum præceps fertur in occurrentes scopulos & saxa. * ¶ *mole Sarauus*. Annotauit Pulmannus, Comitē Nuenariū, locum hunc sic emendasse, quum omnia exemplaria haberent, mollis Arauus. Est autē hic Sarauus, qui & versu nonagesimo primo memoratus fuit, fluuius Germaniæ superioris in Belgica, *Sarra* vulgo dictus. Alius est Sura in inferiore Germania, in eundem Mosellam influens contra ipsum fere Sarram. ¶ *Tota veste vocat*. Verbum tota, quod in quibusdam codicibus etiam *Torta* fuit & *Tetra*, totū Virgilij est. in cuius extremo octauo Aeneidos sūt hæc de Cleopatra fugiēte cū Antonio in Aegyptū ex prœlio Actiaco.

> *Contra autem, magno mœrentem corpore Nilum*
> *Pandentémque sinus, & tota veste vocantem*
> *Cæruleum in gremium, latebrosáque flumina, Victos*.

¶ *Longum qui distulit amnem*. Poterat spatio longe breuiori, & sic minori labore, longius à mœnibus Augustæ Treuirorum, de qua est carmen inter claras vrbes, Mosellæ se iungere Sarauus, sed sub ipsis muris

ca. 7

22.

*

266B

266C

vrbis nobilissimæ, id maluit facere. Aliquanto tamen interuallo supra Augustam Treuirorum in Mosellam exit Sarauus. ¶ *Alisontia.* Hic fluuius putatur esse, qui Lucemburgensibus, *Elz*, dicitur, per quos in Mosellam delabitur. * ¶ *Smyrna.* vrbs est Ioniæ, patria Homeri, vt Mantua Virgilij. tamen

267

> Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
> Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

¶ *Simois.* fluuius Phrygiæ, in qua fuit vrbs Ilion: quem inter ceteros Homerus & Virgilius celebrarunt. ¶ *Latiæ Nemesis non cognita linguæ.* De hoc monuimus in epigramma vicesimũ. Cuius Deæ, *Romæ simulachrum in capitolio est* (Plinij verba de Nemesi libro vicesimo octauo) *quamuis Latinum non sit.* ¶ *Te clari proceres.* Ad Treueros hæc pertinent ¶ *Aristides.* Huius vitam scripserunt, Plutarchus & Aemilius Probus. * ¶ *conde Musa Chelyn.* O Musa Calliope, iam satis est cantatum de Mosella. Finis imponatur nostro Carmini. Plura, quæ nunc vellem de rebus nostræ Galliæ, differantur in senium nostrum, quum me scilicet in patriam recepero, ibique otio abundauero. ¶ *Dabitur nostris.* fiam Consul. ¶ *legúmque catos.* Iuris legúmque peritos. ¶ *Fandíque potentes Præsidium.* Rhetores, seu oratores, qui reos defendunt in Iudicijs. ¶ *quos curia.* qui in ciuitatibus, quæ municipia dicebantur, prima loca tenuerunt, & proprium illic habuerunt senatum. Sed qui proprie fuerint municipes, docet Aulus Gellius libro sextodecimo. ¶ *Quos prætextati.* Quę prætexta fuerit diximus in extremam Gratiarum actionem. qua toga pueri Romæ nobiles quando primum vsi sint, docet Macrobius libro primo Saturnaliorum. Inde prętextati ipsi pueri dicti, & prętextatus hoc loco ludus litterarius, ludus, in quo pretextati pueri litteras discerent. Suetonius de Augusto Cæsare. *Maritis è plebe proprios ordines assignauit. prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis.* Idem de Quincto Cæcilio Epirota Grammatico. *Post deinde damnationem mortémque Galli, scholam aperuit, sed ita, vt paucis & tantum adolescentibus præciperet, prætextato nemini, nisi si cuius parenti hoc officium negare non posset.* * ¶ *Ad veteris præconia Quinctiliani.* Fuit Marcus Fabius Quinctilianus, homo Hispanus, Calagorritanus, Ausonio, Hyeronimo, & Cassiodoro auctoribus, qui oratoriarum institutionum libros, qui extant, duodecim conscripsit, & Consulatum sub Domitiano gessisse idem scribit Ausonius in Gratiarum actione. Fuit & ante hunc alius Quinctilianus, pater, nisi fallor, cuius meminit filius libro nono istarum institutionum, in capite de figuris, & his verbis Seneca libro decimo declamationum. *quomodo Lucius Asprenas, aut Quinctilianus senex declamauerit, transeo,* & reliqua. Huius putantur esse, quæ extant Quinctiliani declamationes, quas Tre-

19. cap. 11 268 A Cap. 13. 413. 268B

Trebellius Pollio memorat in Postumio Iuniore, his verbis. *Ita in declamationibus disertus, vt eius controuersiæ Quinctiliano dicantur insertæ: quem declamatorem Romani generis acutissimum vnius capitis lectio, prima statim fronte demonstrat.* ¶ *& innocuas.* innocentes secutes. quibus in neminem sit iniuste animaduersum, De Romanorum apparitoribus, securibus virgis, Liuius, Dionysius, & alij. ¶ *Aut Italum.* Italorum, Italiæ ipsius. Memorabo etiam eos, qui uel Italiæ præfecti fuerunt, vel Britanniæ, ad Aquilonem Septentrionémque pertinenti insulæ. de qua plura in versum huius edyllij Sexagesimum octauum diximus. Ausonius autem, quem ipsum Italię Galliæque Præfectum prætorio aliquando fuisse scripsimus in versum quadragesimum secundum Epicedij in Ausonium patrem, si forte pro quibusl. bet prouincijs Italiam & Britanniam non nominauerit, Gallos potest per Britannos intellexisse. In commentarijs nanque illis dignitatum Imperij Romani, ponitur Britannia sub dispositione Præfecti prætorio Galliarum. Ceterum secundus iste titulus præfecturarum quis fuerit? An quod inter has præfecturas primum tenuerit locum Italia, secundum Galliæ? Sed aliud sensisse videtur Andreas Alciatus in annotationibus in Cornelium Tacitum, in capite quarto tertij Dispunctionum, & in centesimam legem sextidecimi capitis libri quinquagesimi digestorum Iustiniani: qui sic scribit. *Sunt Præfecturæ dictæ munia præfectorum. Ausonius, Præfecturarum titul. Sunt enim quatuor dignitatum in iure ciuili ordines, Illustres, Spectabiles, Clarissimi, Perfectissimi. Ex his Præfecti, sunt spectabiles: vt merito dictum sit, secundum his titulum dari.* Sic Alciatus sed quod tradit dubito, an sit perpetuo verum. Præfectos nanque etiam Illustres, Illustrissimosque appellari inuenio. ¶ *Caput rerum Romam.* Sic Romam, rerum caput dixit Titus Liuius libro primo de Seruio Tullio, & eodem libro de Romulo, Romam caput orbis terrarum. Quam caput mundi, pleraque exemplaria, in extremo carmine de Burdigala. ¶ *Iamtum non primo.* Commemorabo etiam illos, qui Romam, senatum populúmque Romanum rexerunt, primis illis nulla re dispares nisi solo illo nomine primo. Illi nanque septem primi, vocati sunt Reges: hi vero quũ regis nomen à Tarquinijs esset Romanis inuisum, Consules sunt appellati pro regibus. Titus Liuius in principio secundi. ¶ *Errorem fortunæ suum.* Errorem fortunæ dicit, quod exacti sint Reges, & Consules in eorũ locum suffecti: sed ipsum iã posteris redditurã sublatum honorem, id est, Augustis suis, extincto Cõsulari Imperio. Ita Valẽtiniano & reliquis suis principibus adulatur Ausonius. ¶ *dilata.* in tempus, quod dixi. ¶ *cerũlos nunc Rene.* Vbi confluunt Renus & Mosella, est inde dictum oppidum Confluentes. ¶ *hyaloque.* ὕαλος, vitrum. *Hyali saturo fucata colore*, quum dixisset Virgilius versu trecentesimo tricesimo quincto quarti Georgicon, Seruius vitreo, viridi, & nymphis apto exposuit. * ¶ [illegible] Treuirorum. ¶ *natique patrisque.* Gratiani, & eius patris [illegible]
¶ *Nicrum super.* vltra Nicrum, inquit Rhenanus libro [illegible]

269
246
358
210

manicarum,& tertio. Vbi scribit hunc oriri non procul fontibus Danubii in Germania, & *Neccer* hodie vulgo dici, circa quem Alemannos ceciderint Valentinianus & Gratianus: de Victoriáque illa in quarto & nono epigrammate memorata, Augustæ Treuirorum triumphauerit.

8.10

Vopiscus in Probo & Ammianus Marcellinus libro vicesimo octauo Nicri meminerunt. ¶ *& Lupodunum.* Lupodunum & Lupondum apud Rhenanum. qui se id nosse existimat, *Lupff* appellat, arcem olim munitissimam, sed solo æquatam, anno Christi millesimo quadringentesimo, & sextodecimo, iussu Sigismundi Cæsaris & concilij Constantiensis. ¶ *Fontem Latijs ignotum.* Epigramma nonum. ¶ *alias laureas, & victorias.* ¶ *perenni nomine.* Commistus Reno Mosella nomen amittit. Renus vero ab Alpibus ad oceanum vsque perpetuo Renus est. ¶ *Diuersa per ostia.* Reni ostia duo facit Pomponius, Mela, Plinius tria: sed lege ad hunc locum quæ de Reno scribit Cornelius Tacitus libro secundo. ¶ *accedent vires.* à Romanis. ¶ *Quas Francia.* Franci & Chamaues, qui & Chamaui apud Tacitum & Ammianum leguntur, quæ Germaniæ olim gentes fuerint, Beatus Rhenanus in Germanicis quæsijt. Et quod ad FRANCOS attinet, persuasit mihi Diuus Hieronymus auctor grauissimus, qui quum Germaniam Galliámque totam perlustrauerit, hanc gentem suis in sedibus vidisse potest, Francos esse, quos Latinæ Græcæque historiæ, Germanos prius appellarunt. Eius apponam verba de quodam Franco in vita Hilarionis monachi. *Inter Saxones quippe & Alemannos gens eius non tam lata, quam valida, apud Historicos Germania, nunc vero Francia vocatur.* Hæc Hieronymus. Pomponius Mela scribit libro primo, quod Ampelusiam Græci dicerent promuntorium Africæ, id Afris ipsis alio nomine nuncupatum fuisse. Sic Americam, Hispaniolam, Isabellam, nuper Hispani nominarunt, quas aliter incolas appellasse certum est. Romanis ergo quum res fuit primum cum Trãsrenanis gentibus, quas non satis nouerant, Germanos nominarunt, veluti Cicero, Cęsar, Liuius, Tacitus: siue ea sit ratio nominis, quam suspicatus est Strabo libro septimo, seu aliqua alia: sed postea quam propius cognitam habuerunt Germaniam, & quibus incoleretur gentibus, FRANCOS cœperũt vocare vero nomine, quos Germanos ante dicebant. Quanquam scio in vna Germania multos fuisse nominum variorum populos, at Francos istos omnium validissimos, clarissimósque: qui vicinas gentes, quotiens vellent, excitent, sociásque haberent, quotienscunque bellandum videretur. Hæc igitur est Francia id est, Francorum patria, ea, quæ nunc Franconia dicitur, Germaniæ illius pars, metropolim habens celeberrimam Frãcofurtum, ad Mænum fluuium, qui in Renum influit ante Mogontiacum Galliæ vrbem. Qui

271

Franci Germani Galliam tandem occuparunt, Romanis, Gothis, Burgundionibus, & aliis gentibus ex ea pulsis: quæ Francia ab illis etiam nuncupata, & nunc quoque dicitur: sed Francia occidentalis, quum illa orientalis esset. Francorum autem prima & vetustissima memoria, quã quidem

quidē teneamus, eſt ex Trebellio Pollione in Gallieni patris vita. Cuius Gallieni Imperium putatur cœpiſſe anno Vrbis milleſimo & tertio decimo, Chriſti ducenteſimo & ſexageſimo octauo. Eſt Valerij Martialis epigramma ad Renum libro decimo.

Nympharum pater, amniúmque Rene,
Quicunque Odryſias bibunt pruinas,
Sic ſemper liquidis fruaris vndis.
Nec te barbara contumelioſi
Calcatum rota conterat bubulci.
Sic & cornibus aureus receptis,
Et Romanus eas vtráque ripa.
Traianum populis ſuis & vrbi
Tibris te dominus rogat, remittas.

in quo *contumelioſum bubulcum* & rotam eius barbaram, non quemlibet bubulcum, vt apud Ouidium elegia decima tertij Triſtium, ſed regem Francorum intelligo, qui nondum ſuo Francorū nomine noti erant Romanis, ſed Germani vocabantur, idque Eginarto auctore, qui in rebus Caroli Magni, cuius ex amicis fuit, ſcribit, Priſcorum Francorū morem hunc fuiſſe, vt eorum rex, quocunque eundum foret, carpento iret, quod bubus iunctis, & bubulco ruſtico more agēte traheretur. Et Arminium illum Germanum, qui Auguſto & Tiberio tantū exhibuit negotij, Francum nihil dubitauit aſſerere Ioannes Marius Belga. * ¶ *tunc verus hab.* 271 Quando non audebunt Franci & reliqui Germani te, ô Rene, tranſire: qui Germaniam a Gallia diſterminas. Fuit hoc annotatum in epigramma quartum. ¶ *tanto ab amne.* à Moſella. ¶ *dicēre bicornis.* Virgilius in 8 extremo octauo Æneidos.

Extremíque hominum Morini, Renúſque bicornis.

¶ *Nomen Latium.* In Iambico epiſtolæ, ad Probum, *Auſonius nomen* 415 *Italum.* Auſones fuerunt gens Italiæ: vnde Auſonius. Auctor autem hic licet Auſonius diceretur, non erat tamen Auſonius ex Italia, ſed Gallus Aquitanus, & Biturix Viuiſcus, vt diximus in carmē de Burdigala. ¶ *Gal-* 280 *lorum extremos.* Inter Garumnam fluuium, & montes Pyrenæos. Galli enim qui & Celtæ, ſunt proprie, quos a Belgis Sequana & Mátrona amnes, ab Aquitanis Garumna diuidit, auctore Cæſare. ¶ *Perſtrinxiſſe.* leuiter & paucis dixiſſe, attigiſſéque. ¶ *Aonidum.* Ἄονες, gens Bœotiæ, vbi Muſarum habitatio, Aganippe & alij fontes, & loca Muſis ſacra Aonidibus inde dictis. Epigramma triceſimum primum. * ¶ *Auguſtus pater* 13 F 272 A *& natus.* Valentinianus & eius filius Gratianus, diſcipulus meus. Scripſit ergo Auſonius carmen hoc ante mortem Valentiniani Auguſti, qui anno Chriſti treceteſimo & ſeptuageſimo nono, Imperij vero ſui duodecimo deceſſit, Sexto Aurelio & Hieronymo auctoribus. Quare Ioannes Tritenhemius, qui Auſonium inter ſuos ſcriptores Eccleſiaſticos recenſuit, ſi locum hunc Auſoniani Moſellæ legiſſet, cuius nec ſatis memine-

tat Lilius Gregorius, quū de Ausonio scriberet, eum carmen hoc composuisse Maximo principe, concilij tempore, Treueris, nunquā dixisset. Maximus enim hic, cuius meminimus in carmem de professoribus Burdigalensibus. & Rutupinum latronem appellauit Ausonius in carmine de Aquileia, Martinum illum Turonēsem & alios episcopos Treueros non ante vocauit, quā annus Christi ageretur trecentesimus & octogesimus octauus, siquid hic certi habent Prosperi Aquitani rationes, qui ea vidit tempora, & scripsit. ¶ *Fascibus Ausoniis.* Romano Consulatu. ¶ *Arctoi.* ad Ἀρκτους, id est septentriones pertinentis Mosellæ. ¶ *Hominumque boúmque labores.* Hoc hemistichium, versus centesimus & duodeuicesimus libri primi Georgicon Virgilij habet quidē, sed proximus versus est eiusdem poëtæ totus, sexagesimus tertius octaui Æneidos.* ¶ *Non tibi se Liger.* Hodie *Loire*, & *Leire*. Ex Cebennis siue Aruernis montibus oritur, & per Namnetes exit in Oceanum, vnus ex clarissimis Galliæ fluuijs & maximis. ¶ *Axona.* vulgo, *Aine*, Belgarum fluuius in extrem s Remorum finibus, vt ex Cæsare cognosces. Axones, huius fluuij accolas dixisse Lucanum volunt libro primo, sed longa pęnultima. ¶ *Matrona non.* sensus est, Mátrona non anteferet se tibi, ô Mosella. Hodie *Marna*, quo flumine, & Sequana, Cæsar & Geographi omnes volunt, a Belgis disterminari Celtas. Vide, quod scripsimus in versum quadringentesimum & quadragesimum primum. Porro Mátrona fluuius penultima breui profertur, quam matrôna femina producit. ¶ *Santonico refluus.* Quædā exemplaria profluus scribunt pro refluus, & hoc vno exēplo probat Ioannes Despauterius pro prępositionē in profluus corripi, sicut in profugio, proficiscor, profanus, profestus. De Santonibus quæremus in epistolam Ausonij vndecimam. ¶ *Carantonus.* Vulgo *Charente*, fontem habet in Pictonibus: & per Engolismenses & Santones in Oceanum exit Santonicum. Oppidorum, quæ prætersluit, clarissima sunt, Engolisma, Coniacus, Santonum Mediolanum. Canéntelus est apud Ptolemæū. ¶ *Durani de monte volutus Amnis.* qui fluuius hodie Aquitanis, sicut & priscis Monachis, in rebus Caroli magni, *Dordonia* dicitur: qui Garumnæ commiscetur infra Burdigalam ad triginta passuum millia, illi tum demum, nec aluei, nec æstus magnitudine, quicquam cedens. Eius tamen veterum scriptorū meminit nullus præter Ausonium & Apollinarē Sidoniū in Burgo Leontij. Ceterū quia Durani hîc ablatiui genitiuiue casus sit, necesse est, quod apud Sidoniū sine dubitatione est vocatiui, vt restituimus.

Exis curuata, Durani muscose, saburra,

quis erit rectus, Duranisne an Duranus, an Duranius? Porro quū sit mons Ausonio, qui Apollinari est fluuius, hoc satis arguere videtur, montis nomen fluuio inde orto inditum fuisse. Est autem mons ille, vnum ex Cebennicis iugis.* ¶ *Tarnim.* Legitur & Tarnem tam hîc quam in iambico epistolæ Ausonij vicesimæ secundæ. Est Tarne ablatiuus casus, apud Plinium libro quarto. *Tarnéque amne discreti a Tolosanis Petrocorii.* Nomen

men

149. 103

272

vers. 423

271

445

Sidon.

273 A

477
Cap. 19

men priscū adhuc retinuit, *le Tarn.* qui ex iisdem Cebennis ortus, per Montalbanum in Garumnam defluit, supra Aginnum. ¶ *Tarbellius ibit Aturrus.* Tarbellicus, pro Tarbellius, quidā codices. De Tarbellis gente in carmen secundum Parentalium. *Aturrus* oritur ex saltu Pyrenęo, & per Aquas Augustas, & Baionam in Oceanum exit. Accolis, A'dou nunc appellatur. Apud Sidonium Apollinarē libri octaui epistola duodecima, scribitur, vt hic duobus rr, Apud Ptolemęū vero, & Vibiū Sequestrum, vnico r, ἄτουρις, & Atyr dicitur: at apud Lucanum primo, Satyrus.

103 A

vers. 420

> ——— *tunc rura Nemetis*
> *Qui tenet, & ripas Satyri: qua litore curuo*
> *Molliter admissum claudit Tarbellicus aquor.*

* Ita hic imprimitur Satyrus, qui Saturus est in libris antiquis pro Aturus, siue Atyrus. Sic in eodem libro primo geminata S littera legitur, leues Saxones, pro leues Axones, vt volunt. ¶ *Corniger.* Cornigerū quum Tiberim appellasset Virgilius in principio octaui Æneidos, conati sunt veteres grammatici, causam reddere, cur flumina cum cornibus pingerentur. Huius autem Apostrophes hic sensus est. Mosella, qui dignus es, qui celebrere, non solum in tua Gallia, verum etiam apud exteras gētes, ibis in ora hominū, & decātaberis. ¶ *vbi fonte supremo.* vbi óreris. in Vogeso mōte. ¶ *Exeris.* emittis. sustollis.* ¶ *Taurine frontis honorē.* cornua: quę frōti animalis sūt ornamēto. Dixerat autē Virgil. quarto Geogicō,

273 B

vers. 423

273 C

vers. 371

> *Et gemina auratus taurino cornua vultu*
> *Eridanus.* ———

Cornua ergo per similitudinem duobus modis in fluminibus considerantur, nempe vel quum maioribus aquis propinqua, quas ingrediantur, se in plures alueos scindunt: vel quū ab ipsa sua origine amnes aliquot in vnum confluentes, excipiunt. sed de fluuiorū imaginibus caput est apud AElianū libro secundo de varia historia. ¶ *Germanis sub portubus.* apud Confluentiam, vt supra diximus. ¶ *Te Druna.* Est huius nominis paruus fluuius ex agro Lemouicensi, per Engolismensem & Petrogoricum, in Lilam veniens, amnē se Duranio coniungentē ante Liburniā vrbem a Burdigala quinque Leucis distantem: sed Iosephus Scaliger, mauult accipere, qui vulgo *Droma* hodie dicitur, maiorem fluuium, ex Alpibus descendentem, Rodanóque se miscentē infra Valentiā.* ¶ *incerta Druentia.* Hodie *Durancia.* Galliæ Narbonensis fluuius Rodano se confundens infra Auenionē. Titus Liuius libro vicesimo primo de Annibale. *Ad Druentiam flumen peruenit. Is & ipse Alpinus amnis longe omnium Gallia fluminū difficilimus transitu est. Nam quum aqua vim vehat ingentem, non tamen nauiū patiens est: quia nullis coërcitus ripis, pluribus simul, neque iisdē alueis fluēs, noua sēper vada, nouósq. gurgites faciēs (& ob eadē pediti quoque incerta via est) ad hac saxa glareosa voluēs, nihil stabilis, nec tuti, ingredienti prabet.* ¶ *Duplicē q. per vrbē.* Arelatē, de qua in libro de claris vrbibus. ¶ *& dextra Rodanus dat nomina ripe.* Dextra ripa Rodani a Lugduno in mare decurrentis, est qua

141 A

169

273 D

204

parte ſunt Narbo, Toloſa, Hiſpania: de cuius ripæ nomine altero, ſiquid hîc ſignificatur, nihil comperi. ¶ *Magnum.* valde, aduerbium. * ¶ *aequoreæ te commendabo Garumnæ.* Garumnam non ſolum Geographi omnes, ſed etiam poëtæ, & hiſtorici celebrauerunt: inter quos duos nominabo antiquiſſimos Tibullum & Cæſarem. Quare autẽ appellet æquoream, facile intelliges, ſi legeris, quæ de eo flumine ſcribit Mela libro tertio: quem in Garumna aliquando iactatum fuiſſe aſſeuerare auſim, adeo ſcite eius depingit ingenium. Claudiani hoc vnum de illo adſcribam.

——— retro pernicior vnda Garumnæ,
Oceani pleno quotiens impellitur æſtu.

Alia de Garumna in carmen de Burdigala. Galli, autem, apud quos duo ſunt tantum genera, maſculinum & femininum, quod & ſermonis Punici proprium fuiſſe ſcribit Priſcianus libro quincto & ſexto, fluuiorum nomina, partim maſculino efferunt genere, vt *le Rein*, *le Rone*, ὁ Ρῆνος, ὁ Ροδανὸς: partim feminino, vt, *la Garonne*, *la Moſelle*, *la Durance*, id eſt, ἡ Garumna, ἡ Moſella, ἡ Durantia. Latini vero, qui neutro addito, tria habent genera, fluuios omni quidem genere extuliſſe leguntur: ſed maſculino tamen frequentius, quam neutro, & fẽminino vix vnquam, ſiquid Grammaticis credimus, niſi figurate. Ouidius enim cum dixit Albula potadeo libro quarto faſtorum, Albulam volunt accipi non fluuium, ſed aquam eius. Non placet ergo Grammatiſtę cuidam, quod Auſonius dixit Mátronam interſitam, dominam Moſellam, incertam Druentiam, æquoream Garumnam, pro interſito, domino, incerto, æquoreo, ſicut dixit Tibullus, in elegia ſeptima libri primi.

** Teſtis Arar, Rodanúſque celer, mágnuſque Garumna.*

In quibus ſi Auſonius patrium, & eius etiam terminationis proprium genus ſecutus eſt, nihil ille miretur: ſed legat auctores diligentius, & inueniet antiquioribus Latinis eo quoque, id eſt, feminino genere, non pauca fluuiorum nomina fuiſſe prolata, vt Aliam, Sagram, Cratæidem. De Alia enim Lucani verſus eſt libro ſeptimo, *Verſ 408*

Et damnata diu Romanis Alia factis.

De Sagra, Strabonis hæc ſunt verba libro ſexto. *Μετὰ δὲ Λοκροὺς Σάγρας. ὃν θηλυκῶς ὀνομάζουσι.* De Cratæidis genere nemo, puto, dubitare debet, poſtquam Plinius, & Solinus poſt Homerum, matrem Scyllæ id flumen fuiſſe fabulantur.

274A IN GRIPHVM, EDYLLIVM IV.

Franciſcus Syluius Ambianâs eruditam in Auſonij Griphum enodationem, vt appellauit, Lutetię edidit me admodum puerulo, quẽ paullo pleniorẽ cõmentarium is adire poterit, cui noſter breuior viſus fuerit. Eſt autẽ γρῖφος, ac neutro genere γρῖφον, ſagena, rete piſcatorium, quod & aſpirata littera in tenuem mutata γρῖπος, dicitur, id eſt Gripus in antiquis duobus libris, quibus vſus ſum, vt γριπεὺς, retia conſuentem, & piſca-

piscatorem significat. Γρῖφον, etiam per metaphoram appellarũt ęnigma, obscuram, intellectu solutúque difficilem quæstionem, inter compotandum propositam, Hesychio, Suida, & Eustathio auctoribus. Veteres enim illi Græci in symposijs suis sic faciebant. Quærebat quispiam non vulgare aliquid, plena vino patera, in medio posita: quod qui soluisset, pateram epotabat. Si vero non potuisset soluere, tum is, qui proposuerat, exhauriebat poculum. Sic certe Eustathius in vicesimum secundum Odysseæ. at Hesychius victo eam multam irrogari solitam, vt siue merum, siue aqua esset, quod in patera haberetur, id totum ipse biberet. Hoc itaque est Griphus siue Griphum. Et quod Plutarchus appellat *αἴνιγμα*, a piscatoribus Homero in Ienti litore propositum, *vers. 178*

Ὅσσ᾽ ἕλομεν λιπόμεσθα. ἃ δ᾽ οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα, id est,

Quæ cepimus, reliquimus, quæ autem non cepimus, ferimus, Hoc vocat Griphum Archias in epigrammate, quod extat libro tertio Anthologiæ, capite εἰς ὄρνις.

Εἰ δ᾽ ἑάλως, συγγνωστόν. ἐπεὶ καὶ χὠ ἱερὸς ὕμνων
Μαιονίδας, γρίφοις ἰχθυβόλων ἔθανεν.

¶ *Libellus ignobilis.* hic de Ternario numero. Symmachus autem ad quem mittuntur hęc, quis sit, fortasse cognosces ex ijs, quę commentati sumus in quartam epistolarum Ausonij ad Symmachum scriptam. ¶ *neq; indicio suo.* neque se ipse indicasset, & prodidisset. Sorex suo indicio perijt, explicat Erasmus, quid sit, adagium apud Terentium in actu quincto Eunuchi. ¶ *Velut gallinaceus Euclionis.* Gallus Gallinacius in Planti Aulularia: qui locũ, vbi Euclio ollã auri plenã defoderat, cœperat scalpurire vngulis circum circa. ¶ *Non illud Catullianum.* Præfatio ad Drepanium in Edyllium de Ambiguitate vitæ. ¶ *Sed ἀμουσότερον.* Græci ἄμουσον, cuius est hoc comparatium etiam in Symmachi quarta ad Ausonium epistola, dicunt, quod est indoctum, inelegans, a Musis alienum, vt pluribus disserit Erasmus in adagiorum opere. Contrarium est μουσικὸν, in Ausonij epistolarum quartadecima. Vetus autem Lugdunensis codex hic multa prætermittebat, sic habens. Sed ἀμουσότερον. diu quæsiui. In alijs verbum Græcum varie corruptum. ¶ *friuola gerris Siculis vaniora.* hoc est vanissima. Adagium exponit Erasmus. Idem autem vetus liber *hæc* addebat. *hæc friuola.* ¶ *Vt Aesculapius.* Esculapius in veteri libro, Apollinis filius, qui Hippolytum in epigrãmate vndeuicesimo memoratũ, ab equis discerptum, reuocauit in vitam. vnde pro Hippolyto Virbius fuit dictus: quemadmodum etiam in præfatione in centonem meminerit Ausonius. ¶ *aut vt Plato.* Hic enim in adolescentia scripserat amatoria, & alia poëmata: qui cum tragœdia certaturus esset, ante Dionysiacum theatrum, Socrate audito, combussit poëmata, dicens,

274B
427. Ioan. 6.
301.
453.
275A
19.
340.

Ἥφαιστε, πρόμολ᾽ ὧδε. Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει. id est.

Vulcane, adest huc. Plato sane nonnihil te eget.

Diogenes Laërtius in vita Platonis. Vulcanus autem deus ignis & ignis ipse. * ¶ *in expeditione.* Quum iretur ad bellum, sub Valentiniano

275B

Augusto, in Gallia Belgica, vti puto. ¶ *de Rubrij conuiuio.* Diu nos torsit locus hic, qui ludibrij pro Rubrij habebat. Primū Auarico Biturigū, vbi ius profitebatur, me monuit de germana scriptura vir doctissimus Iacobus Cuiacius: deinde librum ipsum vetustum misit, in quo Rubrij fuit, ꝓ ludibrij. Hic autem Rubrius ille, de quo hæc inter alia Ciceronis verba sūt in oratione in Verrē, quę de Pręturа vrbana inscribitur. *Tū Rubrius istius comites inuitat. eos omnes Verres certiores facit, quid opus esset. Mature veniūt. discūbitur. fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur. Hoc spes hortatur. poscunt maioribus poculis. Celebratur omnium sermone lætitiáq; conuiuium.* Vide Asconium, & pergræcari, Philotesius crater, in Erasmi Adagijs. ¶ *de Flacci ecloca.* Horatij ode nonadecima libri tertij. Quid autē ecloga, diximus in Cupidinem cruci affixū. ¶ *impinguas spongiā.* Alludit ad historiā de pictore, quā refert Valerius Maximus libri octaui capite vndecimo. qui cum pingeret equū, & hęreret, quomodo eius naribus spumas pulchre adijceret, indignatus, spongiā omnibus imbutam coloribus forte iuxta se positā apprehēdit: & veluti corrupturus opus suū, tabulæ illisit: casúq; effecit, quod arte nō poterat.* ¶ *dum bibo.* inter prandendū, & paulo antequā cenarē. ¶ *Sit ergo examen.* In iudicādo de meo carmine, habe rationē materię, & tēporis. ¶ *acutis naribus.* Apud Erasmū prouerbia, Naso suspendere, & Frontē contrahere. ¶ *erutis.* inuentis, & excogitatis.* ¶ *tempora.* tria Præsens, Præteritum & Futurū. Si enim plura fuerint, ex ijs componuntur. Ceterum *neclego* pro *neglexi* fuit in vetusto codice. ¶ *genera.* Et hæc tantum tria masculinum, femininum, neutrum. ¶ *gradus.* Hi sunt tres, positiuus, comparatiuus, superlatiuus dicti grammaticis. ¶ *nouem naturalia.* id est principalia, originalia, & primiformia, vt appellāt. Illa tamen alij plura faciunt, alij pauciora, de quibus lege Terentianū, Victorinū, Diomedē, Seruiū. ¶ *librósque medicininos. libros medicinæ,* vetus ille codex Lugdunensis. Tilianus *medicinos.* ¶ *ter maximum. Τρισμέγιστον ἑρμῆν. Trimaximum Hermen,* Lugdunēsis liber. Hermes, Ægyptius sapiēs fuit ante Pharaonem, τρισμέγιστος, inquit Suidas, id est ter maximus cognominatus, quod de trinitate locutus sit, in ea vnam esse deitatem asserens. Alij Ter maximum dictum volunt, quod maximus sapiens, & rex, & sacerdos esset. Hunc Cicero tertio de natura deorum, quinctum inter Mercurios numerat, & Lactantius ex Cicerone primo Institutionum: qui in libro de ira Dei, Platone, Pythagora, septemque illis Sapientibus longe antiquiorē facit. Nescio, an eius sint, quæ Mercurij Trismegisti nomine, Philosophica circumferuntur.* ¶ *& amatorem primum Philosophiæ.* Primum omnium Philosophum se ipse appellauit Pythagoras. alij ante illum se σοφούς, id est sapientes, & doctos, Græci nuncupabant. Diogenes & alij. ¶ *Varronisque numeros.* Interciderunt, quæ de numeris scripserat Marcus Terentius Varro. Meminerunt Macrobius & Aulus Gellius. ¶ *eiusmodi edyllia.* epyllia libri membranei. Ita & post Centonem ad Paulum

224.b. 276 277 A 277 B 359

Paulum edyllia & epyllia. Quid edyllium, iam diximus in primum edyllium. Ἐπύλλιον diminutiuum & ipsum, ab ἔπος, quod versum & carmen significat. ¶ *Nihil futura.* Fortasse nihili futura. parui factum iri. ¶ *vt sine nodo.* sine difficultate & obscuritate. Prouerbium explicatur ab Erasmo Nodum in scirpo quaeris. ¶ *cui nihil neque non lectum est.* Sic veteres codices. alij *cui nihil neque neglectũ est.* ¶ *me vt requiras.* me eorũ interpretẽ. ¶ *me desideres.* verba Phędrię ad Thaidẽ, in primo actu Terẽtianę Eunuchi.

¶ *Ter bibe.* Quot sunt Gratię. ¶ *totiens ternos.* Ter terna nouem: quot sunt Musae. Gellius noctium Atticarum libro decimotertio, & Erasmus in primo prouerbio centuriae tertiae, chiliadis secundae. ¶ *Cubum.* Κῦβος Latinis tessera. Cubus numerus appellatur numerus productus ex multiplicatione sui in se primum deinde in productum ex ea multiplicatione numerum: vt hic ter terna, fiunt nouem: & ter nouena, viginti septem. hic numerus viginti septem appellatur cubus. *Carbum* autem pro *cubum* reperit scriptum Mariangelus, quemadmodum & nos. De qua scriptura nos plura in epistolam nonam. ¶ *Omnia in istis* tribus & nouem, ¶ *Forma hominis coepti.* Hippocrates in libro de natura foetus siue pueri, auctor est, in matris vtero marem diebus triginta (hîc tres decades) formari: mense vero tertio moueri incipere. *coepit* autem pro *coepti* vetus liber, sic per diphthongum. ¶ *Plenique exactio partus.* nono mense. Vide tamen, quae de partu, eiúsque tempore Hippocrates & Galenus tradiderunt. ¶ *Quique nouem nouies.* vt vitae humanae curriculum sit vnus & octognita anni. Censorinus de annis climactericis. ¶ *Tres Ope progeniti.* Rheae quae Latinis Ops, & Saturni, tres filij fuerunt, Iupiter, Neptunus, Pluto. ¶ *tres ordine Parcae.* Lachesis, Clotho, Atropos apud Fulgentium, Seruium, Hesiodum, tres sorores in litteris ad Axium Paulum semigraecis. Graecam autem ει diphthongum quum modo in e longum, modo in i Latini vertere soleant, τρεῖς non solum tres dicere potuerunt, sed etiam tris, sicut scribebat vetus exemplar passim, non solum quum Accusatiuus casus, sed etiam cum nominatiuus esset. ¶ *Vesta, Ceres, & Iuno.* has tres sorores filias Saturni ex Ope, eodem prorsus ordine & modo, nominauit. Hesiodus in Theogonia,

Ἱστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον,

Sed Ausonij versum emendatores indocti corruperunt. Antiquissima Parisiensis editio habet cum exemplari vetusto Lugdunensi, *Vesta, Ceres, & Iuno, decus muliebre.* Siluius inuenit in Veneta, *Vesta, Ceres, Iuno sexus muliebre.* nec prorsus reiicit, quia Nonius Marcellus, & Priscianus libro quincto, per Plautum, Sisennam, Sallustium probent, *Sexus* non tantum masculini generis esse, verum etiam neutri, & dici, Hoc sexus, huius sexi, sicut hoc vulgus, huius vulgi. Censuit vero Mariangelus in Solinum non sexus, nec decus, sed secus, ipsius sexus

278A cap. 11.

443.

728B

458.

278C

significatione, pro ijs prorsus legendũ esse. Sic monuit Scholiastes Pulmannus: nec nunc Diatribarum Mariangeli nobis copia est, vt quibus rationibus suam fulciat emendationem, inspiciamus. Ceterum quem locum Carisij citare audio, *Secus neutri generis nomen. vnde & Sallustius virile secus dixit, hoc est virilis sexus. quod per omnes casus integra forma declinatur. Fit secus & aduerbium, &c.* miror, quod *secus* legisse videatur Carisius, vbi *sexus* Nonius Marcellus. De eodem verbo quædam rursus monebuntur, in versum nonagesimum tertium Technopægnij. ¶ *Inde*
293
558
trisulca. trifida, vt appellauit Paulinus in priore ad Ausonium epistola, tres acies habentia. Plinius libro secundo, fulminum tria ponit genera
Cap. 51
Ver. 649
Siccum, humidum, clarum. Seruius in secundum Æneidos tria, quod afflat, quod findit, quod incendit. Plura de ijs Cælius Rhodiginus. ¶ *Cerberus inde*. Cur sit dictus Cerberus Triceps, ostendere conantur Fulgentius in Mythologicis, Beroaldus in Appuleium, Seruius in Virgilium. ¶ *Inde Tridens*. Neptuni sceptrũ à tribus dentibus. ¶ *triplexque Helenes*.
33
De hoc monuimus in epigramma quinquagesimum quintum. ¶ *Ter*
17
noua Nestoreos. Annotatum & hoc in epigramma duodeuicesimum. Parcas autem fingunt nere vitam nostram poëtæ. ¶ *Et totiens trino*. id est, ter terno. Nouem hominis ætates cornix viuere tradita Hesiodo. Vide
309
carmen de ætatibus animalium, Plinium, & Erasmum in prouerbio Cornice viuacior. ¶ *Vincunt æripedes*. Edyllium de Ætatibus animalium.
279
* ¶ *Phœbeius Oscen*. Coruus, quem ex albo nigrum fecit Apollo secũdo Metamorphoseon Ouidij, & apud Hyginum. ¶ *Gangeticus ales*. Phœnix ad Gangem fluuium Indiæ. ¶ *Cinnameo*. Cinnamum arboris genus. Solinus Phœnicem auem cinnamis rogos suos, Plinius casia thurisque surculis nidum construere, replere odoribus, & superemori, tradit. ¶ *radiatus tempora*. Hoc illud est, quod Plinius ait, *auri fulgore circa colla*, De Phœnice lege edyllium de ætatibus animalium. ¶ *Tergemina est Heca-*
Ver. 311
te. ex quarto Æneidos. Cælius Rhodiginus de hac multa. ¶ *Tres chari-*
61
tes. Epigramma centesimum & quartum decimum. ¶ *tria fata*. Quę septimo versu fuerunt numeratæ tres Parcæ, Fata etiam appellantur Fulgentio in Mythologicis. ¶ *triplex vox*. acuta, grauis, media, vt triplex accentus apud Grammaticos. ¶ *trina elementa*. Alij libri, *terna elem.* Quæ autem elementa vulgo appellantur. hæc quattuor esse, confirmat Aristoteles in libris de cælo, Terram, Aquam, Aërem, Ignem. Quidam tria tantum agnoscunt. Ignem sustulerunt. in quibus est Laurentius Valla primo de Dialectica. * ¶ *tres in trinacria Sirenes*. Parthenope, Ligia, Leucosia, tres Sirenes in mari Siciliæ, quæ Trinacria. Ioannes Tzetzes historia quartadecima. ¶ *& omnia trina*. Nam Sirenes sunt tres volucres, quæ partem inferiorem Gallinaceam habebant, inquit Hyginus, et alas, vt vult Ouidius quinto Metamorphoseon. Sunt etiam tres Semideæ, & & tres semipuellæ, & in earum fabula ad ternarium numerum alia spectantia. Vetus tamen codex habebat, *omnia terna*: & ita se Siluius in

quibus-

quibuſdam exẽplaribus reperiſſe quoque monuit:ſed mendũ eſſe putauit,quod ſic a præcedentibus ſequẽtia diſiũgerentur, cum totos hic verſus atque tres inſequentes de iiſdem ſint Sirenibus. Verũ quid verbi eſt Siredones,quod pro Sirenes hoc modo habuit idem exemplar?

Tres In Trinacria Siredones omnia terna.

¶ *Ter tribus camenis*. Cum nouem Muſis Sirenas dicunt a Iunone perſuaſas,cantu certauiſſe,Muſáſque quũ viciſſent, Sirenibus euulſiſſe alas, & ex eis ſibi coronas feciſſe. Auctor Pauſanias in Bœoticis,& Stephanus in verbo Ἄπτερα. ¶ *Ore*, voce,*manu*,fide. *flatu*,buxo. Terna hæc ſic conferenda,id eſt,ore, fidibus,tibijs. Vide, quæ ſcripſimus in verſum ſeptuageſimum ſeptimum huius edyllij. * ¶ *Tres Sophiæ partes*. Philoſophia diuiditur in Moralem,Naturalem,& Logicam, Diogeni Laërtio in præfatione,& Senecæ in principio libri quartidecimi epiſtolarum ad Lucillium. ¶ *tria Punica bella*.primum,ſecundum,tertiũ,apud Titum Liuium, & alios memorantur,& in Vita humana. ¶ *trimeſtres*. Ternorum menſium. De his carmen eſt hexaſtichum infra. ¶ *Cælique vices*.mutationes. ¶ *noctiſque per umbram Tergemini vigiles*. Nox in duodecim horas,ſicut & dies,veteribus diuidebatur:cuius in quatuor diuiſæ, partes ternarum horarum,quattuor erant vigiliæ in caſtris. In iſtis autem vigilijs, qui tergemini hoc eſt terni vigiles? An quod vnicuique vigiliæ deputati tres milites,non ſimul omnes illi vigilarent totum id tempus, ſed per vices horum quiſque ſuam horam? ¶ *Ter clara inſtantis eos Signa canit*. Galli aues quum à media nocte canere incipiunt, Gallicinium appellari tempus id,& quum côticuere Conticinium,ſcribit Cenſorinus. Canunt autem,vt nos ad curas & laborem reuocent, quarta caſtrenſi vigilia, vt ait Plinius libro decimo, hoc eſt, inſtante eo tempore (ἠώς, aurora eſt & diluculum.vnde ἠῷος matutinus: & ἠῶον ipſum mane) ac appropinquante luce. Sed negat Mariangelus eos tunc ter canere:ideóque locum hunc de gallo intelligi poſſe non putat. Verum quid,ſi Auſonius ita aliquando viſus eſt ſibi audire, aut non ſatis meminerat, quod de terno cantu Gallorum ſcripſerat Plinius? quum ait, *Norunt ſidera, & ternas diſtingunt horas interdiu cantu*. * ¶ *ſerus deprenſo Marte*. Quũ gallus olim ſerus & tardus fuit ad excitandum Martem cum Venere dormientem. Ita Siluius hoc intellexit ex fabula, quã narrat Lucianus in Somnio ſeu Gallo. Quidam quondam fuit Marti deo belli in delicijs adoleſcens formoſus Ἀλεκτρυών. Sic gallum gallinaceũ vocãt Græci. Mars quotiens ad Venerem deam Vulcani coniugẽ noctu veniebat,quia timebat Solẽ,ne ſe deprehenderet cũ ea,& Vulcano nunciaret, Alectryonẽ ſecũ adducebat. Eũ foris ad hoſtiũ iubebat obſeruare,quũ Sol emergeret. Ceterum quadã nocte ſomnus Alectryonẽ oppreſſit:nec aduẽtantẽ Solẽ ſẽſit,qui Martem cum Venere dormientẽ deprehendit. Rem Vulcano ſtatim renunciauit:qui accurrit cõtinuo.retibus adulteros implicuit:& ſic vinctos, ceteris dijs ad id ſpectaculum conuocatis,oſtendit: *qui riſere diúque*.

Hh

279C 303 318 Cap. 11 279 D

Vers. 189 *Hæc fuit in toto notissima fabula cælo,*

vt scribit Ouidius quarto Metamorphóseon. Suo itaque satelliti, excubitoríque Mars grauiter ob istum veternum iratus, ex homine fecit auem cum galea & crista sua, ceterísque, quibus tum excubabat, armis. Ex eóque Martiales aues, miseri scilicet illius Alectryonis genus, auito periculo & pœna sapientes, vigilantiores fuerunt, diligentiorésque ad Solis aduentum dijs omnibus, hominibúsque prænunciandũ diu ante, quã exoriatur. Hic autem *deprenso Marte*, sicut in cupidine cruci affixo, *Deprenso Mauorte*, quum in vetusto Lugdunensi libro esset, depenso sine r. ¶ *Et qui conceptus.* Hercules. ¶ *Vespere.* tempore, tenebris vnius noctis tam longæ quam sint tres aliç. De fabula hac est Plauti Amphitruo. ¶ *Iussa.* ab Eurystheo. De quater ternis, id est duodecim laboribus Herculis, est epigramma vltimum. *Opima* quæ sint, diximus in versum octogesimum tertium Technopęgnij: ceterum hîc pro *suspendit opima, adfixit pigma*, vetus exemplar, ac tropæis sine spiritu scribebat, sicut suum Greci τρόπαιον * ¶ Et *Lyrici.* nouem, in epigrammate tricesimo primo, & totidem Musæ, quæ Mnemosynę dicuntur hoc loco, quum Μνημοσύνη, id est memoria, Musarũ mater vocetur in extrema Theogonia Hesiodi, & in epistola Ausonij quincta & quinctadecima. ¶ *Tris solas*, Duo simulachra Apollinis memorat Macrobius primo Saturnaliorum, quorum neutrum Musas, sed alterum tres Charites manu dextera, arcum sinistra cum sagittis gestaret. ¶ *Sed Citheron totiens ternas ex ære sacrauit.* Sic Parisiense nouũ, & Lugdunese vetus exemplar. Sed Citheron sic corripit secundam syllabã, quę naturaliter lõga est, vt apud Virgiliũ, tertio Georgicôn,

Virg. 43 *Rumpe moras. vocat ingenti clamore Citheron.*

Scribitur enim suis Græcis Κιθαιρὼν, id est Cithæron. Aldus Manutius, quod Siluius monuit, edidit,

Sacrauit totiens ternas ex ære Cithæron.

& Lilius Gregorius in priore Syntagmate de Musis castigabat,

Sed Sicyon totiens ternas ex ære sacrauit.

Verum potest Ausonius ex diphthongo vocalium alteram sustulisse hoc loco, sicut fecit in *solecismus* in epigrammate centesimo & vicesimo nono, syllabæ corripiendæ gratia: & *Citheron*, quomodo liber antiquus habebat, pro Cithæron, scripsisse.* Est autem mons & Saltus Bœotiæ Cithæron: & in Bœotia, multa sunt loca Musis & Baccho sacra: quare Cithæronem fortasse posuerit Ausonius pro aliqua Bœotię ciuitate. scribit Pausanias, in ea Græciæ prouincia fuisse ternas trium insigniũ artificum statuas Musarũ. ¶ *qui sex spreuisse.* Quũ Iodocus Badius pro *sex spreuisse, se spreuisse* edidisset, michael humelbergius *sex perijsse* emẽdãdũ putauit. Sed Lugdunensis vetus codex sex prebuisse habebat: quod ad illud, sex spreuisse propius accedit. Quod autẽ hîc significatur de triplicato Musarũ numero, id Ausoniũ legisse puto apud Marcũ Varronẽ: ex cuius libris, qui interciderũt, sic repetit Augustinus libro secundo de doctrina Christiana. *Non audiendi sunt errores gentilium superstitionũ, qui nouẽ Musas Iouis & Me-*

[Margin: 240; 78; 292; 280 A; 23; 433. 456; 74; 280 B]

moriæ filias esse finxerunt. Refellit Varro, quo, nescio, vtrum apud eos quisquam talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim ciuitatem nescio quam (nec enim recolo nomẽ) locasse apud tres artifices terna simulachra Musarum, quæ in templo Apollinis dono poneret: vt quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimũ emeret. Itaque contigisse, vt opera sua illi artifices æque pulchra explicarẽt: & placuisse ciuitati omnes nouem: atque omnes emptas esse, vt in Apollinis templo dedicarentur: quibus postea dicit Hesiodum poëtam imposuisse vocabula. * *Non ergo Iuppiter nouem musas genuit, sed fabri tres, ter ternas fecerunt. Tres autem propterea ciuitas illa locauerat, non quia in somnis ea viderat, aut tot se cuiusquam illorum oculis demonstrauerant, sed quia facile erat animaduertere, omnem sonum, qui materies cantilenarum est, triformem esse natura. Aut enim editur voce, sicut est eorum, qui faucibus sine instrumento canunt: aut flatu, sicut tubarum, & tibiarum: aut pulsu, sicut citharis & tympanis, & quibusdam alijs, quæ percutiendo sonora sunt.* Hæc Augustinus. Locauerant igitur illi nouem faciendas Musas, sed ex quibus tres solũ, quas pulcherrimas iudicassent, eligere dedicaréque constituerant. Ceterum ter ternas illas, tres illi artifices quum æque pulchras reddidissent, ex ijs tres tantum dedicare, & sex reliquas spernere, religio fuit. Consecrarunt itaque illas omnes nouem: atque inde origo nouẽ musarum pro tribus. ¶ *Trina Tarentino.* Sic veteres nostri codices, & Zosimus, auctor Græc*. alij libri fere *Terentino.* Ita locus ille, Terentus & Tarentus, sine Terentum & Tarentum in Valerij, Censorini, Festi, & aliorum exemplaribus variatur, vnde dicti fuerunt ludi Tarentini. Idem sunt Sęculares ludi, qui confecto sęculo, id est, centesimo quoque anno referebãtur. Fiebant antẽ ter in anno, noctu, & tribus noctibus cõtinuatis. De ijs est caput quinquagesimum octauum Miscellaneorum Politiani, & liber nuper editus ab Onuphrio Veronensi. ¶ *bis genito.* ex semele primum, deinde ex femore Iouis. * ¶ *Thebis.* in Bœotia. ¶ *Trieterica.* triennalia. Liberi enim sacra tertio quoque anno innouabantur. quæ & noctu fiebant, vnde Nyctelia sunt dicta ἀπὸ τῆς νυκτός, id est a nocte: & ipse Bacchus Νυκτέλιος. Seruius in quartum Æneidos. Lilius Gregorius de dijs gentium. ¶ *Thris primus Tracum.* Trax & Mirmillo gladitores in versu centesimo & secundo Technophægnij. Mendosum puto, quod Phęacum pro Thracum scriberit vetus codex, duabus syllabis correptis, quæ natura longæ sunt, vt, in versu centesimo & septimo eiusdem edyllij, ac apud omnes alios poëtas, vel nescio qua necessitate in vnã cõtractis. ¶ *tribus ordine sellis.* Idem exemplar *bellis* pro *sellis.* * ¶ *Iuniadæ patrio inferias misere sepulchro.* idem liber. alij, *Iuliadæ patri inferias misere sepulto:* sed qui fuerint isti Iuliadæ? Iuniadæ vero sunt filij Iunij Bruti, non illius primi Consulis, sed alterius ad annum ab Vrbe condita quadringentesimum & nonagesimum. Sic enim Valerius Maximus libro secundo de institutis antiquis. *Gladiatorum munus primum Romæ datum est in*

280 e

280D

vers. 102.

194.

280E

foro Boario, Appio claudio, Quincto Fulvio Consulibus. dederant Marcus & Decimus filij Bruti, funebri memoria, patris cineres honorando. Hęc ille. Rē narrauerat Titus Liuius libro sextodecimo, q si extaret totus, nō esset hic dubitandū, quę sint tres illæ pugnę, & sellę. Vide hūc Ausonij locum libri primi capite vicesimo secūdo Παρέργων Alciati, & quę pręterea annotauimus de istis muneribus gladiatorijs in extremū carmē de Ferijs Romanis. ¶ *Illa etiā.* Sphinx Orthi canis, & Chimerę filia est, in Hesiodi Theogonia. cui monstro portētóue tricorpori, vt appellatur in versu Technopęgnij nonagesimo secundo, caput manus, vocē virginis: alas auis, caudā serpētis, vngues leonis, reliquum corpus canis multi appingūt. * Hoc autem proponebat Sphinx ęnigma, Quod animal & bipes, & tripes, & quadrupes idē esset. Soluēti pręmiū erat Iocastę Thebanorū reginę cōnubiū. Soluit Oedipus, hominē illud esse animal, quod infans, quattuor pedibus ingrederetur: auctus ętate, duobus: & senio iam cōfectus, tribus, baculo, scilicet innitēs. Duxit itaque ille vxorē reginā Iocastā matrem nimirum suam, vt diximus in epigramma centesimū & tricesimū. In hac tamen fabula Suidas paullo aliter, quam Diodorus, Hyginus, Tzetzes, in octauū versum Cassandræ Lycophronis. Mirantur autē noui Grammatici, cur Ausonius syllabā pes in bipes & tripes corripiat, quam Virgilius, & alij producunt. ¶ *Aoniam.* Bœotiam, cuius metropolis Thebæ. * ¶ *Trina in Tarpeio.* Hic mons, Varrone auctore libro quarto de lingua Latina, primū a Saturno Saturnius dictus fuit. deinde Tarpeius à Tarpeia Virgine illic a Sabinis necata armis, & sepulta. postremo capitoliū a capite hominis ibi inuento, quum fundamēta foderentur tēpli Iouis (Capitoliū & hoc appellatum cum tota arce) quod vouerat in prœlio Tarquinius Priscus. cōdidit Tarquinius Superbus, & exactis regibus dedicauit Horatius Puluillus. Rē narrat Liuius libro primo & secundo. In Capitolio quoque erant sacella Iouis, Iunonis, Mineruæ, atque illius in harum medio. His adde, quæ de hoc annotauimus in Narbonē. ¶ *Tergenus artes.* hoc, vt cetera id genus, dictū est, pro, triū generū. ¶ *Parietibus qui saxa locat.* Latomus. Proceleusmaticus pro dactylo, vt apud virgiliū. ¶ *qui culmina.* vulgo carpētarius, faber lignarius. * ¶ *Et qui fucat tectoria.* ipse tector dictus, quique tectorio albarióue opere domū exornat. ¶ *Bromij.* Bachi. Vini. ¶ *quadrantal.* Genus est vasis, à forma quadrata dictū, quod pedis esset quadrati, cubo seu tesserę simile. De illo Budæus in libris de Asse, & de eo, quod sequitur. ¶ *Sicana medimna.* An neutro plurali? Medimnus enim & medimnū legi, sed nō medimna singulari numero. Fuit autem medimnū Sicanum, id est Siculū & Atticū, & Romanū, vt ex Budęo, & Agricola cognosces. ¶ *Hoc tribus.* Volusij Męciani Iurisconsulti verba sunt de Romanorū mensuris. *Mensura liquoris, atque grani expeditior & forma, & appellatio est. Nā quadrantal, quod nunc pleriq; Amphorā vocāt, habet vrnas duas, modios tres, semodios sex, cōgios octo.* ¶ *& hoc geminis tribus.* Medimnū senos modios capiebat, & pinde bina quadrātalia. ¶ *In physicis.* Ad rerū naturalium

Marginalia: 334 B; 293; 280 F; 280 G; 207 P; 281 A

um generationem (φύσις naturam significat, vnde φυσικὸς) tria necessaria, Deus, primus rerũ omnium auctor. Mundus, vnde materia. Forma, quę materiã informat, θεὸς, ὕλη, ἰδέα, apud Plutarchum primo de placitis philosophorum. ¶ *Tergenus omnigenum.* Omne quod gignitur, est triũ generum. In omni generatione tria inueniuntur, vt in hominũ genere, Pater, mater, filius. *¶ *Per trinas species trigonor nmolinea currit.* Membraneus liber, *regula* pro *linea*. Ceterum Ausonius tam hic quam in edyllio duodecimo, & Marcianus Capella, cur in trigono terragonóque sine necessitate syllabam natura longam corripuerint, miror. Non semel productam Manilio viderant, vt libro secundo. 3. 31431

Et quæcunque tamen dicuntur signa trigona.

Sunt autem τριγώνων, id est triangulorum, genera tria quæ, & in præfatione in Centonẽ, ex elementis geometricis, appellantur ἰσόπλευρον, quod ęquilatus vertit Ausonius, alij æquilaterũ. ἰσοσκελὲς, crure pari, Ausonio dictum, alijs quibusdam æquicrurium. & σκαληνὸν, quod trium est disparium laterum. Qui deinceps sequuntur nouem versus de numeris, tenebræ mihi sunt plane Cimmeriæ. ¶ *Cum grege ter trino.* Vetus liber, *Congreget & terno.* lego, congrege ter terno, vt in epistolæ duodecimæ ad Paulum versu vicesimo primo, *congrege vulgo.* Si ergo numerum perfectum, vt puto, hic appellet Ausonius, numerum ternarium, huius loci sensus esse poterit, ex ter ternis fieri nouem, & nouem in ter terna resolui. ¶ *Tris primus.* legitur &, tres primus. ¶ *Qui medius quinque & septem.* Vetus exemplar. *Vt tris sic quinque & septem.* ¶ *Cubo pereunte.* Coebo & hic pro cubo, editio Ascensiana, & vetus liber: & præterea *pergente* pro *pereunte* idem vetus *¶ *tabulæ ter quaternæ.* id est duodecim. vnde leges duodecim tabularum dictæ. de quibus Titus Liuius libro tertio, & Pomponius Iurisconsultus in Iustiniani pandectis. ¶ *& populi commune.* publicum. Alij aliter ius diuidunt, vt Vlpianus libro primo institutionum, in duo membra, in ius publicum & priuatum. Publicum, quod vtilitatem reipublicæ spectat: & in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit Priuatum vero, quod ad vtilitatem singulorum pertinet. Quod & dicit tripartitum esse, nem, e collectum ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. ¶ *Interdictorum.* Præter Siluium, est hunc locum interpretatus Andreas Alciatus libri decimi capite septimo Parergon. Sunt autem illa Interdictorum genera, Recuperandæ possessionis, Retinendæ, & Adipiscendæ. ¶ *vnde repulsus Vi fuero.* Interdictum Recuperandæ possessionis, Vnde vi. ¶ *aut vtrobi.* Retinendæ possessionis, Vtrobi (alij Vtrubi legunt) id est, vtro in loco res, de qua agitur, maiore parte anni fuit. ¶ *quorúmue bonorum.* Interdictum Adipiscendæ possessionis. Est titulus de Interdictis libro quarto Institutionum, & libro quadragesimo tertio digestorum, & libro octauo codicis Iustiniani. *¶ *Triplex libertas.* Liberi fiunt aut Censu, aut Vindicta, aut Testamento, vt auctor est

341.

447.

ff de orig. iuris.
ff de Iust. et Iure

Marcus Tullius in Topicis. Alia est libertatis diuisio in capite quincto libri primi institutionum eiusdem Iustiniani. ¶ *Capitísque minutio.* Capitis diminutio est prioris status mutatio. Ea triplex, appellatur Maxima, Minor quam quidam mediam vocant, & Minima. Tria enim sunt quæ habemus, inquit Paulus libro secundo ad Sabinum, Libertatem, Ciuitatem, Familiam. Igitur cum hæc omnia amittimus, Maxima: quum vero amittimus ciuitatem, at libertatem retinemus, Media: quum autem & libertas & ciuitas retinetur, familia tantum mutatur, Minima est capitis diminutio. Institutionum Iustiniani libri primi caput sextum decimum, & libri quarti pandectarum titulus quinctus est de Capitis diminutione. ¶ *trinum dicendi genus.* Quos χαρακτῆρας, Græci vocant, Vberem, Gracilem, Mediocrem. Quinctilianus libro duodecimo, & Aulus Gellius libro septimo. ¶ *Qualogos.* Fortasse rectius Cui logos, vti & Siluius etiam existimat. Λόγος, ratio. μέθοδος, via breuis. ἐμπειρία, experientia vnde tria medicorum genera, Logici qui & Dogmatici, Methodici, & Empirici. De ijs Galenus in libris de sectis, & alijs multis in locis. * ¶ *Tres oratorum cultus.* Tria oratorum genera apud Ciceronem in Bruto & Quinctilianum libro duodecimo, Attici, pressi, & integri. Asiani, inflati & redundantes. Rhodij, medij, & velut ex alijs misti. ¶ *regnata Colosso.* Aliquem aliquando in insula Rhodo regnasse colossi nomine, legere non memini, sed illic fuisse multas prodigiosæ magnitudinis statuas æreas, quæ colossi dicerentur, Plinius, Lucianus, & alij sunt auctores. Quorum Colossorum maximum plerique Solis, alij Iouis, fuisse simulachrum, dixerunt: cuius altitudo est septuaginta cubitorum apud Plinium libro tricesimoquarto: ideóque veteres inter orbis terræ miracula septimum numerarunt. Pro quibus septuaginta cubitis, octoginta quidem sunt in Simonidæ iambico, capite sexto libri quarti Græcorum epigrammatum,

282 c

Cap. 10.

cap. 7.

> Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
> Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

282 D

* Sed ἑπτάκις pro ὀκτάκις, vt & χάρης pro Λάχης, idem carmen habet apud Strabonem libro quartodecimo: & Festus centum & quinque pedes altum fuisse scribit, qui sunt septuaginta illi cubiti. Rhodios autem nescio vbi viderit Siluius ab illo suo colosso Colossenses appellari, ceterum Latinus epistolarum Diui Pauli interpres, quos dixit Paulus Colossenses, hos à ciuitate sua Colossis ita nuncupatos scribit, quas Κολοσσαὶ idem Paulus in extremis suis litteris, ac Strabo libro duodecimo, in Asia constituunt non procul a Laodicéa, Hierápoli, Apaméa. ¶ *Actæa.* Atticæ vel litorales. Seruius in vicesimum quartum versum secundi Bucolici

lici Virgilij. Acta Litus, in versu tricesimo nono epistolarum Ausonij tertiædecimæ. ¶ *Et quem.* cultum, genus oratorum Asianum. ¶ *de scenis.* Vbi fabulæ agebantur. ¶ *tetrica ad subsellia.* ad iudicialia, forensiaque subsellia, in fora & curias. ¶ *Prosa Asiæ.* non sola hæc, sed Attica etiam & Rhodia. Quid sit prosa, diximus in carmen vicesimum secundum de Professoribus. ¶ *in caussis.* in agendis orandísque causis. Demosthenis, Ciceronis, & aliorum oratorum oratio dicitur Prosa, Solutáque: Homeri, Virgilij, & aliorum Poëtarum, Ligata, Vincta, Connexa. Soluta tamen illa non est prorsus soluta nec libera. Cicero tertio de Oratore. *Versus enim, veteres illi, in hac soluta oratione propemodum, hoc est, numeros quosdam nobis esse adhibendos putauerunt.* Sed idem Cicero plura de hoc in Oratore & Bruto, ac Quinctilianus libro nono de Compositione. * ¶ *Orpheus in tripodes. quia sunt tria Terra, Aqua, Flammæ.* Sic reperit scriptum Siluius: itáque habent omnia quæ vidimus, noua exemplaria. Sed vetus Lugdunense, *hinc* pro *in*: *& flamma*, nisi fallor, pro flammæ. Vix enim potuit legi huius verbi finis. Orpheus autem ego in genitiuum Orphéos mutarem, ac sic legerem,

451

166

282 C

Orphéos hinc tripodes, quia sunt tria, Terra, Aqua, Flamma. tripodésque pro τριπόδης acciperem. quemadmodum, τριπόδης ἑπταπόδης, ὀκταπόδης inueniuntur in operibus & diebus Hesiodi, pro τρίπους, ἑπτάπους, ὀκτάπους, vt tria hæc terra, aqua ignis non plures sint tripodes, sed tripus duntaxat vnus. Τρίπους autem quum sit idem, quod tripes: & tripus ille Apollinis apud Delphos, alijque tripodes, siue mensa fuit, siue vas, siue aliquid aliud, quod tribus pedibus sustineretur, non satis video, quem vocet Ausonius Orphei poëtę vetustissimi tripodem, ideóne tantum per metaphoram quandam illa rerum principia, Orpheo posita, numero tria, quot in tripode pedes fuerunt: an vero carmen aliquod Orphei de tribus illis principijs, vel etiam de ternario numero. Non enim primus fuit inter veteres Ausonius, qui de ternario numero luserit: & miror, si τριασμοὺς Ionis Chij poëtę & philosophi, multis sæculis antiquioris, non legerat, aut si legerat, quo modo non meminerit: quos fuerunt qui Orpheo illi Thraci attribuerent, vt ex Harpocratione, & alijs ostendit Lilius Gregorius in Dialogis de poëtis. Interciderunt autem Orphei scripta in quibus disserebatur de rerum principijs: ceterum quam memorat Ausonius aquam inter illa, hæc nulla est apud Suidam, sed nox quædam atque Chaos. * ¶ *Triplex sideribus positus.* Gripus hic non minus mihi obscurus, quam prior. Positus, posititio positura, situs, idem apud Lucretium, Ciceronem, Propertium, Ouidium, & alios Latinos: verum distantia stellarum siquid ad situm pertinet, quomodo forma & modus ad eundem? Adiectiuum tamen triplex ad distantiam, formam, & modum æque referendũ putẽ

282D

atq; ad positum, vt quattuor illa, singula sint triplicia. Primum enim sidera sic a POSITV diuidunt, vt alia in zodiaco sita dicant, alia citra, alia vltra zodiacum, Sic enim Proculus in extremo cōmentariolo de Sphæra. Deinde *distantiam* in illis faciunt triplicem, Lōgitudinem, a principio Arietis secundum circulum eclipticum: Latitudinem, ab eodem ecliptico: Declinationem ab æquinoctiali circulo vltro citróque. Ita Ptolemæus & alij. Quod autem ad *formam* attinet, Stoici stellas asserunt esse globosas, sicut Mundum, & solem, & lunam. Cleantes, Κωνοειδεῖς; hoc est turbinales, vt Budæus hoc vertit. Anaximenes, clauorū in modum Crystallaceo quodē suffixas. Addit quidem Plutarchus secundo de Placitis Philosophorum, formam quartam, quod existimauerint quidam Stellas quasi quasdam esse bracteas ignitas, sed istos clauos & bracteas, pro eodem potest accipisse Ausonius. Modi denique, qui τρόποι τόνοίq; Græcis nominantur, tametsi septem pluresque numerantur in Cassiodori, Seuerini, Ptolemęi, Plutarchi, Euclidis, Aristoxeni, Musicis: tamen scribit Ptolemęus secundo Harmonicorum, tres inter illos fuisse antiquissimos, primósque omnium obseruatos, Dorium, Phrygium, Lydium. Alij sunt ab his facti, Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, Mixolydius, quos in sua cælesti musica constituebat Pythagoras, sicut scribit Plinius libro secundo. * ¶ *Et genitrix modulorum.* Musica Cassiodoro definitur, bene modulandi, numerorúmque scientia. distribuiturque tripartito, in Harmonicam, Rhythmicam, Crusmaticam. quam Seuerinus Boethius libro primo Musicorum, in Mundanam diuidit, & Humanam, & in eam quę in quibusdam consistit instrumentis. ¶ *Mista libris de qua* scripti libri: si hoc inter genera Musicæ referri debeat. ¶ *secreta astris*. Mundana Seuerino nuncupata: & quam Pythagoras in cælestibus sphæris audiebat harmoniam. de qua plura Aurelius Macrobius in somnium Scipionis. ¶ *Vulgata theatris*. qua per theatra in ludis & fabulis, ac alibi, vtuntur artifices: & quam in quibusdam instrumentis consistere dixit Seuerinus. Quorum instrumentorū tria sunt quoq; genera apud Cassiodorū, Pulsatilia, Tensilia, Inflatilia. Vide versum vicesimum tertium. * ¶ *Martia Roma.* Quā condidit filius Martis Romulus. ¶ *triplex*. tres illic ordines, Senatorius, Equester, Plebeius. ¶ *Hoc numero Tribus*. Tres Tribus, tres Equitum turmę, tres Centuriæ, sunt Rhamnenses, Tatienses, Luceres, apud Titum Liuium primo. ¶ *Sacro de monte Tribuni.* Quum plebs Romana *a patribus secessisset, anno fere septimodecimo post reges exactos, Tribunos sibi in monte sacro creauit: qui essent Plebeij magistratus. Dicti tribuni, quod olim in tres partes diuisus populus erat: & ex singulis singuli creabātur. vel quia tribuum suffragio creabantur.* Pōponius Iurisconsultus libro primo digestorū Iustiniani, titulo de origine Iuris. Porro mons ille Festo Pōpeio, & Tito Liuio libro secundo, auctoribus, fuit trans Anienem, fluuium, sacer cognominatus, quod eum plebs, quæ eo a patribus secesserat, creatis Tribunis plebis, qui sibi essent auxilio, descēdens, Ioui consecrauit. ¶ *Tres equitum turmæ.*

Versus

Cap. 21

183 A

283 B

Versus quingentesimus & sexagesimus quinti Æneídos Virgilij est,

Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur

Ductores. ——— Vide antiquum eius interpretem. ¶ *Tria nomina nobiliorum.* Vt Marcus Tullius Cicero, Caius Iulius Cæsar. Vide Politiani Miscellaneorum caput tricesimum primum. * ¶ *nomina sunt chordis tria.* ὑπάτη, μέση, νήτη, id est, grauis, media, & acuta, apud eos, qui de Musica scripserunt. ¶ *Tria nomina mensi.* Calendę, Nonę, Idus. ¶ *Geryones triplex. Geryones triplices,* antiqui libri duo, & prima Parisiensis editio. In vno nanque Geryone tricorpore, tribembri, tricipite, tres singulari concordia, & eodem nomine fratres intelligunt veterum fabularũ interpretes. Græci quidem, qui nobis ista primi tradiderunt commenta de Geryone & eius bobus, Γηρυόνης per primam tantum declinationem inflectunt, Herodotus libro quarto, Dionysius primo, Strabo tertio, Plutarchus in Politicis, omnes denique, quantũ memini, veteres nouique, præter poëtas: qui, vt etiam monuit Priscianus libro sexto, ης in ευς interdum cõmutant, veluti Hesiodus in Theogonia: sed Latini Geryones non solum per primam more Græcorum, verum etiam per tertiam suam declinant, quod Sallustij auctoritate probat Seruius in versum sexcẽtesimum & sexagesimum secundum septimi Æneídos: quemadmodum veteres Orontæ, & Orontis ab recto Orontes: Herodę, & Herodis, ab Herodes: Orestæ & Orestis, ab Orestes, dixisse scribit Priscianus eodem sexto. Genitiuum ego Geryonis legi apud Silium versu quadringentesimo & vicesimo secundo libri tertij. Est & versu ducẽtesimo secundo octaui Æneídos. sed & hic legit Geryonæ Seruius, & quẽ habeo perãtiquum librum membraneum, scribit,

Tergemini nece Geryonæ, spoliisque superbus.

* Quod autẽ ad rectum Geryon attinet, quo vulgus vtitur pro Geryones, hunc in Græcis auctoribus non obseruaui, sed solum in ijs Latinis, qui nec satis Latini sunt, nec satis antiqui. Geryonis autem rursus meminit Ausonius in vltimo epigrammatum & in secunda septimáque epistolarum. ¶ *triplex compago Chimæræ.* Huius monstri tria fuerunt capita. Draconis, Leonis, Capræ. Fingunt Homerus Iliádos sexto, Hesiodus in Theogonia, & Ouidius sexto Metamorphoseon. Sed alia de Chimæra in iambicum epistolæ vicesimæ primæ, & in versum septuagesimum secundum epistolæ vicesimæ quintæ. ¶ *Scylla triplex.* Scyllam Typhonis filiam scribunt superiore corporis patre mulierem, inferiore piscem fuisse, & sex canes natos circa inguina habuisse. Fabula est decimoquarto Metamorphóseõ Ouidij, apud Hyginũ, Seruiũ in Virgiliũ, & Tzetzen in Lycophronẽ. ¶ *Gorgones.* Tres sunt Medusa, Euryale, Stheno, apud eosdẽ auctores, & Fulgentiũ. ¶ *Harpyiæ.* Tres & hę auctoribus ijsdem, Ocypete, Aello, Celęno. ¶ *Erynnies.* quæ & Furię, Tres sunt, Megæra, Alecto, Tisiphone. * ¶ *Et trifatidica.* Quũ sic trochęũ hic pro Spódeo, aut dactylo, Siluius reperisset, *Atque* pro *&* reposuit: sed vetus Lugdu-

283 c

283 D

78. 417 439 473 4 9 C

283 E

nensis liber emendatius habebat, *Et tris fatidicæ*. Græcum nanque τρεῖς veteres Latini tam tris quam tres dicere potuerunt, vt diximus in versum septimum. Inter scriptores autem non constat de numero Sibyllarũ. Lactantius Firmianus, & Suidas, decem quidem recensent ex Varrone, Eusebio, & alijs. sed omnes istas decem Martianus Capella libro secundo, duas tantum fuisse asserit. Solinus & quidam Græci scriptores, quemadmodũ scribit Lilius Gregorius de poëtis, tres solum nouerunt. Ælianus duodecimo variæ historiæ, quattuor duntaxat primum numerat: sed ijs postea sex addit, vt illæ decem fiant. His etiam plures inuenies in commẽtarijs Ludouici Viuis in duodeuicesimum Augustini de ciuitate Dei.

283 F * ¶ *nomen commune Sibyllæ. Marcus Varro, quo nemo vnquam doctior, ne apud Græcos, quidem, nedum apud Latinos vixit, in libris rerum diuinarũ, quos ad Caium Cæsarem Pontificem Maximum scripsit, quum de quindecim viris lo-*

Cap. 6 *queretur, Sibyllinos libros ait non fuisse vnius Sibyllæ, sed appellari vno nomine, Sibyllinos, quod omnes feminæ vates Sibyllæ sunt a veteribus nuncupatæ*. Hæc Lactantij verba sunt libro primo diuinarum institutionum. ¶ *Quarum.* Sic libri nostri omnes. Et Sibyllę, nomen commune, per Appositionem quam vulgo appellant, fatidicæ feminæ, tres etiam sunt. quarũ tres libri, &c. Sed numerum mutandum censuit Siluius, pluralem in singularem, quarum in cuius: qui priore versu vnicam trifatidicã Sibyllam significari arbitratus est. ¶ *Tergemini.* tres libri Sibyllini. Habet totidem Gellius. Plinius vnum solum, alij nouem. Vide Lactantium. ¶ *Fatalia Carmina.*

283 G Quibus fata imperij Romani cõtinerentur.* ¶ *Quos ter quinorum.* quindecim. Ad eos libros *quasi ad oraculum, Quindecimuiri adeunt, quum dij im-*

cap. 19 *mortales publice consulendi sunt*. Aulus Gellus libro primo. ¶ *Tris numerus super omnia*. Ternarius numerus est super omnia, cuncta continet, præstátque. Vetus exemplar, quod in versu octogesimoquincto, tris, hoc est τρεῖς, tres hoc loco scribebat. ¶ *Ter deus vnus.* Istud ter hoc loco mihi semper displicuit. Idem vetus codex scribebat tris, pro tres, vt ante multis locis. Tres sunt vnus deus. *Deus pater, deus filius, deus & spiritus sanctus*, inquit Athanasius, *ceterum non tres dij sed vnus deus*. ¶ *inerti*. inani & otioso, alio quam ternario, de quo est hic Gripus. ¶ *decies ternos.* Versus triginta. Súntque ter triceni, seu decies noueni, nonaginta. Liber, cui titulus Θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς, alia dabit de ternario numero, & Cælius Rhodiginus libri vicesimisecundi capite nono Lectionum antiquarum.

IN TECHNOPÆGNION. Edyl. V

284 A ¶ *Scio mihi.* Hanc epistolam primus in suis Diatribis Accursius Mariangelus edidit. quæ & in vetusto Lugdunẽsi libro fuit, hoc titulo. PRAEFATIO TECHNOPAEGNII. De Pacato autem, ad quem mittitur,

211 monuimus in Ludum Sapientum. ¶ *Vt ait Afranius.* De quo poëta

40 in epigramma septuagesimum. ¶ *in Thaidem. in Thaide* videtur legendum.

gendum. Est enim Comœdiæ nomen. quam & absque præpositione citat Nonius Marcellus. *Restrictim*, inquit, *pro restricte. Afranius Thaide.*

——— ea, quæ ferme sedere melius consultoribus,

Quam restrictim cogitata, atq; omnibus rationibus.

Metra sunt hæc Trochaica. Quod autem subijcit Ausonius, Maiorem laudem, quam laborem inuenio, ex Afranij versu solutum est. *Precedere* in antiquo libro mendosum fuit. Vide *procedere stipendium* in extrema præfatione in Centonem. ¶ *Monosyllaba sunt.* Μονοσύλλαβα dicuntur nomina, quæ vnica constant syllaba, vt as, æs, os, stirps, rex, dux, cuiusmodi vocabula, sunt instar puncti sua breuitate. Sed Monosyllabos etiam appellat versus hoc loco Ausonius, qui monosyllabis vocabulis terminentur.* ¶ *Sophistica.* rhetorica. Σοφισταὶ nanque dicebantur insignes illi rhetores, Protagoras, Gorgias, Isocrates, & ijs similes. Poëtica & Sophistica dicet in epistola proxima. De Propositione autem Quinctilianus libro tertio. de Redditione, quæ Græcis ἀνταπόδοσις, octauo. de Conclusione seu de Peroratione sexto. ¶ *Quæ in imo versu esse non possunt.* imo multis egent versibus, & lõgiore oratione. ¶ *Sed coherentia.* Monosyllaba hæc sicut circuli, ex quibus catenæ componuntur. Sic autem habuit Lugdunẽse Exemplar: Mariangeli, *sed coherent ita.* ¶ *Sed in tenui labor.* re tenui, vt dicet in epistola quartadecima ad Paulum. in exili & leui materia, gloria inest non tenuis, ex propositione quarti Georgicõn Virgilij. *In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem*

Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo.

¶ *Sine te.* si non probaueris. sine tuo numine, monosyllaba manebunt, aut siquid sit aliud etiam minus, quam monosyllabum & punctum: hoc est, nihil prorsus. ¶ *Technopægnij nomen.* Τέχνη, ars, παίγνιον, lusus, & oblectamentum puerile. Παῖς nãque puer est: παιγνίον puerulus, & delicię. Lilius primo de poëtis. *Est Technopægniõ apud Ausonium Gallum, ludicrum quidẽ poëma, verũ multa arte compositum.*

¶ *Misi ad te.* Neq; in Lugdunensium, neq; in Mariangeli vetusto libro fuerunt hæ litteræ. Quas ad Paulinum scripsit Ausonius, quũ ei mitteret non totũ Technopægnion suũ, sed priorem tantum partem, eam quę ab ijs inciperet vocibus, i quas & desineret. Potest autẽ hic Paulinus, is esse, ad quẽ sunt alię Ausonij epistolę, & ipsius ad Ausoniũ. ¶ *modo.* solummodo. ¶ *scrupea.* αἰνιγματώδης. Aulus Gellius libro duodecimo. *Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex veteribus nostris scrupos appellauerunt.* ¶ *ô pœna.* pœna hîc more nostro Romanogallo, laborem & molestiã significare videtur. Sed locus hic vereor, vt nõ sit integer in nostris codicibus: quorũ alij habent, *ô pœna rem vanã, quippe cura exigua est. & fast. alij, rem vanã quippe curaui: exigua est & fastid.* ¶ *aut dialecticon.* quod de aliquo dissereret & disputaret. nisi forte διδακτικὸν malis legere, id est quod doceat. ¶ *paucis litteris additis:* s, e, a.

¶ *Fors.* fortuna. Epigramma centesimum & tricesimum quartum.

342

284B

454

285

465.

572.

cap. 6.

286

73.

¶ *Spes nullo finita auo.* Huius edyllij versus quinquagesimus sextus:& Tibullus in extremo libro secundo. ¶ *Nox obitura vicem.* Alij libri, *Nox sortita vices.* ¶ *furto Veneris.* adulterio. Fabulam attigimus in versum vicesimum septimum prioris edyllij. Addebat autem præpositionem codex antiquus, *furto in Veneris.* ¶ *Mars nullo de patre.* Mars deus belli, Iunonius in edyllio, cui titulus est, de tribus menstruis mensium, Iunonis filius, sine patre, quincto Fastorum Ouidij: magnum Thraciæ gentiū numen, vt dictum fuit in primum epigrāma: quę illi homines pro victimis feriunt, ait Pomponius Mela libro secundo. ¶ *cor vegetum.* vide versum vicesimum sextum. ¶ *instar.* figuram. Mundus est rotundus, & cor fere rotundum. ¶ *hic.* hoc in meo carmine. ¶ *verum est locus. tantum* pro, *verum*, vetus codex. Aduerte autem, quæ voecula hos monosyllabos incepit, vltimum hunc eadem terminari.

279

318

287 A

¶ *Vt in vetere verbo est, Sequitur ver hiemem. Vbi iam similium nugarum subtexo nequitiam, & hi versiculi monosyl.* Ita libri omnes nostri impressi, & quibus vsus est Desiderius Erasmus, qui monuit Ausonium adagio, *sequitur ver hiemem*, abusum esse. Significat enim hoc, quod vulgo dicitur, post pluuiam serenitas. At calamo exaratus, sic prorsus habet. *Vt in vetere prouerbio est, Sequitur vara bibiam. Similium nugarum subtexto nequitiam.* Imperiti homines & audaces, qui nec vara nec bibia quid esset melius nouerant quam nos, *vara* in *ver* mutauerant primum: deinde subiecta voce *hiemem* ex vulgari prouerbio, *bibiam*, *vbi iam*, fecerant. *Vbi iam similium.* Prouerbium ergo fuit nondum mihi alibi lectum, *Sequitur vara bibiam*, de rebus inter se similibus & inter se cosequentibus, vel quarum vna sine altera nō consistit. Sic puto licet colligere ex ipsis Ausonij verbis: sed interim quid fuerint vara, & bibia, nobis incognitum est. Vari dicuntur proprie, qui crura introrsus habent incurua: quibus contrarij dicuntur, Valgi & Vatij, vt ex Festo & alijs annotat Budæus, qui scilicet extrorsus obtorta crura habent in modum cancrorum & lacertarum. Varas manus, incuruas dixit Ouidius in principio noni Metamorphoseon: & varū pedem, varum genium, distortū, dissimilem Persius μεταφορικῶς, vt arbitror: cæterum si varus vir appellatur, cur non & mulier Vara? Qua significatione, nescio an sit Vara in prouerbio accipienda. Varas Ioannes Iucundus, Guilielmus Philander, Daniel Barbarus, Adrianus Turnebus, legerunt apud Vitruuium libro decimo de Ariete machina bellica. *Cetras Chalcedonius de materia primum basim subiectis rotis fecit: supráque compegit arrectarijs & iugis varas, & in his suspendit arietem.* * Quem locū, nescio quomodo intellexerint viri doctissimi, sed vetus meus codex pro varas varijs habet, arrectarijs & iugis varijs. Lucanus quarto Pharsaliç quum dicit de ceruorum venatione,

Cap. 19

287 B

Ver. 439

Aut dum dispositis attollat retia varis.

Venator

Venator, leuis ora tenet clamosa molossi,

obliquum varis ab eodem recto varæ trahit idem Philander, sed antiquus cōmentator Lucani, cuius meminimus in ijs, quę in Sacroboscani sphęrica annotauimus, a masculino Vari declinat. Sic enim habet. *Vari sunt furculæ, quæ casses sustētant.* Vara, inquā, quid sit, nescio in prouerbio vara bibiā sequitur, neq; bibia: quę & viuia, & vibia & biuia esse potest: quā do quidē veteres illę mēbranę frequenter b, p u, & contra u, p b, vsurpabant, salbe, nobe, parbulus, fleuilis, pro salue, noue, paruulus, flebilis, & eiusmodi alia multa scribētes. ¶ *vt quantum posset videri apud.* Vetus scriptura, *vt quantum eius possent apud aures:* & paulo post, *inepta* pro *inamæna*, *hiulca* codex Tilianus pro *hiulcula.* ¶ *aspera lenitatem.* Itáne hic lenitatem per n, an vero leuitatē, u pro n, ab eo, quod est leuis priore lōga? vt certe scribebat Ioānis Tilij vetus codex. De quo nomine in epigrāma centesimū & vicesimū tertiū. ¶ *Sed vt quod per adagionē cœpimus.* Vetus codex, *Sed*, nō habebat. Hęc adagio apud Varronē de lingua Latina: *quæ*, vt inquit, *Græcis παροιμία.* Ita parœmia, adagio, adagium, prouerbiū, vetus verbū, idē. * ¶ *Mutuum muli scabāt. scalpant* pro *scabant*, antiquus liber, qui etiā *&* prępon ebat, *& mutuū muli scalpant.* Huic autē parœmię scribit esse locum Erasmus, vbi improbi & illaudati se vicissim mirantur & prædicant. Qua Symmachus quoq; vsus est in epistola ad Ausoniū tertia. Huius autem prorsæ fuit titulus in eodem libro, ITEM PRÆFATIO MONOSYLLABARVM TANTVM IN FINE POSITARVM. in alijs PRAEFATIO QVANTVM AD HAEC monosyllaborum genera. Neutrius auctor Ausonius. ¶ *Aemula dijs.* vide epigramma sexa gesimum tertium. Artem a natura profectam esse scribit Cicero libro tertio de oratore. at quarto de Finibus, artem ducem esse certiorē, quam naturam Homines arte superare naturam dicit Antiphon poëta in Mechanicis Aristotelis. Hos autem quinq; versus monebat vetus codex præfationem esse in eosdem monosyllabos versus. ¶ *Omniparens.* nihil non pariens & efficiens. ¶ *Liber hic meus, esto operi dux.* vetus liber, *lūdus meus est operi dux.* Operi autem huic Technopęgnio inscripto, dux est ars, id est τέχνη, vnde factum Technopænij vocabulum monuimus. Diceres hoc fuisse Technopægnij ad Drepanium Pacatum scripti principium.

63. | 287C | 547. | 36. | 154.

¶ *Indicat in pueris.* Hippcrates in libro de septimestri partu, ac alibi: & Aulus Gellius libro tertio, tradunt primos hominis dentes cadere annis septimis, & alios nasci. ¶ *Pubentes annos.* anno ætatis quartodecimo. Censorinus. ¶ *cum viscere.* carne. ¶ *Os. Hoc os ossis*, quod & hoc ossum aliquādo dictum. Gellius apud Priscianum libro septimo. *Caluariæque eius ipsum ossum expurgauerunt, inaurauerúntque.* ¶ *Palpitat.* súpra, versu quinctodecimo.

288 | cap. 10.

¶ *Sæpe in coniugijs.* Vetus liber, alij, *in coniugibus.* Iuuenalis libro secundo.

289

Intolerabilius nihil est, quam fœmina diues.

Est & in sententijs Sapientum,

vers. *Par pari iugator coniux. Quicquid impar dissidet.*

459. Sed lege in hanc sententiam epigramma duodecimum libri octaui

230. Martialis. Miror autem, quod in eodem vetere, *vox* esset pro *dos.* ¶ *Qui recte faciet.* Horatij epistola prima. ¶ *Incipe.* Epigramma octagesimum. ¶ *Vrbibus in tutis.* Arx ab arcendo, inquit Marcus Varro: *quod is locus munitissimus vrbis, à quo facillime possit hostis prohiberi.* Castellum vulgo dicimus, nisi forte latius pateat Castelli appellatio. Loca nanque edita, quia accessu difficiliora sunt, ideo constituebantur in altioribus vrbium locis, quas appellabant arces. Solinus, qui arces ab Arcadibus dictas putat, sic scribit de Roma. *Quam Arcades quoniam in excelsa parte montis habitassent, deriuatum deinceps, vt tutissima vrbium, Arces vocarentur.* ¶ *auri pretium.* Aes pecuniam significat: quia ex ære metalli genere primum facta. Vide Plinium. ¶ *Qua caret.* Æthiopia, quæ in media est Africa, & Zona torrida, hæc temperie quidem caret, quum perpetuo æstu infestetur: sed non propterea nocte caret. Vehementior enim calor, noctem non admittit, sed Solis præsentia. Ioannem Stœflerum in loquacissimis illis in Proculi sphæram commentarijs, locus hic Ausonij frustra exercuit. Pro *nitet* autem, *manet* erat in vetusto codice.

290 A ¶ *Prima deûm.* Prima deorum, dearúmue, monosyllaba nomina habentium. De qua dea vide, quæ scripsimus in carmen vicesimum

167. tertium de professoribus Burdegalensibus. ¶ *post hanc Rhea.* Ῥέα, & Ῥεία, in Hesiodi Theogonia. ¶ *Tum Iouis & Consi germanus.* Dis, qui Græcis Πλούτων, rex Tartari & inferorum, germanus frater fuit Iouis, &

38. Consi, id est Neptuni, vt in epigrammate sexagesimo octauo. Sed consors pro Consi habuit liber vetus Lugdunensis: vt monuit Iacobus Cuiacius in capite decimo libri quinti Emendationum ¶ *Et soror.* Iunonem, quæ & soror & vxor Iouis, deorúmque regina passim dicitur, deorum Vim etiam appellauit Virgilius, vt post vetustos interpretes, Accursius Mariangelus, & Nicolaus Erythræus monuerunt, ac Iram deorum, in versu quadringentesimo & tricesimo secundo septimi Æneidos,

Cælestum vis magna iubet. —— & octauo primi:

Vi superûm, sæua memorem Iunonis ob iram:

& septingentesimo sexto quinti,

Hac responsa dabat, vel quæ portenderet ira

Magna deûm. ——Vis alioqui violentiáque, est Stygis filia in

290B Hesiodi Theogonia. ¶ *quadriiugo curru.* quem equi trahunt quatuor, apud Ouidium secundo Metamorphoseon. ¶ *Quique truces.* trucis liber antiquus: quod duorum est casuum. * ¶ *Mænalide.* vocatiuus patronymici primæ declinationis. Mons est Μαίναλον, at Μαίναλος, vrbs Arcadiæ apud Stephanum, Strabonē, & alios: vbi imprimis colebatur Pan pastorum deus. ¶ *Larunda.* Lares dicti sunt dij familiares &

domestici. Lactantius primo institutionum. *Quis quum audit deam Mutam, tenere risum queat? Hanc esse dicunt: ex qua sunt nati Lares, & ipsam Larã nominant, vel Larundam.* ¶ *sulfureus Nar*. Sulfurea Nar albus aqua, —septimo Æneidos. ¶ *Nocticolor Styx*. Inferorum apud quos perpetua nox & tenebræ, palus Styx,

Vers. 517

Dij cuius iurare timent & fallere numen.

Hesiodus in Theogonia, & Seruius in Virgilium. Fontes autem, fluuios, lacus, aquas omnes perpetuas, pro dijs veteres habuerunt. Noctifer, noctifugus, noctilucus, noctipugus, noctiuagus, & alia sunt a nocte composita apud antiquiores Ausonio scriptores, sed non nocticolor, quod sciam. ¶ *Veliuolique maris*. quod velis volatur, vt exponit vetus commẽtator in ducentesimum & vicesimum octauum versum primi Æneidos. Sed qua significatione sternẽdi, ventus cõstrator maris nauigerit? ¶ *Leuconotus Libs*. Venti quondam pro dijs etiam habiti fuerunt. ceterum lege, quę Aristoteles libro secundo Meteorologicôn, Vitruuius primo Architectonicôn, Strabo primo Geographicôn. Seneca extremo quincto Naturalium quæstionum, Plinius secundo Naturalis historiæ, Gellius secundo noctium Atticarũ, Vegetius quarto de Re militari, de ventis scripserunt: & cognosces inter antiquos homines neq̃ de appellationibus ventorum, neque de finibus, neque de numero conuenisse. Libya Græcis est dicta, quæ Latinis Africa: & Λίβυς illis, qui his Afer, Africus, Africanus. Ex quo Libus, si forte contractũ tibi videatur Libs, Λίβα Gręci dixerunt ventũ ab occiduis, vt ait Strabo libro duodecimo, partibus Libyæ spirantem, quem Latini Africum. cui Aristoteles, idem Strabo, & Seneca, Occidentem hibernum assignant. Notos qui Græcis vocitatur, hic Latinis Auster est, ventus ab ipso Meridiei cardine, polóque antarctico flans: & λευκὸν album significat. Hinc λευκόνοτος Græcis dictus ventus, Horatio in ode septima, Albus notus interpretatus,

290C

Albus vt obscuro detergit nubila cælo
Sæpe notus, neque parturit imbres
Perpetuos, sic tu sapiens finire memento
Tristitiam, vitæque labores,

& Vegetio. Qui Leuconotum scribit a dextera Noti spirare, sed a sinistra poti⁹ Strabo ex Posidonio: siquid habet integri meus codex. Auster autẽ, quũ ab humiditate, nomen Noti sit sortitus apud Gręcos, Leucónotos dictus est circa Notum flãs vẽtus, qui paucas nubes creet, vt inquit Strabo, & vt Horatius, qui detergat nubila cęlo, & non sẽper pluat, sed serenũ potius faciat, quemadmodũ scribit vetus Horatij interpres: quare maris, quod a velorũ volatu, & celeri cursu, veliuolũ vetustiores poëtæ dixerãt, vt docet Macrobius, constratorẽ, nouo mihi verbali dixerit Ausonius, quod eo flãte, se alto cõmittere nõ timeant nautæ, & mare cõsternere nauibus & contegere. Ventus autẽ ille Libs, id est Africus, si furibundus est, & ruẽs, vt scribit Seneca. Leuconotũ Libẽ dixerit Ausonius,

non qui sit idem cum Libe,sed qui ab Libya & Africa spiret.* ¶ *Et nunquam.*Spem pro dea coluerunt antiqui,vt ex Tito Liuio & alijs ostendit Lilius Gregorius in deorum historia Ceterum de Spe fuit huius edyllij

291 A versus secundus.* ¶ *æquoreum.*ex salsa æquoris & maris aqua factum sal. Sunt fontes & putei salsi ex quibus fit: & ex nonnullis terris montibúsq;

Cap.7 effoditur.Plinius libro tricesimo primo.*Aequoreus* autem in Tilij libro ¶ *Olim communis.*Ceres frumenta dicitur inuenisse,quum antea glande vescerentur homines Virgilius primo Georgicon,Plinius,Solinus.¶ *Spicea frux.*quæ spicis innascitur. Priscianus in extremo libro sexto. ¶ *mox ador.*Hoc ador, huius ador, ac ador ádoris & adôris,vt docet Priscianus libro sexto,farris & frumenti genus Festo, Nonio,Seruio,far adoreum apud Plinium. de quo plura Ruelius libro secundo de natura stirpium. ¶ *Pultificum far.*ex polline & farina adoris, pultem faciens. Pultificum autem quis ante Ausonium composuerit veterum scriptorum habeo

Cap.8 neminem. ¶ *Instruxit mensas.* Plinius duodeuicesimo naturalis historiæ. *Pulte autem non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum: quoniam inde & pulmentaria hodiéque vocatur.*Romulidum autem pro Romulidarũ

291 B & Romanorum a recto patronymici Romulides.* ¶ *Hinc cibus.*Ex adore,panis:ex eodémque,potus,quum pulti iam dilutiori,plus aquæ addebatur.Lucius Seneca libro secũdo breuiarij Romani,& Plinius in extremo libro vicesimo secundo,potionis ex frumento fieri solitæ meminerunt,quam Hispani Celiam vocabant. ¶ *Gith.*Hanc herbam alij sine spiritu scribunt:de qua vide Ruellium ex Plinio,& alijs. Æquiparans autẽ est æquiperans in Tiliano codice,Parisiensique editione.sic & quidem malunt æquipero quã æquiparo, sicut fuit scriptum in carmine duodecimo

117 Parentalium. ¶ *Et Pelusiaco.*Pelusium oppidum,& vnum ex septem Nili ostijs. In qua Ægypti parte lens optima nascitur, celebrata libro pri-

Vers.228 mo Georgicon. ¶ *quinquegemus nux.*Plura etiam quam quinque nucum

Cap.22. Cap.18 genera apud Plinium quintodecimo Naturalis historiæ,& Macrobiũ

Cap.12 tertio Saturnaliorum. ¶ *& potu.* Fit ex aqua & melle hydromeli:ex aceto & melle,oximeli:de quibus &Melitite,Plinius,Dioscorides,Galenus & alij. ¶ *Placitum.*Placitum est,& placuit. ¶ *Cui summa natat fæx.* Cur fæx in imo subsidat omnium, nisi mellis,,disputatur septimo Saturnalio-

272 A rumMacrobij.* ¶ *Oebalius flos.*Hyacinthus,vt monuimus in versum de-

235.53 cimum edyllij secundi.De Narcisso epigramma nonagesimum quinctũ ¶ *Cædis Adoneæ.*Adonidem Veneris delicias, aper interfecit,in extremo decimo Metamorphoseon Ouidij. Eiusdem mentio in epistola ad

22, 23. 185, 225 Theonem & alibi. ¶ *Periurum Lapitham.* Cur perfidum Ixionem ap-

238.432 pellarit Horatius de arte poëtica,ex Acronis disce commentarijs. Lapi-

Vers.124 thæ autem & Centauri,qui & Hippocentauri,diuersæ gentes Thessaliæ fuerunt:& Cõtaurorum pater Ixion:qui sic hoc loco Lapitha pro Centauro dictus fuerit. ¶ *Iunonia nubs.*Concubuisse Ixionem cum nube fabulantur,Iunonem esse quum putaret:& ex eo congressu natos esse Centauros

tauros; quos Ouidius appellat Nubigenas duodecimo Metamorphoseon. Virgilius autem quum versum decimi Aeneidos sexcentesimum & tricesimum sextum cœpisset, *Tum dea nube caua*, *Nube caua*, inquit Seruius, *erit nominatiuus hac nubes. Nam Nubs non dicimus: quod ait Liuius Andronicus: qui primus edidit fabulam Latinam apud nos.* ¶ *Aeaciden.* Pyrrhum, *genus armipotentis Achilli.* cuius Achillis auus fuit Aeacus Iouis filius. * ¶ *Delphicola.* Apollinis Delphici, hoc est Delphis persancte culti, & oraculum habentis, vrbe in Parnaso monte sita. Sors autem illa & ambiguum responsum fuit,

292 B

Aio te Aeacida Romanos vincere posse.

Ennij versus apud Quinctilianũ, libro septimo de Amphibolia, & apud Ciceronem secundo de diuinatione cum hoc eiusdem poëtæ,

——— *Stolidum genus Aeacidarum.*

Bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes.

¶ *Et furiata œstro tranat mare Cimmerium Bos.* verus liber,

Threicium Libycum freta Cimmeriumque secat Bos.

Io mutata in vaccã ab Ioue, libro primo Metamorphóseon Ouidij, apud Hyginũ, Lycophronẽ, & alios, asilo, (siue tabanuũ dici placet, ait Plinius, quod insecti genus οἶστρον, id est œstrum, *Graij vertêre vocantes*, inquit Virgilius tertio Georgicõ) cõcitata, ex Europa in Asiam per Bosporũ Thracium, vel vt alij scribunt, per Cimmerium Bosporum, quæ duo freta ex Pomponio Mela, Plinio, Strabone, cognosces, vbi sint, transijt. indéque tranato mari, quod Asiam Africámque, quam Graij Libyen vocant, interluit, in Aegyptũ peruenit: vbi dea Isis habita est. * ¶ *non sine Hamadryadũ fato.* ἅμα simul est: & δρῦς quercus, arbor. vnde dictę Hamadryades, nymphæ vita longissima, vt in edyllio de æraribus animalium. quæ arboribus pręesse creditę sunt, & simul cum suis arboribus & nasci et perire. Seruius in Gallum Virgilij. In *arborea* autem, vltimam natura breuẽ producunt duæ priores consonantes monosyllabi Trabs. ¶ *Quo generata Venus.* Epigramma tricesimum secundum. ¶ *Saua.* In Caucaso monte Scythiæ Asiaticæ, obligati Promethei renascens subinde iecur exedit aquila. Hesiodus, Aeschylus, Hyginus, Lucianus, Seruius, Ausonius de Ambiguitate vitæ. Pro *saua* autem *sicca* scribebant veteres membranæ: quod si rectius est, quum dixit Virgilius quincto Æneidos — *siccáque in rupe resedit*, aridam & sine humore rupem exposuit Nonius Marcellus. ¶ *& dira aconita.* Alia de Aconito fabula apud Ouidium septimo Metamorphóseon. Sed lege Plinium de Aconito herba præsentis veneni. Cos autem, & Cautes, idem lapis durissimus. ¶ *Ibycus.* Hunc inter poëtas Lyricos recensuimus in epigramma tricesimum primum. Qui a latronibus in media solitudine iugulandus, eis prædixit grues suæ cædis testes vltricésque aliquando fore. Illi ergo quum in media vrbe essent, & superuolantibus forte gruibus, susurrarent per iocum inter se in aurem, Ἴδε αἱ Ἰβύκου ἔκδικοι, id est, Ecce Ibyci vltrices, quidã ex circũstantibus

Ver 148

262 C

309

23

303

Ver. 180

Ver. 420

23 F

id forte audiuit.ad magistratum detulit.capti latrones,& tormentis subiecti, facinus confessi sunt, & pœnas luerunt,Ita grus fuit vindex mortis Ibyci.Fuit etiam index:vt *index* pro *vindex* habuit vetus codex, sed *vindex* malim ex Greco.Plura de hoc poëta apud Liliũ Ferrariẽsẽ, & Erasmũ in prouerbio Ibyci grues. * ¶ Verbum autem *altiuolans*,primus non
192D finxit Ausonius. Ennius apud Ciceronem primo de diuinatione.

Quærit Auentino. seruat genus altiuolantum.

137 ¶ *AEacidæ.* Achilis,vt in quarto epitaphiorũ heroicorũ.Ad sepulchrum ergo Achillis immolata fuit à Græcis,capto Ilio,Polyxena,glos Andromachę,id est,soror mariti Andromachę, Hectoris.Fabula est in Hecuba Euripidis, apud Higinum, & Seruiũ in tertium Aeneidos. ¶ *Carcere in Argiuo.* Apud Titum Liuium,Plutarchum,Pausaniam , Iustinũ tricesimo secundo,Philopœmen, id est Φιλοποίμην,vnde accusatiuus Φιλοποίμενα, nobilis Achęorum imperator,quũ graue iam vulnus in capite accepisset in trãsitu fossę equo præcipitatus,à Messenijs Græca gẽte captus fuit: ab ijsque in carcere & vinculis veneno sublatus. ¶ *Tertia opima* . Opima
176 spolia,& opima solũ,vt in epitaphio Pyrrhi, dicta sunt, quæ dux populi Romani duci hostiũ detraxit:vt definit Festus. quorũ prima fuerunt Romuli regis de Acrone rege Cæninensium. Secuda Cornelij Cossi tribuni militum de Tolumnio Veientiũ rege.Tertia Marci Marcelli Consulis de Viridomaro duce Gallorũ:quẽ Lartẽ Aremoricũ Ausonius appellat. & Aremoricum quidem,id est Gallũ:quia Aremorici gens Gallię fuit,vt
1548 docuimus in carmẽ decimũ de professoribus Burdigalensibus.Lartẽ vero,quia Tolumnius ille Veiẽs,de quo rettulit opima spolia Cossus,ita vocaretur,Lartis nomine,regẽ,ducẽmue,etiã fortitan significãte. Nã Porsenã Etrurię regẽ,Lartẽ quoque appellant Liuius & Dionysius Halicarnassensis.Ceterũ quẽ hic habẽt libri omnes rectũ L A R S , & apud Titũ Liuiũ in extremo libro quarto legere meminimus,miror, quod is Lar sit sine,S, apud Carisiũ,vbi sic legitur,*Lar si familiaris erit,genitiuo Laris:si Tolumnij,vel Porsenæ,Lartis.* Idẽ & apud Priscianũ legitur libro quincto, sed nõ suo id loco præcipitur:& omnia veterũ Latinorũ Grãmatica quãsęde cõtaminata corruptáque sint, scio.In principio nonę Philipicæ Ciceronis nec Lar,nec Lars,sed Lartes Tolumnius sẽper legi.Et quod ad auctores Gręcos attinet,rectus est Λάρος πορσῖνος apud Halicarnassẽsem libro quincto,sed obliqu' casus Κλάραν πορσίναν in Plutarchi Publicola.
293A * ¶ *Sera venenato.* Annibal Carthaginensis,patria pulsus,in Bithynia, ne viuus in Romanorũ manus veniret,venenũ quod secũ sẽper habere cõsueuerat,sumpsit anno ætatis septuagesimo, vt scribit Aemilius Probus. ¶ *vltrix.* Nauplius Palamedis pater,quũ Ilio reuertentes Gręcos tẽpe-
Aen. 2 62 state laborare videret,is,vt filij mortẽ vlcisceretur (*illum falsa sub proditione Pelasgi Demiserãt neci*) Caphareũ Eubœæ promuntoriũ ascẽdit, & face ardẽte eo loco elata,vbi saxa acuta,& locus periculosissimus erat,signũ dedit vicini portus: qua rẽ decepti illi,acerbissimas pœnas naufragio
vers.260 dederũt.Hyginus & Seruius in vndecimũ Aeneidos.¶ *Stat Iouis.* Gany-

medes pocillator Iouis,fuit filius Trois (Dardania & Troia eadē regio dicta a regibus suis Dardano & Troē)vt etiā scribit Seruius in tertiū Georgicôn. Alij alium tribuunt patrem Ganymedi,de quo Hyginus,Lucianus,& Seruius satis multa. ¶ *homo Cres.* Cretensis Dędalus, de quo in epigrāma quinquagesimū nonum. ¶ *Intulit.* Versus tertius decimus epistolæ vicesimæ quartæ Ausonij. ¶ *Barbarus.* Est Lydus pædagogus in Plauti Bacchidibus: qui quum Pistoclerum adolescentem obiurgans,rogasset,an deus esset vllus, suauis suauiatio, statim audijt,

35

448

An non putasti esse vnquam? ô Lyde, es barbarus.
Quem ego sapere nimio censui plusquam Thalem,
Idem stultior es barbaro Potitio,
Qui tantus natu, deorum nescis nomina.

¶ *Seruus Geta.pellax Geta*, vetus exemplar. Est autem pellax,qui inducit, & per blanditias,inquit Seruius,elicit ac decipit:vt seruus Geta in Phormione Terentij,& alij serui in alijs comœdijs. Vnde autē Serui Athenis Daui,Getæ,Lydi,Syri,dicerentur,tradere voluit Strabo Geographus libro septimo. ¶ *Fœmineus Phryx.* Æneam Phrygē cū suo comitatu, semiuirum appellat Hiarbas quarto Æneidos,& eius gentis mollitiē quis veterū scriptorū nōnotauit? ¶ *Res Asiæ.* Virgilius tertiū Æneidos exorsus,

293 B

Postquam res Asiæ,Priamique euertere gentem
Immeritam visum superis,——— quum notissima illa de Sinone,& equo ligneo fabulatus esset secundo. Pro hoc autem,

Ver. 215

Res Asiæ quantas leto dedit immeritas fraus,

habebat vetus codex, *Fallaces Ligures Nullo situs in pretio Car.* Sic Ligures,quorum Ligurię metropolis Genua in Italia, fallaces dixerat Virgilius vndecimo Æneidos, & Marcus Cato secundo originū. De Caribus(Asię prouincia est Caria) lege Erasmū in adagio, In Care periculū. ¶ *Nota in portentis.* De Sphinge in versum duodequadragesimum Griphi. * ¶ *Nota & paruorū cunis muliebre scelus Strix.* Strix auis,quę noctu in cunis vbera labris infantium immulgere credidita est, atque ita vitali exhausto humore enecare paruulos:quod tamen fabulosum arbitratur Plinius. Inde appellantur striges,mulieres,quę visu,spiritu, contactu,lactis munerúmq; oblatione,pueros fascinare putabatur. Vide Sextū Pōpeium, & fabulam sexto Fastorū Ouidij. Ceterū vetus liber habebat. *Nota Caledonijs nuribus muliebre decus strix*: vbi Iosephus Scaliger legeret scelus pro dec* vel scelūs,sicut in epigrāmate sexāgesimo nono,&in versu octauo Griphi. Ceterum de Caledonijs istis ac Britannicis strigibus nihil legere memini. ¶ *Cum floriparum.* flores pariens ver. Verbū autē tam nouū mihi hic floriparus, quā ouiparus in versu cētesimo & tricesimo tertio Mosellę. ¶ *Et fusura.* Et passura,alij libri. ¶ *Libani.* In Syria est hic mons. Meminerūt Geographi. celebrarūt etiā sacrę Hebræorū litteræ. Thuris est feracissimus,vnde nomē habet. Nā Gręcis λίβανος est thus,arbor,cuius thus quoq; lachryma,λιβανωτός. ¶ *Iam pelago volitat.mercator vestifluus Ser.* In vetere. *Vellera depectit nemoralia vestifluus Ser.*

Ver. 701

280

293 C

Lib.11.c.39

139.

39.

178.

250.

Ceterũ nõ hoc loco,sed post versũ *Fallaces Ligures*.Vernã cõmẽdat nauigationẽ Hesiodus.Sũt autẽ Seres gẽs Asię a quibus quod Sericũ appellatur& Sericæ vestes. De ijs plurima Plinius, Mela, Solinus. Nouum autem mihi verbum vestifluus.

294 A ¶ *Quis subit*.Vadis & prædis differentiam continent hi duo versus:de quibus verbis Budæus in annotationibus. *Prades vadésque pœnitudinis*

824 *reos*,dixit Thales in Ludo Sapientum. ¶ *Quis cum lis*. Vetus exemplar

834 Lugdunense,, *Quid si lis*. ¶ *Quis Mirmiloni*, Gladiatorum, quorum fit

680 mẽtio in extremo carmine de Ferijs Romanis,& in tricesimo sexto versu Griphi,vnus Mirmillo,alter Thrax appellatur:alióque hic nomine Retiarius,Mirmillo vero Secutor. Festus,Suetonius,Dio in Cõmodo,Baptista Pius in annotationibus. Mirmillo in armis subsidens, in præfatione

348 in Centonem. *Aequimanos* autẽ dixit Ausonius Gladiatores, vt centimanum Horatius Briareũ in libri tertij carmine quarto,qui æqua manu, paribus armis & viribus,singulari certamine pugnarẽt. ¶ *nomẽ Mercurio? fur*.Egregia vero virtus.Boues ille furatur libro secundo Metamorphoseon Ouidij.Lege Horatij libri primi oden decimã,& Luciani lepidissimum de illo Apollinis & Vulcani dialogum.¶ *Thuribula*.Thuribulo,patera,& lance vtebantur veteres in sacrificijs.Titus Liuius vicesimo nono de matre Idęa.*thuribulis ante ianuas positis,qua praferebatur, atque accenso thure, precantibus, vt volens propitiáque vrbem Romam iniret*. Virgilius

Vers.190 Georgicon secundo.

> *Hic tibi prænalidas olim multóque fluentes*
> *Sufficiet Baccho vites.hic fertilis vua,*
> *Hic laticis,qualem pateris libamus & auro,*
> *Inflauit quũ pinguis ebur Thyrrhen' ad aras,*
> *Lancibus & pandis fumantia reddimus exta*. Æneidos duodecimo,

Vers.213

> ____*Tum rite sacratas In flammã iugulãt pecudes,& viscera viuis*
> *Eripiunt:cumulantque oneratis lancibus aras.*

264 B * Thuribuli,autẽ,cui a thure,quod in eo vase adoleretur,nomen est,quę forma fuit,nescio:sed patera patẽs& lata fuisse traditur,cuiusmodi habemus quas vulgo *tassas* appellamus, & qualem Dido *regina grauem, gemmis auroque poposcit,impleuitque mero,*

> *Primáque libato summotenus attigit ore,*

& postea *Bitiæ dedit increpitans*:quã ille *impiger hausit spumantem*, & se

208. b. pleno ,pluit auro,postq; alij proceres,ait Virgili' in extremo primo Aeneidos.De lance autẽ vide quę monuimus in carmẽ de Burdigala, & in

554.d. epistolã Symmachi ad Ausoniũ sextã.¶*cincta mari tellus*.insula. Hippocratis medicorũ principis patria,cos,insula maris Interni ¶*Minoida*.V-

55157, xorem Minois Pasiphaẽn,Epigrãma quinquagesimum nonũ,& sexagemũ quinctũ,& Virgilij Silenus.¶ *Quid prater*. Phæacia insula, postea Corcyra.Phæacũ naues,vt fabulatur Homerus Odissεæ octauo, gubernatores nõ habebãt,vt alię naues,neq; opus erat:quoniã hominũ cõsilia & mentes nouerant.omniũ vrbes,& agri hominũ,vbi essent, sciebãt. in-

credibili celeritate per mare ferebantur, aëre & nube tectæ. Illa autem, quæ Vlixem in Ithacam patriam vexit, quum in Phæaciam rediret, haud procul Phalacro insulæ promuntorio in scopulum mutata est. Homerus tertiodecimo Odysseæ, & Plinius, & Solinus de Phalacro. Ausonius istius metamorphosis nō meminit in periocha. * ¶ *Dic, cessante cibo.* Principium Ephemeridis. ¶ *Tergora Dic.* Dic mihi, quænam illa est, & quomodo appellatur, qua tergora & coria clipeis accomodantur, aptantur, applicantur, vt septem illa tergora, vnde ἑπταβόειον & septemplicē Aiacis clipeum poëtę dixere. Est glut, respondet ille. Ita cuncti codices nostri impressi *glut.* quam vocem nemo non statim sentit esse positam pro eo, quod est gluten, seu glutinum. Quod vtrumq; quum neutri sit generis, & in t terminata, neutra & ea quoque quomodo conueniet istud *quæ glut?* vetus vero Lugdunensis codex non glut, sed *glux*, x pro t, scribebat: qu e vox monosyllaba tam insolens est quam glut. *Glus* malim ex Tiliano exemplari nomē femininum: quod apud Flauium Carisium legitur Grammaticum Prisciano antiquiorem. *Feminini generis hæc, arx ἀκρόπολις, ars Τέχνη, calx, cos cotis, crux, dos, fax λαμπάς, fæx, falx, frōs frōtis, fraus, glans, gens, glos ἀνδράδελφὴ gloris, glus glutinis. Alij hoc gluten dixerunt. lanx, lex, lens.* * ¶ *Sponte.* Hic ablatiuus, & genitiuus spontis, quo vsos obseruauimus Aulum Gellium, Columellam, Cornelium Celsum, Marcum Varronem, ab invsitato sunt nominatiuo spons. Cuius etiam meminit Flauius Sosipater. ¶ *Quadrupes.* Oscines aues sunt dictę, quę apud augurem ore auspicium facerent, ait Varro quincto de lingua Latina. Plinij verba sūt in extremo libro nono. *Soricū occentu dirimi auspicia, annales refertos habemus.* De auspicijs caput est apud Valeriū Maximū libro primo. qui auctor primo capite libri primi memoriæ prodidit, Occentū soricis auditū, Fabio Maximo dictaturā, Caio Flaminio Magisterium equitū, deponendi causam prębuisse. Inter prodigia habitū apud Titum Liuiū libro vicesimo septimo, & tricesimo, quod Mures in æde Iouis aurū & coronam aureā arrosissent. Plinius extremo libro octauo Naturalis historię. *Mures haud spernendū in ostentis etiam publicis animal. Arrosis Lauinij clipeis argenteis portendere bellum. Carboni imperatori apud Clusium fascijs, quibus in calceatu vtebatur, exitium.* Vide & Mariangelū in hunc locū. ¶ *Quid fluitat.* Macrobius legendus septimo Saturnalium, de natura aquæ salsæ, & dulcis. ¶ *Bissenas partes.* duodecim in partes diuiditur as, quæ vnciæ appellantur. ¶ *Tertia defuerit.* Bes valet octo vncias, id est assem, dempta tertia parte, hoc est, quattuor vncijs.

294 C
28.
294 D
cap. 57.

¶ *Dux elementorū.* Hęc vt erant, quo loco, & titulo, in Lugdunensi libro, ita edēda censuimus. Sunt autē litterarū Latinarū nomina Monosyllaba cuncta, at Gręcorū pars tantū: ex quib⁹ monosyllabicis appellationibus versus hi viginti septē effecti fuerūt. ¶ *Et suprema.* A, dux est, & prima litterarū Latinarū, & o, vltima Gręcarū, sed o quod μέγα, & longū appellant, & sic pingūt ω, in modū scilicet duplicis, o. ¶ H *τα.* Vocales sunt cunctę ancipites apud Latinos. vt in verbo *amare*, A primo loco corripi-

295 A

tur,secũdo producitur.sic fuit & apud Græcos initio: sed postea illi suarũ litterarũ numerũ auxerunt:excogitarúntq; vocaliũ e & o binas figuras. quarũ vna vocalẽ producte,altera correpte pronuntiandã significaret.Breue itaq; e sic pinxerũt ε, & ἐψιλὸν,hoc est e tenue appellarũt.Lõgũ vero e,sic η:quod ἦτα,dixerũt,id est,eta,nõ ita: vt nos barbari pueros imperite docuerũt appellare.In obscuris vero his mẽdosisq; monosyllabicis,siquid videmus,quoniã veteres librarij vocales,quas synaloepha eliderent,interdũ prætermittebãt, vt monuimus in carmẽ vicesimũ sextũ de professoribus Burdigalẽsibus,*quodque* pro *quódque* e, ac *Latiare* pro *Latiare* e,in ãtiquis Mariãgeli & Lugdunensium libris fuisse suspicor,metro istud *quodq;*,aliter nõ ferẽte.Adhæc,vocalis e,quia est anceps,vti dixim⁹: & sic nõ potest plene η,reddere,Ausoniũ suo e notã adiecisse crediderim qua syllabas antiqui lõgas designare cõsueuerãt, quæ est recta linea à sinistra in dexteram æqualiter ducta,vt docuerũt Diomedes & Priscianus, vocalibus superponi solita:vt sic legendus versus videatur.

170.

ἦτα,quod Aelidũm,quodqu' ē valet,hoc Latiar' ē Aeoles autem gens Græcanica,vnde Αἰολίδης patronimicum,& Latiare, denominatiuũ,ab eo quod est Latiũ,vel auctore Prisciano libro quarto,pro Latino & Latinorũ hominũ. *¶ *Præsto.* præsto est,adest e Latiũ,id est Latinum, quod sẽper corripitur:& Dores,Græci,ἐψιλὸν appellãt,id est, e tenue,vti diximus.Quod miror cur produxerit Ausonius,quũ sit breue.¶ *Hoc tereti argutóq; sono legat.* Sic edidit Mariangelus.ceterũ vetus codex Lugdunensis pro *legat egat* habuit: vnde Scaliger *negat* legendũ censuit : & in fine versus υ pro o.Est autẽ υ,ου,nõ. ¶ *Ω quod & y Græcũ.* Sic Mariangeli exemplar.Lugdunẽse, *Ω quod eo y Græc.* quod Iosephus Scaliger emẽdat, *Ω quod & ου Græcũ* : & allusum putat ad hæc Nigidij Figuli apud Aulum Gelliũ in extremo libro vndeuicesimo.*Græcos non tãtæ inscitiæ arcesso, qui ου ex o & υ scripserũt,quantæ,qui ει ex ε & ι.* ¶ *Littera sum Iotæ similis.* Quartæ Græcorũ vocalis,& tertiæ Latinorũ eadẽ est figura.Quæ nõ solũ apud Latinos est littera,& syllaba,verũ etiã dictio,modi imperatiui.Quæ autẽ litterarum suarũ nomina Græci non declinãt,declinauit hoc loco Ausonius,per primã inflexionem Latinorum,Iota Iotæ,& Beta Betæ,& Delta Deltæ:vocalẽmq; I in Iota,consonantẽ fecit.Est enim trisyllabum ἰῶτα apud Græcos,qui consonantẽ i non habẽt,vt Latini, sed vocalẽ tantum. ¶ *Vox plena.* Imperatiui modi verbũ ab eo,is.¶ *Cecropijs.* Græcis.V littera prorsus Latina est.cui Græci parẽ nunquã habuerunt. Est autẽ duplex vocalis & cõsonans. *¶ *ferale sonãs.* Sic lego ex Lugdunẽsi,nõ furiale. V Vocalis,diphthongi ου Græcæ, id est nostræ Gallicæ *ou*,sonum habet, vt scribit Priscianus libro primo. Quæ bubonis vox est, auis nullo cantu vocalis,sed gemitu, vt ait Plinius decimo Naturalis historiæ:& quam sic feralem, tristem, lugubrem, diram appellat Virgilius quarto Æneidos.

295 B

295 C

Cap. 12

Ver. 462.

Soláque culminibus ferali carmine bubo
Visa queri. ——— ¶ *Pythagoræ bivium.*

Per-

Persius satyra tertia.

Et tibi, quæ Samios diduxit littera ramos,
Surgentem dextro monstrauit limite callem.

Inter minora Virgilij carmina extat, quod incipit,

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni.

Littera autẽ Υ non ideo Pythagoræ dicitur, quod philosophi Pythagorę sit inuẽtum. Palamedes enim inuenit, vt paullo post dicetur: sed ea sic vocitata est, quod magnus ille vir, qui per allegorias, symbola, & signa, suã fere doctrinam tradebat in eius litteræ figura duas se cernere vias dictitaret, Vnam virtutis, alteram voluptatis: ibique multa de vtraque differere solitus esset. ¶ *Vocibus in Graijs.* Nullum vocabum Græcum desinit in μ: quę cõsonans est m. ¶ *Zῆτα tacens.* Siquidẽ hę litteræ pingãtur maiusculæ, & initiales, capitalésue, ac versales, vt vulgo appellantur, Z, N. Littera autem N, vt hoc loco Græce appelletur, & non Latine, hoc est Nu, & non En, poscit versus, syllabæ pænultimæ producendæ gratia. ¶ *Mæandrum.* fluuium Asiæ, sinuosũ flexuosúmque. Erasmus in Adagijs. Pro *vagor* autem, *vocor* legendum censuit Turnebus. ¶ *Diuiduum.* Dimidium fortasse. Consonantium litterarum prima, Græcis dicitur Beta nomine dissyllabo. Latinis autem Be, monosyllaba voce priore tantũ syllaba illius disyllabi Græci. ¶ *Non formam, at vocem.* Ita hic *at* scripsi, pro aut. Delta littera Græca, & D Romana, Latináue differunt figura, Δ, D, sed non voce & sono. ¶ *Hostilis quæ.* Titus Liuius tertio. *Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus, superque eas transuersa vna deligata. Sub hoc iugo dictator Aequos misit.* ¶ *Ausonium si P.* Littera Latina, P, hoc est Pe, vt in vetere libro scribebatur, & Cecropia ac Græca, P, id est Pῶ sunt eiusdem figuræ. ¶ *Malus vt.* Littera T, malum refert: cui summo antemna per transuersum alligatur, virga velum sustinens. ¶ *Spiritus hic flatus. flatu* liber Lugdunensis. Quæ vulgo cũ Prisciano aspiratio dicitur littera H, viuificat, firmat, roborat, & vocem intendit. Vide Aulum Gellium secundo Noctium Atticarum. Qui autẽ hoc loco *viuificans, viuificator* dixit in oratione rhopalica. ¶ *Hæc tribus in Latio tantũ addit nominibus,* K. Hęc de litteris K, C, G, Q, an sint satis emẽdata, nescio, sed, ea quid sibi velint, nõ satis intelligo. Quinctilianus libro primo. K *quidem in nullis verbis vtendum puto, nisi quæ significat, etiam vt sola ponatur. Hoc eo non omisi, quod quidem eam, quotiens* A sequatur, necessariam credunt, quum sit C littera, quæ ad omnes vocales vim suam perferat. Terentianus,

296A — Cap. 3 — 351 — Cap 7

K similiter otiosa ceteris sermonibus,
Tunc in vsu est, quum Kalendas annotamus, aut Kaput.
Sæpe Kæsones notabant hac vetusti littera.

Marcian⁹ Capella libro tertio. K *vero nũc nota putatur esse, nũc littera. Nã eius effectus C integrare non dubium est. absque his, Kapita, Kalendæ, Kalũniæ.* Quod autẽ ad C & ad Γάμμα, hoc est G pertinet, fuit, cũ C Latini pro G ponẽtes, Cabino pro Gabino dicerẽt, Lece pro lege, Acna pro agna, vt

296 B scribit Marius Victorin⁹ in capite de Orthographia. * ¶ *Atque aliū pro se titulo replicata dedit* C. Q pro C hic scripsit Adrianus Turnebus vndetricesimo capite vicesimi tertij aduersariorū: nec id cur fecerit, exposuit. Atque, Adque erat in membranis, ceterum quid fuerit *alium*, & quid rettulerit? *Pro se, prose* non video cur esse debeat: verum, supra o in titulo aliquid aliquando scriptum fuerat, posteáque sculptum. Ibi fortasse quispiā titulum pro titulo existimauerat legendū. Quod si replicare, retrorsum plicare, & inuertere esset, sicut apud Plinium tricesimo quarto Naturalis

Cap. 8 historiæ, *Menæchmi Vitulus genu premitur, replicata ceruice*, Ↄ pro C scribendum videri posset ex his Quinctiliani. *Caius C littera notatur: quæ in-*

lib. 1. c7 *uersa* Ↄ *mulierem declarat: quia tam Caias esse vocitatas quam Caios, etiam ex nuptialibus sacris apparet*. ¶ *An si cincta*. *Ansis cincta*, legit Turnebus; quod littera θ ita media per transuersam Lineam secetur (vnde sectilis

65 dicta in epigrammate centesimo & vicesimo) vt infra supraque quasi ansas exhibere uideatur. Vereor autem, vt ne sit hic vitij quippiam. Finitur enim versus non monosyllabo sed disyllabo: nisi forte Thet Ausonius pronunciarit Hebræorum Phœnicúmue more, qui primi litteras in Græciam intulisse feruntur: aut certe nomen Theta sic diuidas, vt prior eius pars suum versum finiat, altera sequentem incipiat per synalœphen. ¶ *In Latio.* Apud Latinos X, numerum decem significabat, littera prorsus Græca, vt Priscianus & alij docuerunt: sed quam illi XI, Latini IX pro-

296 c nuntient. * ¶ *Hæc gruis effigies.* Lugdunenses mēbranę crucis pro gruis: sed gruis malim cum Mariangelo. Palamedem,

Aen. 2 ——— *quem falsa sub proditione Pelasgi*

Demisere neci, ——— has quattuor litteras Θ, Ξ, Φ, X, Troiano bello

Cap. 56 inuenisse scribit Plinius septimo Naturalis historiæ. Philostratus in Heroicis tres tantum, Υ, Φ, X. De quo suo inuento quū aliquando inter principes Græcos gloriaretur Palamedes, Vlixes de Υ gloriam deberi non ipsi sed gruibus dixit, quæ eam litteram ipsę inuenissent, non Palamedes: & volando illam facientes hominibus monstrassent. Lucanus libro

Versu 711 quincto.

> *Strymona sic gelidum bruma pellente, relinquunt*
> *Potura te, Nile, grues: primóque volatu*
> *Effingunt varias, casu monstrante, figuras.*
> *Mox vbi percussit densas notus altior alas,*
> *Confusos temere immistæ glomerantur in orbes:*
> *Et turbata perit dispersis littera pennis.*

Inde non solum Palamedis littera est nuncupata Υ, verum etiam ipsæ grues, quæ Υ suo agmine referunt, Palamedis aues fuerunt appellatæ. Valerius Martialis libro tertiodecimo de Gruibus.

> *Turbabis versus nec littera tota volabit,*
> *Vnam perdideris si Palamedis auem.*

Φ vero inuentum etiam Palamedis, vt dictum est, non agmine progredientes

dientes grues refert, sed solam grue. ¶ *Κάππα* fuit. Litteram K, Latini a Bœotis & Græcis acceperunt, & Ka pro Cappa appellarunt. ¶ *Furca tricorniger a specie.* Furca instrumentũ est rusticũ, satis notum. Furcarum autem aliæ sunt duûm quasi cornuum, quas bicornes appellat Virgilius primo Georgicôn.

Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes. — vers. 264

Aliæ plurium. quarum quæ ternûm fuerint, tricornes dici possunt: vt Plinius octauo Naturalis historiæ, boues Indicos, vnicornes & tricornes dixit: sed pro tricorni tricornigerum dixit Ausonius. Littera ergo Ψ, furcę trirconi similis est: & locum pænultimũ inter Græcas litteras obtinet. — Cap. 21

¶ *Et logodædolia.* E præpositio pro coniunctione *Et*, in vetere libro: qui & hæc reliqua monosyllaba a cęteris seiungens, titulum præfigebat, GRAMMATICOMASTIX. Est autem *μάστιξ* flagrum flagellúmue, vnde *ὁμηρομάστιξ* vocitatus, qui Homerum, poëtarum, omnium sęculorum facile principem, insequeretur, Zoilus Amphipolita. Ita grammaticomastix, qui grammaticis negotium facesseret: veluti qui quærit, quid Tau, quid Cæl, Sil, Min, & alia, quæ hic sunt Grãmatica. Est autẽ *λόγος*, oratio, sermo, ratio: *δαίδαλος* peritus, ingeniosus. vnde dędala Iris in edyllio vicesimo. Logodædali poliendæ orationis artifices, verborũ funditatores inaniũ, & qui venustatẽ verborũ, nõ sensuum acumen cõsectantur. Inde *λογοδαιδαλία* in Ausonij etiã epistola septimadecima, ipsum illud artificiũ. Budęus in annotationibus, Erasmus in prouerbio, Dædali opera. Stridoris autẽ, fragoris, asperitatisque causa est in voce trux, canina illa littera, r, consequente c in x. ¶ *Friuola condẽnas nequã.* Turnebus libri vicesimi tertij capite vicesimo nono legeret, Friuola cõdẽnas? nequam quq. Friuola dicũtur, quę sũt fragilia, vana, leuia, parui, nulliúsue momẽti. Malæ autẽ merces interdũ magno vẽduntur. ¶ *Ennius*, Hic antiquus poëta vbi *gau* dixerit pro eo quod est gaudiũ, alibi nõ legi. In Lugdunẽsi autẽ libro *repleat* fuit pro replet.* ¶ *Dic, quid.* Quæ inter minora Publij Virgilij Maronis carmina, catalecta, inscribuntur, hæc vnde sic sint dicta, non cõuenit. Baptista Pius in capite quadragesimo tertio annotationum posteriorũ, *a mensu syllabico* appellata scribit: quod, vt arbitror, *καταληκτικὰ* Græci vocẽt, quorũ pedi vltimo, aliquid syllabæ deest: verũ Iosephus Scaliger, qui nuper Appendicẽ, quã inscripsit, Virgilianam emẽdauit, & interpretatus est, eruditione, iudicio, & diligentia multo præstãtior, non *κατάληκτα* a desinendo, hoc est, *παρὰ τὸ καταλήγεσθαι*, verum *κατάλεκτα* ab verbo *καταλέγεσθαι*, id est a deligendo: quod ea carmina ex Virgilianis essent collecta, dicta putat. In ijs ergo catalectis fuerunt Al, & Tau, & Min (ita, vt ex hoc Ausonij loco restituit Scaliger) pro Alliũ, & Taurus, & Minium, vt putat: quas voces, vt & alias Latinas, Celtæ Galli, Germani, Britanni, & alij Barbari sic truncare decurtaréque adhuc sint soliti. Adrianus Turnebus capite vicesimo nono vicesimi tertij Aduersariorũ. ¶ *Imperium litem, venerem, cur vna notet res.* Vnum vocabulum res, hęc

Margin: 297 A; 322; 461; 297 B

tria significat, Imperium, vt in principio tertij Aeneidos,

Postquam res Asiæ, Priamique euertere gentem
Immeritam visum superis. ——— Litem, veluti in nono prioris Sermonum Horatij, auctore etiam Porphirione.

———. *Dubius sum, quid faciam, inquit,*
Téne relinquam, an, rem. ——— Venerem denique, quomodo in Eunuchi Terentianæ actu primo loquitur meretrix,

Scen. 2

Ego cum illo, quo cum tum vno rem habebam hospite,
Abij huc ——— Vetus autem Lugdunensis codex,

297 C

sæpe, habebat pro, *vna*.* ¶ *Sit ne. Est ne*, vetus liber. Hoc sil huius silis, terræ vel pigmenti genus: cuius meminerunt Vitruuius & Plinius. Vide Hermolai Barbari castigationes. ¶ *Lintribus in geminis*. Pons quis dicatur, nemo non nouit. Ponto vero vocatur, quum duæ pluresue, pro latitudine fluminis, lintres, quæ sunt minora nauigia, quales quas *gabarras* vocitamus, iunctæ, colligatæque, ac asseribus constratæ, pontem faciunt. ¶ *Bucolico sepes dixit Maro.* Virgilius in Tityro, sed vbi Cicero *seps* pro *sepes*, & quis hic Cicero? *Sepes* & *seps* vetus codex. ¶ *Vox soluta*. Quod hoc lac hodie dicimus, id & hoc lacte olim dictum, Carisio, Prisciano, & alijs auctoribus. Lactis ergo, lacti, & lacte, obliqui ab isto lacte recto facti videntur. ¶ *An Libyæ*. Seps serpentis genus est: cuiusmodi feracissima est Libya Africáque vniuersa. Græca vox σὴψ a verbo σήπω, quod est putrefacio. Lucanus nono,

Ver. 726

Ossáque dissoluens cum corpore tabificus seps.

Nicander, Dioscorides, Plinius, Solinus, & Philippus Beroaldus in annotationibus. ¶ *Dites opum.* Dis, diues: & dis, de quo est quadragesimus sextus versus huius edyllij, Iuppiter Stygius Infernúsque, Pluto Iouis superni & cælestis frater.* *Vnde Rudinus.* Rudius sine n, apud Ciceronem pro Archia. Rudiæ plurale nomen apud Melam, vtriuscunque sit numeri Rudia apud Plinium, vrbs Apuliæ, Ennij patria. Meminit Strabo libro sexto. Poëta autem antiquissimus, *ingenio plurimus, arte rudis*, cuius scripta, quæ plurima fuerunt, interciderunt omnia, dixerat alicubi *cæl* pro cælū, apocope paullo insolentiore. Altisonum autem cælum vel ex decreto Pythagorico: de quo in Scipionis Somnio apud Ciceronē, apud Pliniū libro secūdo, & alios, vel obtonitrua, quę in cęlo, id est in aëre fiunt. ¶ *Et cuius.* Pro, *quod astruit*, liber membraneus habebat, *quod addidit*. Do autem, pro domum dixit idem Ennius, vt præter Ausonium meminerunt Grammatici, Diomedes, Victorinus, Carisius, Homerum scilicet imitatus: qui δῶ, id est domum, pro δῶμα dixerat. Sed multas eiusmodi apocopas apud Homerum, Hesiodum, & alios poëtas Græcos legerat Ennius: quarum magnam turbam recenset Aristoteles in Poëtica, & Strabo libro octauo. *Endo* pro, *in*, idem Ennius, alijque veteres, ac in ijs Lucretius, frequenter dixerunt. Vnde sunt apud Festum, *Endoitium*, Endoplorato, Endo procinctu, pro, initium, implorato, in

297 D

procinctu: Marius Victorinus de apocope in versu fieri solita. *Endo sua do, id est, in sua domo.* ¶ *Aut de frende. Populea*, populi arboris frons, a, quæ breuis est natura, per duas insequentes consonantes, fr, producta, vt in carmen de Athenis monuimus. Pro *frons* autem *fruns* legeret Mariangelus: sed *frus* absque n scribebat codex Ioannis Tilij, sicut legitur apud Carisium. *Frus, huius frundis. quod sic ab Ennio est declinatum Annalium libro septimo. Rurescant frundes. non frondes.* ¶ *Sed quo.* quis finis, & quæ finis, hic scribitur. Calcem autem pro fine μεταφορικῶς etiam accipi, nemo est, qui ignoret. ¶ *Indulge Pacate.* Sic Pacate hic legendum vt habet vetus codex, non Pauline: postquam hoc edyllium initio est Drepanio Pacato dedicatum. Indulgere autē hoc loco non video, quid aliud sit, quam ignoscere, & veniam dare. quam significationem in hoc verbo non satis probabat Laurētius Valla. Iulius Capitolinus de Antonio Pio. *His quos Adrianus damnarat, in senatu indulgentias petijt.* Eodem verbo vsus, eadem fere significatione Ausonius, in Gratiarum actione. ¶ *Totum opus hoc.* Technopægnium hoc meum, sparsum est & passum, vt coma Antiphilæ. Syri Terentiani verba sunt in Heautontimorúmeno de Antiphila.

297E

406

A2 Scen. 2

Capillus passus, prolixus, circum caput

Reiectus neglegenter, pax. ——— Est autem Græcum aduerbium pax auctore Prisciano libro quinctodecimo: qui tantummodo significare dicit. Legitur in Hesychij lexico. sed non satis intelligo quid sibi velint illa. Πάξ, ὑπόδημα ἰωνπόδητον. ἢ τέλος ἔχειν. Vsus est tursus ea vocula Terentius in eadem fabula per eundem Syrum.

Act. 4 Scen. 2

Vnus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius.

sed pluribus locis Plautus, vt in Milite, Pœnulo, Rudente, Trinummo.

IN ROSAS EDYLLIVM VI.

298A

Hoc edyllium, & quæ Vir bonus, Ναὶ καὶ οὔ, Ætates animalium, Musarum inuenta, & Herculis labores inscribuntur, Virgilij Maronis esse diu credita sunt, quod reperta inter eius quę feruntur poëmatia, cum ijs primum excussa sint, verum Hieronymus Aleander, & Mariangelus Accursius, Ausonio asseruerunt, quum ea reperissent inter Ausonij scripta, quem referrent auctorem potius, quam Virgilium. In eorum autē carminum amissione, quod fecerat damnum Ausonius, pulchre pensatum voluit Baptista Pius, quum sic scripsit in litteras Ciceronis ad Dolabellam, quę extant inter epistolas ad Atticum libro quartodecimo. *Quo trahunt aliqui illud Ausonij Burdigalensis, falso Catoni adscriptum.*

Si deus est animus nobis, vt Carmina dicunt.

Qui cōmētator, nescio, quotū locū tenere debeat inter Aristarchos, qui sine iudicio Ausonij carmē credidit, quod in vetere quopiā libro inter Ausoniana, vel etiā alibi, falso titulo, forte repererat. Marcellus medicus, cui meminimus in carmē vndeuicessimū de Professoribus Burdigalēsibus,

162.

aliquot epistolas priorũ medicorũ suæ in Empirica præfationi subiecit: quarum vna Vindiciano cuidã, Comiti Archiatrorũ, ad Valentinianum Imperatorẽ inscribitur, in qua hæc sunt. *Quod quum pati cœpisset infirmus,* flens, & gemens, illud Catonis sæpe dicebat,

Corporis auxilium medico committe fideli.

Quæ ex quo primũ legi, dubitare desij de nomine auctoris istorũ Moraliũ distichorũ, quisquis sit hic Cato: quem video vixisse inter Neronis & Valẽtinianij senioris principat*. Lucani nãq; poëtę meminit libro secundo,

Lucanum quæras, qui Martis prælia dicet,

298B *Quẽ Nero interfecit, anno Christi sexagesimo sexto, vt in Latinis Eusebij Chronicis cõputatũ legimus: & Marcellus, qui Vindiciani epistolã ad Valẽtinianũ Imperatorẽ in sua transcripsit, hunc ibi titulũ habet, *vir inluster, ex magno officio Theodosij Senioris,* quare Valentinianus hic non videtur alius fuisse, quam Valentinianorum Imperatorũ primus: qui decessit anno Christi trecẽtesimo septuagesimo nono. Hoc ergo Valẽtiniano Augusto prior õnino fuit iste Cato distichographus: sub quo Imperatore floruit, qui citat, Vindicianus medicus, simulque Burdigalensis Ausonius: qui Valentiniani eiusdem filium Gratianum litteras docuit, vt sexcentis iam locis meminimus. Itaque non sunt ista disticha Moralia, opus Ausonij Burdigalensis, sed Catonis cuiusdam, vt omnium librorũ tituli præferunt, qui Ausoniũ ętate pręcesserit. Quod carmẽ quæ prosaica eiusdẽ argumenti antecedũt in vulgatis editionibus, hæc cuiuscunq; alterius auctoris sint, nobis Simo Bosius codicem visendæ antiquitatis aliquando ostendit, in quo sola erant, & Dionysio Catoni ad filium inscribebantur.

298C ¶ *Blando sensu.* morsu pro sensu alij libri. ¶ *Spirabat.* efflabat frigora. ¶ *reuecta.* Curru scilicet, quo vehi fabulantur. ¶ *Strictior eoos.* Lenis quædam aura, vnde Aurora dicta putatur, & ventus frigidulus, qualis in aurora flare solet, antecesserat orientes equos Solis (quorum nomina cum curru apud Ouidium libro secundo Metamorphoseon) id est, terras ante ortum solem inspirabat, atque inuitabat exire ad eam captandam ante diei æstum. ¶ *Riguis in hortis.* Vt in quibus sunt fontes, aut alicũde aqua inducitur, qua irrigentur. aut certe rore noctis riguis. ¶ *Per quadrua compita.* quadrata seu quadrangula, veluti cum ambulationes duæ, quasi viæ duæ, inter se secant in medio horto. ¶ *Maturo die.* tempestiuo, opportuno, & commodo ad eam rem tempore. ¶ *me vegetare.* reddere, & tueri vegetum: reficere, recreare. *Vegetum,* incolume est Nonio Marcello. ¶ *Concretas pruinas.* pruina, πάχνη, est ros frigore concretus: quod nos *gelu* vulgo dicimus. Budæus in Annotationibus. ¶ *caulibus & patulis.* Caulis etiam brassica Latinis dicta est. *Teretes* autem rotundas & globosos. ¶ *Cælestis aqua.* roris pondere, qui noctu è cælo & aëre decidit. ¶ *Vidi Pæstano.* Παίστος, id Pæstus in extremo libro quinto Geographiæ Strabonis: Παίστον, vero, apud Ptolemæum, id

est

est, pęstum apud Latinos auctores omnes, si quid memini, oppidum Calabriæ Seruio, alijs Lucaniæ: vbi in anno bis produci rosæ dicuntur, magna copia. *Biferique rosaria Pæsti*., dixit Virgilius quarti Georgicôn versu centesimo & decimo & nono, De lucifero in epigramma centesimum tricesimúmque quinctum. ¶ *rara gemma*. Guttulæ frigore, vt dictum est, concretæ, albescebant raræ, nec frequentes. ¶ *ad primi radios*. quum primum sol oriretur, quod est diei principium. *Die* itaque hic pro diei, vt libro primo Georgicon,

273. A

Libra die, somnique pares vbi fecerit horas.

Ver. 208

Dij in edyllio de ratione Libræ. Aulus Gellius libro nono, & Priscianus in extremo libro septimo.* ¶ *orta dies*. Aurora, & quod lucis, appropinquante Sole, in hemisphærio superiori cernitur, antequam Solis orbis emergere incipiat. Sic vulgus etiam diei attribuit, quod lucis, occasus Sol supra terram aliquandiu relinquit, quum dies proprie sit, quod inter ortum & occasum solē, temporis est: reliquū, nox. ¶ *ducrum*. rosę & Luciferi, seu Aurorę ipsius, cum qua Lucifer oritur. ¶ *Sideris & floris*. Fulgētius libro secundo mythologicō rationē reddere conatur, cur in Veneris tutela ātiqui rosas posuerunt. Eas Aurorę cōsecrarūt, quā ῥοδοδάκτυλον Homerus, id est roseis digitis (ῥόδον rosa, & δάκτυλος digitus est) & eius quadrigas roseas Virgilius, eiusdéq; atria, rosarum plena Ouidius secundo Metamorphoseon. ¶ *forsan & vnus odor*. est illorum. ¶ *celsior ille*. odor sideris dispergitur in aëre, & ad nos non peruenit. ¶ *Proximus iste*. odor rosæ. ¶ *Communis*. Paphia Venus, dea stellæ illius, & simul dea rosę. ¶ *vnius muricis*. eiusdem coloris, purpurei. Quod genus piscis murex, disce ex Plinio. Quæ autē rosa prius alba erat, quomodo purpurea & rubra facta sit vel Aphthonij progymnasmata fabulātur. ¶ *Momentum*. breuissimum tēporis spatium. ¶ *galero*. tegumento. ¶ *obelisci*. Quid obeliscus diximus ad versum trecentesimum & tertium decimum Mosellæ. Obelisco autem & metæ similis est rosa, vbi nata est, priusquam tota aperiatur. ¶ *Mucronem absoluens*. fastigiū, verticem, & quasi cuspidem soluens, laxans, aperiens. ¶ *exsinuabat*. quasi sinus faciebat, & explicabat, expādebat. * ¶ *folijs se numerare*. sua folia ostendere, & explicare, vt iam ea numerare facile possis. ¶ *ridentis calathi*. Læti, iucundi, exhilarantis contemplantem calicis. Rosæ enim se pendentis calicem videtur dixisse Plinius, quem hic poëta calathum, eodémq; tropo. Est autem Græcum κάλαθος: quod quasillum Latini dicebant, Festo, & Seruio auctoribus. Hoc vasis genus, pro vario usu, non dubito, quin ex varia fieret materia: sed in quibus lanam, pensum, fusos, glomera, & reliqua ad opus suum pertinentia mulieres reponebant, ex vimine fiebant, vt & in quibus comites Proserpinæ, flores colligunt quarto factorum Ouidij.

312. cap. 14. 299

262.

360 A

Hæc implet lento calathos de vimine nexos.

Quæ vero calathi figura fuerit, ex his cognosci posse video. Primum, quod hoc loco Ausonius rosam, quum primum tantum se aperuerit,

vt quod in ima croceum, est, videri possit, Dioscorides scammoniæ, & lilij florē Plinius, calatho similem esse dicunt. *Candor eius eximius* (inquit Plinius libro vicesimo primo de lilij flore loquens) *folijs foris striatis, & ab angustijs in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi.* Deinde calathi figura ex vmbræ Terræ, figura percipi posse videtur, quæ Græcis, vt Cleomedi libro secundo, καλαθοειδὴς appellatur, quæ est, quam Plinius libro secundo, turbini recto, & inuersæ metæ similem dicit, vt sit imum eius angustum. *Est qualus siue qualum, aliud vasis vocabulum, quod etiam é *vimine* facit Virgilius secundo Georgicorum,

cap.5. | cap.11. | 300 B | vers.241

—— Tu spisso vimine qualos
Colaque prelorum fumosis deripe tectis.

Columella vero ex salice, vt mox videbitur. Hoc qualum Acro pro supra dicto muliebri calatho accipit, & μεταφορικῶς pro lanificio, quum dicit Horatius in carmine duodecimo libri tertij.

Tibi qualum Cythereæ puer ales:
Tibi telas, operosæq; Mineruæ
Studium aufert Neobule Liparæi nitor Hebri.

Idem facit & vetus alter Horatij interpres, hoc etiam addens, mulieres per diminutionem hoc genus vsurpare solitas, quasillum dicentes. Columella denique huius vasis sic meminit libro nono. *Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus saccus, inuersæ metæ similis, qualis est, quo vinum liquatur.* Hæc puto, satis probant, Quali non fuisse aliam figuram, quam calathi & quasilli: de qua, non video, quid Hermolao Barbaro obstrepat Marcellus Virgilius in librum quartum Dioscoridis. Ceterum quod ad Quali orthographiam attinet, nos id qualum & quallum scriptum reperimus: scimúsque esse quosdam, qui gemino l scribendum ideo existiment, quod syllabam producat, quam quasillum corripit, sed ita tamen vt scribatur, nihil necesse esse video. Primum enim, non omnia deriuata, primitiuorum tenorem seruant. deinde in his vocibus, syllabam, qua, non eadem sequitur consonans.

cap.15.

*¶ *Prodens inclusi.* Plinius libro vicesimo primo de rosa. *paullatim rubescens dehiscit, ac sese pandit, in calicis medio sui stantis complexa luteos apices.* ¶ *Coma punica.* punicea, purpurea, rubra. ¶ *Variósque nouatus.* Varias & nouas mutationes ac formas. Verbum satis nouum nouatus verbale quartę inflexionis. ¶ *cōquerimur natura.* O natura, nos conquerimur, quod florum pulchritudo est breuis, & momentanea. Est in libro primo anthologiæ epigrammatum Græcorum caput εἰς χρόνον: vbi distichon in eandem fere sententiam inuenies. ¶ *eous.* id est lucifer, apud Virgilium primo Georgicôn, Seruio auctore.

300 C | cap.4. | vers.288

Aut cum sole nouo terras irrorat Eous.

Loqui-

Loquitur autem secundum vulgi opinionem Ausonius, qui quam cernunt stellam ortum Solis antecedere, eandem esse putant, quæ ipsum occasum modico interuallo subsequitur. Fieri autem hoc non potest, vt eadẽ stella eodẽ die Solẽ mane anteeat, Vesperi ipsum sequatur: sed Canem maiorem, Iouem, & si quod siderum ijs magnitudine accedit, pro Veneris astro accipiunt imperiti. Epigramma centesimum & tricesimumquinctum de hac stella. ¶ *vidit anum.* senem, vetulam. ¶ *Sed bene, quod.* Sed bene habet, & plæclare actum cum rosa, quod eius vita & ætas, quæ breuissima est, multarum rosarum successione producitur. Ceterum de rosæ laudibus quædam inuenies apud Achillem Statium in principio libri secundi de Leucipe & Clitophonte. 70

IN EDVLLIVM VII

¶ *Cui dono lep.* Carmen hoc hendecasyllabum Phalæcium, eo loco edendũ censui, quem constituebat antiquus Lugdunensis codex: in quo solo adhuc fuit repertum. Tunc autem ab Ausonio scriptum fuisse liquet, cum ad Drepanium Pacatum aliquot suũ mittebat poëma. Quod illud esse potest, quod ipsum sequebatur. *De vita humana*: & hoc si solum non erat, quæ ipsum sequebantur, *Vir bonus, Est & non, Aetates animaliũ, Ratio libræ, Ratio puerperij maturi*, & quædam alia. In titulo autem, AVSONIVS DREPANIO FILIO, filium appellauerit Ausonius, siquidem talem ipse potius, quam librariorum quispam, titulum fecerit, Drepaniũ, quem non minus diligeret, quam proprium filium parens, sicut Symmachum in epistola quarta, & Paulinum in vicesima prima, ac alibi, filios vocat. De Drepanio si quid comperti habuimus, exposuimus in ijs, quæ in Ludum Sapientum scripsimus, qui ad illum missus fuit. ¶ *Veronensis poëta.* Caius Valerius Catullus poëta, ex Verona Italiæ ciuitate. * ¶ *Inuentóque.* Catulus poëta librum suum emissurus, quærit cui dare, & dedicare possit, his hendecasyllabis.

301 A — 418. 470 — 212 — 301 B

Cui dono lepidum nouum libellum
Arida modo pumice expolitum?

& quasi statim inuenerit, cui donet, continuo subijcit,

Corneli, tibi. Namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.

Est autem, qui Catullo Cornelius, Ausonio Nepos nuncupatur, Cornelius Nepos, scriptor Latinus: qui, vt scribit Aulus Gellius in extremo libro quinctodecimo Noctium Atticarum, *Marci Ciceronis, vt qui maxime amicus familiarísque fuit.* Cui à Cicerone scriptas litteras vidisse se testatur Ammianus Marcellinus in principio libri vicesimi sexti,: quæ hodie non extant. Plurima scripserat hic homo, ex quibus sola extat Pomponij Attici vita, inter Ciceronis epistolas Cap. 28

ad hue seruata. Interciderunt illius libri aliquot de vita eiusdem Ciceronis, quorum ibi meminit Gellius. Item eius libellus, quo distinguebat litteratum ab erudito, Suetonio citatus in libro de claris Grammaticis. Adhæc, chronica: quorum citat primum librum Gellius in extremo libro septimodecimo: & quę Probo pręfecto prætorio misisse se scribit Ausoni epistola tertia: & quæ breue opus, sed doctum, & laboriosum dicit Catullus. * Item libri de viris illustribus: quorum quinctum decimum, & sextum decimum Carisio citatos inuenio, de ablatiuo patruele, & de genitiuo *partum* pro *partium*, agenti. ex quibus esse potest excerpta vita illa Attici. Liber de viris illustribus, qui a Proca incipiens in Pompeium magnum desinit, Nepotisne sit Cornelij an Plinij, dubitari video: nec audet quisquam asserere quippiam de Daretis Phrygij versionibus scriptoris Homero antiquioris, Aeliano memorati in principio vndecimi varię historię. De patria Cornelij Nepotis nihil comperi. Catullus Italum facere videtur, quum sic alloquitur,

Cap. 21
419
301 C

——ausus es vnus Italorum

Omne æuum tribus explicare chartis Doctis Iuppiter, & laboriosis.

Ausonius Gallum facit in versu nono huius carminis. Quod vtrunque potest esse, nimirum si, vt ipse Catullus, ex aliqua Galliæ Cisalpinæ ciuitate fuit Nepos. In Latinis Eusebij chronicis reperies, Corneliū Nepotem scriptorem historicum floruisse annis ante natum Christum triginta sex: quem tradit Plinius nono Naturalis historiæ, Augusti Octauiani pricipatu obijsse. * ¶ *At nos illepidum.* Sic & in præfatione in Griphum. Ego vero Ausonius poëta Catullo non comparandus, cui dabo non lepidum, sed illepidum, & rudem libellum? burras? quisquilias? ineptias? BVRRA autem, quid proprie sit nescio, nomen alibi mihi non lectum, quod hoc loco rem minimi vel potius nullius pretij significat. Quæsiuit Pithoeus de illo primi aduersariorum capite sextodecimo. sed QVISQVILIAE, vt scribunt Festus, & Seruius, sunt quicquid ex arboribus, surculorum, filiorúmque, cadit, stipulæ, aliaque terrarum purgamenta. ¶ *gremio cui.* Vel adiectiui & substantiui oratio, *cui gremio*, & cui sinui: vel homini subaudiendum. *cui* homini foueatur in *gremio*. Sic fuit in exemplari: & metrum vitiarunt, qui *cuius* pro *cui* scripserunt. ¶ *Inueni. trepidæ silete nugæ.* Quod quęrebam, inquit, inueni, nempe cui mittam, & credā meum libellum. Quiescite iam, & sollicitudinem omittite, ô trepidę nugæ meæ. Ita hæc vocabula per æ in exemplari, & nugæ non natæ, vt ediderunt Lugdunenses. Sic hæc sua edyllia quisquilias, ineptiasque iam appellauit Ausonius.* ¶ *nouem sorores.* Musæ nouem. Epigramma centesimum & tricesimum octauum. Recte Lugdunenses plurimis quod fuit in suo exemplari, in pluris contraxerunt. Musæ Drepanium Pacatum poëtam omnibus præferunt vno excepto Virgilio Marone. *Demto* autē sine p fuit in exemplari. ¶ *Pacatum haud dubie poëta dicis.* Drepanium Pacatum procul dubio dicis, o poëta Ausoni. Hoc, nugarum est illarū.

Cap. 39.
301 D

301 E
77

quibus

quibus respondet Ausonius. Certe ipse est. Recte diuinastis. Et iam pro nugis illis, versus suos alloquitur: quod idem valet. *Poeta* autem recte fuit in exemplari, & non *poëtam*, vt ediderunt Lugdunenses. ¶ *Et nudum in gremio fouete tuto.* ὑπαλλαγὴ, si nihil est vitij, pro ipse vos foueat in sinu suo intimo, & cõplectatur: sicut duodecimo Aeneidos, — *annuerit nobis victoria martem*, pro, annuerit nobis victoriam Mars. ¶ *Ignoscenda teget.* Eadem inuenies πάρεισα in præfatione in Ludum Sapientum ad eundem Drepanium Pacatum.

171

vers. 189

11

¶ *Quod vitæ.* In vetusto Lugdunensi libro titulum habuit hæc ecloga, EX GRAECO PYTAGORICON DE AMBIGVITATE ELIGENDAE VITAE. In quam sententiã non memini scriptũ quicquam ab veteribus Pythagoréis legere, sed in capite tertiodecimo libri primi Anthologiæ, ac in sermone nonagesimo sexto Stobæi, hoc decastichon extat, quod imitatus esse potest Ausonius, siue Posidippi cuiusdam carmen sit, seu Cratêtis philosophi Cynici, vt dubitat titulus.

302 A

Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον; ἐν ἀγορῇ μὲν
 Νείκεα, καὶ χαλεπαὶ πρήξιες, ἐν δὲ δόμοις
Φροντίδες. ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἅλις. ἐν δὲ θαλάσσῃ
 Τάρβος. ἐπὶ ξείνης δ', ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος.
Ἢν δ', ἀπορῇς, ἀνιηρόν. Ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
 Ἔσσεαι. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.
Τέκνα, πόνοι. πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
 Ἄφρονες. αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
Ἦν ἄρα τοῖν δοιοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
 Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

Id est,

Quam quis vitæ secet semitam? in foro quidem
 Lites, & molestæ actiones. In ædibus vero
Curæ. in agris, laborum satis. in mari
 Terror: in peregrinatione autem, siquidem habeas aliquid, timor.
Si egeas, graue est. Habes vxorem? non sine sollicitudine
 Eris. non ducis? viuis etiam desolatius.
Liberi, labores. trunca est, orba liberis vita. Iuuenta
 Insipientes: canities è contrario imbecilles.
Erat itaque duorum vnius electio, aut natum fuisse
 Nunquam, aut decessisse statim nascentem.

* ¶ *Si peregrinos.* qui sunt peregre, vt fere mercatores. ¶ *catenatósque labores.* Legerat Ausonius in epigrammate septuagesimo secundo libr. primi Martialis.

Expectant curæq́, catenatique labores.

* ¶ *Mutandos.* Multandos, vetus liber. ¶ *Quo vitam.* versus est octingentesimus & septuagesimus nonus duodecimi Aeneidos. Iuturnam Turni sororem Iuppiter immortalitate erepta, pro virginitate, donarat:

302 B

303

quæ mortem optauit, quum fratrem suum ab Aenea cæsum iri vidit. ¶ *Sic Caucasea.* De hac fabula in versum septuagesimum septimum Technopægnij. Inter alia autem, quę apud Aeschylum Prometheus de Ioue Saturni filio & malis suis queritur, hæc sunt ad Io, quæ dixerat, Mori statim satius esse, quam cunctis vitæ diebus πάσχειν κακῶς,

> Ἦ δυσπετῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους φέροις,
> Ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον.
> Αὕτη γὰρ ἦν ἂν πημάτων ἀπαλλαγή.
> Νῦν δ' οὐδέν ἐστι τέρμα μοι προκείμενον
> Μόχθων, πρὶν ἂν Ζεὺς ἐκπέσῃ τυραννίδος.

Id est,

> *Certe vix meas ærumnas ferres,*
> *Cui mori non licet per fatum.*
> *Hæc nanque foret malorum liberatio.*
> *Nunc autem nullus est finis mihi propositus*
> *Laborum, priusquam Iuppiter pulsus sit regno.*

Ceterum sex hi versus, Spernimus, & quinque sequentes de Iuturna & Prometheo, non fuerunt in Lugdunensibus membranis, sed in omnibus alijs nostris exemplaribus. ¶ *Sic nempe pudicum.* Epigrāma vndecimum. ¶ *Tereos.* Terei. ὁ Τηρεύς, τοῦ Τηρέος. hic Tereus, huius Terei. Versus tertius decimus epistolæ vicesimæ quartæ Ausonij. ¶ *vel mollis.* Sardanapalus fuit vltimus Assyriorum rex, vir muliere corruptior. Herodotus, Diodorus, Iustinus. ¶ *Perfidiam.* Tribus bellis, de Carthaginensium & Pœnorum perfidia supplicium sumpsere Romani; eorúmque vltimo deleta Carthago. Griphi versus vicesimus quartus.* ¶ *Sed prohibet.* Initio secundi belli punici ab Annibale deleta fuit Saguntus Hispaniæ ciuitas opulentissima, fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum: vt Lucius Seneca, Liuius, & alij retulerunt. Vnde Saguntina fames adagium in iambico epistolę vicesimæ secundæ. Quęsiuimus autem de Sagunti genere, terminatione, scriptura, in ijs, quę scripsimus in Europium. ¶ *Pythagoreorum.* Πυθαγόρειοι, & Πυθαγορικοὶ dicti sunt Pythagoræ philosophi assectatores, vt Theano in vltimo carmine Parentalium. De quorum amicitia lege apud Erasmum Chiliadis primę prima prouerbia. Memoriæ autem proditum est, a Crotoniatis domum Mylonis, in quam Pythagoras cum amicis & discipulis conueniebat, incensam fuisse: egressúmque ac fugientem illum captum, & interfectum: sicque ex sodalibus, qui tum ibi fuerant ad quadraginta, multos perijsse. Diogenes Laërtius, Iustinus libro vicesimo, Arnobius primo aduersus gentes. ¶ *Timon.* μισάνθρωπος, id est, osor hominum, cognominatus, de quo Suidas, Lucianus, Plutarchus in Alcibiade, & Antonio, & alibi. Palladiæ autem cur dictæ sint Athenæ, cognosce ex ijs, quæ scripsimus in carmen de Athenis. ¶ *Pernox.* continua & perpetua cura, cogitatio, meditatio. Quinctilianus in extremo libro septimo. *Nemo expectet,*

ctet, vt alieno tantum labore sit disertus. Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum. ¶ *Sed rudis.* qui fuerit iners, ignarus, imperitus, eius vita obscura, inhonorara, ingloria. ¶ *Et captatoris.* Egenus hæredis, id est, qui filios non habet, is præda est captatoris, qui testamenta & hæreditates captat. Beatus Renanus hunc Ausonij locũ adduxit in librum Cornelij Taciti de Germanis: quum dixisset Tacitus nulla orbitatis esse pretia apud Germanos. Sed de captatoribus lepidi extant apud Lucianum, Platonis & Mercurij, Zenophantæ & Callidemidæ, Cnemonis & Damnippi, Cratetis & Diogenis, dialogi. ¶ *optima Graiorum sententia.* Contrà quam disputat Epicurus apud Diogenem, & Lactantius Firmianus tertio Diuinarum institutionum. Sed vide inter Erasmi adagia, optimum non nasci. Cap. 19

IN VIRVN BONVM, EDYLLIVM VIII.

Et huic carmini titulus erat in eodem vetusto codice, De viro Bono ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΗ' Α'ΚΡΟ'ΑΣΙΣ. Est autem ἀκρόασις, auscultario, disciplina, doctrina, id quod a viua magstiri voce accipitur. ¶ *Vir bonus.* 305 A

——Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraque seruat,
Quo multæ, magnæque secantur iudice lites, &c.

Horatius epistola sextadecima libri prioris. ¶ *repperit vnum. vllum* pro *vnum* quidam libri. ¶ *consultus Apollo.* Thales in ludo septem Sapientum. ¶ *Ad vnguem.* diligentissime, accuratissime, ad amussim, quod est aliud prouerbium apud Erasmum. ¶ *vanique ferat.* Nescio, quid sibi vult, quod in vetere libro erat, *lues* pro *ferat.* leuis fortasse fuit. ¶ *Securus.* sine cura, non curans, non inquirens anxie, quid agant potentes, quid inopes: quid principes, quid vulgus. ¶ *Mundi instar habens.* qui vir bonus & sapiens habet instar, id est similitudinem mundi & mundo est æquiperabilis, quippe qui sit perfectæ rotunditatis, vt Mũdus, nullos habens angulos, nullos recessus, lacunas nullas, in quibus sordes hæreant, probra, vitia: sed plane mundus ipse est, *integer vitæ, scelerisque purus.* ¶ *Externa.* extrinsecus aduenientis labis. ¶ *per leuia.* vt inleui, & perpolita globi summitate, quam etiam extremitatem Cicero vocat. De hoc leui, in epigramma centesimum vicesimum tertium. ¶ *Sidat.* sedeat, hæreat, moretur. Imitatus ergo hîc Ausonius Horatium, qui in sermone septimo libri secundi sic scripserat. 123 305B 68.

Quisnam igitur liber? Sapiens, sibi qui imperiosus:
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis: & in se ipso totus teres, atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leue morari:
In quem manca ruit semper fortuna.

¶ *Ille.* vir bonus, &, sapiens, totam diem noctémque, quantuncunque

longa ſit, nihil aliud quam cogitat, & ſe examinat, &c. ¶ *Subſidere cancri.* Quum ſol eſt in principio ſigni Cancri, dies eſt totius anni longiſſima. ¶ *tropico ſe porrigit.* Extendit ſe nox. Sol quum eſt in principio ſigni Capricorni, dies eſt breuiſſima, nox longiſſima. eſt ibi τροπὴ id eſt reuerſio. Sed de iſtis tropis & tropicis, plura in edyllium de ratione dierum anni vertentis. ¶ *trutinæ ſe examine.* Cornutus vetus Perſij interpres, examen definit, linguam, vel lignum, quod mediam haſtam ad pondera adæquanda tenet: trutinam, vero, foramen, intra quod eſt lingula illa, de qua examinatio eſt. ¶ *Protuberet.* Tumeat, emineat. Solinus de Bucephalo. ¶ *angulus æquis Partibus vt coëat.* In his perpetuo eſt metaphora, & ea interdum obſcurior. Angulus æqualibus partibus hic quid ſit aliud, non video, quam qui Geometris rectus angulus appellatur, medius inter acutum & obtuſum: vt vir bonus & ſapiens omnia recta cogitare & tractare ſignificetur. ¶ *Vt coëat.* vt coniungatur, cōueniat, conſtet. ¶ *nihil vt deliret amuſsis.* De verbo delirare, ad epiſtolam duodecimam. AMVSSIS autem, vnde prouerbium, ad amuſſin, eſt filum, ſeu funiculus, quo fabri materiarij ſiue carpentarij vtuntur, oblito rubrica, aut atramēto, aut aliquo alio colore. Budæus in annotationibus. ¶ *nec inania ſubtus.* ſubtus & ſubter, hoc differre quidam dixerunt, quod ſubter præpoſitio & aduerbium inueniatur, ſubtus aduerbium duntaxat. Vidi alios, qui putarent ſubtus eſſe prorſus barbarum, & id a vetuſtis librarijs corruptum ex ſubter. Certe vetus liber hoc loco ſubter habebat. * ¶ *digitis pellentibus.* percutientibus, ferientibus. Si quod corpus pulſaueris, percuſſeriſue, ictus fere indicat, vtrum id ſolidum ſit ac plenum, an vero cauum, inane, fractum. Hoc ſenſu videtur hic legendum pellentibus, non palantibus, quod probauit Badius. Alludere videtur Auſonius ad illud Perſij ſatyra quincta ad Cornutum,

306C
316
446
306A

——— *Pulſa, dignoſcere cautus,*
Quid ſolidum crepet. ——— ¶ *Non prius in dulcem.* expreſſa hæc ex Pithagoreorum verſibus aureis.

Μήδ' ὕπνον ἐμαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμεριινῶν ἔργων τρὶς ἕκασον ἐπελθεῖν.
Πῆ παρέβην; τί δ' ῥεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Αρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι. καὶ μετέπειτα
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας. ἐπιπλήσσεο. Χρηςὰ δὲ, τέρπου.

Id eſt, ad verbum.

Neque ſomnum teneris in oculis accipe
Prius, quam diurnorum factorum ter vnum quodque commemoraueris.
Qua ſum trangreſſus? Quid feci? Quid mihi, quod oportuit, non factum eſt?
Orſus autem a primo recole & poſtea
Mala quidem ſi feceris, dele: bona vero, gaude.

306B *Declinat* autem, declinans in antiquo libro. * ¶ *Qua pretergreſſus.* *Qua*

sus. Qua,quo, & *quæ* hîc habent nostra exemplaria, pro Græco πῆ. Est autem hoc,apud se sub noctem reputantis,quid toto die gesserit. Seneca libro tertio deIra. *Faciebat hoc Sextius,vt consummato die,quum se ad nocturnã quietem recepisset, interrogaret animum suum, Quod hodie malum tuum sanasti? Cui vitio obstitisti? Qua parte melior es?* ¶ *in tempore*. Pittacus in ludo Sapientum ¶ *Sedit*.placuit.probata est. ¶ *Cur aliquem fracta*. Aegre opem tuli,non libenter,vt debui. *Fracta* ergo *mente*, molli, non forti animo. ¶ *Perstrictus quisquam*.subaudi, a me.Num est aliquis a me læsus,& offensus aut verbo, aut etiam vultu? *Vultu* autem,vnde & voluntas cognoscitur,qualis vultus fere est inuidẽtium,& iratorum. *Quicquam* tamen pro *quisquam* hic scriptum inuenerat Badius. ¶ *Cur me natura*.quæ mala & corrupta est. ¶ *quam Disciplina*. doctrina & institutio sancta. ¶ *per omnia*.Hypermetros appellant Grammatici versus,postrema syllaba abundantes.quæ in m, aut in vocalem desinens,cum vocali eliditur,quæ insequentem versũ incipit. Talis est versus sept mus edyllij de diebus anni vertentis. ¶ *ortóque à vespere*. post occasum solis,& ortum Vesperi:de qua stella ad epigramma cẽtesimũ tricesimum quinctũ.

224.
316.
71.

IN EDYLLIVM IX.

387 A

Est huic Edyllio titulus E S T E T N O N inter Virgiliana carmina:sed in antiquo libro Lugdunensium & Mariangeli, Ναὶ καὶ οὐ Πυθαγορικόν. In quo ναὶ & οὐ aduerbia sunt, hoc negantis, illud aientis affirmantisque in Platonis,aliorùmque Græcorum dialogis:quæ,Latina,Etiam,& Non, valent.Cicero in Lucullo. *Sequens probabilitatem, vbicumque hæc aut occurrat,aut deficiat,aut Etiam,aut Non,respondere possit*. Ceterum istud Ναὶ καὶ οὐ,cuius & iam mensio ad versum quadragesimum primum epistolæ Ausonij vicesimæ quinctæ, cur Pythagoricæ sectæ potius,quam Academicæ vel aliarum?nisi forte id sit,quod solum eloqui fas erat Pythagoræ discipulis,toto silentij quinquennis tẽpore. cuius ἐχεμυθίας meminit Plutarchus de Curiositate, & Gellius libro primo. ¶ *siue negoti*. negotij & otij veteres membranæ. ¶ *Alterutro*.Hoc, si Est,& Non refert,positũ pro vtroque videbitur:si vero ad otium & negotium,turbam & quietem propriam suam significationem retinebit. ¶ *Sæpe seorsis Obsistunt studiis* Studijs hic malim legere, quam *dubijs*. *Seorsis* autem nomen est adiectiuũ ab aduerbio seorsus siue seorsum,pro separatis diuisis, diuersis dissidentibus,quo nomine non habeo antiquiorem Terentiano qui sit vsus.

491.
cap.9.
307 B

Elementa rudes quæ pueros docent magistri,
Vocalia quædam memorant,Consona quædam.
Hæc reddere vocem quoniam valent seorsa,
Nullúmque sine illis potis est coire Verbum.
Sed duæ fient seorsæ syllabæ.per se breues.

Et idem rursus,

Nec dabit per se. seorsam ac residuam nominis
Atque diphthongo coactam promet.

¶ *Vel faciles. facilis* & *difficilis*, vetus liber. ¶ *Hinc fora.* siue rerum venalium fora sint, siue causarum agendarum. ¶ *Furiosi Circi.* In quo qui inter se depugnant, & mutuis se conficiunt vulneribus, tum qui cum leonibus & alijs feris bestijs audent congredi, ij porsus furunt. Ceterum de Circo plura nos in epistolam secundam. ¶ *Cuneati theatri.* Carmen de Mediolano. Theatri autem seditionem appellat strepitum, clamorémque eorum, qui in theatro

417
001.

Tumultuantur, clamant, pugnant de loco,

vt est in prologo Hecyræ Terentij. Cuiusmodi seditio est læta, sed tristes & perniciosæ, quas Decemuiri Romæ, & Gracchi concitauerunt.

308

* ¶ *tales agitat quoque curia lites.* vt cum patres de rebus consultant. ¶ *Cõiugia.* Coniuges, viri, & vxores. ¶ *Salua pietate.* vt quam debent filij parentibus. ¶ *placitis Schola consona discip.* eiusdem sectæ homines. ¶ *Dogmaticas agit.* Græcorum philosophorum δόγματα, Cicero decreta interpretatur in Academicis, eadémque a Latinis placita etiam dici probat Budæus, in annotarionibus: vnde placitas disciplinas hîc dixit Ausonius, seu quisquis sit huius carminis auctor. *Placitis* nanque per quam recte habuit Marian geli codex pro *placidis*, quod in alijs legeramus explaribus. ¶ *Dialectica turba sophorum.* ipsi dialectici, philosophorum pars. ¶ *Est lux: est ne dies ergo?* Si lux est, dies est. atqui accensis funalibus noctu, lux est. igitur noctu dies est. Sophisticus syllogismus captionem, inquit, in verbo *lux* habet. Lux enim non solum diei est, sed etiam aliarum rerum, vt accensę facis, & fulgetri. ¶ *Est & Non igitur.* Est lux: non est propterea dies. ¶ *talia commeditantes Murmure concluso.* Persius habet in satyra tertia.

Murmura cum secum, & rabiosa silentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Aegroti veteris meditantes somnia.

¶ *Duo quam monosyllaba versant.* quam vitam humanam duæ voculæ Ναὶ, οὔ: Etiam, Non: Est, Non, ita, vt dictum est, versant, & agitant.

---

309 A

IN AETATES ANIMALLIVM EDYL. X.

DE AETATIBVS. HESIODION. Hic fuit titulus in membraneo codice. Hesiodion autem ἡσιόδειον, hoc est Hesiodêum siue Hesiodium, ab Hesiodo poëta clarissimo, qui de animantium ætatibus hæc luserat aliquo suo in carmine, quod intercidit. Ex eo quinque tantum hos versus hexametros legere memini in Plutarchi libro, de Oraculorum defectu.

Εννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα Κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων. Ἔλαφος δέ τε τετραχόρωνος.

Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται. αὐτὰρ ὁ Φοῖνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας. δέκα δ' ὑμεῖς τοὺς Φοίνικας
Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Id est,

Nonem quidem viuit sæcula garrula cornix
Virorum pubescentium. Ceruus vero quattuor cornicum est.
Tres vero Ceruos Coruus senescit. at Phœnix
Nouem Coruos. decem vero vos phœnicas
Nymphæ crinibus formosæ, filiæ Iouis ægidigeri.

¶ *Ter binos deciesque nouem.* nonaginta sex annos. Alij vitæ humanæ modum centum annis definiuerunt, vt meminit Plinius libro vndecimo, & Caius Iurisconsultus libro septimo digestorum. alij centum & octo, vt mememorat Demetrius in eodem Plutarchi libro: sed vide Censorinum. ¶ *Iusta senescentum.* Hic interpres in Hesiodo legerat, ἀνδρῶν γηρώντων, id est virorum senescentium, non ἀνδρῶν ἡβώντων, hoc est, virorum adolescentium, seu pubescentium. Vtroque enim modo hic legi, Demetrius apud Plutarchum meminit. * ¶ *hos nouies.* Cornix viuit nouem hominis sæcula, id est, nouies nonagenossenos annos, qui fiunt octingenti & sexaginta quattuor anni. Idem in Gripho. ¶ *& quater egreditur.* Quater octingeni & sexageniquaterni anni, fiunt tria millia quadringenti & quinquaginta sex anni. ¶ *Alipedem ceruum.* Ceruus viuit ter terna millia quadringenos & quinquagenos senos annos, id est, decē millia & trecentos & sexaginta octo annos. Alipedem Ceruū hic dicit, quem æripedem pro aëripede, in carmine de laboribus Herculis, & in Gripho, quasi alatis & aërijs pedibus propter velocitatem. ¶ *& illum multiplicat.* Hoc significat Phœnicem viuere nonaginta tria millia & trecentos & duodecim annos, qui sunt tantum mille in epistola Ausonij vicesima. Pro &, at habent quædam exemplaria. ¶ *reparabilis ales.* Quomodo reparetur, & ex se nascatur Phœnix, Lactātius, Claudianus, Solinus, Plinius, Ouidius libro quinctodecimo Metamorphoseon, & alij memorarunt. Cornelius Tacitus libro quincto, in Ægypto eā volucrem aliquādo cōspici non ambigit, sed de illa tradi multa fabulosa putat. ¶ *Quam vos.* Decies nonagena terna millia & treceni & duodeni anni, summa immensa. Plinius Hesiodo hic non credit, cuius ascribam verba ex libro septimo Naturalis historiæ. *De spatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modo situs, verum exempla, ac sua cuique sors nascendi, incertum fecere. Hesiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabulose, vt reor, multa de hominum æuo referens, Cornici nouem nostras attribuit ætates: quadruplum eius, Ceruis: id triplicatum, Coruis: & reliqua fabulosius in Phœnice, ac Nymphis.* Sic Plinius illa Hesiodi accepit. Cleombrotus vero in eodem Plutarchi libro, γενεὰν hominis non esse aliud apud Hesiodum, quam annum vnum probare conatur, vt Cornicis vita fiat annorum nouem tantum: Cerui, triginta sex: Corui, cētum & octo: Phœnicis non-

cap. 17
Tit. 1. leg. 56
309 B
278
78. 278
469
Cap. 48

gentorum septuaginta duorum: Nympharum vero nouem millium & septingentorum, & viginti annorum." ¶ *Nymphæ Hamadriades.* versu septuagesimo quincto Technopægnij memoratæ. Erit autem Nymphæ

309 C Ha, dactylus, correpta diphthongo ante vocalem, & nulla synalœpha.

492 ¶ *Hæc cohibet finis.* legitur &, *Hi cohibent fines.* ¶ *Tempora, quæ.* Hi septem versus in Lugdunensibus membranis erant, qui non legebantur in codicibus impressis ante editas Mariangeli diatribas. ¶ *quæ Stilbon.* Στίλβω, luceo, corusco: vnde participium στίλβων, præsentis temporis: & stella Mercurij, vna ex septem errantibus, anno fere vertente Zodiacum lustrans, vt scribit Cicero. ¶ *quæ secula Phæthon.* Τετσύλλαβον quidem Phaëthon in διούλλαβον Phæthon, per συνεκφώνησιν συναίρεσιν συναλοιφὴν, cogi posse scio, sicut fecit Varro Publius apud Quinctilianum libro primo, & Victorinum,

Quum te flagranti deiectum fulmine Phæthon,

sed Φαέθων apud Aristotelem de Mundo, & Ciceronem secundo de natura deorum, & Plutarchum secundo de Placitis philosophorum, stella Iouis est, quam cur hoc loco bis nominaret Ausonius? Phænon itaque pro Phæthon omnium veterum nouorúmque codicum, legi debet tum hic, tum in epistola septima Ausonij, qui Φαίνων (est & hoc participium à Φαίνω, luceo, & splendeo) Saturni stella est apud eosdem Aristotelem,

415 Ciceronem, Plutarchum, Cleomedem, cursum suum triginta fere annis conficiens." ¶ *Quos Pyrois.* Πῦρ est ignis, vnde ὁ Πυρόεις, τοῦ Πυρόεντος, Mars, rutilum & horribile terris sidus apud eundẽ Ciceronem, ac Her-

309 D cules in Aristotelis libro περὶ Κόσμου, tertio Saturnaliorum Macrobij, & secundo Naturalis historiæ Plinij, annis fere duobus orbem signiferum

Cap. 12. coficiens. ¶ *Quos Iuppiter igne benigno.* Cicero in somnio Scipionis

Cap. 8 hunc planetam dicit prosperum & salutarem hominum generi: at secundo de Natura deorum, & Plinius duodecim signorum orbem annis duodecim conficere. *recursu.* cursu. vel recursu, regressu. Nam planetæ non tantum progrediuntur, verum etiam retro gradiuntur. Veneris autem stella cursum suum anno fere conficit. ¶ *Phœben.* Lunam, sororem Phœbi Apollinis, Solis, qui & Titan, vt & ipsa Titania in carmine de nominibus dierum. Zodiacum autem circulum Sol conficit trecentis & sexaginta quinque diebus, & quarta diei parte: Luna vero vi-

317 ginti septem diebus & tertia diei parte, vt est apud Plinium, libro secundo. Nominantur vero rursus idem planetæ septem in carmine de diebus

Cap. 8. 9 Septimanæ. ¶ *Donec consumpto.* Cicero libro secundo de Natura, de vagis stellis disserens, *Quarum ex disparibus motionibus,* inquit, *magnum an-*

317 *num mathematici nominauerunt, qui tum efficiatur: quum Solis & Lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se comparationem, confectis omnium spatijs, est facta conuersio, quæ quam longa sit, magna quæstio est. esse vero certam, & definitam necesse est.* Ita illic Cicero & in Scipionis somnio definiuit Magnum annum. Quem putauerunt quidam esse eorum, quos vulgo

vocamu

vocamus annorum, mille quadringentorum & sexaginta vnius. alij quinque millium, alij decem, alij centum, alij plurium etiam millium annorum, sicut in idem Scipionis somnium ex Tacito, Solino, Censorino, Firmico, Macrobio scripsimus.

IN EDYLLIVM DE RATIONE LIBRÆ XI.

310 A

Libra est proprie, instrumentum, quo res ponderantur, veluti quum legis apud Gellium libro quinctodecimo Noctium Atticarum, ac in tertio commentario Seuerini Boëthij in Aristotelis Topica, libram æneam in mãcipatione veteres Romanos adhibere solitos. & apud Ciceronem Tusculana quincta. *Quæro, quam vim habeat libra illa Critolai. qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram, corporis, & externa, tantum propendêre illam boni lãcem putet, vt terram, & maria deprimat.* Hinc libra certum pondus, quod libra illa examinauerit: vt quum butyri libram dicimus, & auri, & argenti, & aliarum rerum libras. Inde etiam libra, libelláque, instrumentum, quo exploramus, arcæ, saxa, trabes in ædificijs, aliáque, in aliquam partem propendeant, nécne. Libra denique per metaphoram, certa lex, modus, regula, temperamentũ, rectum & ęquum. Ex quibus varijs libræ significationibus, huius eclogæ constat argumentum. ¶ *manere.* eodem perpetuo statu, & nihil labefactari, neque corrumpi. ¶ *ingentia Mundi Corpora.* Quæ elementa grandia dixit Ouidius Metamorphoseon primo.

Cap. 27

Vers. 29

Densior his tellus. elementáque grandia traxit.

terram ipsam magnam, densam, & grauem. ¶ *gyro.* Circulo, orbe, ambitu. Græcum est γύρος: quo Cicero, Virgilius, & alij Latini non illibenter vsi sunt, gœrus in carmine imperfecto de quattuor anni temporibus. ¶ *Accipe.* Tu, quisquis es, qui miraris terram ita consistere, disce ex me, quod magis sit mirabile, de terræ & rerum omnium principijs. ¶ *Tenuissima principia.* Τέμνω, seco, diuido. τομὴ, segmen, segmentum, sectio, diuisio. ἄτομον indiuiduum, indiuisum, insectum, insecabile. & genere feminino ἄτομος ac ἄτομοι, corpuscula Ciceroni, & corpora indiuidua: Quinctiliano vero libro tertio de partibus Rhetoricæ, insecabila corpora: quæ Epicurus post Leucippum & Democritum, rerum omnium esse principia dixerit. Cicero, Lactantius Firmianus, Plutarchus primo de placitis philosophorum, & Laërtius de Leucippo, Democrito, & Epicuro. ¶ *tantis.* istis ingentibus Mundi corporibus. ¶ *nostros non admittentia visus.* quæ nobis cerni nequeunt ob tenuitatem, paruitatémque, & quod colorem nullum habeant, vt dicebant. ¶ *connexa.* compacta, conglobata. ¶ *solidum.* soliditas est in istis corpusculis insecabilibus. ¶ *Vnde vires virgóque manent.* Hoc sic quidam emendabat, *Vnde viri virgóque*: sed malim, *Vnde vigor* virésque, hoc sensu. ex eo, quod hæc minuta corpuscula, sunt solida, & indiuidua, vigor illis inest & vis. ¶ *æternáque rerum Mobilitas.* Atomorum auctores dicunt apud

330

Lactantium in libro de Ira dei, eas per inane, irrequietis motibus volitare,& huc atque illuc ferri,sicut pulueris minutias videmus in sole,quũ per fenestram radios,ac lumen immiserit. ¶ *Diuinis humana.* magnis parua. ¶ *Sic est As solidus.* As,solidum,libra,pondo,idem.de quo plura Volusius Mæcianus, & Guillielmus Budæus. ¶ *bis sex de partibus æquis.*As, vt & libra,in duodecim æquales partes diuiditur:quas appellant Vncias.

311 A ¶ *numero.* duodenario,assem & libram constituente.* ¶ *Si defuit vncia.* As,siue libra, qui ex duodecim constans vncijs, si vel vnam amiserit vnciolam,vt atomon quandam,nullus amplius erit As. As autẽ,vt solidum, totum,& integrum,quomodo vulgo appellatur, si e medio sit sublatus, certe partes eius vna cum eo interierint,Deunx,dextãs,dodrans, & aliȩ. Significat autem Deunx, vndecim vncias. Dextans decem: Dodrans, nouẽ:Bes,octo:Septunx,septem: Semis,sex,dimidium assis: Quincunx, quinque:Triens,quatuor:Quadrans,tres:Sextans,duas. ¶ *neméque deunx iam cassus.*Perierit,quasi cassus lumine apud Virgilium Palamedes, ipse deunx,solo relicto inani nomine. ¶ *si prima.* si demes septem priores vncias: quæ cum quuinunce assem costituunt.¶ *Pars septima.* septem partes,quæ dicuntur vnciæ.¶ *totum si nulla in parte vacillet.*Si totius nulla desit pars. ¶ *& aquarum Libra.*libram aquariam appellat Vitruuius libro octauo, qua librabant illi, cognoscebántque, quas perducebant ad habitationes mœniáque aquas,quantum fastigij haberent. ¶ *nec est medulus.* Omnem modum in rebus,mensuram,numerum,ordinem,legem, regulam, poteris μεταφορικῶς libræ nomine significare. ¶ *Telluris medio.*Ouidius primo Metamorphoseon.

Aen.2 85 · Vers.12

——— circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis.

¶ *Et Solis Lunaq́.* Sol, Luna, cæterique planetæ viam in cælo habent libratam,certam,definitam, Zodiacum. ¶ *Libra dij.*Sic habuerunt veteres membranæ,dij pro diej,hoc loco,sed in ijs Rosæ non fuerunt,in quarum versu quartodecimo, die legimus: quum in versibus Quincti Ciceronis,ac in illorum secundo,diei,ipsæ scriberent:at in edyllio de diebus anni Vertentis,vtrunque dij, & diei.

298 · 587 · 316

311 B * ¶ *Libra Caledonios.*Caledonius,id est Britannus,sicut in Mosellę versu sexagesimo octauo,æstus maris ita libratus tẽperatúsque est, vt quanuis suo litore sit altior,id tamẽn non egrediatur nec exundet, sed sua se sponte intra suos fines cõtineat. Hunc esse sensum loci huius puto: quanquam non video, quid sibi sic velit Ausonius. Hoc de Physicis semper audiuimus, Quæcunque grauia sunt, ea in Mundi medium infimúmque, quod Centron Mundi Græci vocant, suopte nutu & suo pondere ferri. Terram omnium elementorum grauissimũ esse, ideóque ab ea centrum illud occupatum fuisse. Tum aquam secundum inter grauissima locum tenere, quare non potuisse longius a medio illo abire, sed Telluri initio superfusam, eam obruisse vniuersam. Vbi dum centrum & ipsa expetit, quod Telluri quasi inuidet, quicquid potuit rimarum cuniculorúmque reperire,

246

reperire, in ea se, vt tenuioris est naturæ & penetrantis, penitus immisisse. prætereáque, quando grauis est minus Aqua quam Terra, & sic motioni aptior, illa dum a se ipsa, ab astris, ab ventis, modo in hanc, modo in illam partem agitur, perpetuóque affrictu terram atterit, si quo pacto queat ad ipsum tota deuenire centrum, in quo Telluri adempto quiescere & ipsa tandem vicissim valeat, nihil sentientis sed friabilis terræ latera adeo excedisse, tot & tam vastas in ijs fossas cauernásque effecisse, vt tota illis facile capi potuerit. Sic aquis detecta Terra, manentéque arida, Aqua, Mare, Θάλασσα, Pelagus iam ante Plinij tempora, stadia minimum quindecim in Terræ viscera penetrauerat. * Ex quo tempore, non cessant Terram altius fodere, & quicquid potuit, quasi qui fossas purgant, ex imo barathro eggerere in littora, vt non sit dubium, quin nunc Mare Centro sit aliquanto propius, quam quum Fabianus eius altitudinem metiretur. Aperuit ergo sibi loca Mare in Terra, & quasi Crateras fecit, in quibus totum continetur, nec eorum summa labra superat vnquã, itaque Telluri hæret acaptum est, vt duo hæc elementa, Terra & Aqua globum vnum constituant, non qui ad tornum sit factus, sed in cuius extremitatibus inæquabilitas sensum fugiat quemadmodum Strabo dicit libro secundo. Maris igitur summitas non superat extremitatem Terræ: quod si faceret eam continuo inundaret, obruerétque vniuersam, sicut primum fecisse diximus. Quid ergo est, quod hic dicitur, Mare Britannicum, litore non egere, quo intra suos fines contineatur? An illud Plinij libro secundo Naturalis historiæ sic intellexerat Ausonius? *Octogenis cubitis supra Britanniam intumescere æstus, Pytheas Massiliensis auctor est.* Pytheæ Græca hominis Galli, nescio an legerat Ausonius, in quorum amissione magnam iacturam fecerunt litteræ Geographicæ. ceterum in Plinij orationẹ illud *supra Britanniam.* nihil necesse est, vt significet mare altius sublimiúsque illic esse aliquando suo litore, & terra ipsa Britannia insula, sicut dixit Cicero secundo de natura deorum, Mare supra terram esse situm: sed *supra* hic accipi potest pro vltra, quomodo in ijs Cæsaris sexto Commentario de bello Gallico. *His constitutis rebus paullum supra eum locum, quo ante exercitum traduxerat, facere pontem instituit.*

lib. 2 Cap. 102

311C

Cap. 97

IN EDYLLIVM XII. DE PVERPERIO HVMANO.

312

Ante omnia igitur dicunt actum, vitámque nostram, stellis tam vagis, quam stantibus esse subiectam: earúmque vario multiplicíque cursu genus humanum gubernari. Censorinus de die Natali, vnde hæc Chaldaica de partus tempore descripta videntur. ¶ *terrenáque tantum.* Corpora humana è terra sunt. mentes, animi, & quicquid hominibus contingit siue boni, siue mali, ex astris. Sic Chal-

dæi sentiebant, Christiani aliter. ¶ *Septeno.* septem planetarum. ¶ *Sed præsidet ollis.* Sic vetus liber ollis pro illis. ¶ *æthra.* ætheris. Macrobius sexto Saturnaliorum. ¶ *Nec Sol.* Non solũ dum sumus in vita, sed etiam antequam nascamur, astra in nobis dominantur, vt illi dicebant. Hinc Achinapolus apud Vitruuium libro nono, non è nascentia, sed ex conceptione, genethliologiæ rationes explicat. ¶ *Occultosque satos. Satus* pro *satos* legendum. Cicero primo de Diuinatio. *Quædam etiam ex hominum pecudúmue conceptu & satu.* ¶ *Et nondum exoratæ.* Hoc *exoratæ, exortæ* debet esse. Vita autem nondum exorta & incępta, quum homo nondum sit natus. ¶ *Nanque vbi conceptus.* Substantiuum nomen est conceptus. ¶ *cuicunque.* alicui signo, quodcũq; sit ex duodecim signis Zodiaci. Censorinus, *quo tẽpore partus concipitur, Sol in aliquo signo sit, necesse est.* ¶ *Qui quum vicini.* Censorinus. *Sol ergo quum in proximum signum transcendit, locum illum conceptionis aut imbecillo videt conspectu, aut etiam nec conspicit. ortus* autem exemplar habebat, vbi *artus* scripserant Lugdunenses.

cap. 4

cap. 7

313 A

* ¶ *habenis.* quia Soli dant currũ poëtæ, qui ab equis quattuor trahatur. Fuit autem habenis sine h in antiquo libro. ¶ *tertia sidera.* signum Zodiaci, tertiũ ab eo, in quo erat sol tempore ortus, satus, conceptus, cõceptionis. Censorinus. *At quum in tertio est signo, hoc est, vno medio interposito, tum primũ illum locũ, vnde profectus est, videre dicitur, sed valde obliquo, & inualido lumine.* Hęc ille. Qui Gręcis Zodiac⁹, Latinis signifer appellatur, circulus, via Solis, Lunæ, & aliorũ planetarũ, in duodecim partes diuidi solitus æquales, quæ ζῴδια & signa dicuntur, esto ABCD: ac in eo primũ istorum signorum A E. secundum, E F. tertium, F B, & alia deinceps.



ponamusq; Solem fuisse in A primi signi principio, quo tempore quis conceptus sit: quoniã Sol totũ Circulũ peragrat vno anno, ex duodecim mensimus constante, & sic in vnoquoque signo vnum mensẽ moratur, post duos exactos menses erit in tertio signo F B, inter cuius, & primi signi principiũ, quia sexta zodiaci pars interrest, sextilem aspectum appellant. Signa enim, &, qui in ijs sunt, planetas, inter se aspicere dicunt genethliaci: ac ex ijs aspectibus, quos Censorinus conspectus & visus, vocat, multa se prænoscere futura profitentur. Quum ergo sexta Zodiaci pars interiacet, Aspectum Sextilem, vti dixi, vocant, & Grece etiam *ἑξαγώνιον*. quum vero quarta, Quadratum, & *τετράγωνον*. quum tertia Trinum, & *τρίγωνον*. quum dimidia *διάμετρον* Iulius Firmicus, vulgus *oppositionem*. Et ad istos designandos in circulo conspectus, lineas ducunt rectas: quales AF, AB, AG, AC, AH, AD, AI. * ¶ *tenues per inertia.* in eo quod in vtero formari cœptum est. Scribit Plinius libro septimo, marem in vtero moueri incipere quadragesimo die a conceptu, feminam nonagesimo. Hippocrates vero de natura fœtus, de cuius libri auctore dubitat Galenus de fœtus formatione, marem tertio mense, feminam quarto, & interdum citius. ¶ *Quarta in sede.* in quarto signo. ¶ *Fulgor tetrigono.* Sic Lugdunenses, quum esset in exemplari Fulgore trigono. sed nullo modo legi potest trigono: quia in quarto signo aspectus fit *τετράγωνος*, & quadratus, non *τρίγωνος*. Quinimo in priore quoque versu mendum fuisse arbitror. Quid enim ibi *infusos*? *Infusus* legerem: vt sit infusus Sol, aut fulgor Solis: quomodo & hîc *aspectu* pro *aspectus*. ¶ *Vitale coruscat. Vitale* pro vitaliter, vt in versu sequenti *clarum* & *lene* pro clare & leniter. Vel *vitale coruscat*, vitam sua luce & conspectu præbet, & ostendit, sicut Virgilius decimo Aeneidos. etiam actiuè dixit de Turno, —— *strictúmque coruscat Mucronem*, —— ¶ *Quinctique.* In exemplari fuit q̃ pro *que*. sed breuis hæc particula: quum hoc loco longam syllabam versus postulet. Præpositionem in, potest librarius prætermisisse. *Quinctique in cardine signi* : aut q̃ pro q́, id est, qui, scripsisse. Est autem trigonus hic conspectus. ¶ *attonitam parentem.* matrem grauidam. Ita fuit legendum in exemplari non attonitum. Censorinus. *Quæ duæ visiones τετράγωνοι καὶ τρίγωνοι, per quam efficaces, incrementum partus multum adminiculant.* ¶ *Nam sexto loco.* sexto signo. ¶ *tuendi.* intuendi, aspiciendi. * ¶ *Aequati lateris.* Censorinus. *Ceterum à loco sexto conspectus omni caret efficientia. Eius enim linea, nullius polygoniæ efficit latus.* Hæc ille. Zodiacus in duodecim, duodenarius numerus in sex, quattuor, tres partes æquales diuiditur: ac ita in Zodiaco describi possunt figuræ laterum angulorumque sex, quattuor, trium, æqualium: quæ dicuntur hexagoniæ, quadrangulæ, triangulæ figuræ. Hexagoniarum latera, vt A F, vina signa continent: quadrangularum, vt A B, terna: triangularum, vt A G, quaterna. Nulla vero eiusmodi figura illic fingi potest, cuius lateribus signa comprehendan-

313B

Vers. 61.

313C

Cap. 12

tur ſena. ¶ *Aſt vbi ſignifer media in regione.* Sic fuit in exemplari: ſed ſigniferi ſcriberem pro ſignifer, hoc ſenſu. Poſtquam vere in media regione ſigniferi Zodiacíque circuli, confectis ſcilicet iam ſex ſignis & ſex menſibus, quæ Zodiaci pars eſt dimidia, ſeptimus limes & ſeptimum a conceptionis loco ſignum acceperit Solem: cuius igne locus ille ſeptimus collucet, vt caſtra ignibus, quos noctu crebros accendunt milites. ¶ *recto ſitu.* per diametrum. ¶ *turgentis fœdera partus.* ipſum fœtum in matris vtero turgentem, grandem iam, & pæne perfectum ſol conſpicit plena luce, qualis Luna cernitur in pleniiunio: ipſúmque fouet toto igne & fulgore coronæ ac orbis ſui.* ¶ *Hinc illud.* Ex potenti hoc conſpectu éuenit, vt ſeptimo menſe maturos fœtus feminæ pariant. ¶ *legitimos.* qui ſunt nouem menſium. *Lucina.* autem, dea in lucem producens, vt ait vetus Terentij interpres, ſiue Iuno ſit, ſiue Diana, & Luna. Cicero ſecundo de Natura deorum. *Luna à lucendo nominata ſit. eadem eſt enim Lucina.* & Paullo poſt. *Diana dicta quia noctu quaſi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus quod ij matureſcunt, aut ſeptem nonnunquam aut, vt plerunque nouem: Lunæ curſibus. Qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.* ¶ *Impulerit.* Sol. Si tardius, quam ſeptimo menſe, partus edatur. ¶ *Poſterior nequeat, poſſit prior.* Hic aliquid fortaſſe intelligerem, ſi poſcit pro poſſit ſcriberetur, hoc ſenſu. Poſcit & poſtulat prior aſpectus, vt poſterior nihil efficere queat. Sunt ſex, ſeptem, octo menſium partus. quorum medius Septimeſtris, infantes maturos edere poteſt, ſed nec qui præcedit ſemeſtris, nec qui ſequitur octo menſium partus, poteſt. Cenſorinus quum de ſeptimeſtri partu diſſeruiſſet, *At ſi intra hoc ſpatium*, inquit, *matureſcere vterus non poterit, octauo menſe non editur. Ab octauo enim ſigno, vt à ſexto, inefficax viſus.* ¶ *Neſcit comparíles.* Sicut de ſexto ſigno diximus, Nulla in Zodiaco deſcribi poteſt figura æqualium laterum & angulorum: cuius latera, ſigna octona contineant. Ceterum plura de hoc & alijs partuum generibus, Hippocrates, & Galenus. ¶ *trigono viris ſociante ſequenti.* viris pro vires. Ita fuit in vetuſto libro. Trigona autem, tetragona, hexagona ſunt duplicia, alia ante, alia poſt ſignum, vnde inchoes: quæ dextra & ſiniſtra vocat Firmicus in extremo libro ſecundo. Siniſtra, vt, A F, A B, A G. Dextra, A I, A D, A H, in noſtro diagrammate. Cenſorinus. *Sol enim à nono Zodio, particulam conceptionis rurſum conſpicit κατὰ τρίγωνον, & à decimo κατὰ τετράγωνον.* qui conſpectus, *vt ſupra iam dictum eſt, perquam efficaces ſunt.* ¶ *At ſi difficilis trahit ilia ſidere rurſum Tetragono abſol.* Sic ediderunt Lugdunenſes: ſed poſt verbum trahit, aliud fuiſſe videtur in ſuo libro, *hilthiſidera rurſum.*

314

IN SIGNA CAELESTIA EDYLLIVM XIII.

Siderum alia in Zodiaco sũt,alia citra,alia vltra Zodiacũ.Quæ citra sunt, Septentrionalia appellantur: quæ vltra, Australia. De carminis autem huius auctore, facit, vt dubitemus, primum, quod nos id inter aliorum multorum scripta sine Ausonij nomine reperimus. Deinde, quod nos monuit aliquando Franciscus Daniel, in vetere Higino reperisse se, hoc titulo, EPITOME PHOENOMENON PRISCIANI GRAMMATICI. Sed & Iosephus Scaliger scripsit legisse se in veteribus quibusdam schedis doctissimi viri Iacobi Cuiaci, vbi pars maioris carminis de sideribus esset, sine auctoris nomine, ceterum cuius vnum versiculum citet Hieronymus in commentarijs in Ezechielem: vt Prisciani nostri opus videri non possit. ¶ *Arcti.* Vrsæ duæ. Pro *iungantur*, vetus quoddam exemplar habebat *vertuntur.* ¶ *Genúque prolapsus.* ἐγγόνασι Græcis, nix* genibus Ciceroni ex Arato nixus in genibus, geniculat*, Ingeniculatus, Vitruuio libro nono, Ingeniculus Iulio Firmico, libro octauo. Nixus genu, Nixa genu & genibus species, Ouidio, Manilio, & alijs poëtis. PROLAPSVS autem antiquum exemplar scribebat *prolabsus*, b pro p. ¶ *Cassiopeia.* Κασσιέπεια, id est, Cassiepêa, apud Aratum, Ptolemæum, Proculum, & alios Græcos. ¶ *Pegasus, & Delphinus, Telum, Aquila.* Vetus exemplar, *Pegasus & Delphin, telúmque, Aquila.* *Anguitenénsque.* ὀφιοῦχος. Serpentarius. * ¶ *Signifer.* Circulus qui Græcis ζωδιακὸς appellatur: quorum ζώδια, Latini signa vocant. ¶ *bis sex.* bis sena, duodecim signa complent Zodiacum. *Complens* tamen habebat vetus exemplar, participium. ¶ *Libra, Scorpius.* Ita exemplaria omnia: neque debuit quidam addere coniunctionem post *libra*, *libráque.* quoniam syllaba illa natura breuis produci potest propter sequentes duas consonantes, vt in carmen de Athenis annotauimus. ¶ *Arcitenens.* Τοξότης, Sagittarius. Poëticum enim verbum est *arcitenens*, & vetus, vt probat Macrobius sexto Saturnaliorum. ¶ *Vrnam qui tenet.* Aquarius, in versu centesimo secundo epistolæ vicesimæ tertiæ. ¶ *ardens Sirius.* Canis. ¶ *Chiron.* Cẽtaurus. ¶ *Thuribulum.* θυματήριον. Ara. ¶ *Piscis.* hic νότιος, hoc est, australis nominatur piscis. Si quis plura de his volet, legat Aratum, Manilium, Hyginum. ¶ *Sed vaga.* Septem planetæ. Hos quattuor versus de planetis in vno tantum meminimus reperisse exemplari. ¶ *Super omnia sidera.* post Solem, Lunam, & Venerem. ¶ *Celsior his.* Saturnus planetarum in æthere altissimus est, sicut & in carmine de septem diebus dicitur lentissiméque mouetur, triginta annis orbem conficiens, quem sol vno anno, Luna viginti septem prope diebus.

315 B

205 B

cap. 5

485

317

316A

IN EDYLLIVM XIV. DE DIEBVS ANNI VERTENTIS.

Annus vertens est natura, dum sol percurrens duodecim signa, eodem, vnde profectus est, redit. Censorinus. ¶ *ac medium.* dimidium vnius diei vertentis. ¶ *a tropico in tropicum.* Dum sol a Tropico Brumali, ad Æstiuum tropicum graditur, eam Zodiaci partem quartam, quæ est inter principia Arietis & Cācri, peragrat nonaginta quattuor diebus, & semisse, Sic docet Ptolemæus libro tertio Magnæ Syntaxeos. *Octipedem* autem Cancrum, signum cæleste, dixit Ouidius primo de Fastis: quod Cancris animalibus marinis pedes octoni sint, omnes in obliquum flexi, vt scribit Plinius nono Naturalis historiæ. *Phryxeus* vero etiam in carmine de Mensium signis, id est φρύξειος, Aries Phryxi, dictus: quem inter astra relatum dicunt. Fabula est apud Hyginum. Ilud autem *Phryxéo ab Ariete*, sine synalœpha pronunciare oportebit, o breui ante vocalem a. eritque proceleusmaticus, pes ex quattuor syllabis breuibus constans *Ariete*, sicut apud Virgilium versu centesimo & septuagesimo quincto septimi Aeneidos, & alibi. ¶ *pulsúsque.* Infra, in Trochaico de quattuor anni cardinibus, & in precatione Calendarum Ianuariarum. ¶ *Semidiem.* Dimidiū diei, & nonaginta duos dies. Dictus autem semidies, etiā infra in eodem Trochaico, sicut semihora, semihomo, semipes. * ¶ *in chelas.* vsque ad principium signi Scorpij. Est χηλὴ, bouis, ouis, capræ, vngula. Sunt & chelę, quibus animalia, Scorpij, & cācri, quid apprehendunt, tenent, incidunt. Virgilius quum in principio Georgicon ad Cęsarē,

Vers 323 · Cap. 31 · 329 · 330. 374 · 316 B

> *Qua locus Erigonen inter Chelásque sequentes,*
> *Panditur. ipse tibi iam bracchia contrahit ardens*
> *Scorpius,*——

chelas definiunt Scorpij brachia, vetusti commentatores. In chelas ergo significat vsque ad Scorpium. Quarta autem Zodiaci pars ab astri Cancri principio cœpta, quum in signi Libræ principiū desinat, q̄ libera in duodecim signorū numero solet inter Erigonen Virginem, & Scorpium constitui, quid sit, quod hic dicatur, in Chelas id est in Scorpium, pro, in libra, paucis accipe. Scorpius propter magnitudinem membrorum, vt ait Hyginus, tantum spatij in longitudine Zodiaci occupat quantum duo alia signa: vnde & ἑξακοντόμοιρον, esse dicit antiquus Arati interpres, hoc est sexaginta partium, *graduúmue*, vt nūc vulgus loquitur: quum alia omnia tricenum sint. Itaque porrigitur a Virgine ad Sagittarium vsque, ac prior eius pars, Virginique propior, Chelæ sunt. Verum quia Zodiacum propter numeri cōmoditatem, in duodecim potius, quam in vndecim signa partiendum mathematici censuissēt, in eoque Scorpij principio Libram tandem obseruassent, Libram esse iusserunt priorem Scorpij triginta graduum partem. Atque sic in Chelas hoc loco accipiendum pro in Libram.* ¶ *æquatæ tempora noctis, Atque dij.*

316 C

quę dij. In principio libræ fit, quod dicitur Aequinoctium Autumnale: Vernum in Arietis principio. Est autem appositio, Chelas tempora noctis diei ęquatę.ac *dij* hoc loco pro diei sicut in edyllio de Libra. ¶ *Cursu altero.* In altera & secunda Zodiaci quarta parte. Est autem versus hic hypermeter, vt vicesimus quartus Viri boni. ¶ *octo dies.* Hos octoginta octo dies, & diei quartam partē, nescio, vnde habeat Ausonius. ¶ *Quincto anno.* quarto potius. Quattuor quadrantes diei, id est quater senæ horæ æquinoctiales quaternûm annorum, dies vnus: qui quarto quoque anno intercalatur, id est interseritur, extremo Februario, sexto calendas Martias. Vnde BISSEXTVM fuit vocatum. Ianuarius autem & Februarius, Numæ regis Romani menses dicuntur: qui eos ad annum Romuli adiecit. ¶ *embolimęi.* ἐμβόλιμος & ἐμβολιμαῖος, inter calaris, intersiticius dies: & ἐμβολισμὸς intercalatio. Solinus, Macrobius, Budęus. ¶ *Agenorei Tauri.* Vt in dodecasticho de mensiū signis. Europam puellam Iuppiter in Taurum versus rapuit, & è Phœnicia in Cretam transportauit. Hunc Taurum, inter signa Zodiaci postea relatum fuisse, fabulati sunt. & Agenoreum dixerunt a patre Europæ Agenore. ¶ *Lanigeri.* Arietis. ¶ *Tropicum Astrum.* Quod Latini Solstitium dicunt, quum sol est in principio Cancri: & Brumam, quum in principio Capricorni, Gręci à τρέπω verto, τροπὰς nominant: quas Cicero secundo de Natura deorum, Reuersiones interpretatur. *Et modo accedens* (de Sole loquitur) *tum autem recedens, binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit.* * Ab istis ergo tropis dicti sunt τροπικοὶ, circuli per principia Cancri & Capricorni (Capricornus hinc tropicus fuit dictus in Viro bono) transeuntes, æquinoctiali circulo paralleli. tum signa astráque tropica in precatione Ausonij Consulis designati, & in secundo & decimo versu huius carminis, Cancer, & Capricornus: in quibus tropæ fiunt. Hoc vero loco quod etiam tropicum astrum dicatur Aries, pro Aequinoctiali (fiunt enim in ariete, & libra æquinoctia) id quo auctore dictum sit, nescio, nisi quod Proculum in libello de Sphæra, quattuor puncta, per quæ duo Coluri Zodiacum secant, tam æquinoctialia quam tropica, τροπικὰ σημεῖα dicere memini. ¶ *Tercentum.* Nonaginta quattuor dies cum semisse, & nonaginta duo cum semisse, & octoginta octo cum quadrante, & nonaginta denique dies, fiunt trecenti & sexaginta quinque dies & quarta diei pars, vt in decasticho de diebus singulorū mensium: qui quadrans sex horę sunt æquinoctiales. Tantum esse annū vertentem, qui vulgo sine vlla adiectione annus vocitatur, putauit Calippus, & quidam etiam paullo maiorem apud Ptolemæum: tantúmque, nos ab Iulij Cæsaris constitutione adhuc obseruauimus: qui quarto quoque anno ex istis quadrantibus diem Februario intercalamus. sed Ptolemæus Astronomiæ auctor diligentissimus, maximúsque, minorem

$$\begin{array}{r} 94\tfrac{1}{2} \\ 92\tfrac{1}{2} \\ 88\tfrac{1}{4} \\ 90\phantom{\tfrac{1}{4}} \\ \hline 365\tfrac{1}{4} \end{array}$$

deprehendit. Quadranti nanque illi scrupula horæ prope quinque detraxit: vt pro sex horis sint tantum quinque horæ cum scrupulis non plenis quinquaginta sex. Minorē etiā quidā se Arabes post Ptolemęū obseruasse scripserūt. Adeo anni, Solisque motus ratio, est prope inexplicabilis.

317 A

IN EDYLLIVM XV.

¶ *Nomina quæ septem.* Huic dodecasticho titulū præfixit Lugdunensis typographus. De septem diebus: quum in exēplari esse, INCIPIT EGLOGARVM DE NOMINIBVS SEPTEM DIERVM. In quo istud EGLOGARVM, Eclogarium esse debere arbitror, vt sit τὸ ἐκλογάδειον parua ecloga, sicut τὸ γλωσσάδειον paruam glossam & linguam, τὸ κυνάδειον paruum canem, Græci dicunt. Est enim ecloga, quam imperiti eglogam & æglogam scripserunt, vocabulum Græcum, sicuti diximus in Cupidinem cruci affixum. ¶ *Vertentibus apta diebus.* Sicut ANNVS VERTENS dicitur, vt in priore edyllio, id tēporis spatium, quod peragitur, dum Sol ad id Zodiaci signum se denuo vertit, & redit, ex quo digressus est: & MENSIS id tempus, quod inter duos Lunæ cum Sole coitus intercedit, vt in Somnium Scipionis docuimus, ita hîc Dies Septimanæ Vertentes dicuntur, quod subinde reuertantur, & sæpius etiam quam annus, & mensis. Sol autem cum anni Vertentis auctor sit, & Luna Vertentis mensis, isti septem dies Vertentes quem habeant auctorem, quæritur. Dies omnes æque, ac annum Vertentem, Sol facit: in quibus quid Planetæ, à quibus cognominantur, efficiant, equidem non video sed huius ἑβδομάδος, quam Galli, Itali, Hispani, SEPTIMANAM vulgo appellamus, quod vocabulum Latinum, etiam apud Priscianum in libello de Nummis & Numeris legitur, auctores non compe-

317 B

ri alios, quam Hebræos, quos & Iudæos vocamus. * Hanc enim Syriæ gentem, sua ostendunt antiquissima scripta, ab ipso rerum principio septenatium dierum numerum semper obseruasse. Quorum Septimum, qui festus erat, SABBATHVM: reliquos, qui profesti, primum Sabbathi, secundum, tertium, quartum, quinctum, sextum Sabbathi, quemadmodum Hieronymus, Augustinus, & alij veteres sacrorum librorum interpretes docuerunt. Significat autem SABBATHVM requiē, cessationem, ferias: ac ita apparet, eos homines ab astris suos dies non nominasse, nec eam septimanam in honorē planetarū, quos nondum fortasse cunctos nouerant, sic constituisse. Sed Sabbathum istud ideo persancte colebāt, quod à Deo fuisset institutum: qui diebus sex cęlū, terrā, mare, & omnia, quæ in eis sunt, fecisset: & die septimo requieuisset: vt habet Mosæ lex in exhodo. Possunt vero vicinæ nationes hoc Iudæorū institutum probasse tādē, esseq; cōsecutę: sed Chaldęi, & qui Chaldaicā disciplinā, quę de motu, positúque stellarū, vt Gellij verbis vtar, dicere posse futura profitetur, primi sectati sunt: nec dubito, quin hanc Septimanā propter septenarij numeri quas prędicāt virtutes, potestatésue multas, ac varias,

lib. 14

&

& propter planetas eo numero cōprehensos, vnice probauerint, & dies ab ijs, quos etiā singulis horis imperiū variare volūt, nūcupauerint potius quā quomodo Iudęi vocitabāt. Ceterū quibus tēporibus id fieri cœptū sit, ignoratur. Nulla extat in cuiusquā vetustiorū hominū Latinorū Græcorumque mētio dierū planetariorum.* Angelus Politianus, qui de hac quoque re ante nos quęsijt capite octauo Miscellaneorum, Tibullum meminisse dixit, in elegia, ni fallor, tertia libri primi.

317C

Aut ego sum causatus, Aues dant omnia dira,
Saturni sacram me tenuisse diem.

qui poëta, sub Cæsare Octauiano Augusto floruit cum Ouidio, Propertio, & alijs. Iulius Frontinus, qui in libro de aquæ ductibus Vrbis, sub Nerua Augusto vixisse se testatur, quando sic scribit capite primo secundi στρατηγημάτικῶν, *Diuus Augustus Vespasianus Iudaeos Saturni die, quo eis nefas est quicquam seriæ rei agere, adortus, superauit*, Saturni diem vocat, quem Iudæi diem Sabbathi. Idem cum Frontino facit & Dio scriptor Græcus libro tricesimo septimo rerum Romanarum: ibique tradit ista diebus nomina a planetis Aegyptos imposuisse, vndeunde id ipse comperisset: ceterum non multo ante sua tempora eam rem in omnes homines fuisse vulgatam: qui consul iterum fuit cum Alexandro Augusto, annis circiter ab excessu Octauiani Cæsaris ducētis & viginti. ¶ *totidem*. septem, Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iuppiter, Saturnus. Idem autem errantes, & planetæ. Est enim πλανᾶσθαι errare, & vagari, vnde πλάνης: vt lebes, ac πλανήτης, vt Ancheses. Quos ergo Græci πλανήτας, Nigidius Figulus Errones appellat apud Aulum Gellium, alij erraticas stellas, Cicero errantes, vagantes & vagas stellas. qui secundo de Natura deorum ita falso esse vocatas te docebit. ¶ *Mundus*. cælum. ¶ *Signorum obliqua*. in Zodiaco, & signifero circulo obliquo.

Obliquus qua se signorum verteret ordo,

Dixit Virgilius primo Georgicôn. Sed de hoc orbe, & vagis stellis plura Plinius secundo Naturalis historię.* ¶ *Primum supremum*. Primum septimanę diem illi appellarunt a Solę, mediò, & pręstantissimo inter septem planetas. Sed cur supremus idem dies? an quod Sol, vti diximus, summus sit inter omnia sidera? quomodo summum vocat Masinissa in Somnio Scipionis apud Ciceronem. *Grates*, inquit, *tibi ago summe Sol*. ac reliquis omnibus præstet: an vero supremus, vltimus: vt qui septimanam incipit, eam finere videatur, quum diei septimo succedit octauus? ¶ *radiatus*. radians, radios habens, & circumfundens. Cicero in Lucullo. *Solis autem magnitudo, ipse enim hic radiatus me intueri videtur, admonet, vt crebro faciam mentionē sui*. ¶ *fraternæ coronæ*. Zonę, orbitę, vt de alijs mox dicit, circumitui: aut regno, & dominatui fratris sui Solis. Apollo & Diana patrem habuerunt Iouem, & matrē Latonam. Idem autem Apollo cum Sole, & Diana cum Luna, apud Macrobium, & alios. ¶ *Titania*

Ver. 239
317D

309 *lumina*. Lunæ diem. TITAN, Sol, passim, vt & in ætatibus animalium. Diana, quæ & Luna, vt modo diximus, Solis soror, Titania, versu centesimo & septuagesimo tertio libri tertij Metamorphóseon Ouidij, Titanis in commentarijs Seruio inscriptis in decimi Aeneidos Versum ducentesimum & septimũ decimum. MAVORS autem, Mars deus belli: qui magna vertat. Cicero secundo & tertio de Natura deorum. ¶ *Salutigerum*. salutarem & prosperum terris Iouem, vt dicitur in Som-

317E nio Scipionis.* ¶ *cuncta supergrediens*. Lucem & diem Saturni omnia supergredientem dicit, quod ipsa Saturnia stella omnium septem sit errantium altissima, quemadmodum & in extremo est edyllio de

315 signis cælestibus. Saturni autem diem septimanæ vltimum, & diem solis, primum, Sabbathum, & Dominicum diem, vocitare tandem maluimus, & Sabbathum quidem, propter antiquissimum illud memoratissimúmque Iudæorum Sabbathum: Dominicum vero diem, quod Dominus Iesus Christus eo die fuisset à mortuis suscitatus. Soli sunt certe ex ijs, quas noui, gentibus, Britones & Germani, qui in his duobus diebus priorem appellationem ad huc retinuisse mihi videantur.

Iudæorum septimana.	*Latinæ Ecclesiæ septimana.*	*Portogallorum septimana.*	*Hispanorũ Castellanorum septimana.*
Prima-Sabathi,	*Dominica-dies*	*Domingo,*	*Domingo,*
Secunda- Sabathi,	*Secunda-Feria,*	*Secunda-Feira,*	*Lunes,*
Tertia-Sabbathi,	*Tertia-Feria,*	*Terca -Feira,*	*Martes,*
Quarta Sabbathi,	*Quarta - Feria,*	*Quoarta-Feira,*	*Miercoles,*
Quinta-Sabbathi	*Quincta - Feria,*	*Quincta - Feira,*	*Iueues,*
Sexta - Sabbathi,	*Sexta - Feria,*	*Sesta - Feira,*	*Viernes,*
Sabbathum.	*Sabbathum.*	*Sabado.*	*Sabado,*
Galloromanorum septimana.	*Italorum septimana.*	*Germanorum septimana.*	*Britonum Septimana.*
Dimanche,	*Domenica,*	*Son-dach,*	*Dei-Suul,*
Lun-di,	*Lune-di,*	*Maen-dach,*	*Dei-Luun,*
Mar-di,	*Marte di,*	*Dings-dach,*	*Dei-Meurs,*
Mercre-di,	*Mercor-di,*	*Goeds-dach,*	*Dei-Mergher,*
Ieu-di,	*Gioue-di,*	*Donners-dach,*	*Dei-Hiou,*
Vendre-di,	*Venerdi-di,*	*Ffri-dach,*	*Dei-Guener,*
Same-di,	*Sabato.*	*Satters-dach.*	*Dei-Sadorn.*

IN EDYLLIVM XVI.

318 ¶ AVTVMNVS, *totóque*. *Autumnat totóque*, vetus codex Ioan-

nis Tilij. ¶ *Brumales.* hiemis menses. Brumam veteres Latinos dixisse, quod vulgo Solstitium hiemale vocitatur, monuimus in edyllium nonumdecimum. 321.

IN MONOSTICHA DE MENSIBVS, EDYLLIVM .XVII.

In his de mensibus breuiores erimus. in quibus si quid tibi sit obscurum, explicabunt Ouidius de Fastis, Solinus, Censorinus, & Macrobius. ¶ *Romanas Calendas.* Ausonias. Ouidius primo Fastorum. Græci Calendas non habuerunt. Vide Adagium, Ad Calendas Græcas, apud Erasmum. ¶ *Februa.* quæ & Febroa, o pro u, in vetustis interdum libris, purgamenta, expiationes. Vnde Februarius dictus mensis, quem cum Ianuario Pompilius Numa, rex secundus Romanorum, anno adiecit. Idē vocabulū in alijs multis carminibus de mensibus, quæ sequuntur. ¶ *Martius.* Romulus, primus Romanorum rex, annum ex decem tantum mensibus constituit, in cóque primum Martium esse voluit, a Deo Marte, quo se genitum credi volebat. Ianuarius autem & Februarius postquam adiecti fuerunt, anni, principium Ianuarius fuit. ¶ *Fætiferum.* Floriferum, alij libri. ¶ *Iunius.* a Iunioribus. ¶ *Augustus.* prius Sextilis appellatus. ¶ *Pomona.* pomorum dea, vt in versu centesimo primo epistolæ vicesimæ tertiæ Ausonij. Quod tamen fuit in Lugdunensi *Pomona tuum*, id in alio vetere libro legi, *pomísque suum.* ¶ *Triticeo.* Octobri mense fit sementis. ¶ *Sidera præcipitas.* Idem in distichis de mensibus. ¶ *pelago.* in mare & occasum. ¶ *intempeste.* sub finem anni veniens. ¶ *Tu genialem hiemem.* genialia festa, in distichis de mensibus, & in versu vndeuicesimo Orationis consulis Ausonij. 485. 321. 321. 372.

IN EDYLLIVM XVIII.

319A

¶ *Dira patet.* Ab Iano dictus fuit Ianuarius mensis. Cui deo sacrificabatur Calendis Ianuarijs. Ouidius ad ipsum primo Fastorum.

> *Dexter ades patribúsque tuis, populóque Quirini.*
> *Et resera nutu candida templa tuo.*

Prospera lux oritur.——Fuit autem Romæ Iani templum ad infimum Argiletum, vt scribit Titus Liuius libro primo, quod apertum, in armis esse ciuitatem: clausum, pacatos circa omnes populos significaret. ¶ *Incipe Mars.* O Mars Martij mensis ductor, fata, per appositionem, anni felicia, incipe reduci, & redire. nisi malis legere, quomodo nuper edidit Iosephus Scaliger in secundo Catalectorum veterum poëtarum.

Incipe Mars. Anni felicia fata reduce.

¶ *lutea.* lutei, & crocei coloris serta & flores. Abundat autem floribus omnis generis Aprilis, deæ Veneri sacer mensis, quum Arietis signum Sol peragrat. ¶ *Dulcia, Maia.* Πλειάδες, quæ Latinis Vergiliæ, septem stellæ in dorso signi Tauri, oriuntur ἡλιακῶς Nonis Maijs, in eo etiam libello, qui Ptolemæo inscribitur de significationibus siderum inerrantium. Earum vna est Maia mater Mercurij: vnde Maium mensem quidam dictum existimarunt, vt est in proximis distichis de mensibus.* ¶ *Arce poli.* Gemini & Cancer, inter quæ est Solstitij punctum, signorum Zodiaci altissima nobis videtur, qui partem terræ septentrionalem incolimus. ¶ *Iulius ardenti.* Iulio mense sol Cancrum ingreditur in cuius signi principio est Solstitium & Reuersionum altera, vt meminimus in edyllium quartum decimum. ¶ *Leone.* mense Augusto. ¶ *Poma legit.* Septembrem significat. Sol enim, qui Virginem nuc subit ad tertiumdecimum mensis Augusti diem, ad vicesimum olim intrabat, vt ex Columella, Ptolemæo, & alijs veteribus cognosces. ac ita maiorem Virginis partem mense Septembri conficiebat. Sic de alijs signis & mensibus aliter quondam fuisse, atque nunc est, intellige. ¶ *Fundit & October.* Mense Octobri maturæ sunt vuæ, & fit vindemia. Vide tetrastichon de hoc mense infra. Falernus, mons est Campaniæ Italiæ: vnde vinum Falernum apud Virgilium, Plinium, & alios. Quod autem ad obliquum Lacis attinet, Priscianus in extremo libro septimo L A C V S recenset inter ea nomina quartæ declinationis, quæ faciunt datiuos & ablatiuos plurales in vbus, vt apud Ouidium in extremo quarto Fastorum,

319B

316.

315.

Præmia de lacubus proxima musta tuis.

nec idem nomen secundo etiam ordine declinari meminit. Lacus, vnde Lacuna Festo dicta videtur, ac in vetere Glossario ὑδρῖον, & λάκκος interpretatur, varia significat. Mæotim, quam λίμνην, Herodotus, Strabo, Dionysius, & alij Græci vocant, Pomponius Mela lacum & paludem appellat: & qui Latinis Lacus dicuntur, Lemanus, Benacus, Larius, λίμνας, vocat Ptolemæus cum alijs: vultque Vlpianus quadragesimo tertio Digestorum, hoc inter Lacum & Stagnum interesse, quod Lacus perpetuam habeat aquam, Stagnum temporalem, ibidem stagnantem, hieme plerumque coactam. * Lacus hinc in vrbibus dicti, vt apud Vitruuium & Frontinum de Aquæductibus, qui publica oppleti aqua iumentis adaquandis, lauandis vestibus, & alijs rebus vsui sunt. Lacus etiam dicunt Vinitores, ampla vasa, quibus mustum & vinum nouum excipiunt, quorum alios appellat Vinarios Columella libro duodecimo, alios vero Torcularios, hoc

Tit. 14

319C

est

est λακούς. Hinc quoque Lacus dictus, vt apud Vitruuium libro septimo, in quo maceratur calx: & Lacus in granarijs appellati, de quibus sic Columella libro primo. *Sed & lacubus distinguntur granaria, vt separatim quæque legumina ponantur.* Lacus denique nuncupati in ædificijs, spatia inter trabes, vnde Lacunar & laquear deriuat Seruius in extremum librum primum Aeneidos. Aliam quidem habet lacus significationem in Daniele, quum illic dicitur, *Danielem miserunt in lacum Leonum*, sed eam ego significationem alibi non obseruaui: & fortasse Hieronymus Græci interpretis verbum λάκκον & hic & in psalmo, *similis ero τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον*, pro Latino vsurpauit: Laccúmque scripsit & non Lacū: ac per secundam declinationem inflexit, vt solent Græca declinari, quorum os in us à Latinis vertuntur. Sic enim ibi legitur. *allatusque est lapis vnus & positus super os laci.* Et paullo post, *& non peruenerunt vsque ad pauimentū laci.* quanquā & *lacui* datiu*, & *lacu* ablatiuus ibidē leguntur. Verū enimvero, vtut hæc habeant, de Lacci significatione hoc solum comperi, quod habet vetus scholion in Aristophanis Comœdiam Ἐκκλησιαζούσας, Athenienses, & alios Græcos, scrobes sub terra spatiosos, & rotundos, & quadratos, facere solitos esse, quos dealbarent: vinum & oleū in eos conderent: & λάκκους ipsi vocarent. * ¶ *Aret.* quum frigus omnia adurit, & folia cadunt. ¶ *Nepai.* Sic Quinctus, & Marcus frater ex Arato.

Cap. 4

Ver. 730

Psal. 143

319 D
585

> *Atque oculos vrget pedibus pectúsque Nepai,*

pro Nepæ, vt aulai, Materiai, ac alia apud Lucretium & Virgilium. Festus. *Nepa Afrorum lingua, sidus, quod Cancer appellatur, vel vt quidam volunt, Scorpius.* Illud vero, *vi dura*, quod *Nepai*, præcedit, quid sit non video: & mendosum arbitror. Sic staret versus,

2. De Natura deor.

> *Ares tota soli species. Vis dura Nepai.*

Hoc autem carmen, & quæ sequuntur tetrasticha, in Lugdunensi quidem non fuerunt. Ceterum quoniam in alio antiquissimo libro inter illa, quæ Lugdunensis ille Ausonio inscribebat, reperi, visum est, cum Ausonianis, propter argumenti similitudinem vulgare, cuiuscuius veterum poëtarum sint.

IN DISTICHA DE MENSIBVS EDYLLIVM XIX.

¶ *Iane noue.* Ita fuit in vetusto libro. In noue autem posterior syllaba natura breuis, produci videri potest ob insequentē mutā cū liquida, vt monuimus in carmē de Athenis. A Iano ergo deo bifrōte, & vtrāque partē simul spectante, appellatus est Ianuarius, mensis noui anni primus. ¶ *Post superûm cultus.* Dijs superis alij menses, inferis Februarius. Est autem appositio, februa inferias. ¶ *Aphrodisa.* Ἀφροδίτη, dea Venus, vt diximus in

320

205 B

13 epigramma sexagesimum octauum. Aprilis itaque quibusdam dictus visus est, quasi Aphrilis ab Aphrodita. Alijs quasi Aperilis, quod se apetiat terra eo tempore. De Martis autē & Veneris amoribus in epigramma
34 quinquagesimum sextum. ¶ *an maior ætas.* Romulum quidam perhibuerunt, quum populum in maiores & in minores diuisisset, a maioribus Ma-
321 A ium, a minoribus Iunium mensem appellasse.* ¶ *Dionæo astro.* Διώνη, dea Venus, vt in epigrammate septuagesimo nono. Æneas Troianus, vnde se genus ducere Romani prædicabant, Veneris filius fuit. quamobrem Aeneadarum, id est, Romanorum matrem, Venerem, Lucretius, Ausonius, & alij appellarunt. Aeneæ autem filius fuit Iulus, qui & Ascanius. quem suę originis auctorem Iulia gens iactabat. Hinc Dionæus est Iulius Cæsar vocatus Virgilio in nono Bucolico.

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Et hic Dionæum, id est Cæsareum astrum, stella, quæ eius funebribus ludis Romæ medio die apparuit, mense Quinctili: qui ex eo Iulius transnominatus est. ¶ *Augustus.* qui mensis dicebatur Sextilis, Augustus fuit dictus postea, a Cæsare Octauiano Augusto, filio Attiæ, Iulia Iulij Cæsaris sorore genitæ, & quem Iulius Cæsar adoptauit. ¶ *numerúmque ex ordine.* September dictus fuit in anno Romuli, qui septimus esset a Martio: October, qui Octauus: Nouember, qui nonus: December, qui decimus. Sic Sextilis Augustus, qui sextus foret: & Iulius, qui quinctus,
318. 319 Quinctilis. ¶ *Salo.* mari & pelago, vt in Monostichis de mensibus. ¶ *Sollemnia.* anniuersaria, & quotannis recurrentia signa, noctu spectabilia. ¶ *mox reditura.* Quia dies sunt breues, illa diu non latent. ¶ *Concludens numerum.* complens, & conficiens numerum denarium. Decem-
318 ber decimus & vltimus anni Romulei. ¶ *genialia festa.* Genialis hiems dicta est in edyllio decimoseptimo, & decimooctauo, quemadmodum & primo Georgicôn,

Ver. 302 *Inuitat genialis hiems, curasque resoluit:*

quam exposuit conuiualem, & voluptuosam uetus commentator. Ita hic
328 & in edyllio tricesimoprimo, genialia festa fuerint, quibus agitantur conuiuia, & genio indulgetur, vt dicit Persius qualia fuerunt Saturnalia, quæ mense Decēbri septē diebus Romæ celebrabātur: & quæ se scribit
Cap. 2 Gellius libro duodeuicesimo noctium Atticarum, Athenis hilare aliquando agitauisse. Sed plura Macrobius, & Lucianus de Saturnaliorum
321 B temulentia.* ¶ *vt a bruma.* post brumam statim incipiat Ianuarius, no-
108. N ui anni principium. Brumam, vti diximus in carmen de Burdigala & alibi,
318 est, quod vulgo solstitium hiemale vocatur, quum Sol primam partem signi Capricorni ingreditur. Hoc fit nostris temporibus duodecimo die mensis Decembris: olim tardius. Eudoxus tamen, & Meto, veterésque alij astrologi, si Columellæ hic credimus, Æquinoctia, Solstitiáque non primis sed octauis partibus signorum confici voluerunt. quorum auctoritati cum plus tribuerent Columella, & Plinius, quam Hipparchi, Brumam ad

mam ad octauum calendas Ianuarias, hoc est ad vicesimum quintum diem Decembris ascripserunt. Extant autem alia veteris poëtæ similia de mensibus disticha: quæ hic apponere aliquod fortasse operæpretium fuer.t.

Fulget honorificos indutus mensis amictus
Signans Romuleis tempora Consulibus.
Rustica Bacchigenis intentans arma popellis,
Hic meruit Februi nomen habere dei.
Martius in campo ludens simulachra duelli,
Ducit Cinyphij lactea dona gregis.
Sacra Dionææ referens sollemnia matri
Lasciuus crotalis plaudit Aprilis ouans.
Maius Atlantiados gnatæ dignatus honore,
Expoliat pulchris florea serta rosis.
Ornat sanguineis æstatis prandia moris
Iunius. Huic nomen fausta iuuenta dedit.
Quinctilis mensis Cereali germine gaudens,
Iulius, a magno Cæsare nomen habet.
Augustum penitus torret Phaëthontius ardor,
*Quem recreat fessum. gillo * saula melo.*
Aequales Libræ September digerit horas,
Cum botruis captum rete ferens leporem.
Conterit October lasciuis calcibus vuas:
Et spumant pleno dulcia musta lacu.
Arua Nouember arans, fœcundo numine Vestæ,
Conterit. & sentit pinguis oliua molas.
Pigra suum cunctis commendat Bruma Decembrem,
Quum sollers famulis tessera iungit heros.

IN TETRASTICHA DE MENSIBVS, EDYLLIVM XX.

¶ *caput.*initium. ¶ *natalis honorum.*Mense Ianuario quasi nasci videbantur honores, quum eius calendis, Consules, & alij, nouos magistratus inibant. ¶ *Purpureos proceres.* Consules. Vide, quæ annotauimus in carmen Ausonij de suis Fastis. ¶ *Paludicolam auem.* anates. ¶ *Dædala.* ingeniosa. mira arte naturæ composita. de quo verbo Græco, etiam quædam monuimus in versum centesimum & quadragesimum secundum Technopægnij. Iris autem est arcus cælestis,

79 B

197

Mille trahens varios aduerso Sole colores,

vt ait Virgilius in extremo quarto Aeneidos. Vnde hic iris dicta, non ab similis colorum varietas, quæ cernitur in anatum, columborũ, pauonum plumis. Cuius miminit Cicero in Lucullo, & Seneca primo quæstionum naturalium, & idem rursus Ausonius in epistola ad Hesperium decima.

¶ *Romuleo.* Romano. Ouidius secundo Fastorum. ¶ *Pelle lupæ.* An propter lupam, quæ Romulum & Remum lactauit Marte genitos? ¶ *mensem.* Martium. ¶ *Mars olli nomen.* Ita olli pro illi vetus liber. Illi ergo mensi Martio, Mars belli deus nomen Martij dedit, & lupinam pellem. Lupum Marti consecratum voluit antiquitas: vnde Virgilius nono Aeneidos Martium lupum dixisse putatur.

Vers. 566 *Martius à stabulis rapuit lupus.* ——— Vide Martis picturam apud Albricum de deorum imaginibus. ¶ *Tempus ver.* Quattuor anni tempora, & eorũ terni menses in edyllio sexto decimo. ¶ *hædus petulans.* Hœdos petulcos Virgilio dictos versu decimo quarti Georgicôn, lasciuos, & exultantes exponit vetus commentator. ¶ *Et garrula hirundo.* Veris prænuncia in extremo secundo Fastorum Ouidij. Vna hirundo non facit ver, adagium apud Erasmum, ¶ *Et sinus lactis.* Genus est vasis Sinus priore producta vel Seruio auctore in Octauum Virgilij bucolicum,

318

Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis.

Quum vero hominis sinus dicitur, & togæ, veli, fluuij, maris, prior illa corripitur. Vere autem lactis copia est, à capris, & ouibus.* ¶ *Myrto.* Arbor est Veneri sacra myrtus. Ouidius quarto Fastorum. ¶ *Lumen iuris.* Pro *iuris, turis* lego, si Ceres pro Thetis scribas. Cerealia nanque, Cereris, frugum deæ, festum, celebrabant Romani nono die Aprilis: eique ture sacrificabant. Ouidius quarto Fastorum.

323

Pace Ceres læta est, & vos orate, coloni,
Perpetuam pacem, pacificúmque ducem.
Farra deæ, micæq́; licet salientis honorem
Detis, & in veteres turea grana focos.
Et si tura aberunt, vnctas accendere tædas.
Parua bonæ Cereri, sint modo casta, placent.

64 Balsama autem memorata in epigrammate centesimo & septimodecimo. ¶ *queis.* quibus. Sic quçis in vetusto codice fuit. ¶ *Laniger.* Liniger in Scaligeri nostri editione. ¶ *Atlantigenæ.* Atlantis filiæ. ¶ *Quem merito multũ diligit Vrania.* Iosephus Scaliger hunc versũ sic edidit: qui in meo codice ad hunc modũ mendosus mutilúsque erat. *Quæ merito multum diligitur.* ¶ *ac Phœbum.* Solstitium est mense Iunio, & Reuersio æstiua. ¶ *Floraléśque fugas.* flores fugere, & desinere. Scribit Plinius libro

Cap. 25 sextodecimo, deflorescere omnia intra octauum idus Iulias. ¶ *lilia fusa.*

324 quum lilium flores amiserit: illíque iam humi iaceant aridi.* ¶ *Morus.* Arbor. de qua consule Plinium. ¶ *sanguineos racemos.* fructus, & mora sua sanguinei coloris. ¶ *Fontanos latices.* aquam fontanam. ¶ *Aeterno nomine.* Imperatoris Augusti. De ista æterni appellatione in Ausonij epigrãmata, quę de suis Fastis fecit. ¶ *Hecaten.* ἑκάτη, Luna, Diana, eadem dea, Iouis

79 & Latonę filia, ac Phœbi Apollinis soror. ¶ *nobile ludit opus.* mobile in libro Scaligeri, m pro n. sed de hoc ludicro alibi nihil legere memini.

¶ *Pin-*

* ¶ *Pinguis*.pingues aues.¶ *Ambrosios. Iã bromios*,Scaliger:& *sonare*,quo loco noster codex *manare* habebat. sed manare primã syllabã producit. Bromius autem vnũ ex Bacchi conogminibus.¶ *Carbaseo*.lineo amictu. E lino nanque carbasa,& vela fieri solent:quemadmodum etiam Plinius meminit vndecimo Naturalis historiæ.Hic autem significatur,vti puto, Isidis sacra, quorum & in edyllio vicesimosexto fit mentio, mense Nouembri Romæ fieri solita esse:quocunque sua illa celebret tempore Appuleius vndecimo Metamorphóseos. Cuius deæ Aegyptiacæ sacerdotes,& turbæ sacris eius initiatæ,viri,feminæque,vt & vniuersa Aegyptus, auctore Herodoto, libro secundo,linea ferebant vestimenta. Vnde illi passim poëtis Linigeri, & dea quoque ipsa, Linigera dicta, vt Ouidio in primo carmine de Ponto.

325 A

Cap. 1

333

Vidi ego Linigeræ numen violasse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.

¶ *ab antiquis*. tẽporibus scilicet.vt apud eundẽ poëtã secũdo Fastorum,
Termine,siue lapis,siue es defossus in agro
Stipes,ab antiquis tu quoque numen habes.

* ¶ *auidus anser*. vtriusque generis anseres frugibus , quum erumpunt, sunt infesti:sed agrestes intellexit Seruius , quum dixit Virgilius primo Georgicôn de satis,

325 B

Ver. 119

———nihil improbus anser
Strimoniéque grues, & amaris intuba fibris
Officiunt: ——— improbúmque insatiabilem exposuit Plinius libro decimo Naturalis historiæ de anseribus.*Pullis eorum, vrtica contactu mortifera est:nec minus auiditas,nunc satietate nimia, nunc suamet vi: quando apprehensa radice, morsu sæpe conantes auellere, ante colla sua abrumpunt.* Isiacorum autem sacrorum, simulque anseris, quia hic mentio facta sit,si quis ex eo suspicetur ad Isidem aliquid pertinere anserem , de hoc ego nihil comperi.Inter portenta,quæ demens,vt Iuuenali appellatur,Aegyptus colebat, aues,quadrupedes,& alia,hauddum anserem agnoui, tantum memini legere apud Herodotum libro secundo, Ægyptijs sacerdotibus quotidie singulis cibos sacros coctos præsto fuisse , carnis bubulæ, anserinæque satis abundéque. ¶ *sistro compescitur*. sistri sono fugatur. Virgilius primo Georgicôn.

Cap.59

Lib.5. cor. 581

Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Aut sonitu terrebis aues.

Ver.155

Idem de Apibus libro quarto.

Tinnitusque cie, & Matris quate cymbala circum.

Vers. 64

& de ijsdem Columella nono. *Crepitaculis æreis , aut testarum plerumque vulgo iacentium sonitu, terreatur fugiens iuuentus.* Qui autem sacrorum Isidis meminerat, sistrum ad terrendas aues ideo adhibuisse videri potest,quod Isidis sacerdotes , eiusque sacris initiati, quam dixit sistratã turbã Martialis in epigrãmate vndetricesimo libri duodecimi,

Linigeri fugiunt calui, sistratáque turba,
Inter adorantes cum stetit Hermogenes,
sistris vterentur: sistrúmque deæ ipsius simulachrum dextra ferret, vt scribit Appuleius libro vndecimo,& Seruius in illud extremi octaui Aeneídos Virgilij de Cleopatra Aegypti regina:
Regina in medijs patrio vocat agmina sistro.

325 c * Erat autem sistrum, *æreum crepitaculum: cuius per angustam laminam in modum balthei recuruatam, traiectæ mediæ paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum sonorem.* Sic describitur Appuleio. de cuius figura quędã etiam attingit Plutarchus in libro de Iside & Osiride: ibíque docet τὸ σεῖστρον, esse dictum ἀπὸ τοῦ σείεσθαι, id est a mouendo.

491 Mareotica sistra in versu vicesimo secundo epistolæ Ausonij vicesimæ quinctæ. ¶ *Deuotúsque satis.* Dedicatus, idoneúsque ferendis frugibus Nouember. At quæ ista monstrosa eius vbera & mammæ in humeris? An quod agricolæ quando satum exeunt, semina in saccis soleant super humeros portare, quæ res vbera quodammodo referat? Sed potest esse allusio ad ea, quæ de Iside leges apud Macrobium primo Saturnaliorum, eius scilicet deæ corpus omne continuatis vberibus antiquos illos densasse, quum eam vel pro terra, vel pro natura rerum acciperent; cuius vel terræ, vel rerum naturæ altu nutriatur vniuersitas. ¶ *Aurea.* Annua, aliud exemplar. Sub Saturno fuisse aureum sæculum Hesiodus, Virgilius, Ouidius canunt. Cuius festa Saturnalia mense Decembri agitabantur. in quibus serui (est verna, seruus domi nostræ natus) cum suis dominis, cibum sumebant, ludebant, & cetera, quę leges apud Macrobium & Lucianum.

326

IN EDYLLIVM XXI.

¶ *& cum septembre.* Sic coegit metrum, pro septembri. ¶ *Vnus.* Solus

316 Februarius habet viginti octo dies. ¶ *Sic ter centenis.* Edyllium quartum decimum.

IN EDYLLIVM XXII.

¶ *Lucina.* Iuno. Ouidius primo Fastorum.
Vendicat Ausonias Iunonis Cura Calendas.
Idibus alba Ioui grandior agna cadit.
Nonarum tutela deo caret. —— Macrobius primo Saturnaliorum.

473. Sed de Idibus quædam in Genethliaco. ¶ *Nonarúmque diem, faciunt infra octo secundi.* Hic nihil prorsus video. Sunt autem in duodenis anni mensibus duodenæ, Nonæ, quotenæ Calendæ, aut idus. ¶ *Romano mensi.* Græci suorum mensium dies aliter appellarunt. ¶ *Cetera per numeros.* Dicunt enim pridie, tertium, quartum, quinctum Calendas, Idus, Nonas. ¶ *Pars mensum.* pro mensium. vt quincto Fastorum Ouidij.

Nec tu dux mensum, Iane biformis, eras.

¶ *Expleto mense vocantur.* Mancum in suo exemplari versum Lugdunenses his duobus verbis, *expleto mense*, compleuerunt. Iidem *oblati.* legerunt, vbi *obtati* erat, pro *optati*, nisi fallor. ¶ *Ter senis, vnóque die.* decem & nouem diebus. Sunt autem hi dies Calendarum Ianuariarum, a quartodecimo scilicet die Decembris vsque ad ipsum primum Ianuarij. Sic enim Calendarum primus dies, mensis eius primus est dies, ex quo mense Calendæ appellantur: ac reliqui eam in dies, in mense priori. Ita in ijs, sicut & in Nonis, ac Idibus numerandi ordo inuersus: quum a maiore numero ad minorem deuentum, vt a decimo ad nonum, a quarto ad tertium. Gen alia autem festa, & I rum a quæ sint, diximus in edyllium nonumdecimum. ¶ *arcessat.* accersat, aduocet Ianuarium. ¶ *Hoc numero.* decem & nouem Februarius, & September. ¶ *die tardius vno.* Sunt decem & octo pro decem & nouem. ¶ *Inde dies redeunt.* Quocumque modo hic scripsit poëta, hoc voluit significare, quattuor hos menses Augustum, Iunium, Aprilem, Nouembrémque penultimum anni mensium, dies Calendarum habere septenosdenos. ¶ *Ter quinis vnoque.* sedecim. Mauors autem id est Mars, vnde Martius mensis appellatus, Iunonis filius fuit sine patre, vt diximus in versum octauum Tochnopægnij. ¶ *exordia prima.* A mense Martio annum auspicatus est Romulus. De anno Vertente edyllium quartum decimum. Quem autem versum Lugdunenses ediderunt,

328 · 312.a B. · 286. · 316.

Integer hoc numero ad plenum reparabitur annus,

is erat in exemplari,

Hoc numero ad plenum vertens reparabitur annus.

IN EDYLLIVM XXIII.

329

¶ *Principium Iani.* Hæc non ita accipienda, quasi primis ipsis mensium diebus in signa illa Sol intret, sed Solem tunc in illis esse signis, quæ nominantur, in quæ sit ingressus aliquot ante diebus mensis prioris. De Tropicis in edyllium de diebus anni Vertentis. Hoc autem dodecastichon memini inuenisse sine titulo inter carmina, & alia scripta Fortunati Episcopi Pictauiensis. ¶ *Solidi stat. Sol distat,* etiam legitur. ¶ *Phryxee.* Et Phryxeus Aries, & Agenoreus Taurus in Edyllio de diebus anni Vertentis. ¶ *Laconas.* Geminos. Castorem & Pollucem Lacedæmonios. ¶ *Scorpius,* & Scorpios, & Scorpion hic legitur, & Nouember, & Nouembrem.

316CD. · 316.

IN EDYLLIVM XXIV.

330.

¶ *Sol profectus.* Carmen est trochaicum tetrametrum catalecticum, mendosum, sicut & cetera, mutilúmque. ¶ *à teposo.* à teporo, legendum: vt fiat à tepore teporus, sicut honorus ab honore, Canorus à Ca-

nore, Odorus ab odore. Teporo ergo, tepido, & moderati coloris. ¶ *Veris æquinoctio.* Anni tempora ſunt quattuor, Ver, Aeſtas, Autumnus, Hiems. In ijs duo Aequinoctia, in Vere alterum, & alterum in Autumno. Solſtitium vnum, in Aeſtate: & Bruma vna, in Hieme. Sol ergo ab Arietis principio, & Aeqinoctio Verno profectus, poſt dies nonaginta quattuor & ſemidiem, Cancrum aſſequitur, & Solſtitij locum: poſteáque conficit æſtatem, quam & in edyllio quartodecimo pulſum æſtiuum appellauit. ¶ *Inde Autumnus.* Aeſtati ſuccedit Autumnus: in quo eſt alterum æquinoctium, & duodenæ rurſus diei noctiſque horę. Quod tempus Autumni ex octoginta octo diebus & quadrante, id eſt, ſex horis conſtituebat Auſonius in edyllio quartodecimo: qui hoc loco pro ſex, tres tantum horas numerauit hoc eſt trihorium, niſi forte in principio ſequentis verſus, qui deſideratur, trihorium duplicauerit. ¶ *Octo & octoginta.* Octoginta octo diebus, & inſuper tribus horis, vti diximus. Iſtud autem *gœris*, & quod in extremo carmine eſt *gœres*, gœris, & gœros binis ſyllabis eſſe debere oſtendimus in epiſtolam nonam, à Græco γύρος, quod gyrus eſt apud Ciceronem, Virgilium, & alios Latinos, hoc eſt gurus, orbem, circulum, ſpiram, circumitum ſignificans, vt & in ludo Sapientum. Quod autem ſcribit Seruius in verſum octogeſimum quinctum quincti Æneidos, nomen ſe gyrus legiſſe, verbum exinde non inueniſſe, eſt frequens gyrare in Biblijs ab Hieronymo Latinis factis: vt in Geneſi. *Gyra omnes greges tuos.* Legitur & gyratus apud Plinium quincto Naturalis hiſtoriæ de Alexandria Ægypti. *ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam.* ſiue nomen hoc ſit, ſeu participium. ¶ *Inde floridum.* Mirum, ni quid hîc deeſt de Hieme & Bruma: à qua Bruma in vernum Aequinoctium dies nonaginta numerantur in edyllio quartodecimo. Pro reflexit autem, reflexis legit Canterus, ſicut annotauit Pulmannus. Oreas vero ſcribit Feſtus, frænos eſſe dictos, quod ori inſerantur. ¶ *Additis ad hos priores gœros.* Ad octoginta octo illos gyros, orbes, dies in verſu quincto memoratos, geminis orbibus, hoc eſt duobus diebus additis, fient nonaginta dies, quos modo diximus.

316. 443. 220. cap. 30. cap. 10. cap. 30. cap. 10.

IN EDYLLIVM XXV.

331 A

¶ *Quattuor antiquos.* Hoc tetraſtichon heroicum, ex elegiaco videtur conuerſum: quod Archiæ inſcribitur, in principio anthologiæ.

> Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ,
> Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο Ἀθανάτων,
> Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
> Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Id eſt, ad verbum.

Quattuor sunt certamina in Gracia.quattuor sacra,
Duo quidem mortalium,duo vero immortalium,
Iouis,Apollinis,Palæmonis,Archemori.
Præmia autem eorum oleaster,mali,apia,pinus.

De his autem agonibus, certaminibus, ludis,festis, Achaiæ & Græciæ, plura tibi tradent,Hyginus,Strabo,Plutarchus, Pollux,Pausanias,Phlegon,Censorinus,veteres Pindari,Virgilij,Horatii interpretes, Rhodiginus,& alij ¶ *Serta*.coronæ,victoriæ prҿmia. Quattuor ergo dicebantur ista sacra Græcarum gentium certamina,Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia.Fiebántque Olympia in dei Iouis, Pythia in dei Phœbi Apollinis,Nemea in Archemori hominis, Isthmia in Melicertæ hominis, honorem.Olympia æstate,Olympiæ in Archadia,parte Peloponnensi. Pythia in vrbe PythoneDelphorum,ad montemParnasum.Nemea hieme, in Nemea Pelopomesi regione,quæ in extrema gratiarum actione memoratur, inter Argos & Corinthum, vbi & leonē Hercules interfecit. Isthmia in Isthmo iuxta Corinthum. Coronabantur victores in Olympijs Oleastro, quæ arbor est oliua siluestris. In Pythijs lauro Delphica cognominata, maximis baccis, atque e viridi rubentibus,vt scribit Plinius in exremo libro quinctodecimo.In Nemeis apio herba.In Isthmijs pinu arbore, & aliquando eodem apio: vt scribit Plutarchus in capite tertio quincti Symposiacôn. * ¶ *malus,oliua*.Μῆλον,omnem arborē, omnisque arboris fructū dici scribit Hesychius Malū ex eoGræco dixerunt Latini:sed hoc nō tam genus apud eos,quam species, vt μῆλον pomus sit & pomum potius, quam malus & malum. Μῆλα ergo quæ dixerat Archias,malus hic versa est:ceterum quæ μῆλα ille intellexit, & quam malum interpres? & si laurus fuit interpes laurum non dixit, quum posset commode. Sed vereor, vt ne Lucianus in dialogo de Gymnasijs, ista Pythiorum μῆλα fructum potius quam arborem acceperit, cuiuscunque arboris mala fuerint. ¶ *Olympia Pisa*. Olympia neutro plurali, agones & certamina. Olympia feminino singulari & Pisa ciuitas ad Olympum montem Peloponnesi, qua parte Alphēus exit in mare. ¶ *Clario Phœbo*. Claros mons, & vrbs in Asia. vbi Apollinis fuit oraculum, vt Delphis. Virgilius, Strabo, Mela, & alij. ¶ *Portunus*. Sic vnica n, hoc vocabulum, & ea littera geminata Portunnus, ac m pro n Portumnus, scriptum reperio apud Ciceronem, Virgilium, Hyginum, Lactantium, Festum, & alios, sed sæpius Portunus vnico n. Hic ille est Palæmon, qui quum in viuis Melicerta diceretur, post mortem a Neptuno deus factus, & Παλαίμων, & Portunus est nominatus. Ouidius qnarto Metamorphoseon, Hyginus, Seruius, Apollodorus. * ¶ *bimaris dicata Corinthos*.Ita bimarem appellauit Co-

411

331 B

331

rinthum Horatius in carmine ſeptimo primi libri. Quæ vrbs in Iſthmo ſita, Ægæum mare ab Ionio quinque millium paſſuum ſpatio ſummouente, auctore Pomponio Mela, arcem habebat Acrocorinthum, ex qua ſumma, duo illa diuerſa maria proſpectabantur. Quod autem huic metro vitium accidit, id vtro modo correctum velis, videris, *dicata Corinthos*, *dicat alta Corinthos* (rectus eſt caſus Κόρινθος) an, *dicat Acrocorinthos*. Eſt autem dicare, dedicare conſecrare, facere in honorem & edere. ¶ *Nemeæa*. Numerus claudus eſſet, ſi Nemeæ legeres. Ab illo autem Nemea ſupra memorato fit tam Νεμεαῖος, quam Νέμεος, vt meminit Stephanus hoc eſt, Nemeæus, & Németus adiectiuum. ¶ *Funebria Thebæ*. Opheltæ infanti, Lycurgi Nemeæ regis filio a ſerpente occiſo, Adraſtus, Amphiaraus, & alij Græci principes quum Thebas Bœotiæ vrbem oppugnatum irent, ludos funebres inſtituerunt, quæ dicta ſunt Nemea, Archemorúmque tranſnominarunt. Apollodorus, & Hyginus. ¶ *Primus olympiacæ*. Ludos Olympicos alij Iouem inſtituiſſe, alij Herculem, alij alios. Vide Pauſaniam iu Eléis. ¶ *Stadia ad longiſſima Circi*. Qui Romæ Circi, in Græcia ſtadij, & ſtadia dicebantur. & quemadmodum quos in ſuis Circis Romani faciebant ludos, Circenſes ſunt dicti, ita quos in ſuis Græci ſtadijs, Circenſes dixit vetus primi carminis Horatiani interpres. Stadia ergo cum multa eſſent in terris Græciæ, pedes ſexentenos longa omnia, omnium erat longiſſimum Olympicum: quod pedibus ſuis metatus eſſet Hercules, omnium mortalium per ea tempora corpore maxime excelſus. Vide primum caput noctium Atticarum Auli Gellij.

22' ¶ *Proximus Alcides*. Hercules Alcæi nepos, vt diximus in epigramma viceſimum ſextum, quum in Nemea illa Argiuorum ſilua Leonem interfeciſſet, ludos ibi in Iouis honorem inſtituit Nemea. Alij volunt in honorem Archemori, cuius iam facta eſt mentio, primum fuiſſe inſtitutos, ſed aliquandiu intermiſſos, Herculem inſtauraſſe. Vide Pauſaniam, & ve-

331 D tuſtos Pindari interpretes. * ¶ *Hæc quoque*. Iſthmia & Pythia. Quamquam per Olympia ſua omnium celeberrima, potius quam per alia deſignarunt Græci ſua tempora. ¶ *quinquennia ſacra*. Olympia ſemper

Cap. 5. fuiſſe quinquennalia puto. Iſthmia Plinio libro quarto Naturalis hiſtoriæ de Achaia, quinquennalia quoque ſunt, ſed ea puto triennalia Pindaro, ode ſexta Nemeorum, & Statio in extremo quarto Thebaídos. Pythia nouennalia primum, deinde etiam quinquennalia: verum Nemea triennalia faciunt vetuſta etiam in Pindarum ſcholia. Dicta autem quinquennalia, quæ tribus intermiſſis annis, quincto quoque inſtaurarentur: & ſic Olympia Græcis dicta quaternûm, quomodo Latinis luſtrum quinûm annorum tempus: vt in Cenſorinum docuimus. ¶ *Iſthmia Neptuno*. Alij Siſyphum, alij Teſeum Neptuni filium, alij alios Iſthmia inſtituiſſe ferunt, Phœbus autem Apollo

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos,

apud

apud Ouidium primo Metamorphóseon: sed alij ab alijs institutos volunt in honorem Apollinis. ¶ *Ancipiti cultu*. Vide, quæ de Palæmone dicta sunt. ¶ *Tantalidæ*. Hyginus, Solinus & alij, scribūt, certamē Olympicum ab Hercule in honorē attaui materni Pelopis, filij Tantali, fuisse editum. ¶ *dicat Elis*. In exemplari erat, *dicaehelis*. Elis autem Arcadiæ regio est in qua Olympia & Pisa supra memoratæ. ¶ *Thebæ*. vrbs Bœtię. Statius in extremo libro quarto Thebaidos. ¶ *Draconi*. Serpenti Pythoni interfecto ab Apolline. Ouidius primo Metamorphóseon, Terentianus de metris, & Athenęus in extremo libro quinctodecimo.

IN EDYLLIVM XXVI

¶ *Nunc & Apollineos*. Postquam Græca illa certamina, ludi, festa, feriæ, commemorata fuerunt, de Romanis deinceps dicendum videtur. ¶ *Apollineos*. Apollinares ludos, qui die incerta primum, deinde ad tertium nonas Quinctiles facti sunt, vt scribit Titus Liuius libro vicesimo septimo. ¶ *Tiberina per ostia*. Ostia fluuiorum dicta, quibus in mare exirent. & hinc Ostia vrbs condita ab Anco rege, sextodecimo millario ab vrbe Roma, ad ipsa fluuij Tiberis, qui Romam interfluit, ostia. Ad quem vsque locum an Roma Apollinaribus ludis exiretur, legere non memini: sed Megalensibus id fieri potuit. ¶ *Et Magalesiacæ matris*. Magnæ matris, & Matris deûm Cybeles, Rheæ, Opis, apud Macrobiū & alios. quæ operta, arcanáque sacra fiebant nonis Aprilibus, auctore Ouidio libro quarto Fastorum. Megalesia autem vnde sint dicta, tradit Varro quincto de Lingua Latina. Quod vocabulum plurale neutrum, vt Saturnalia, & alia festorum ludorúmque vocabula, an etiam Megalensia, n, adiecto, dixerint veteres, nescio. sed eius datiuus ablatiuúsque Magalensibus eam habet consonantem in titulis fabularum Terentij, ac apud Ciceronem de Aruspicum responsis. ¶ *Vulcaníque dies*. Vulcanalia, & o pro u Volcanalia, dei ignis Vulcani festa, apud Varronem, mense Augusto celebrari solita, auctore Columella libro vndecimo. ¶ *Quinquatrúsque*. De hoc nos vocabulo plura in Censorinum ex Varrone, Cicerone, Ouidio, Gellio, Carisio, & alijs. Deæ Mineruæ festa erant in anno bina, mense Martio priora potioráque, altera Iunio, Majores Quinquatrus dictæ, & Minores. ¶ *Et medias idus*. Quę circa medios sunt menses, Ouidius quincto Fastorum de Majo, sic Mercurium alloquitur.

Templa tibi posuere patres spectantia Circum
Idibus. ex illo est hæc tibi sacra dies.

De Dianæ sacris Augusti idibus, aliud legere non memini. ¶ *Matronæ, quæ sacra*. Matronalia in Romulo Plutarchi, quæ calendis Martijs fieri solita scribit Ouidius tertio Fastorum. ¶ *Festa Caprotinis*. Nonis mensis Iulij, dies festus fuit ancillarum: nonæque illæ Caprotinæ sunt dictæ: quo die liberæ pariter & ancillæ sacrificabant Iunoni Caprotinæ sub arbore caprifico. Varro de lingua Latina quincto, Macrobius Saturnaliorū primo. ¶ *& luces nocte diéque pares*. Aequinoctia. dequibus & Solstitijs, vide

333A Plinium, & Columellam.* ¶ *Nec regifugium.* Ouidius ſecundo Faſtorum de Februario.

Nunc mihi dicenda eſt regis fuga. Traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina menſe dies.
Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir iniuſtus, &c.

Regifugium iterum viceſimoquarto die Maij, in extremo quinƈto eorundam Faſtorum. ¶ *Vis & Opale ſacrum.* Erat in exemplari, *Viſneopeſanteſacrum.* Reſtituendum arbitror, Viſne Opis ante ſacrum, hoc ſenſu. Viſne, vt vel Saturnalia, vel Conſualia dicam, & celebrem ante Opalia?

278 Fuerunt OPALIA, Opis deæ, vxoris Saturni, in Gripo & Techno-
290 pægnio memoratæ, feſta: quæ menſe Decembri cum Saturnalibus agitabantur. Varro quinƈto de Lingua Latina, & Macrobius primo Saturnaliorum. ¶ *Feſtáque ſeruorum.* Saturnalibus, domini ſuis ſeruis, Nonis Caprotinis matronę ancillis, famulabantur. ¶ *Et nunquam certū.* Compitalia, quæ in compitis peragebantur, vt ſcribit Feſtus, inter ferias recenſet Macrobius Conceptiuas, hoc eſt, quæ quotannis vel à magiſtratibus, vel

333B à ſacerdotibus concipiebantur in dies certos, vel etiam incertos.* ¶ *Aut duplicem cultum.* geminos ludos, Neptunalia, & Conſualia. Neptunalia a Neptuno deo maris: cuius dei feriæ erant, ait Varro de lingua Latina. CONSVALIA a Conſo: quiſquis hic fuerit deus. De quo monui-

38 mus in epigrāma ſexageſimum oƈtauū. Titus Liuius libro primo ſcribit, Conſualia, ludos Neptuno equeſtri ſollēnes fuiſſe. Laƈtātius libro ſexto, Iudos Circenſes primitus Neptuno fuiſſe attributos. Seruius in oƈtauum Aeneídos, Conſualia eoſdem ludos cum Circenſibus eſſe, & Romulum menſe Martio celebraſſe, ſed oƈtauodecimo die Auguſti Plutarchus in Romulo. In vetere vero Calēdario Romano quinƈtuſdecimus dies menſis Decembris Conſualibus aſſignatur, ſeptimuſdecimus Saturnalibus, nonuſdecimus Opalibus. ¶ *Feſta hæc nauigijs.* In iſtis ludis varia edebātur ſpeƈtacula. inter quæ ſunt prœlia naualia, & curulia certamina apud Suetonium, & alios. Certamen Curule deſcribit Sidonius Apollinaris in Narbone. Sed de Circenſibus lege Caſſiodori ad Fauſtum epiſtolam libro tertio Variarum. ¶ *Iungunt Romanos.* Conſualibus ſuis Romulus virgines, quæ Romam ex vicinis ciuitatibus ad ſpeƈtaculū venerant, rapuit. Hinc bellum ortum. Cuius duces fœdere tandem percuſſo, non pacem modo, ſed ciuitatem vnam ex multis Romam fecerunt. Liuius, Diony-

333C ſius Halicarnaſſēſis, Lucius Seneca, & alij.* ¶ *Peregrináque ſacra.* exterarū gētiū, vt Gręcorū, & Aegyptiorū. ¶ *Natalē Herculeū.* Hercules Græcanicū numē, quo die nat° ſit, ſicubi legi, nō memini: ſed illi ędes Romæ, aras, ſacra fuiſſe, Varro, Virgili°, Ouidius, Solinus, Plutarchus, Macrobius & alij ſunt auƈtores. ¶ *Vel ratis Iſiacæ.* Ita ratis, nō bouis. Pręter illa autē, quę in edylliū viceſimum diximus de Iſide, Aegyptiaco numine, ſcribit

325 Appuleius libro vndecimo Metamorpho[illegible] quod ea dea cymbiū ſiniſtræ

ſtra teneret. Genus vaſis eſt κύμβιον, vt apud Virgilium tertio Aeneidos, Verſ. 66

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. & quinto,

Cymbiáque argento perfecta, ac aſpera ſignis. Ver. 696

In quæ loca ſcribit antiquus cōmẽtator, Cymbia, eſſe pocula in modum cymbę nauis facta. idémque vt putatur, Seruius in extremũ librũ Aeneidos octauũ, cymbiũ ſitulã interpretatur. Ceterũ quicquid ſit id nominis, Ver. 267 a cymba deminuti, quę de Iſide ad hũc locũ ſpectãtia legere meminimus in extremis Iulij Hygini fabulis, adſcribã. *Veliſicia primũ inuenit Iſis. Nam dũ quærit Harpocratẽ filiũ ſuũ, rate veliſicauit.* Hæc ita ibi de inuẽtoribus rerũ. In Dialogo autẽ quodã apud Lucianũ, iubet Iuppiter Mercurium vaccã Io per mare in Aegyptũ abducere: vbi Iſis pro Io fiat, & pro dea illic colatur. Nilum attollat, vẽtos immittat, prætereáque nauigãtes ſeruet. Sacra vero Iſidis, quod ea Romę peregrina fuerint, teſtatur Lucanus, cum ſic Aegyptum alloquitur in extremo libro octauo.

Nos in templa tuam Romana accepimus Iſim,

Semicaneſque deos, & ſiſtra iubentia luctus.

* ¶ *nec non laſciui.* Quæ fuerit Flora, vnde cognominata Floralia, & quã obſcœni iſti ludi, quos Cato ſpectare noluit, vt ſcribit Valerius in vltimo capite libri ſecundi, diſce ex Arnobio, Lactantio Firmiano, & Auguſtino. Agitabãtur autẽ Floralia mẽſe Aprili & Maio. Ouidius quinto Faſtorũ. 334A

Incipis Aprili. tranſis in tempora Maij.

Alter te fugiens, quum venit alter, habet.

¶ *Nunc etiam veteres.* Varro. *Equiria ab equorum curſu. Eo enim die currunt equi in campo Martio.* Feſtus vero. *Equiria ludi, quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum: qui in campo Martio exercebantur.* Idemque Feſtus. *Martialis campus in Cœlio monte dicitur, quod in eo Equiria ſolebãt fieri, ſi quãdo aqua Tyberis, campum Martium occupaſſent.* Sunt autem Equiria bina apud Ouidium ſecundo & tertio Faſtorum. quorum priora celebrat viceſimo ſeptimo die Februarij: altera quartodecimo Martij. ¶ *Et Dionyſiacos.* In epigramma viceſimum octauum, & viceſimum 22. nonum docuimus, qui Græcis Dionyſius & Bacchus dicitur vini deus, eum Latinis Liberum dici. Huius ergo Liberi feſta, quę Gręcis Dionyſia, vel Feſto auctore, Liberalia ſunt Latinis appellata, vt Varro etiam meminit quinto de Lingua Latina. quod verbũ, in carmen elegiacũ propter ſyllabã inter duas longas breuẽ, ingredi nõ poteſt. Fiebántque Romę menſe Martio, vt canit Ouidius tertio Faſtorum. ¶ *Aediles.* Aediles duplices apud Liuium & Dionyſiũ Halicarnaſſenſẽ, Curules, & Plebeij. qui ludos procurabant, vt in Ludo ſeptem Sapientũ dixit Auſonius. De 213. Sigillariorũ appellatione quędã monuimus in Centonẽ: quę Feſta menſe Decẽbri, tertio poſt Saturnalia die celebrabãtur, auctore Marco Varrone, quinto de Lingua Latina. Sed de Sigillaribus plura Macrobius. ¶ *Et* 339. *gladiatores.* Qui gladijs & enſibus depugnabãt, Gladiatores fuerũt dicti: quorũ alter (bini nãq; depugnabãt) Mirmillo, Thrax alter appellatur in Tech-

280 nopægnij versu centesimo secundo. Hinc gladiatoria munera nuncupata, quæ quasi munera & dona in gratiam populi spectacula, ludique celebrabantur.* ¶ *notum*. Omnibus hoc notum est. Gladiatoriũ munus primũ Romæ in foro Boario à Brutis, funebri memoria, patris cineres honorantibus, esse datũ, docuimus in versum tricesimũ sextũ Griphi. Titus Liuius libro tricesimo primo scribit, ludos funebres, mortis Valerij Læuini causa factos esse a filijs, & munus gladiatoriũ in foro datũ, in quo paria quinque & viginti pugnauerint. Scribit & Plinius tricesimo quincto Naturalis historię, Caium Terentium Lucanũ gladiatoriũ munus auo suo, a quo fuerat adoptatus, dedisse in foro. vbi triginta paria per triduum depugnarint: sed ista fora quæ fuerint ex multis trantæ vrbis, non addunt Liuius & Plinius, nec Suetonius, quo foro depugnauerit Furius Leptinus in munere Caij Iulij Cæsaris. In feraliũ autem spectaculorũ immanitatem inuehitur Lactãtius Firmianus Libro sexto Institutiouũ, & Prudentius primo in Symmachum. ¶ *nunc*. hisne, Ausonij scilicet temporibus, an sub fine Decembris? *Harena* hic quemadmodum & in extrema Ephemeride, ac in tetrasticho de Cæsare Commodo, pro loco sumitur, in quo pugnantium spectacula edebantur: quod harena solerent sterni eiusmodi loca: vnde in harenam descendere pro certamen inire: & harena cedere pro desistere a certamine, & victoriam concedere, adagia ab Erasmo exposita. ¶ *suos*. gladiatores. *Suos* autem, qui in Saturni, & non, vt primi illi, in cuiusquam Bruti, vel Terentij, vel alterius demortui honorem pugnent. De istis autem gladiatorijs extremi Decembris muneribus nihil alibi legere memini: verum scribit Macrobius, bellum Saturnalibus sumere nefas habitum: penasque a nocente ijsdem diebus exigere, piaculare fuisse. ¶ *Falcigerum*. Falciferum Ouidius & alij, ab ea falce, cuius meminimus in epigramma tricesimum secundum. Sed de hoc quærit Lilius Gregorius de dijs. Saturnum autem Cælo genitum fuisse diximus in idem secundum & tricesimum epigramma.

334B 288 Cap. 7 92. 197 136

IN AVSONII BISSVLAM, EDYLLIVM XXVII.

335

¶ *Ausonius Paulo*. Idem Paulus esse potest, ad quẽ mittit Ausonius hoc & proximum edyllium, epistolámque vndecimam, et sex in sequentes, Axius Paulus in illa vndecima, & quinctadecima epistola, orator & poëta, rhetorices professor, ludi magister, in eadem vndecima, duodecima quartadecima, septimadecima epistola: patria Begerritanus, vt significare videtur Ausonius in hendecasyllabis epistolæ quartædecimæ. ¶ *non profanus*. non alienus a Musis, poëta & tu. ¶ *Horatius*. Ode prima libri tertij carminum. ¶ *Nec idem Cereri*. Vt, Cereri mactabatur porca, Baccho hircus. Sed de his plura Lilius Gregorius in syntagmate de sacrificijs. ¶ *ne*. certe. Næ, scriberet. Laurentius Valla, ex Græco ναὶ, sed ne Carisius, Diomedes, Priscianus, & alij veteres grammatici.

339. 445. 455.

¶ *in alumnam meam.* Bissulam. ¶ *Fatalis iugi.* Sic in versu quadragesimo octauo epistolę vicesimæ tertiæ. Vehiculum appellat Quinctus Curtius libro tertio, & ἄμαξαν Plutarchus in Alexandro. Illud erat Gordij (oppidum Phrygiæ Gordium, olim Midæ regia) in Iouis templo. affirmabant autem incolæ, totius Asiæ imperium illi satis portendi, qui & inexplicabile vinculum soluisset. ¶ *Lora.* ex corni arboris libro erant, auctore Plutarcho. ¶ *Et Pythiæ specum.* Phœbadis, sacerdotis Apollinis Delphici, qui Pythius ipse dictus, à Pythone serpente interfecto libro primo Metamorphóseon Ouidij. Locum autem illum describit Iustinus ex Trogo libro vicesimoquarto. Plutarchus vero rem ita narrat in Alexandri vita. Quum vellet Alexander deum consulere de Asiana expeditione, Delphos venit: quod sorte in eos incidit dies, quibus Apollinem excitare nefas putaretur. Primum itaque Alexander, vatem rogauit, vt iret: sed quum illa obstinate recusaret, legémque proferret, vi ille tandem vsus, templum ascendit, inuitámque eo traxit vatem. quæ vt eo Alexandri studio & pertinacia victa, ἀνίκητος εἶς, inquit, ὦ παῖ: id est, Inuictus es ô fili. Notandum autem hîc *specum, quod.* vt Priscianus libro sexto monuit, specum, vt templum, etiam veteres protulisse. Delphica specus in Iambico Paulini ad Ausonium. ¶ *patêre.* Ita legit etiam Erasmus in Adagijs, Gordius nodus, & Herculaneus nodus: sed pétere pro patêre alij libri: vt est apud Virgilium sexto Æneidos.

——— *horrendæque procul secreta Sibyllæ*

Antrum immane petit. ——— ¶ *tua.* poëmata. *¶ *Vt voluisti.* Metrum est Trochaicum tetrametrum catalecticum. ¶ *Sueua.* Germanæ. De Sueuis in epigramma quartum. ¶ *Tibi quod intristi.* Ex Terentianę Phormionis actu secundo prouerbium apud Erasmum. ¶ *Compedes, quas.* Et hoc prouerbium octogesimum sextum centuriæ primæ apud Erasmum.

¶ *Carminis incompti.* Tale carmen est septimum libri quarti Horatij. Qui autem sic præfari cœpit in Priapêa,

Carminis incompti lusus lecture procaces,

Conueniens Latio pone supercilium,

is vel hunc lôcum Ausonij legerat, vel Ausonius eius illud carmen. sed legerat sine dubitatione Ausonius epigramma quinctum libri primi Martialis, quando hoc scripsit. Pro *incompti* autem legitur & *inculti.* ¶ *Thymelen sequimur.* Saltatrix mimáque fuit quædam Θυμέλη, & theatri pars. De qua Budæus, Rhodiginúsque libri octaui octauo capite. vnde thymelici dicti tibicines, citharœdi, & similes. ¶ *in hoc schedio.* libello, & malo poëmate. Budæi annotationes. ¶ *aut Erasinus.* Erasinum, fluuium Peloponnesi Ouidius quinctodecimo metamorphoseon, Mela, Plinius, & alij celebrant: sed quis hic Erasinus? nisi forte mimus quispiam, histrio, & derisor: quales Thymele & Latinus in illo Martialis epigrammate.

482.
573.
vers. 10.
336
8.
Sce. 2.

337 ¶ *Trans gelidum Rhenum.* id est, in Germania. ¶ *Conscia nascentis Danubij.* Cuius patria est, vbi fons Danubij apud Alemannos Sueuos dictos. De ortu Danubij in epigramma nonum. ¶ *capta manu.* Hinc mancipium dictum. ¶ *missa manu.* manu missa, & libertate donata. ¶ *Herai.* heræ, vt aulai, pictai, materiai, pro aulæ pictæ, materiæ, apud Lucretium, & Virgilium. Qui autem sequitur versus,

Imperium domina vult domina esse manu,

hic solum habet primum verbum in prioribus impressionibus: nec scio quam pridem, nec à quo sit primum completus. ceterum potest ita de industria Ausonius iocans imperfectum edidisse, exemplo scilicet Virgilij, magni poëtæ: in cuius Aeneide multi tales reperiuntur. vt libro primo, vers. 563.

Talibus Ilioneus. Cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ.

¶ *Oculos cærula, flaua comas.* Cornelius Tacitus de moribus Germanorum, *Omnibus*, inquit, *truces, & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora.* Horatius, Strabo, Plinius, Iuuenalis, tales illos depingunt. ¶ *Hæc Reno.* forma. ¶ *Hæc Latio.* Lingua, quam didicit.

338 * ¶ *Delicium.* Metrum Saphicum choriambicum trimetrum.

¶ *Cecropias apes.* Atticas. Atticæ enim rex fuit Cecrops: quæ regio abundat apibus. & mel commendat Atticum Plinius, & Seruius in quartum Georgicôn. Sunt autem apes plurimum flauæ: & talis Bissula, vt etiam ante dixit.

339

IN CENTONEM NVPTIALEM EDYLLIVM XXVIII.

¶ *Perlege hoc etiam.* Ad hunc Paulum fuit missum edyllium Bissula. ¶ *Si operæ est.* Quum dixit Ennius apud Persium,

Lunai portum est operæ cognoscere ciues,

operæ est, operæ pretium est, exposuit vetus commentator. ¶ *qui primi.* Centones, qui Græcis Κέντρωνες addita ρ littera, dicuntur, ex Homero & Virgilio, hauddum vidi antiquiores, quam qui de rebus Christianis Eudociæ, & Probæ Falconiæ inscribuntur sub Theodosio iuniore conscripti, vt Bergomensis Augustinianus, Tritenhemius Abbas, & Lilius Ferrariensis audierant, & sic post defunctum Ausonium. ¶ *Solæ.* solius. Nam nomina illa, quæ secundam pronominum declinationem à Grammaticis nostris inflecti dicuntur, veteres plerósque per primam & secundam nominum inflexionem declinasse, docet multis exemplis Priscianus libro sexto. ¶ *si per Sigillaria.* Sigillaria a sigillis hoc est paruis signis dicta festa memorat idem Ausonius in Edyllio de Ferijs Romanis. Sigillaria etiã locus fuit Romæ. Aulus Gellius libro quincto. *Apud Sigillaria forte in libraria ego & Iulius Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, cõsederamus*

334. cap. 40.

ramus. ¶ *neque Afranius Nauci.* De poëta Afranio in epigrāma septuagesimum. Nauei, putamen nucis,& rem nihili significat, vt docet Erasmus in Adagijs ex Festo Pompeio: vnde quædam in Comœdia Afranij, Nauci proprio nomine dictus, qui nihili esset. ¶ *Nec Stichum.* ex quo serui nomine Stichus est inscripta, quæ extat Marci Plauti fabula. ¶ *Quodque est potentissimum.* Macrobius secundo Saturnaliorum de Laberio. *Potestas non solum si inuitet sed etiam si supplicet*, cogit. ¶ *Imperator Valentinianus.* pater Gratiani. de quo in epigramma quartum. * ¶ *Inter liturarios meos.* Et in titulo epistolæ nonæ Ausonij, eadem significatione liturarij: quod vocabulum, nescio, quantum sit antiquum, sed eas chartas significat, in quibus primum scribimus, quiquid sit orationis, quod componimus, a multis lituris, quibus ea in re vti solemus, quemadmodum in extremo carmine ad Theodosium idem meminit Ausonius. ¶ *aut Thyonianum mireris, aut Virbium.* Hippolytum ab inferis & morte ad vitam redintegratum, Virbium fuisse appellatum, dixit Ausonius in præfatione in Griphum. Quod ad Dionysium siue Bacchum attinet de cuius nominibus epigrammata vicesimum octauum,& vicesimum nonum, hic etiā Thyoneus, id est Θυωνεύς, cognominatur Horatio, Ouidio,& alijs Latinis æque, atque Græcis poëtis: sed quod idem etiā Thyonianus pro Thyoneo sit nuncupatus, hoc vero nomen apud solum Ausonium legere memini, & Catullum in epigrammate ad suum puerum, siquidem ibi recte Thyonianus legit Lilius Gregorius octauo syntagmate de dijs,

Migrate, hic merus est Thyonianus,

vbi meus liber habet Thyonicus. Sed nec Phornutus, qui Dionysium a Gigantibus discerptum,& ab Rhea restitutum fuisse meminit, nouū nomen in altera vita accepisse refert. * ¶ *Cento quid sit.* Metaphorica hæc significatio. Nam Κέντρων & Cento, quem miror, veteres Latini si non Cētronem dixerint, ēst proprie, vt apud Macrobium de Tremelio Serofa, crassum, vilēque stragulum, & vestis ex panniculis varijs confecta. Eustathius in Ψ Iliados, Erasmus in adagio Farcire centones, & Lilius Gregorius dialogo primo de poëtis. ¶ *in vnum versum.* & vnus versus ex duobus consiat, ex principio scilicet vnius, & fine alterius. veluti,

Ambo florentes, genus insuperabile bello.

¶ *aut vnus & sequens.* Inter duos integros versus ex eodem loco desumptos, vt sit medius, versus vnus aliquis aliunde sumptus. ¶ *nam duos iūctim locare ineptum est.* Quod tamen aliquot locis fecisse videris, vt in Cena nuptiali,

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

& in epithalamio.

Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

40 8 340 443 3 275 22 341 A 344 346

347 & in ingressu in cubiculum.

Succidimus.non lingua valet.non corpore notæ
Sufficiunt vires,nec vox aut verba sequuntur.

341 B ¶ *Diffunditur.*legitur, & diffinditur. * ¶ *per cæsuras.*quas & incisiones, & sectiones,& mansiones,& τομὰς,& κόμματα, alitérque vocant Terentianus,Victorinus, Diomedes, Priscianus. ¶ *aut penthemimeres.* Πέντε quinque,ἥμισυ dimidium,μέρος pars. Ex his tribus fit ὁ καὶ ἡ πενθημιμερὴς, & τὸ πενθημιμερὲς : sicut ex ἑπτὰ septem, & iisdem ἥμισυ ac μέρος, ὁ καὶ ἡ ἑφθημιμερὴς,& τὸ ἑφθημιμερὲς.Hæc & eiusmodi alia a μέρος similiter composita, sic reperiuntur vsurpata,adiectiue scilicet,quomodo ἀληθὴς,& eadem declinatione.Penthemimeris vero & hepthemimeris, hoc est πενθημιμερὶς & ἑφθημιμερὶς nec apud Hephæstionem reperiuntur, nec apud quenquam aliorum Græcorum.quæ suspicatur Aldus Manutius quarto Grammaticorum, tunc esse nata, quum η eodem sono cum ι perperam pronunciari cœpit:Iodocus Badius quando Diomedis grammatica primũ edidit,penthemimeris & hephthemimeris Latine scripsit:quę vocabula Græce postea expressit πενθημιμερὶς,& ἑφθημιμερὶς.Pro penthemimeris ergo scribo hoc loco πενθημιμερὴς,aut certe Latine penthemimeres:nec id sine auctore facio.In antiquo illo Lugdunẽsi libro desiderabatur hoc edullium, sed is in phalæcio ad Theonem penthemimeres per

435 e,& non per i penthemimeris scribebat: in eodemque carmine penthemimeren,vbi omnes noui penthemimerim vel penthemimerin. Idem Aldus quo loco pro hephthemimerin, ἑφθημιμερῆ legendum censuit apud Terentianum, ibi noster codex ἑφθημιμερὴν habet, quisquis sic ibi scripserit, id est hephthemimeren.

Hanc ἑφθημιμερὴν,numeri de parte,vocarunt.

341 C * In prima nanque illa contractorum nominum Græcorum declinatione,cuius est ἀληθὴς, quædam sunt, quæ accusatiuum singularem faciunt non solum in η,verum etiam in ην,in quibus,nescio an παχυμερὴς,ὁμοιομερὴς,πενθημιμερὴς,& horũ cognata repererint Tenrentianus & Ausonius. Interpretatur autem Diomedi & Prisciano Cæsura penthemimeres,semiquinaria quæ est,quum post duos primos pedes versus,remanet syllaba dictionem finiens,vt tertio huius edyllij versu,*Ambo florentes*,ex septimo Virgilij bucolico,*Ambo,floren*,duo sunt spondei:quos sequitur syllaba *tes*,vltima participij florentes. ¶ *cum reliquo anapæsto.* vt quod in eodem versu tertio cæsuram sequitur, *insuperabile bello*,ex quarto Aeneidos sumptum, hoc metrum est anapæsticum trimetrum hypercatalectum, vt Diomedes metitur. ¶ *aut trochaice cum posteriore segmento.* vt in hoc primi bucolici. *Ille meas errare boues*,post duos pedes, dactylum ,*Ille me*, & spondéum *as er*,duæ syllabæ *rare* verbum finientes, trochæus est. Vnde τροχαϊκὴ,Trochaica dicta est hæc cæsura. ¶ *aut septem semipedes cum anapæstico chorico.*Semipes, pedis dimidium. Dimidium pedis spondei, vna syllaba longua:dactyli,vna similiter longa,aut duæ breues. Septem semipe-

semipedes, tres pedes cum semisse. Abs quo septem semipedum numero, ἑφθημιμερὴς, hoc est semiseptenaria, vt Diomedes & Priscianus interpretantur, tome dicta, Cęsura, quum post tres pedes remanet syllaba dictionē terminans. Vt in versu Cētonis secundo, *Ambo ani|mis am|bo insi|gnes.* Et in quincto, *Auspici|is mani|festa fi|des*, ex tertio Aeneidos. Vnde quod remanet, *quo tu|tior al|ter*, ex primo Aeneidos, id facit metrum, quod anapæsticū choricū monometrū hypercatalectū vocat Seruius in Centimetro. Cuiusmodi est & hoc in octauo versu, *mea maxima cura:* & in quinctodecimo — *onerantq; canistris.** ¶ *aut post dactylum atque semipedem.* vt in Centonis versu quarto, *Túque prior.* & in vicesimo quarto, *Sacra canunt.* ¶ *Simile vt dicas ludicro, quod Græci ostomachion vocauerunt.* Hunc locū Iodocus Badius quum sic edidisset, existimauit Humelbergius mendū esse in verbo Gręco: & ὀστομαχίαν, non ὀστομάχιον legendū: sed homo ille vellē, suæ emēdationis rationē pluribus redidisset: si quid forte nouisset de isto ludicro mihi plane incognito: & simul quod sequitur, *ossicula ea sunt ad summā quattuordecim figuras geometricas habent*, sic à typographo nulla distinctione excusū, docuisset, qui distinguendum foretan quomodo postea Morelius à nobis emendatū emisit, *ossicula ea sunt. ad summā.* an aliter. Vbi & Gryphius Lugdunensis *sane* scripsit pro *sunt:* vt vnica videretur oratio nulla indigēs distinctione huiusmodi. Iam OSSICVLVM, diminutiuū est ab osse apud Pliniū & alios: ossiúmque pugnā significare videtur ὀστομαχία, vt hæc vocabula inter se consentire, & huic loco pulchre conuenire videantur: sed Brodæū Turonensē, qui sic senserat libro quarto Miscellaneorum, reprehendit Iosephus Scaliger: & pro ὀστομάχιον, στομάχιον (stomachion certe habebat Tilianū exemplar) ac pro *ossicula*, *oscilla* legendum censet: quod in vetere Glossario legerit, oscilliū στομάχιον esse: *oscillaque* ista accipit personas illas & laruas veterū: de quibus quærit Lilius Gregorius de dijs, ex Virgilio, Seruio, Festo, Macrobio, Hygino, & alijs.* ¶ *Sunt enim æquilatera, vel triquetra extentis lineis, aut rectis angulis vel obliquis.* ἰσοσκελῆ ipsi vel ἰσόπλευρα vocant, ὀρθογώνια quoque & σκαληνά. Sic habet locus hic in cunctis nostris codicibus: itáque plena videtur oratio, vt nec deesse quicquā, nec redundare videatur: ceterū hęc non mihi minus sunt obscura, quam illa alia, quę suo Gripho inspersit Ausonius, geometrica. Ibi appellauit triangulū æquilatus, quod Græci dicunt ἰσόπλευρον, cuius omnia latera sunt inter se æqualia: hic æquilatus dicit, quod latera tantū duo habet æqualia, & ἰσοσκελὲς Græci vocant. Quæ nanque subijcit Græca, ἰσοσκελῆ ipsi vel ἰσόπλευρα &c. an non ijs exposita voluit, quæ præmiserat Latina? Ita triquetrum, ἰσόπλευρον accipit: sed quis nostrū eā triquetri significationē vnquā esse credidit? Quod ad me attinet, Triquetrum, Triangulum, Τρίγωνον idem valere, semper autumaui: & Siciliam Britanniamque esse triquetras dictas à triangula specie, vt inquit Plinius tertio Naturalis historiæ, non quod earum latera forent inter se æqualia, vt certe non sunt. Illud *exten-*

341 D

341 E


281

Cap. 8

tis lineis, pro rectis lineis accipio. Euclides enim quæ in primo elemento definit triangula, hæc εὐθύγραμμα vocat, hoc est, rectilinea, vt nostri homines iam pridem dicere cœperunt: sed quæ in sphæra sunt triangula, vt quum inter se secantes coluros æquinoctialis circulus medios secat, hæc rectilinea nō sunt. & quod sequitur, *aut rectis angulis*, hoc interpretatio verbi Græci ὀρθογώνιον, quod rectangulum vulgo dicimus: sed quod subiungitur, *vel obliquis*, id qui conueniat cum scalenis? Angulorū alij recti apellantur, alij non recti, siue, vt hic dicuntur, obliqui. Recti anguli, quos & Normales nuncupauit Quinctilianus in extremo libro vndecimo, sunt, quos præstat, qui Græcis γνώμων, Latinis Norma vocitatur. Obliqui vero, qui rectis illis vel maiores sunt vel minores: quos obtusos & acutos nominãt. Σκαληνὸν autem triangulum definitur Euclidi, quod tria habet inæqualia latera, non quod rectos habeat vel obliquos angulos: recipitque triangulum scalenum cuncta genera angulorum. Et triangulum illud Pythagoricū Vitruuio descriptum libro nono, scalenum est, & tamen idem etiam orthogonium, & rectangulum triangulum.

342 * ¶ *Harum verticularū.* Verticulas quū dixit Lucilius vet⁹ poëta, articulos intelligi voluit Fest⁹, quidquid hoc loco sint. ¶ *& mirmillo.* Versu cētesimo secundo

294 Technopægnij. ¶ *& turris.* Etiam *turturis* pro *turris* scriptū inuenit Mariangelus: & possunt antiqui *turturis* pro tur tur dixisse, quemadmodū vulturis pro vultur est in versu Ennij apud Priscianum libro sexto:



Vulturis in siluis miserum mandebat homonem.

¶ *& cantharus.* Quid hic Κάνθαρος, vas, an piscis, an Scarabæus insecti genus? ¶ *variegant.* Hoc verbum pro variare, & varie exornare nescio quantum vetus sit: quo vtuntur primi bibliorum interpretes. ¶ *sub imperatore meo.* Valentiniano Augusto, vt supra dixit. ¶ *merui.* militaui. ¶ *procedere stipendium.* Titus Liuius vicesimo quincto. *Tribuniplebis ad populum ferrent, vt qui minores septem & decem annis, sacramento dixissent, ijs perinde stipendia procederent, ac si septem & viginti annorum, aut maiores, milites facti essent.* Libro vero quincto. *placere autem omnibus ijs, voluntariam extra ordinem professis militiam, æra procedere.* Et equiti certus numerus æris est assignatus. ¶ *ære dirutum facies.* Quos quassatos nunc dicimus, inquit Budæus in annotationibus, antiqui Latini ære dirutos vocabant. Festus. *Aere dirutum militem dicebant, quod æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum.* Sed vide caput sextum libri duodeuicesimi de honesta disciplina Petri Criniti. Procedere ergo militi stipendium, & militē ære dirutū esse, hæc inter se cōtraria. ¶ *redeant versus.* ad suū poëtā Virgiliū.

343 ¶ *Accipite hæc animis.* Ad Valentinianum & Valentē fratres Cæsares hæc. ¶ *Túque prior.* o Valentiniane. ¶ *puerq́, tuus mea maxima cura.* filius tuus Gratianus: quem mihi in disciplinam tradidisti. ¶ *Nomine*

auum referens. Auus Gratiani Augusti, Gratianus, vt diximus in epigramma quartum. ¶ N*on iniussa.* Iusserat Imperator Valentinianus, vt dixit ad Paulum.* ¶ *aurique eborisque. eborisque aurique talenta*, versu treecentesimo tricesimo tertio vndecimi Aeneidos.* ¶ *atque repente.* ille repente, versu trecentesimo octogesimo octauo octaui Aeneidos. ¶ *mea sola & sera. mea sera & sola voluptas*, etiam legitur versu quingentesimo & octogesimo primo octaui Æneidos. ¶ *Proueniunt. Eueniunt*, versu septingentesimo & septuagesimo octauo secundi Aeneidos: sed *proueniunt* alibi, vt versu quadringentesimo & vicesimo octauo duodecimi. ¶ *Hanc tu, oro. At tu, pro*, versu ducentesimo nonagesimo noni Æneidos.

18 346 347

¶ *Parecbasis. παρέκβασις*, egressus, vel egressio Quinctiliano libro quarto. *Παρέκβασις est*, inquit, *aliena rei, sed ad vtilitatem causæ pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio.* Quid Fescennini infra dicetur.

348 349 B

¶ *Imminutio.* Imminuere est deminuere, siue diminuere. Imminutio, deminutio, seu diminutio. Imminuere autem pudicitiam in primo Plautinæ Cistellariæ actu, ——— *Sed tu, an vnquam cum quiquam viro*
Consueuisti? Sil. nisi quidem cum Alcesimarcho, nemine,
Neque pudicitiam meam mihi alius imminuit quisquam,
pro auferre dictū videtur. Vnde Hadrianus Turnebus scripsit tertij aduersariorū capite vndeuicesimo, Ausonium Imminutionē hic vsurpasse, pro primo cōgressu eū vxore, quod tū virginitas imminuatur. ¶ *tenuis quo.* Legitur &, qua, versu quingētesimo & vicesimo quarto vndecimi Æneidos. ¶ *sub ipsam finē*, sub ipsū quoque genere masculino, versu trecentesimo & vicesimo septimo quinti Æneidos.

¶ *Contentus.* Carmen iambicum dimetrum. ¶ *Ridere nil extra.* præter risū, nihil expeto. *Lasciua, o Paule, pagina*, Tilij vetus codex. ¶ *qui vt Iuuenalis ait.* versu cētesimo & septuagesimo quarto libri primi. Manij Curij vitā integerrimā ōnes cōmendāt Romanæ litteræ. Bacchanalia, Bacchi festa, & sacra, temulēta, & spurca. ¶ *ne fortasse.* Sic omnia nostra exēplaria: sed *istud fortasse*, pro *forte* scripsisse potest imperitus & negligēs librarius. Ego enim sicut, *si forte*, ita &, *Ne forte*, tā frequēter apud bonos auctores inuenio, veluti apud Virgiliū in tertio Bucolico, *Ne forte recuses*, & Ciceronē in secūda ad Quinctū fratrē epistola. *ne forte me in Græcos tam ambitiosū factū esse mirere*, vt vbicunq; *si fortasse*, & *ne fortasse* in illis reperio, mendū esse suspicer. ¶ *vt Plinius dicit.* Quē Plinio attribuit Ausonius versiculū, hūc in quincto libri primi epigrāmate Valerij Martialis inuenies, siue memoria lapsus sit Ausonius, quod hîc nō puto, siue ab amico fuerat Martialis mutuatus. Sed vide caput septimūdecimū libri tertijdecimi Noctiū Atticarū Auli Gellij. Caius autē Plinius, cuius extāt epistolarū libri nouē, & Panegyric' Traiano Augusto dictus, carmina etiā ędidisse se multis locis cōmeminit vt ī epistola quarta libri septimi q̄ post Ausoniū intercidisse possūt. quorū petulātiā lasciuiāq; excusat ī libri quarti epistola quartadecima, & ī quīcti tertia, sicut & suorū Catullus in hēde-

349 A

 ca-

ſyllabo in Aurelium & Furium, ac ſuorum Ouidius Naſo in prima elegia ſecundi de Triſtibus. *Credo mihi, diſtant mores à carmine noſtro.*
Vita verecunda eſt, Muſa iocoſa mea.

349B * ¶ *prurire.* laſciuum & libidinoſum eſſe. SVLPICIOS duos celebrat poëtas Lilius Gregorius in libris de poëtis: quorum carmina ad nos non peruenerunt. In Gratiarum actione pro conſulatu memorauit Auſonius alium Sulpicium. ¶ *nec frontem caperare.* ſeuerum, graue, caſtum non eſſe. ¶ *eſſe Appuleium.* hic eſt Lucius Appuleius Madaurenſis, philoſophus Platonicus. cuius extat Aſinus aureus, & alia pauca ex multis, quę ſcripſerat. Interciderunt inter alia, iſta eius amatoria: quorum ipſe meminit in priore Magiæ apologia. ¶ *Platonis Sympoſium.* Συμπόσιον, conuiuium. Vnus ex Platonis dialogis, ſympoſiū vel de amore. Sed de Platonis amoribus in epigrāma centeſimū & triceſimū quin-

73
57
277B

ctum. Quid ſit autē ἔφηβος diximus in epigrāma nonageſimū quartum. ¶ *epyllia.* De hoc verbo iam ante in præfatione in Griphum, monuimus. ¶ *Anniani. Feſcenninos. Feſcennini verſus*, inquit Feſtus, *qui canebantur in nuptijs.* Nominati fuerunt & in Parecbaſi feſcennini. Interciderunt autem iſti Anniani Feſcennini. qui poëta, fuit æqualis Auli Gellij, vt co-

Ca.10.7
349 C
284 B

gnoſces ex libro nono, & viceſimo Noctium Atticarum. * ¶ *Liuij ἐρωτοπαιγνίων libros.* Ἔρως amor: παίγνιον, id quod diximus in edyllium quinctum. *Erotopægnia poëmata amoris ludicra*, vt etiā definit Lilius Grægorius de poëtis. Sunt tamen qui hic Κροτοπαιγνίων malint legere, ἀπὸ τοῦ κρότου, id eſt à plauſu: ſed prius puto melius. Pro Liuij vero, quum Lennij & Lemnij eſſet ſcriptum, cenſuerunt eſſe legendum Lelij Maria Catanæus in epiſtolam ſeptimamdecimam libri quincti Plinij, & Iacobus Conſtantius Fanenſis capite quinquageſimo nono Collectaneorum: atque ad ſuæ ſententiæ confirmationem Aulum Gellium, & Lucium Appuleium adduxerunt. quod apud illum libro ſecundo, poëtę Lelij Eroto-

Cap. 24

pægnia citentur: apud Appuleium vero in priore apologia, ſine Erotopęgníon mentione, ſolo Lęlij poëtę nomine, Iābici Dimetri verſus ſex inueniātur. Verū illi ſi hîc Liuij inueniſſēt, pro Lennij, quomodo habuit Aſcēſiana editio, & quędā alię, nō facile quicquā, puto, mutādū cēſuiſſēt, pręſertim quū Priſcianus alicubi Liuij Erotopęgnia citet, vt corū librum quinctū ſextúmue libro decimo de pręteritis verborū in To. Atq; ego, ſi de hoc quid ſentiā, pronunciē, primū illis & Lilio Gregorio hoc nego auctoro, Lęliū poëtā vnquā fuiſſe vllū, niſi aliūde firmioribus cōtradicant argumentis. deinde ſi non placuerit *Liuij* pro *Lelij*, aut *Lēnij* in hoc Auſonij loco, *Leuij* legam, quomodo habebat Tilij liber, quod idem ſit cum illo *Liuij*, hoc argumento: quod quum in Priſciano non Liuij, ſed Leuij inuenerim ſcriptum, etiam libro vndecimo, vbi meminens à memini participio vſum fuiſſe poëtam illum tradit libro quarto Erotopęgnion, ſciā auctore Quinctiliano libro primo, veteres Romanos e pro i ſonaſſe & dixiſſe Meneruam, lebrum, mageſtrum. Ita ſuſpicari licet *ex Leuij* quod

in

quod in hac Ausonij epistola scriptum fuerat, illud *Lennij* factum esse ab imperitis scribis. Leuium autem hunc, Liuiúmue, accipiendum Liuium Andronicum: quem merito poëtam antiquissimum appellet Ausonius, quum ante natum Ennium fabulam Romę docuerit omnium primus, vt Cicero, Gellius, & alij sunt auctores. * ¶ *Quid Euenum.* Euénos duos elegiarum sc tiptores, & vtrumq; Parium fuisse, auctor est Suidas. Horum versus aliquot habent Athenęus, Strobæus, epigrammatum Gręcorum libri, & alij veteres. ¶ *Menander.* Celeberrimus ille poëta Græcus comicus, quem amabilem appellauit in versu quadragesimo septimo Protreptici Ausonius. ¶ *Læta materia.* vt amores fere iuuenum. ¶ *Parthe-niam.* παρθένος, virgo, puella. Vide Virgilij vitam per Donatum. Hinc ἁγνὸν, id est castum, appellat, puto, Virgilium Græcus poëta in epitaphio Didonis, quod commentario nostro inseruimus. ¶ *qui octauo Aeneid.* Eius sunt versus.

350

375.

61.

Optatos dedit amplexus, placidúmque petiuit
Coniugis infusus gremio, per membra soporem.

Aulus Gellius libro nono. ¶ γλισχροσεμνίαν. Γλίσχρος, lubricus, lasciuus. σέμνος, pudicus, grauis, honestus. Matiangelus tamen αἰσχροσεμνίαν mauult, id est turpem pudicitiā. ¶ *aliter hæc sacra non constant. Hoc adagio licebit uti, si quando fatebimur culpam, sed quæ rei, locóque conueniat*, inquit Erasmus, adagio octogesimooctauo Cēturiæ quartæ Chiliadis secundę.

cap. 10.

IN ORATIONEM CONSVLIS AVSONII, VERSIBVS ROPALICIS, EDYLLIVM XXIX.

In solo Lugdunensi membraneo codice adhuc repertum fuit carmen hoc, ireóq; hunc habuit titulum. *Incipit Oratio Consulis Ausonij Versibus Ropalicis.* vbi quid verbi sit ropalicus, quæritur. Versus quidem omnes sunt hexametri, & verbis quinis. primo, monosyllabo: secundo, duarum: tertio, trium: quarto, quattuor: quinto, quinq; syllabarū: sed cur ropalici? Ῥόπαλον, duabus prioribus syllabis breuibus, vt nona Odyssęę rhapsœdia,

Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ

est claua: & quā Virgilius, Ouidius, alij, clauam dicūt, Herculis arma, Gręci ῥόπαλον appellāt. vt Diodorus Siculus duodecimo de Milone Crotoniensi: διεσκευασμένος εἰς Ἡρακλέους σκευὴν, λεοντῇ, καὶ ῥοπάλῳ, & Athenęus duodecimo de Alexandro Magno. τὸν πέτασον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸ κηρύκειον ἐν τῇ χειρὶ, πολλάκις δὲ καὶ λεοντὴν, καὶ ῥόπαλον, ὥσπερ ὁ ἡρακλῆς. Vnde si versus id genus cognominati sunt, quod rhópallo & clauæ sint quodāmodo similes, Rhopalici Græca consuetudine, scribendi venient: quos & clauales non inepte possis Latine appellare. Eiusmodi versuum meminit Seruius Maurus in extremo Centimetro, sed Eurypalicos appellat: & sic definit. EVRYPALICVS *versus est: quum verba pro ut prosequuntur, syllabis crescunt. vt est hic.*

Rem tibi concessi doctissime dulcisonoram.

251 *Quos Eurypalic os, quia ex definitione & exemplo constat eosdē esse cum Ropalicis, & voces Ropalicus, & Eurypalicus sunt nimium similes, mirum, ni Latini librarij hic aliquid pro more corruperint. Quod si tentes emendare, quoniam vtriusq; nominis Græca, sine dubio, est origo, Græco vetere grammatico opus est, si quis extet, qui meminerit. Diomedes Prisciano antiquior Grāmaticus, quos appellat versus FISTVLARES, & sic definit, *Fistulares sunt, qui paullatim accrescente partis orationis numero, ab vnica syllaba, plures adusque, ducuntur*, eosdem esse cum Rhopalicis diceres, nisi adductus in exemplum Homeri versus, primus Ἰλιάδος, duo verba haberet pro vno, quinta & sexta sede.

ὥς ἵππων, πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ.

Quod si idem plane sunt Fisturales & Rhopalici: sed qui Diomedis grammatica nuper emendauit, quum Homeri versum in suis exemplaribus non inueniret, ab imperitis librarijs prætermissum (desiderabatur certe ille, vt & pleraque alia Græca, in prima Parisiensi editione) istum huic loco conuenire existimauit, & sic reposuit: alios, puto inuenisset apud eundem poëtam, plane Rhopalicos, si quæsiuisset, vt hunc Ἰλιάδος γ.

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον.

¶ *Da Christe specimen.* Tertia huius versus syllaba potest ideo producta videri, quod ipsam duæ consonantes sequantur. ¶ *altissima ingenerato.* Nulla hic synalœpha.

352 *¶ *Iordanis.* fluuius. libro quarto regū. ¶ *Quis digne Domine.* Potest digne aduerbium esse, & sic produci, sed in domine Cęsura id efficiet.

353 * ¶ *Stephano.* In actis Apostolorum. ¶ *Cathedrali inchoatori.* Petro, principi Apostolorum: qui Antiochię primum, deinde Romæ cathedralem tenuit sedem, vt scribit Hieronymus. Ceterum nouum istud verbale, *inchoator*, tertiam syllabam natura longam corripiet, nisi in media dictione fiat synalœpha: quę nulla est in principio. ¶ *Paulum infestum.* Christianis, primum. Quod sequitur verbum, non potest plurium esse syllabarum, quam quattuor: vt ne copulaueris scribas. In eo ris contra naturam producitur. *Adglomeratu* autem, & *adglomeratis* scripserat vetus librarius. ¶ *Vt latro confessor.* In extremo Lucæ Euangelio. Recte autem hoc loco vsurpatur confessor pro eo, qui peccata sua agnoscit, & exponit: quum vulgus pro eo perperam accipiat, qui confitentes audit, & interrogat. Verbum tamen non satis antiquum Confessor, sicut & alia multa in hoc eodem carmine, vt *viuificator*, versu quincto a viuificando, cuius paticipium viuificans habet versus cētesimus tertius Technopægnij.

296. *Vigilatus* nono, & *Recreatus* sextodecimo, substantiua quartę declinationis. *Iustificare* eodem sextodecimo. *Sanctificare*, vndeuicesimo. *Auxiliatrix*, vicesimo primo. *Immaculatus* vicesimo quincto. *Mortificare*, vicesimo sexto. *Cathedralis* & *inchoator*, tricesimo secundo. *Adglomeratus* substantiuum quartæ tricesimo tertio. *Constimulator* tricesimo quarto. *Glorificare* quadragesimo. Quæ effinxit Ausonius, dum animi

animi gratia experiretur, quid ipse posset in Rhopalico genere, difficili magis & laborioso carmine, quam vtili.

IN EPICEDIVM, EDYLLIVM XXX.

354

¶ *Post Deum, semper patrem.* Præfatio est in Epicedium. Cuius hic erat titulus in exemplari. INCIPIT EPICEDVM IN PATRE PRAEFATIO IN PROSA. pro quo Lugdunenses scripserunt, Ausonius lectori suo. S. D. ¶ *Secundámque reuerentiam.* Plato, Cicero, & alij, parentibus præponunt patriam, communem omnium parentem. ¶ *Epicedium patris.* Est ἐπικήδιον, nænia, & carmen, quod mortuo canitur ante, quam sepeliatur. ἐπιτάφιον, quod post sepulturam dicitur. Sic tradit Seruius in duodecimum versum Daphnidis. Est enim τὸ κῆδος, cura, exequiæ, funus. ὁ τάφος, sepulchrum & tumulus, cum quibus præpositio ἐπὶ composita, ad, super, in, & alia significat. ¶ *Seu pater.* siue pater quispiam, filios habens. ¶ *Hos relegisse.* hoc non hos, in exemplari.

355 A ¶ *Nomine ego Ausonius. Nomen* pro *nomine* veteres libri, & *infimus* pro vltimus, Tilianus. Eundem autem suum patrem Iulium Ausonium celebrauit primum in Parentalibus Ausonius. quod carmen cum hoc confe- 102 res. ¶ *Arte medendi.* de qua etiam scripsisse monuimus in carmen illud primum Parentalium. ¶ *vicinas vrbes.* Vasatas & Burdigalam. inter quas iter est vnius tantum diei. Ausonio itaque medico patria fuit Vasates, vbi natus fuerat: sed patriæ Burdigalam prætulit vrbem longe clariorem, celebriorémque: in quam commigrauit. De Vasatibus autē, & Vasatis plura in carmen vicesimum quartum Parētalium inuenies. ¶ *sed lare.* domo. 129 C ¶ *Curia me duplex.* Romana & Burdigalensis, an Burdigalensis, & Vasatensis? Curiam Burdigalensem nominat Ausonius in carmine Perentaliū quinctodecimo, & Senatū in octauo & nono. Qui autē præfectura Illy- 120, 112 rici fuit honoratus, vt versu quinquagesimo primo iactabit, nō est du- 113. bium quin imperatorū beneficio ciuitate Romana donatus, in curiā receptus, in Senatum allectus fuerit, quum isti Cæsares, peregrinos quoslibet, & semibarbaros, vt ait Suetonius, quamuis ob causam sibi caros, huiusmodi honoribus euehere non cessarent. Extremum carmen de Burdigala. ¶ *Muneribus exsortem.* Id est, solo & inani nomine Senator fui. Andreas Alciatus libri quarti capite tertio Dispunctionum. ¶ *Non locuples.* veteres libri *Non opulens.* Opu- 101 lens Moneta in carmine de Mediolano. ¶ *semper eosdem habui.* Vetus liber, *eadem* pro *eosdem.* * ¶ *Sermone impromptus Latio.* Græce 355 doctior quam Latine. Quibus temporibus Romæ regnabat Tarquinius Priscus, olympiade quadragesima quincta, vt in Eusebij Chronicis notatum est, annis ante natum Christum sexcētis, Phocæenses, Græci ex Ionia Asiæ prouincia venerunt in Italiam & Galliā. multas

vrbes in litore maris interni condiderunt. in ijs Massiliam: Quæ nunc Narbonensis Galliæ ciuitas cumprimis munita, olim mercatus fuit bonarum artium disciplinarúmque celeberrimus, tanquam alteræ Athenę. Quo Romani, Galli, Hispani, omnes, quibus licebat, se conferebant philosophaturi. Hæc Pythiæ illius fuit patria, quem tam immerito Strabo geographus insectatur: cuius & aliorum Massiliensium scripta Græca interciderunt, vt & Fauorini Arelatensis, cuius meminimus, quum expli-
204 caremus carmen de Arelatis: quem verisimile est Massiliæ & ipsum philosophiã didicisse, ciuitate vicina. Massilia Gallos ita φιλέλληνας reddidit, id est Græcorum amatores & studiosos, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ γράφειν, vt in omnibus rebus, publicis priuatísque rationibus, Græcis litteris vterentur, ait Strabo, libro quarto. Inde tabulæ illæ in castris Heluetiorum repertę, Græcis litteris confectæ, ad Cæsarem perlatæ. Inde plurimus in nostro Galloromano sermone hellenismus: ac inde etiam, nisi fallor, vt Iulius Ausonius Græcam linguam melius nouerit, quam Latinam: seu in media ipsa Massilia sermonem Græcum cum Physica didicerit: seu domi in patria Massiliensem habuerit aliquem, qui docuerit: quemadmodum scribit idem Strabo, reliquas Galliæ ciuitates ab hac
255 C solere σοφιστὰς ὑποδέχεσθαι, sicut & medicos.* Sic Burdigalæ litteris Grecis primum institus fuit puer Paulinus Eucharistici auctor, Graijs etiã famulis adhibitis, qui cũ puerulo Grece colloquerẽtur. Adde, quod homini Physices & rei medicæ studioso facilius fuit Græcam linguam apprime cognoscere ex magistris ipsis mutis, qui multo plures erant Græci & meliores, quam Latini. Extabant enim tunc scripta Græca Empedoclis, Democriti, Hippocratis, Chrysippi, Erasistrati, Aretæi, Rufi, Sorani, Galeni, & aliorum innumerabilium, quũ vix vnum aut alterum haberent in hoc genere scriptorẽ Latini, quem nominare ausim, ex quo Iulius Ausonius rem medicam didicisset. Sic doctina omnis, omnes disciplinæ floruerunt in Græcia, atque in bibliotecis Græcis infinita multitudo Græcorũ librorum erat, propter multitudinem eorum, qui scripserãt, quemadmodum meminit Cicero in Tusculana secunda. ¶ *artis inemptæ*. Non venditaui artem meam vt auari solent medici, sed exercui sine mercede, ac docui, Hippocratis medici exemplo. Vide eius iusiurandum, & epi-
356 stolam, quæ fertur ad Abderitas. * ¶ *Iudicium de me præstare*. Iudicio & opinioni bonorũ virorum de me satisfacere & respondere. ¶ *Officia in multos*. Hoc distichon in solo inueni Lugdunensi codice, aliáque fuerunt in eo, quæ in alijs non videramus, Aristarchi obelo non minus digna. ¶ *Iudice me nullus*. Iudice me nullus, liber antiquus. ¶ *felicem scitu*. Sci-
356 ui a scisco: vnde scita Platonis in libro de Cæsaribus. Sic ego statui, & decreui. hoc meum scitum & sententia, felicem esse habendum illum, non qui habet, quod vult, sed qui non cupit, quod non habet. *Cinem* au-
357 tem pro *scini* non debebant Lugdunenses edere. * ¶ *Non occursator*. Qui alijs occurrere salutandi gratia, sciscitãdi, audiendique de rebus, non so-

lerem

lerem. Occursatio est apud Ciceronem. ¶ *Obuia cernens.* ea tantum videns, aspiciens, obseruans, quæ se mihi vltro offerebant, non rimans curiose, quæ quoquo modo clausa, velata, tecta videbantur. ¶ *Vera & si qua fuit, tacui.* Vetus liber, *& veram si scierim, tacui.* ¶ *eiurati.* odio habiti, & euitati. ¶ *Deliquisse nihil nunquam.* Duæ negationes pro vna. Fuit hoc in Lugdunensi vetusto exemplari: sed non quod sequitur distichon, *Irasci promptus.* * ¶ *Lustra nouem.* Annos quadraginta quinque, vt puto. ¶ *Natos tres numero genui.* Antiqua lectio, *natos quattuor edidimus.* Recte. vide tabulam de genere Ausonij in extremo in Parentalia cõmentario. ¶ *Prima obijt lactens.* Prima liberorum meorũ Aemilia Melania infans adhuc & lactens, mortem obijt. De hac est carmen vndetricesimum Parentalium. ¶ *At qui fuit vltimus æui.* Quartus, vltimus & minimus natu meorum liberorum Auitianus. De quo carmen tertiumdecimum Parentalium. ¶ *Maximus.* Ausonius poëta, maximus natu meorum liberorum, vt Aemilia Melania filiola, eo maior vno anno, non numeretur: quæ in cunis Obijt. Lilius Gregorius Maximum, hic putauit proprium nomen esse fratris Ausonii, sed sic plures fuissent Iulio Ausonio liberi, quã numeret pater. ¶ *Præfectus Gallis, & Libyæ & Latio.* Præfectus à præficior verbo passiuo, adiectiue vsurpatur & substãtiue. & modo cũ genitiuo construitur, modo cũ datiuo. Dicitur enim pręfectus vigiliũ, classis, ærarij, vrbis: & præfectus morbus, vrbi, prætorio, ac sæpius præfectus verbi & prætorio, quã vrbis & prætorij. Fuit ergo præfectus Gallię: ac sicut etiã loquebãtur, Pręfectus prætorio Gallię Ausonius poëta, & Libyę & Latio, hoc est Africæ & Italiæ. Quæ ne tres tibi videãtur præfecturæ, quũ duas tantũ ipse cõputet in versu nonagesimo secũdo Protreptici ad nepotẽ, scito, tẽporibus Ausonij Africã sub dispositione Pręfecti prætorio Italię fuisse, vt ex ãtiquis dignitatũ administrationũq; Imperij romani cõmẽtarijs didicim⁹: quã, profligatis Vãdalis, annis post cõsulatũ Ausonij centũ fere & quinquaginta, Iustinianus Augustus propriã iussit habere pręfecturã, quemadmodũ ipse scribit in suo codice, titulo de officio prætecti prętorio Africę. Vtrã autẽ suarũ pręfecturarũ adeptus sit priorẽ Ausonius, nõ habeo cõpertũ: ceterũ cũ fuit creatus cõsul, eo tẽpore, Galliarũ se prætorio fuisse pręfectũ, ipse dixit nõ semel in gratiarũ actione pro cõsulatu. De istis autẽ Pręfectis prętorio, & eorũ pręfecturis, quędã quoque dicta sũt in versũ Mosellæ quadringẽtesimũ & septimũ, & in epistolã Ausonij ad Probũ Præfectũ prætorio. ¶ *Trãquillus clemẽs, oculis, voce, ore serenus.* In primis formarũ editionibus quũ desideraretur hic versus, ausus est tãdẽ quispiã in eius locũ supponere, *Alter erat vates, augustorũmque magister:* quasi hæc iã de Ausonio poëta Gratiani Augusti magistro sint intelligẽda, superiora illa de alio quodã ipsius fratre. Ita solẽt audaculi homines bonos auctores improbe corrũpere. In solo autẽ illo Lugdunẽsi vetusto codice adhuc repertus versus hic, Trãquillus, &c. * ¶ *In genitore suo.* In me suũ patrẽ. In habet ablatiuũ pro accusatiuo interdum hoc

358 A
108
134
218
368
391
412
269
419
258 B

significatu apud poëtas. Ouidius libri quincti Tristium, elegia secunda.

Sæpe suo victor lenis in hoste fuit.

¶ *Cuius.* Ausonij poëtæ, filij mei. *Huius*, exemplar vetus. Quot Ausonio poëtæ filij fuerint, dix mus in epigrammata de fastis, & in nonū carmen Parentalium. ¶ *& generum.* de quo lege carmen quartumdec mum Parentalium. ¶ *Proconsule.* Proconsules. Licet enim vtroque modo dicere, Hesperius Proconsul, & Hesperius Procōsule. Filius & gener Proconsules, filius & gener Proconsule. Marcianus Capella libro tertio de nominibus finitis in L. ¶ *Consul vt ipse foret.* Consul fuit Ausonius poëta, Olibrio Hermogeniano collega, anno Christi trecentesimo octogesimo secundo, & sic patre Ausonio iam mortuo. ¶ *Matronale decus possedit filia.* quippe quæ matrona fuit, & in matrimonium cum viro conuenit: vt Matronam definit Gellius libro octauodecimo noctium Atticarum. Est autem hæc Iulia Driadia: quam carmine duodecimo Parentalium defleuit Ausonius frater. ¶ *progeneri.* sui. hoc est, eius, qui vxorem habuit filiam filij, filiæue ipsius Iuliæ Driadiæ: vt definiunt progenerum Festus & Modestinus de gradibus cognationis. ¶ *simul omnium.* Illorum, nati, generi, progeneri. Omniū autem contrahi debet (synalœpham vocant Grammatici, & Synæresin) vt fiat Spondeus, sicut apud Lucretiū libro quincto quidam legunt. *Imbecillorum esse æquum misererier omnium.*

Sic apud eundem Lucretium libro primo Baptista *omnum* pro *omnium* legisse se scribit. *Per gentes Italas omnum quæ clara clueret.*

* ¶ *Præfectus nuncupor.* solo nomine præfectus, vt supra dixit, *Muneris exortem se, nomine participem.* Huiusmodi præfecturæ titulū & honorem ab Imperatoribus suis Ausonium filium Gratiani Cæsaris magistrū patri suo obtinuisse verisimile. nisi malis Ausonium ipsum patrem, propter artis suæ peritiam, impetrauisse. De Illyrico autem in epigrāma quartum. ¶ *Non aspernabere fari.* Quisquis es, inquit, qui hæc de me leges, vbi hanc vitæ meę summam habueris, non pudebit dicere, o Ausoni medice, talis fuit tibi vita, qualem mihi optem.

IN AVSONII VILLVLAM EDYLL. XXXI.


¶ *Quum de palatio.* Hoc ita fuit in Lugdunensi codice, sed præfixo hoc titulo. INCIPIT DE PRAEDIOLO PRAEFATIO IN PROSA. Appellatur autem hic Palatium, Romani principis aula, & comitatus, quisquis is princeps fuerit post Ausonij Consulatum: sed quid Lucianus stilus? Luciliano pro Luciano stilo legendum censet Iosephus Scaliger, qui & eodem errore, Luciano schedio pro Luciliano se dicit reperisse apud Petronium Arbitrum. quæ emendatio si vera est, & in his eiusdem Arbitri Lucilianæ pro Lucianæ scriptū videbitur. *Sed ne me putes improbasse studiū Lucianæ improbitatis, quod sentio & ipse, carmine effingā.* Ceterū ne sic quidē intelligo, quē accipiat stilū Lucilianū Ausonius. Fuit Lucilius, antiquus satyrarum poëta: quæ interciderunt. Cōmentariū nostrū in epistolā octauā decimā. ¶ *Salue herediolū.* Hęredium, vt prędiū antiqui

dixerũt,& inde hęrediolũ,vt prędiolũ,factũ. Hęrediũ autẽ,nisi mẽdũ sit, Festus Põpeius,prędiũ paruulũ definit. Varro libro primo de re Rustica, *As*,inquit,*Antiqu⁹ noster ante bellũ punicũ,pẽdebat bina iugera*: q̃ quod hęre dẽ seq̃rẽtur,hęrediũ appellarũt. Columella libro primo de Quinctio Cincinnato,*Imperator ad eosdẽ iuuencos,& quattuor iugerũ auitum harediolũ rediderit*.¶ *Patri succedere*. filiũ scilicet. Pro *succedere* autẽ, *successere* scriptũ inuenerat Accursius Mariãgelus: qui primus hoc carmẽ Ausonij edidit nobis in Diatribis.¶ *Nũc labor & curæ*. de colẽdo agro.¶ *ante*. viuo patre. ¶ *AEquanimis*. Hoc verbũ fuit in carmine ad Drepaniũ Pacatũ de ludo Sapiẽtũ,ex quo & ęquanimitatẽ dixit Terẽtius in prologo Adelphorũ & Phormionis.* ¶ *vnanimis*. ijs,qui vno sunt animo,cõcordes & amici. Est hoc nomẽ tertiæ inflexionis in octauo versu quarti Aeneidos Virgilij,ac in carmine de Aemilio Magno Arborio in Parẽtalibus. Hinc est Vnanimitas apud Plautũ Liuiũ,& Paulinũ in litteris ad Gestidiũ.¶ *Cuncta cupit Crœsus*. De quo & Diogene lege epigrãmata quinquagesimũ secundum & quinquagesimũ tertiũ¶ *Spargit Aristippus medijs in Syrtibus*. Aristippus philosophus Cyrenæus fuit. Cyrenæ vrbs est Africæ. De quo Diogenes Laërti⁹ hoc ex Bionis diatribis memorę prodidit, Quum eius famulus in itinere pecuniã gestans,onere grauaretur,iussisse Aristippũ vt abijceret,quod nimiũ esset,& quantũ posset,ferret. Idẽ Aristippus quũ aliquando nauigans esse se in piratica naue sensisset,aurũ, quod habebat, deprõpsit,& numerauit: deinde in mare abiecit, & ingemuit tanquã ei imprudẽti forte excidisset. Sũt vero qui referant illum, inquit Diogenes, & hoc subiunxisse,satius esse illa per Aristippũ perire, qua Aristippũ per illa. Horatius in tertio sermone libri secundi. ——— *Quid simile isti*

Græcus Aristippus? qui seruos proijcere aurum

In media iussit Libya, quia tardius irent, Propter onus segnes.

Videtur ergo Horatiũ imitat⁹ Ausoni⁹,& p media Libya medias Syrtes dixisse. q̃ sũt duo sin⁹ Africę,de quib⁹ lege Sallustiũ in Iugurthino bello & Melã.¶ *Aurea nõ satis*. Midas Phrygię rex,a Baccho petijt,vt q̃cquid tãgeret,aurũ fieret,apud Ouidiũ vndecimo Metamorphoseõ* ¶ *Γνῶθι σεαυτόν*. chilonis sẽtẽtia in Ludo Sapiẽtũ.¶ *Silua supra duplũ*. Agri seu arui ducẽta iugera,vineę cẽtũ iugera,prati quinquaginta iugera,fiũt trecẽta et quinquaginta iugera. cui⁹ sũmę duplũ est silua septingẽtorũ iugerũ. Iugerum autẽ modus areę fuit cẽtũ et viginti pedes in latitudinem patens : ducentos & quadraginta, in longitudinem



211. 360 B 104 A 582. 32. 361 221.

apud Varronem, Columellam & alios. ¶ *Fons propter*. fons est prope, & puteus non nimis altus. ¶ *Hac*. villa. ¶ *ad vrbem*. iuxta vrbem. ¶ *Ne patiar turbas*. Amici qui se ipsi eo subinde inuitant, aliique vrbani, solent esse agris molesti, qui mœnibus propiores sunt. ¶ *Vtque bonis potiar*. Nam si longius abesset ab vrbe rus meum, non possem sępius id inuisere, & eo me oblectare. Παρόμοια autē diceret hæc Donatus, potiar, patiar. Qualia multa sunt apud Ausonium. ¶ *Et quotiens mutare locum*.

Ex meo propinquo rure, hoc capio commodi:
Neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit.
Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.

Sic secum senex ille Simo in extrema Terentij Eunucho. Hæc autem Ausonij villa vbi fuerit sita, incompertum habeo. Nam nec in Vasatensi, nec in Burdigalensi, nec in Santonensi agro, vlla extat Ausoniani nominis memoria. Quod nanque Iosephi Cassiani Ausonianum vulgo vocitatur in Burdigalensi, hoc ipse suo prædio in Ausonij poëtæ, cuius scriptorum studiosus erat, memoriam nomen imposuit admodum 566 nuper: vt diximus in primam Paulini epistolam. Patrem tamen & auum Ausonij quia Vasatenses fuisse constat, a quibus hoc filio hæredium obuenit, in Vasatensi fuisse verisimile est, & iuxta fluuium Garumnam.

362 IN PROTREPTICON AD NEPOTEM EDYLLIVM XXXII

¶ *ad nepotulum meum*. Ausonium nomine, vt & in ipso Protreptico, & in 370 extremo Genethliaco, auus ipse appellauit. De Hesperio & alijs Ausonij poëtæ liberis, quęsiuimus in epigrammata de Fastis, & in decimum car- 73. 115 men Parentalium. In Lugdunensi autem membraneo codice titulus huius edyllij fuit, INCIPIT LIBER PROTREPTICVS AD NEPOTEM. ¶ *Sororis tuæ* filiæque meæ. Huius nomen nusquā legere meminimus, nec de eius marito quicquam competimus. Vide, quæ scripsimus de generis Ausonij 119. in quartum decimum carmen Parentalium. ¶ *instar protreptici*. Προτρέπομαι, exhortor, suadeo, incito. Προτρεπτικὸν, quod hortatur, impellit, instruit: Προτρεπτικὴ στάσις, exhortatiuus status Quinctiliano libro tertio. Trebellius Pollio in Salonino Gallieno. *nec ignota esse arbitror, quæ dixit Marcus Tullius in Hortensio: quem ad exemplum protreptici scripsit*. ¶ *nostri verecundia*. me, patrem, absentem, non vereberis. ¶ *Magis*. potius. ¶ *quam forticula*. fortia & valida. Hoc diminutiuo ab eo quod est fortis, vsus Cicero secunda Tusculana de Epicuro. *Quamuis idem, forticulum se in torminibus & in stranguria sua prębeat*. Eun. 3. ¶ *quas matres*. ex actus secundi Terentianæ Eunuchi. ¶ *foris*. apud alios, & exteros. ¶ *illius*. nepotis, pueri, quam meis, senis.

ſenis. ¶ *Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.* Bis pueri ſenes. Extrema ſenectute repueraſcunt homines, & deſipiſcunt, vt pueri. Prouerbium explicat Eraſmus. Hoc autem loco quidam, qui Græcas literas non nouerant, dicas pro dis ſcripſerũt. Sic enim editio Pariſienſis prima habet, *aut fortaſſe & meis dicas παῖδες οἱ γέροντες.* * ¶ *Graio.* Quidam Græco, alij grato legunt. σχολὴ eſt otium: & ceſſatio. ¶ *Certus.* es ſubaudi. certo ſcis. ¶ *fatiſcit.* fatiſcere eſt aperiri. rurſum deficere inquit Nonius. Qui & profeſtos dies eſſe ſcribit, qui ſint a feſtiuitate vacui. * ¶ *trementes.* membris, & toto corpore, ſenio debilitatis. ¶ *Seri nepotes.* Virgilius ſecundi Georgicon verſu quinquageſimo octauo. Eſt autem appoſitio Nepotes cura noua. ¶ *Peliden.* filium Pelei Achillem. ſed erat *Peliaden* in Lugdunenſi libro. Eſt accuſatiuus Græcus Achillea à recto Ἀχιλλεύς. Hemiſtichium autem, quod in omnibus alijs erat exemplaribus, *terrebat Achillea Chiron*, hoc in antiquo illo fuit, *terrebat Chiron Achillem.* Ceterum pædagogus ille Achillis per ω longum Græcis ſuis ſcribitur, χείρων. De quo Plinius, Hyginus, Philoſtratus vterque, ac alij. ¶ *Theſſalico.* Non tantum Chironi magiſtro, ſed etiam Achilli diſcipulo, patria fuit Theſſalia. ¶ *permiſtus equo.* id eſt Hippocentaurus. Saturnus cum Phillyra, in equum verſus, concubuit: vnde fertur natus hic Chiron, monſtrum, cuius corporis ſuperior ab vmbilico pars, virum: inferior reliqua equũ referret. Centaurorũ tamen (ijdem ſunt Hippocentauri) aliam originem Seruius in librum tertium Georgicon Virgilij affert. * ¶ *Nec pinifer Atlas.* Fuit Atlas aſtrologus peritiſſimus, vt pluribus oſtendit Diodorus Siculus libro quarto, & Plinius aliquot locis. Pinifer vero dicitur, id eſt pinos ferens, quod vir ille in ſui nominis montem altiſſimum in Mauritania, mutatus fertur. Fabula quarto Metamorphoſeon Ouidij, & apud Hyginũ. ¶ *Amphitryoniaden puerum.* Herculem Iouis & Alcmenæ vxoris Amphitryonis filium. Illum enim Aſtrologiam Atlas docuit, vt ex libro quarto Diodori Siculi cognoſces. ¶ *Sed blandus.* Sed balbus, quidã libri. ¶ *Degeneres animos timor arguit.* Ex libro quarto Aeneidos hoc hemiſtichiũ. ¶ *Quod ſceptrũ.* Martialis in epigrãmate ad ludimagiſtrũ libro decimo.

363 | 364 A | verſ. 115. | 364 B | verſ. 13 | Epig. 62

Scuticáque loris horridis Scythæ pellis,
Qua vapulauit Marſyas Celæneus,
Ferulæque triſtes, ſceptra pædagogorum.

Domitius Marſus apud Suetonium de Orbilio Grammatico Horatij poëtæ magiſtro,

Si quos Orbilius ferula ſcuticaque cecidit.

Ex ferula itaque arbore fiebant olim præceptorum virgæ, ſicut ex Betula, Magiſtratuum, auctore Plinio: vnde ferulæ triſtes dictæ Martiali, & minaces Columellæ in verſu, quem adduximus in epigramma centeſimum & ſextumdecimum. *Scutica* vero, quam è Græco σκῦτος, quod corium ſignificat, appellatam volunt Grammatici, quale flagellum fuerit, parum comperi, niſi forte cuiuſmodi meminimus in Hiſpania vidiſſe

64

Fustis est sexquipedali longitudine, pollice aliquando crassior, præsertim qua parte perforatus, lora admittit. Alteri parti, quæ exilior est, additur orbiculus, diligitum vnum crassus, & diametro palmum vnum fere longa: quo quia puerorum palmas barbari cædunt, *Palmatoriam*, id genus appellauerunt. Lora terna esse solent, quibus ad nates vtuntur, ex corio paullo crassiore facta, eáque digito auriculari non exiliora nisi siqui paullo humaniores, molli aluta (vt ait Ausonius ad nepotulum) tenellis parcant. Sed neque ALVTAM, satis compertum habemus, quam proprie antiqui dixerint. Ex qua tamen non dubitamus, quin nostrum *luda* facta sit. *Ludam* autem nos appellamus, id est, alutam, molliores pelles & albas, vt ex quibus chirothecæ vulgo fiunt. Iuuenalis tamen alutam nigrã dixit libro tertio. vers. 191

Appositam nigræ lunam subterit alutæ.

365 * ¶ *nomen aui.* meum, Ausonius appellatur etiam in Genethliaco. ¶ *Prime nepos.* Fuit hic Ausonij poëtæ nepotum primus. ¶ *porge.* porrige, syncopa. da. præbe. ¶ *et olim.* de futurò hic *olim.* ¶ *Proconsul genitor, Præfectus auunculus instant.* Tilianus codex, *Præfectus genitor, Proconsul auunculus.* In Epicedij versu quadragesimo quincto Procõsul dicitur tam gener Ausonij, quã filius Hesperius istius Nepotis auunculus, quæcunq; illa præfectura fuerit ¶ *instant.* exemplo sunt. ¶ *perlege, quodcunque est memorabile. prima monebo.* Sic versus hic in omnibus exemplaribus: sed insequentem, *Perlege, quodcunque est memorabile, & vt tibi prosit*, nec in vetusto suo Mariangelus, nec in suo Lugdunenses inuenerunt. ¶ *Conditor Iliados.* Homerus ita appellatus Iuuenali libro quarto. Iliádos autem vltima breuis est: quæ hic producitur, Cæsura penthemimere. ¶ *Orsa.* opera, scripta, Comœdiæ Menandri poëtę Græci.

365 Nondum enim tum interciderant. * ¶ *Innumeros numeros.* Hic discrepant interpretes. Quidam innumeros, innumerabiles & infinitos numeros ac versus accipiunt. Turnebus capite duodecimo decimi aduersariorum distinguit, Innumeros, numeros: & numeros, versus intelligit, innumeros vero orationem solutam & prosam, ex Plauti epitaphio, quod extat apud Aulum Gellium libro primo. cap. 24.

Post quam est morte captus Plautus, Comœdia luget.
Scena est deserta, dein risus, ludus, iocúsque,
Et numeri, innumeri, simul omnes conlachrumarunt.

Iosephus Scaliger contra Turnebum, nihil distinguendum censet: & numeros innumeros intelligit tam hoc loco quam in epigrammate Plauti, versus comicorum, qui numeri sint, sed innumeri, hoc est non numeri, & solutæ orationi similiores, quam vinctæ. ¶ *Affectúsque impone.* Vt, si precantis

tis oratio sit, si flentis, si minantis, si alterius. De his Quinctilianus libro tertio ac vndecimo, de orationis distinctione, in capite de pronuntiatione. ¶ *& ignauis*. Tardos vel paullulum interiectæ pausæ multum iuuat.* ¶ *Quando oblita. Nunc oblita mihi tot carmina*, in nono Virgilij Bucolico. ¶ *Connexa historiæ*. historias. ¶ *Soccos.* comœdias. ¶ *Aulæáque regum.* tragœdias. ¶ *Et Melicos lyricósque.* Melicus & lyricus poëta, idem, qualis Horatius, vt vult Beroaldus in annotationibus in Aulum Gellium. ¶ *Præfando.* legendo, recitando mihi. Nam litterarum studiosi, quibus labor, & senium, oculorum obtudit aciem, lectoris fere pueri opera vtuntur. ¶ *Nouabis.* renouabis seni mihi sensus. ¶ *Te præeunte.* præsante, vt modo dixit, & legente mihi. ¶ *Flacci.* Horatij. ¶ *lecto.* delecto, in primis scito, & eleganti sermone. ¶ *Comis*. ornas, vt primo in epigrammate. ¶ *& astricto socco*. oratione vincta, non soluta, nec libera. Cicero libro primo de oratore. *Est finitimus oratori poëta numeris astrictior paullo.* & tertio. *Isocrates instituisse fertur, vt inconditam antiquorum dicendi consuetudinem, numeris astringeret.* SOCCVS autem, genus calceamenti, quo vtebantur comœdi, pro comœdis ipsis, comœdijsque vsurpari solet.* ¶ *percurris pulpita.* Theatrum, quid sit in Ludum Sapientum diximus. In eo inter cetera, erant hæc, Scena, Pulpitum, Orchestra. Scena, erat frons theatri alta, & tecta. Ante Scenam, quem locum προσκήνιον Græci dicunt, Pulpitū. Ante Pulpitum, in medio theatro, loco infimo, Orchestra. In Orchestra sedebant spectaturi senatores. In Pulpito agebantur fabulæ. In Scenam se actores recipiebant. Hæc Pulpito altior erat: Pulpitum Orchestra. *In Orchestra*, inquit Vitruuius libro quincto, *senatorum sunt sedibus loca designata: & eius Pulpiti altitudo sit ne plus pedū quinque: vti qui in Orchestra sederint, spectare possint omnium agentium gestus.* Sed de Scena & Orchestra nos alia in Ludicrum Sapientum iam monuimus. ¶ *Ad noua diuerbia.* ad comœdias, quæ obliuioso seni nouæ videbuntur. *Membra comœdiarum tria sunt*, inquit Diomedes Grammaticus libro tertio, *Diuerbium Canticum, Chorus. Diuerbia sunt partes Comœdiarum, in quibus diuersorum personæ versantur. Personæ autem Diuerbiorum, aut duæ, aut tres: raro autem quattuor esse debent. vltra augere numerum non licet. In canticis autem vna tantum debet esse persona: aut si duæ fuerint*, & reliq. *Latinæ vero Comœdiæ Chorum non habent: sed duobus tantum membris constant, Diuerbio & Cantico.* ¶ *Iam facinus.* ex Sallustio. ¶ *Lepidíque tumultum.* De quo ciuili bello Liuius libro nonagesimo, Lucius Annæus tertio.¶ *Ab Lepido & Catulo.* id est, post historiam illam de Lepidi tumultu, quem Catulus oppressit.¶ *Bissenos.* per duodecim annos. sed ex quo auctore?¶ *Hibero.* Hispano. Hoc bellum hostile sit an ciuile, dubitat Lucius Annæus: quippe quod Lusitani Celtiberíque, Sertorio duce Romano ciue, cōtra Romanos gesserūt.* ¶ *Lactentibus.* Lactātibus

366 A

5

366 B

Cap. 6

313

367

a verbo primæ coniugationis omnia exemplaria. ¶ *Et murmura soluens.* docens loqui. ¶ *Carpturi dulcem fructum radicis amaræ.* Isocratis sentẽtia est in progymnasmatibus Aphthonij. Ἰσοκράτης, τῆς παιδείας τὴν ῥίζαν πικρὰν ἔφη, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς. Id est Isocrates doctrinæ radicem, amaram dicebat, dulces autẽ fructus. vel vt vertit Priscianus in præexercitamentis, Isocrates dicebat stirpem quidem doctrinæ, esse amaram, fructum vero dulcem. Hieronymus in principio commentariorum in Ieremiam. *Vetus illa sententia est, Litterarum radices amaræ, fructus dulces.* Idem ad Rusticum monachum de vita institueda. *Et gratias ago Domino, quod de amaro semine litterarum, dulces fructus carpo.* ¶ *Vesticipes.* iuuenes, quorum genæ iam pilis vestiri incipiunt. ¶ *fandique vigorem.* eloquentiam. rem oratoriam. ¶ *Lupatis.* frenis asperrimis. Seruius ita interpretatur in tertium Georgicôn. ¶ *Ad Augustæ.* ad docendum Gratianum Cæsarem. ¶ *Aurea quum parere.* Fuit præfectus prætorio Ausonius primum, mox quæstor, postremo consul: sed inanes hi fere honores sub Cæsaribus.* ¶ *Absistat Nemesis.* de qua dea in epigrammmma vicesimum. ¶ *Præsedi imperio.* præcepi, & ipsi imperaui Imperatori Gratiano prætextato & puero magister. De his prætextatis in versũ Mosellæ quadringentesimum tertium. Scripsimus autem in epigramma quartum Gratianum, à patre Valentiniano Imperatorem fuisse factum, annos nõdum octo natum. ¶ *in ostro,* Purpura. sceptrum, solium, regum sunt, & Imperatorum. ¶ *Quæstor.* Cuius suæ quæsturæ meminit in Epistola ad Vrsulum, quæ est secunda inter Ausonij epistolas, & in extrema Gratiatiarum actione. ¶ *patri natóque.* Valentiniano & Gratiano. de quibus in epigramma quartum. ¶ *vt præfecturam duplicem.* Filium dixit in epicedio Ausonius medicus, præfectum Gallis, & Libyæ, & Latio fuisse. In extrema gratiarum actione idem filius se præfectum prætorio Gratiani Augusti prędicat. De sella curuli in extremum carmen de Burdigala. De Trabea & toga picta, in extremam Gratiarum actionem. ¶ *Fastisque meis prælatus.* Collega Ausonij fuit Hermogenianus Olybrius, sed prælatus illi Ausoni* in fastis, vbi nomina Consulũ. De hoc in gratiarum actione pro consulatu. ¶ *patruo.* patris, Vallatini, vt suspicor. de quo est carmẽ quartumdecimum Parentalium. ¶ *posses ornatus, posses oneratus.* Ludit paronomasia *ornatus* & *oneratus*, *honor* & *onus.* sicut Deianira ad Herculem, apud Ouidium.

Non honor est, sed onus, species læsura ferentem.

Quibus locis pulchrius fortasse aspiraretur honus, & inde honeratus, quemadmodum vteres fecisse Gellius memorię prodidit libro secundo. Seruius tamen in librum primum Æneidos onus & onerare, sine spiritu scribi ait, sed honustus cum spiritu, tanquam ab eo sit, quod est honos. Eadem figura fastorum, & fastidiorum in gratiarum actione, ac in Andria Terentij amentium, amantium.

358 | 19 | 268 | 8 B | 411.417 | 358 | 412 | 210 | 397.398 | 119 | Cap. 3 | 385

IN GE-

IN GENETHLIACON AD EVNDEM AVSONIVM NEPOTEM, EDYLLIVM XXXIII.

369

¶ *Carmina prima.* Carminis huius titulus fuit in codice vetusto, AVSONIVS. AVVS AVSONIO NEPOTI Est autem γενέθλη genus, generatio, proles, origo. vnde γενεθλιακὸν, natale, natalicium, in diem natalem dictum factúmue. ¶ *nouas.* teneras. Auris autem & dulcis, accusatiui casus. ¶ *ad fine.* Fortasse legendum ab fine: sed puto hic aliquid deesse. Vetus codex habebat, *Et gratâtis aui.* alij, *Qui gratâtis.** ¶ *Sexta trieteris.* sextum triennium. Sexies autem terni anni fiunt anni duodeuiginti. ¶ *genijs quoque culta deorum.*

370

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

Ouidius primo Fastorum, & Macrobius libro primo Saturnaliorum. Est autem Martialis carmen libro duodecimo in Virgilij Idus.

Epig. 68

Maiæ Mercurium creastis Idus.
Augustis redit Idibus Diana.
Octobres Maro consecrauit Idus.
Idus sæpe colas & has, & illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.

¶ *Bis senis.* duodenis mensibus anni. ¶ *Ausonij mei.* nepotis mei. ¶ *Vale, nepos dulcissime.* Hoc, si lubet, metrum erit iambicum dimetrum: sed *fili* pro *nepos* erat in Lugdunensibus membranis. Nepotes enim nostri, filij quoque nostri habentur.

IN AVSONII BVRDIGALENSIS CONSVLATVM,

371 A

Eliæ Vineti commentarivs.

AVSONIVS poëta, Consul fuit, collega Hermogeniano Olybrio, anno ab Vrbe cõdita millesimo centesimo & tricesimo secundo, vt alibi diximus, a Christo nato trecẽtesimo & octogesimo secundo, quemadmodũ quidam putant. Precationes, quas fecit duas ob Consulatum, alteram pridie Calendas Ianuarias, & alteram ipsis Calendis, vna cum gratiarum actione pro Consulatu, coniunctim edendas curaui, & Ausonij Consulatum inscripsi. Huius vero titulus fuit, in vetusto suo Lugdunẽsi codice, PRECATIO CONSOLIS DESIGNATI PRIDIE KAL. IAN. FASCIBVS SVMTIS. In quo non satis video, quid sit, quod dicatur, Ausonium pridie Calendas Ianuarias Fasces sumsisse. Erant FASCES, virgarũ fasciculi, intra quas virgas securis oblonga, erat, ita vt ferrum in summo fasce extaret, vt in antiquis picturis obseruasse se ait Budæus. Habebat senos fasces Consul: quos ferebant ante eum, qui LICTORES dicebantur. Fuerunt autem Romæ aliquando Idus Martiæ sollẽnes ineundis magistratibus, fuerunt Maiæ, fuerunt & alia tẽpora, auctore Liuio. cæterum Calẽdis Ianuarijs iniri tandẽ cœperunt. Fortasse igitur Cõsul, qui pridie Calẽdas Ianuarias magistratu abibat, eo ipso die sub noctẽ fasces mittebat illi, qui Calẽdis ipsis successurus erat, designatus, creatus, & vt vulgo loquimur, electus Cõsul, mẽsibus aliquot ante eũ diẽ. Probat enim Gruchius noster in libro de Comitijs, tẽporibus Ciceronis, Cõsules & alios magistratus, mẽse Iulio creari solitos esse, qui Calendis Iãuarijs magistratum post inirẽt. Quod tamẽ sub Cæsaribus nescio, an obseruatum sit, qui creabãt ipsi, & nõ populus, quos vellẽt Cõsules, vt in Gratiarum actione ipse meminit Ausonius, nõ in totum annũ, vt annuus erat Cõsul magistratus initio, sed in paucos tãtũ menses & dies interdũ, quemadmodũ in epistolã Ausonij diximus vicesimã ad Paulinũ. ¶ *Iane veni.* A Iano Romanorũ numine dictum esse mẽsẽ Ianuariũ, Ouidius primo fastorum, & alij sunt auctores: vsurpatúrq; frequẽter Ianus pro Ianuario poëtis.* ¶ *Nouus anne.* Nominatiuum

393

469

371 B

natiuum pro vocatiuo sæpe poni ostendimus in carmẽ vicesimũ Parẽtaliũ. Quo autẽ tẽpore Romanorũ annus decẽ tãtũ mẽsiũ fuit: & inter eos mẽses Martius primus, à Martio suũ annũ Romani inceperunt. Vbi vero additi duo mẽses Ianuarius, & Februarius anno fuerũt, anni vertẽtis mẽsẽ primũ esse Ianuariũ voluerũt: annúmq; Iuli⁹ Cęsar quũ cõstituisset, ex die Calendarum Ianuarij, anni etiã sui principiũ fecit. Sic scribunt Censorinus & Macrobius. ¶ *Latiã Curulẽ.* Latinã & Romanã Curulẽ. Extremũ⁹ carmen de Burdigala. ¶ *Quirini.* Romuli regis. ¶ *Et toga prætexta.* De qua scripsimus in Gratiarũ actionẽ Ausonij. ¶ *senati.* senatus & senatuis. Carisius. ¶ *Hoc capite.* principio Ianuarij. ¶ *æternis.* perpetuis fastis. Quid hi fasti sint, dictum est in carmina de fastis Ausonij. ¶ *animas.* flarus. ¶ *de roscids cancro.* In cancro esse Solstitium, dictum est in edylliũ quartũdecimũ. Alludit autẽ ad illa primi Georgicõn, 115 110 411 79 316

Humida Solstitia atque hiemes orate Serenas 100

Agricolæ. — vide Festum in verbo Flaminius Camillus, & Macrobium quincto Saturnaliorum. ¶ *si Bruma.* hiems. ¶ *Dũ pater.* Annũ Romani a Martio mẽse incipiebãt, vt diximus, quũ denũm mẽsiũ erat eorũ annus.* ¶ *Sirius.* Canis sidus, abs quo dies caniculares. ¶ *Pomona.* pomorũ dea. ¶ *Mitiget.* Autumnus tẽperet fruges, quas ęstas torruerit, & maturauerit. ¶ *Gradiue.* o Mars planeta horribilis terrjs: vti dicebat ille ad Scipionẽ Aemilianũ apud Ciceronẽ. ¶ *Cynthia Luna.* ¶ *non celer arcus.* Lunæ motus est omnium celerrimus: eiúsque orbis vltimus cælo, infimus, & terris citimus. ¶ *supremo Vltime circuitu.* Septem planetarum est summus & altissimus Saturnus. ¶ *a Pyrœnte.* a Marte, qui sphæram quinctam occupat. Eadem eius appellatio in Edyllio decimo. ¶ *Vos cominus.* coniunctiite, ¶ *Stella salutiferi Iouis.* Quẽ prosperum & salutarem Scipio dixit. ¶ *Et Cythereie vesper.* stella Veneris, quę Venus Κυθήρη dicitur, secunda syllaba longa: & eadem breui Κυθέρεια, vt in tetrasticho, quod in epigrammma quadragesimum primũ adduximus. Vnde Κυθηρήϊος, Cythereius, & Venerius. Hos autẽ duos errones Chaldæi ἀγαθοποιούς, id est beneficos: Saturnum & Martem κακοποιούς, hoc est maleficos, appellant. Hæc sidera memorantur in edyllio decimo. ¶ *Nonnunquam.* Sic Lugdunenses: sed in exẽplari erat *non vnquã.* Mercurium autem volunt ijdem Chaldæi, bonum esse, si cũ bonis planetis sit iunctus sin cum malis, malũ. Cap. 20 372 A 309 19. A 309

Iane veni. Seruius in octauã eclogam Virgilij, Inter calares scribit appellari vers⁹, qui sic frequẽter post aliquot vers⁹ interponũtur. ¶ *Quæ Fræcia.* De Francis in Mosellã: De Sueuis in epigrãma quartũ. ¶ *Qua vaga Sauromates.* Grẽcus est nominatiu⁹ primæ declinationis Σαυρομάτης, Latinus Sauromata, & Sarmata. De qua gẽte fit etiam mẽtio in versu nono Mosellę, & in Gratiarũ actione. De Chunis vero in epigrãma primo. Ceterũ pro *Chunus Chuni* õnino legẽdũ, pro eo quod est, Chunorũ gẽtis. ¶ *quaque Getis.* Et hic *Getes* lege, hoc est Γέτης, vt Σαυρομάτης, pro *Geta:* vel pro *Alanis Alanus.* A Getis, Getic⁹ Mars in primo epigrãmate. Alanos fuisse 372 B 171. 8 242.398 5 5

Scythiæ gentem cognosces ex Iornande, Procopio, Plino, & aliis: quos

97 & in Ephemeride memorauit Auson us. ¶ *Prepetibus alis.* præpes ipsa

5 victoria in secundo versu epigrammatis primi, ¶ *Iam venit Augustus,* Gratianus Imperator è Thracia Treueros in Galliam, vbi erat Ausonius.

410,411 Vide finem Gratiarum actionis. ¶ *quos participare cupisset.* Ausonij in Consulatu collega fuit Olybrius: sed cur non fuisset Gratianus, si voluis-

373 set?* ¶ *Quinctam pratextam.* Ausonio præceptori suo quinctum consul successit Gratianus Imperator, Prospero, Marcellino Comite, & Cassio-

19 doro auctoribus. ¶ *Nemesis.* de qua dea in epigramma vicesimum ¶ *Nostros fasces.* meum Consulatum. ¶ *Coge.* vrge, fac properent menses per duodecim sua signa. Sequens versus.

Tu tropicum Sols da cedere. rursus & illum, erat in exemplari,
Vt tropicum solido da cedere ruris & illum:

sed Lugdunenses *Tu* fecerunt ex *vt*, & *Solis* ex *Solido*, quum *Soli* satis *esset*, vt istud vnum *solido* ex duobus, *Soli* & *da* conflatum fuerat. & *ruris* corruptum vocabulū in *rursus* mutarunt. ¶ *vt duplex tropico varietur ab astro.*

316C Sidera tropica Cancer & Capricornus sunt, vti diximus in Edyllium vicesimum de ratione dierum anni vertentis. ESto igitur sensus huius loci & ordo, ô Iane, ô anne, da & facito, vt Sol tropicum circulum facile superet: & rursus idem Sol illum, alterum scilicet tropicum celeriter pertrāseat: quo duplex ab astro tropico varietur, hoc est, in duobus tropicis signis, alius atque alius nobis sentiatur, acrior in Cancro, lenior in Capricorno. & sic properando fiant in Zodiaco mutationes. ¶ *Et quater ac ternis properet vindemia signis.* In exemplari erat *hac* pro *ac*, & *mutatia* pro ista *vindemia*: vnde *mutatio* potius fieri debuit. sunt autē in anno quattuor mutationes & quattuor diuersa tempora, Ver, Æstas, Autumn', Hiems: quæ ternis signis & mensibus conficiuntur. ¶ *Térque quatérque beatus.* plene, & nimiū felix. Hemistichium Virgilianum, de quo Macrobius priore cōmmentario in somnium Scipionis. ¶ *Tunc tangam vertice cœlū.*

Sublimi feriam sidera vertice, Horatius ode prima.

IN EIVSDEM PRECATIONEM CALENDIS IANVARIIS.

¶ *raptare* fertur. Sic fuit in exemplari *raptare*, non *raptere*. & *rotabis* penultimo versu, non *notabis*. ¶ *Menstrua terdecies.* Sol & Luna cum ceteris planetis per Zodiacum circulum, cælū circumeunt: orbémque istū peragunt, Luna viginti septē fere diebus ciuilibus, Sol trecēns sexaginta quinque. Annum appellant Latini, & Vertentē annū, tempus illud, quo Sol Zodiacum peragit: Mensem vero tempus, quo eundem circulum Luna conficit. Hoc enim proprie est mensis, Lunæ scilicet annus, sed multo certe minor, quam Solis annus. Sunt namque in hoc, id est, in trecentis sexagintaquinque diebus, menses, & Lunares anni tredecim, hoc est terdecies viceni septem dies, & quattuordecim insuper dies.

IN AV-

IN AVSONII GRATIARVM ACTIONEM PRO CONSVLATV AD GRATIANVM AVGVSTVM.

375 A

GRATIANVS IMPERATOR AVSONIVM prȩceptorem suum discipulus haud quaquã ingratus, Cõsulem quũ fecisset, egit Ausonius hac oratione gratias de tãto honore. Nostri autẽ putãt chronici & Cõsulatũ Ausonij & Probini Hermogeniani in ãnnũ à nato Christo trecẽtesimũ & octogesimũ secundum incidisse. Cuius Consulatus mentio fit in Prosperi, Cassiodori, & Marcellini Comitis chronicis, & libro vndecimo Codicis Iustiniani, titulo sexagesimo nono. ¶ *Sed nec tua fortuna.* In bonis fortunȩ sũt diuitiȩ, regna, imperia, magistratus, honores. Mamertinus Cõsul fuit cũ Neuita anno Christi trecẽtesimo sexagesimo quincto, pro quo honore egit & is quoq; gratias Iuliano Augusto. quȩ oratio extat: in qua extrema sũt hȩc. *Absit, Auguste, & istud sancta diuinitas omen auertat, vt tu a quoquã mortalium expectes vicẽ beneficij. verũtamen quod solũ vel accipere potest ista fortuna, vel a nobis quibus tuis tribui, immortalitatem munerum tuorũ colã officijs sempiternis.* ¶ *Priuatorum ista copia est.* Hoc pos sunt homines priuati. Priuati autẽ sunt hoc loco, quibus opponuntur publici. Cȩsar sexto cõmentario de Druidibus. *Siquis aut priuatus aut publicus eorũ decreto non steterit, sacrificijs interdicunt.* Drepanius Pacatus in Panegyrico. *Honestior priuatus quã publicus,* de Maximo tyrãno loquẽs. ¶ *fieri amat.* Appuleius in principio tertij Floridorũ. *Quũq; iam tertio actu, quod genus in comœdia fieri amat, iucundiores affectus moueret.* Sic amat impersonale pro solet, vt φιλεῖ apud Grȩcos.* ¶ *non in sacrario modo.* nõ modo, non solũ in sacrario tuo princ.pali. *Sacrarium proprie,* inquit Seruius in versũ centesimũ & nonagesimũ nonum duodecimi Æneidos, *locus est in tẽplo, in quo sacra reponuntur: sicut donariũ est, vbi ponuntur oblata.* Vlpianus. *Illud notandũ est, aliud esse sacrũ locum, aliud sacrariũ. sacer locus est, locus consecratus. Sacrariũ est locus in quo sacra reponuntur. quod etiã in ædificio priuato esse potest.* Hȩc ille in extremo titulo octauo primi Digestorũ Iustiniani. Quũ dixit Virgilius, *diri sacraria Ditis,* & Cicero pro Milone, de Claudio, *vt ante ipsum sacrariũ Bonæ deæ, quod est in fundo Titi Sexti Galli, imprimis honesti & ornati adolescentis, ante ipsã, inquã, Bonam deã, quum prœliũ commisisset,* sacrariũ pro tẽplis; & ȩdibus sacris vsurpasse videtur. Quũ vero idem Ausonius dicit puero suo in parecbasi Ephemeridis, *Pateatque fac sacrariũ,* & Cicero in Verrẽ de signis, *Erat apud Heium sacrariũ cũ magna dignitate, in ædibus a maioribus traditũ perãtiquum. in quo signa pulcherrima quattuor sũmo artificio, summa nobilitate.* secũda inuectiuarũ in Catilinam. *quum aquilã illã argenteam, cui ille etiã sacrarium scelerum domi suæ fecerat, scirẽ esse promissã,* videtur his locis sacrariũ accipiendũ pro eo, quod definit Vlpianus. sed quid sacrariũ in secũda libri tertiidecimi epistolarũ, quȩ vulgo familiares inscribũtur? *Caio Auiano Euãdro, qui habitat in tuo sacrario,*

384.

375 B

84.

patrono ei⁹. Ausonius autẽ sacrariũ, cõsistorium postea appellabit, vt sit hîc sacrarium Imperialis oraculi, locus quasi sacer, sãct⁹ & august⁹: vbi Imperator tribunal habebat, ius dicebat, negotia decidebat. ¶ *Gratulationis.* actionis gratiarũ. Gratulari nãq; & gaudere, & gratias agere significat: vt Nonius & Valla probant. ¶ *O inertiam. o inertia,* Tililij vetus codex.* ¶ *Quod quum terribile acceperis.* Valentinianum Gratiani patrem, Aurelius Victor, Hieronymus, et alij, feueriorẽ fuisse tradũt. *Palatiũ* autem nomen collis fuit, ĩ quo suã vrbẽ Romul⁹ primũ posuit. Hinc palatia dicta principũ & regũ dom⁹: ac per synecdochẽ eorũ familia, cõstitutioq; regni, ac administratio. ¶ *non forũ et basilica. Basilicæ prius vocabãtur regũ habitacula: vnde & nomẽ habẽt. Nã* βασιλεὺς rex, & βασιλικαὶ *regiæ habitationes. Nũc autẽ ideo diuina tẽpla, basilicæ nominãtur, quia ibi regi omniũ deo cultus, & sacrificia offeruntur.* Isidori hæc sunt ex libro quinctodecimo etymologiarũ. sed quas foris basilicas cõiungit Vitruuius quincto, loca potius fuisse vidẽtur, vbi ius diceretur, et negotia varia tractarẽtur, quomodo de Basilica Porcia scribit Plutarchus ĩ catone minore, quã regię & sacrę ędes. Suetonius de Iulio sic basilicarũ Romanarũ meminit. *Aedilis præter comitiũ, ac forũ, basilicásq;, etiã capitoliũ ornauit porticibus.* & de Augusto *Quędã etiã opera sub nomine alieno, nepotũ scilicet, & vxoris, sororísq;, fecit, vt porticũ basilicámq; Lucij & Caij.* At Lãpridius de Alexãdro seuero. *Basilicã Alexãdrinã instituerat inter cãpum Martiũ, & septa Agrippiana in latũ pedũ cẽtum, in longũ pedũ mille, ita vt tota colũnis penderet, quã efficere nõ potuit, morte præuẽtus.* ¶ *Votis, votisq; pro tua salute. votis pro tua sal.* Tilian⁹ codex. ¶ *nõ publicũ.* vbi popul⁹ versatur, & populi frequẽtia est, extra ędes, foris, ĩ vijs: ex qua publici significatione, dicim⁹ abstinere, & carere publico: egredi, & ꝓdire ĩ publicũ. ¶ *Sõnus abolitor omniũ.* Quẽ dixit mortis esse fratrẽ Homer⁹ Iliádos quartodecimo.* ¶ *Ades enim.* Te mihi offers. mihi videre te videor. ¶ *qui omnia deo plena.* Vt Arat⁹ in Phęnómenis, et *Iouis omnia plena,* Virgili⁹ ĩ palęmone. ¶ *Diuûm instar. diuinũ ĩstar,* quidã libri ac infra Tilian⁹, *& nihil poterit,* ꝓ, *sed nihil poterit.* ¶ *& Danubij,* de his lege, quę scripsimus, ĩ primũ epigrãma & quartũ. ¶ *Indulgẽtissimo.* Indulgẽtius, indulgere, indulgẽtia, eadẽ significatione infra. ¶ *cõsultissimo.* prudẽtissimo. ¶ *pijssimo.* hęc infra repetentur. ¶ *pater.* Valẽtinianus, à filio ĩter d⁹uos relatus est post mortẽ, vt Iulius Cęsar, Augustus, & alij multi. ¶ *frãter.* Valẽtinianus Iunior. Scribit autem Victor, hũc adhuc quadriennẽ ad Imperiũ esse accitũ. ¶ *a contumelia belli.* Gratianus patruo Valente a Gothis occiso, Theodosiũ in cõsortium assumpsit imperij, eíque Orientẽ, ipse sibi Occidentem reseruans, commisit. Qui Theodosius mortem Valentis vltus est, & Gothos è Thracia pepulit. ¶ *filius cum patre.* Ausonius filius cum patre Iulio Ausonio. ¶ *Præceptor.* ipse Ausonius Gratiani præceptor. * ¶ *Voca*, Gratianum vocet aliquis Germanicum, Alemagicum, Sarmaticum: qui sunt victoriarum tituli. De ista autem Germanorum deditione nihil comperimus: qui Romanis multum negotij exhibuerunt in Gallia, vti diximus in carmẽ de Treueris, ac alibi. & quos gẽtiles, hoc est ἐθνικοὺς appellet, qui falsos deos

Marginalia: 576 — cap. 4. — 377 — 5.8. 1. — 378. — 406.407 — 378.B — 378 A

deos colerēt:queādmodū adhuc faciebant annos post Gratianū Augustū plus quadringētos, Carolo MAGNO Frācorū rege. ALEMANNI vero Alamāniue, vnde Frācogalli Germaniā, Alemāniā vulgo vocitamus, qui quondam fuerint docet Beatus Rhenanus in Germaniç antiquitatibus. Quorum triginta millia Gratianus strauit apud Argētarium Galliç oppidū, vt Sextus Victor, Hieronymus, Ammianus Marcellinus libro vltimo, Orosius septimo, scribūt, nō procul eo, quod Argētoratū & Straiburgū hodie appellamus, quemadmodū idem Rhenanus tradit tertio rerūm Germanicarum, verum captos quo traduxerit, nescio, ni forte trans Renum, vnde venerāt. SARMATAE Sauromatęue, qui hodie Poloni fere sunt, quū Pannonias vastauissent, vt ijdem Ammianus, Hieronymus, & Orosius prodiderunt, ad eos vlciscendos è Gallia Valentinianus Imperator magnis itineribus contēderat: sed præuenit mors. Gratianus vero eos debellauit, vt dicit Ausonius hoc loco, & ignouit. * ¶ *quum placuerit.* Idem mox rursus factur ū se promittit, & post aliquot paginas. ¶ *aliquāto detrimēto magnitudinis.* Tabula nō potest dari tā magna, quā terrę summitas est, & quæ vulgo superficies dicitur. ¶ *quod dies huius propriū.* Quo die Ausonius has egerit gratias, incertū esse postea mōstrabimus. ¶ *tot gradus.* procurrūt & offerunt se. ¶ *nomine comitis.* Comes qui cū alio it, & ipsū sequitur tanquā maiorē: vt Achates Aeneę, Achemenides comes infelicis Vlissi, apud Virgiliū. Comitū autem, cū diuersa essēt munera apud principes Romanos, eorū etiā diuersa genera, & nomina fuerūt. Inuenies namq; in codice Iustiniani, apud Ammianū, Cassiodorū, & alios scriptores, cōmemoratos Comittes palatij, Comites stabuli, Comites scrinij, largitionū, rerū priuatarū, oriētis, & alia genera. Dicit ergo Ausonius multis istis se Comitatibus honoratū esse apud Valētinianū Augustū, propter discipulū suū Gratianū: cui gratias egit. ¶ *te ac patre.* Huius quæsture mentio in versu nonagesimo primo Protreptici. ¶ *& tui tātū beneficij.* Et pręfectura Galliarū procurrit: ad cuius collegiū filiū cū patre cōiunxisti, sicut supra dictū fuit: & qua tu me & patrē meū solus honorasti, Valētiniano patre tuo mortuo. ¶ *vice simplici.* quia duo sumus. ¶ *neuter desiderat separatū.* Ea nostra est cōcordia, in communi præfectura. ¶ *vt paullo ante promisi.* quū dixit supra, *sed alia est ista materia, & suo parata secreto.* * ¶ *Obnoxiā tibi vni.* vt tibi soli debeatur mea dignitas, quę pretulisti. ¶ *Quod.* quā rē, gradus & ordo a te seruatus in nūcupatione, sibi cōparauit. De quo plura post aliquot paginas. ¶ *cū clarissimo viro collega meo.* Anicio Hermogeniano Olybrio, in vetustis inscriptionib⁹: quos in cōmentariū lābici epistolę Ausonij tertię trāscripsimus. Habēt autē quidā libri in eo, pro meo. vt sit in eo honore. ¶ *Cōsul ego, Imperator Auguste, munere tuo.* Eodē modo Mamertiū Iuliano Imperatori adulatū legerat Ausoni⁹. Quū staret Romana respublica, ante Cæsares istos & Augustos, populus Romanus eligebat, quos dignos existimabat magistratu. quam potestatem tyranni illi Imperatores, rerum domini, totam populo ademptam, sibi vendicarunt: vt nullus crearetur Romæ magistratus, nisi ab Imperatore. ¶ *non passus Septa.* Cui Septis opus non fuit. nec campo Martio, nec ceteris.

378 B
400
368
377
379 A
392. 357
422 B

Hęc autē Septa, quæ & mox Ouilia dicentur, loca erant in Cāpo Martio cancellis vndiq; clausa: in quę populi centuriæ ingrediebantur, magistrū electuræ. Sed de ijs, quæ ad hunc intelligendum locum pertinent, consule Nicolaum Gruchium: quem præclari illius operis de Comitijs fundamenta iacere uidimus in clarissimo Burdigalensi gymnasio, quum agcretur annus a Christo nato millesimus & quingentesimus & quadragesimus quartus.* ¶ *non suffragia, non puncta.* Suffragium, est sententia, & vt vulgo loquimur, vox eius, qui eligit. Ferebantur autem suffragia voce, vel scripto. Voce, cum clare nominabatur, qui eligebatur magistratus. Scripto vero, quum nomen eius in tabella scribebatur. Qua posteriore ferendi suffragij forma sic vtebantur in Cōsularibus comitijs: vt de hoc genere hic agitur. Ingredienti in septa illa ad eligendum populo, tabulas dabat, qui Diribitor mox appellabitur, tot cuique, quot candidati, & cōpetitores erāt. In ijs candidatorum omnium nomina scripta ante fuerāt. Eligebat quisque, quam vellet vnam, & in cistam conijciebat. Omnes ita vbi coniecissent singulas, educebat alius e cista cunctas: & inspiciebat, quod nomen vnaquæque scriptum habebat. Hæc suffragia erant, & voces eligentium. quæ in alia tabula, in educendo, punctis numerabantur, & quorum punctorum numerus maior, magistratum obtinebat.

379 B

¶ *non loculos.* vt qui largitionibus populum corrumpebant, suffragia & magistratus coëmentes. ¶ *qui non prensauerim manus.* Candidati sic illi appellabantur, qui magistratum petebant: quod candida veste, eo tempore vterentur. Candidati ergo, eorum manus, quos rogabant, prehendebant. vnde prehensare, & prensare frequentatiua forma frequenter prendere, & sic ambire magistratum. ¶ *nec cum salutantium confusus occursu.* Confundi, commisceri significat. vt in extremo tertio Aeneidos Virgilij de fluuio Alpheo. ——— *qui nunc*

Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.

379 C Cap. 5

*Sed confundi etiam Καταισχύνεσθαι exponit vetus glossarium, quod est pudefieri, & erubescere. Ausoniique temporibus qui Græca Diui Pauli Latina faciebant, καταισχύνεσθαι confundi conuertebant, vt in epistola ad Romanos. ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. *Spes enim non cōfundit*. Ac in psalmo nonagesimo septimo, dixerunt, *confundantur omnes qui adorant sculptilia*: quod Gręcus interpres dixerat, Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς. Ausonius itaque confundi hoc loco videtur ea erubescendi significatione accipere. sed quid fuerit istud, *confusus cum occursu salutantium?* quomodo habent omnes nostri codices: verum vbi legendum suspicer consalutantium, pro, cum salutantium, vt appellet Ausonius consalutantes, candidatos multos eiusdē magistratus: qui frequēter inter se occurrebant, quum suffragatores salutatum ibant, & prensatum. ¶ *aut sua amicis.* Qui sint amici hac in re, tibi definiet Quinctus Cicero in libro de Petitione Cōsulatus ad Marcū fratrē. Magistratus autē petitores, eos, quos salutabāt prēsabantq;, suo per se nomine appellabāt. quod Caiū Antoniū facere posse Quinctus ibi negat, fratris competitorē. Erat

enim id difficillimum in tanta turba, vt plerumque amicos nullis nominibus appellare posset candidatus, & sæpe alienis appellaret.* ¶ *Centurias non adulaui.* Quinctus Cicero. *Opus est magnopere blanditia: quę etiam si vitiosa est, & turpis in cetera vita, tamen in Petitione necessaria. Tibi enim quum deteriorem aliquem, assentando facit, improba est: quũ amiciorẽ non tam vituperãda. petitori vero necessaria est. Cuius & frons, & vultus, & sermo, ad eorũ, quoscunque cõuenerit, sensum & volũtatẽ, cõmutãdus est.* Scribit autem Nonius Marcellus, ADVLATIONEM esse proprie canũ: & ἀπὸ τοῦ δούλου, hoc est a seruo, tractũ putat vocabulum Laurentius Valla. Adducit vero Nonius Accij versũ ex tragœdia Prometheo, quẽ & apud Ciceronem in Tusculana secunda inuenies, & Lucretij aliũ ex libro quincto, vbi veteres illi adulare pro adulari dixerunt. quos hoc loco est Ausonius imitatus. De istis autẽ tribubus, cẽturijs, classib*, lege Gruchiũ.* ¶ *nõ intremui.* ne ferrẽ repulsã, ¶ *cũ Sequestre.* apud sequestrẽ. Erãt, qui magistratus emebant, populũ pecunia corrũpẽtes: quã pecuniã deponebant apud certos homines, quos sequestres appellabãt. ¶ *Cũ diribitore nihil pepigi.* Diribitores dicebãtur, qui populo in septa ingrediẽti tabellas, vt paullo ante diximus, diribebãt, distribuebãt, ministrabãt. Qui & ipsi poterãt pacta promissáque pecunia, corrũpi. Nã quũ, quot cãdidati eiusdẽ magistratus erãt, tot tabellas singulis suffragatoribus daret Diribitor, poterat hic in amici gratiã supprimere aliquã ex tabellis, & pauciores diribere, quã essẽt cõpetitores. vide, quid in causa Clodij accidisse referat Cicero in nona epistolarũ ad Atticũ. ¶ *vnus mihi omnia Gratianus.* Ita sibi nõ vidẽtur tyrãnidi satis adulari posse Plinius, Mamertinus, Ausonius in agẽdo gratias pro suis cõsulatibus. Regibus Cęsarũ, Augustorũ, Imperatorúmq; nominibus, in vrbẽ receptis, cœperũt statim *otiosæ tribus* esse, vt cũ Ammiano dicã libro quartodecimo, *pacatæq; cẽturiæ: & nulla suffragiorũ certamina remãserũt.* Iuli* enim Cęsar, horũ prim* Imperatorũ, bellis ciuilib* toto orbe cõpositis, statim vbi Romã redijt, cœpit honores ex sua volũtate pręstare: qui ad poplũ antea referebãtur. Hinc Modestin* Iuriscõsultus, MAXIMINI Augusti doctor, ad legẽ Iuliã de ambitu, *Hæc*, inquit, *lex in vrbe hodie cessat: quia ad curã Principis, magistratuũ creatio pertinet, non ad populi fauorem.** ¶ *Secretũ.* separatũ. aliter venisse ad cõsulatũ, quã alios. ¶ *qui assiduitate exprimunt.* Quinctus Cicero. *Prodest quidẽ vehementer, nusquã deesse, sed tamen hic fructus est assiduitatis non solũ esse Romæ atque in foro, sed assidue petere, sæpe eosdem appellare.* ¶ *Quæ offeruntur occasione.* vt Publius Cornelius Scipio Aemilianus: qui quum Quęstorijs comitijs suffragator Quincti Fabij Maximi fratris filij, in cãpũ Martiũ, descẽdisset, Cõsul iterum à populo reductus est. Valerius libri octaui capite vltimo. Erat autẽ Ausonius in Gallia, Gratianus in Pãnonia, vt dicet infra. ¶ *obstat tẽporũ disciplina.* Nemo his tẽporibus largitione & pecunia Cõsulatus emere potest, vt quõdã factũ Romę. ¶ *nõ habui.* Defuerunt mihi facultates, vnde possẽ cõparare Cõsulatũ, si forte vẽdi potuisset, vt olim. ¶ *Vnũ præ-*

379 D

379 E

937 B

380

392
395
410 A
411.412

Vu

381 *stare tentaui.* vt Consulatum mererer,& eo dignus essem * ¶ *Sed non & causa pari.* qui non præceptores tuos. ¶ *ita dignitatis plerumque.* Quos ob res tecum militiæ præclaras gestas, Consulatibus exornas:& in his tuos facis collegas, vt Probum, Equitium, Merobôdem iam inter alios euexisti. ¶ *dantur enim multa nominibus.* Siqui restant Fabij, Scipiones, Metelli,& alij ex antiquis illis claris familijs,ac siqui Romę sint nati,hi ceteris præferuntur. ¶ *viros fide.* Qui singulari extiterunt in te fide & officio: in quo tertio genere me pono. ¶ *quod ad honoris viam pertinet.* qui alteri tribuis,quod tuū est. Eruditionāque tua,quā mihi acceptam fers,& propter quā ita me honoras,tuæ prorsus naturæ est, & ingenij tui. ¶ *Quartum hunc gradum.* Consulatum. ¶ *rectius.* pulchrius, venustius. Illud autem,quod in Tiliano fuit codice, *ad alterius efficaciā gratius retorq.* pro,
382 *ad alterius gratiam rectius retorq.* quid sit, non intelligo. * ¶ *Homerici*
410 *oratores.* quorum facta mentio etiam in Iambicum epistolæ tertiæ. ¶ *ductor Ithacesius.* Ithacę insulę rex Vlixes. Gentile nomen Ithacesius, hoc est Ἰθακήσιος. pro quo Ithacensis Latine dicas, quomodo libri etiam quidam habent. ¶ *Sed neque ille.* Menelaus Lacon. sed de Laconica
221 breuitate monuimus in Ludum sapientum. ¶ *neque ille contortius.*
383 Vlixes.* ¶ *ista.* Consulatum. ¶ *Quid me oneras.* Hæc Ausonius respondet ei, qui ista subijciebat. Sciscitator,qui sciscitatur,verbale apud alios hauddum mihi lectum, quod obseruarim. ¶ *& qui Deo proximus.* Imperator. Quinimo Domitianus,& isti Romani Imperatores, dij dici, & pro dijs haberi, colique voluerunt. ¶ *miraculum.* Miramur, cuius rei causam non cernimus. ¶ *pertinet.* patet. ¶ *conceptæ sponsionis.* quia ita spoponderas: & quasi concepto voto,promiseras,te aliquando tuum præceptorem Consulatu cohonestaturū. Vel quoniam pater tuus Va-
384 lentinianus sic mandauerat,vt faceres. * ¶ *Lege Syngrapham.* συγγραφήν. quam vulgo *scedulam* vocitamus. ¶ *accepti & expensi tabulæ.* vt libri, in quibus scriptum sit, quicquid sit acceptum, & quidquid expensum.
385 Budæi Annotationes. ¶ *priuata appellatione.* Ita paulo post, quum doctissimum appellarit, laudem esse priuatam dicet. Priuatum autem &
375 A publicum quid sit, supra diximus. *matura iam ætate subcinctum.* iam se-
385 nem. * ¶ *vt & sex Valerij Coruini.* Sic omnia nostra exemplaria Coruini: quum Coruum vna syllaba breuius, hunc vetusta Romana marmora vocent. Est, quem coruus auis cum Gallo pugnantem, tribunum militum, adulescentem, iuuisse fertur. vnde illi hoc cognomen. Fuit autem insequenti anno, quam istum Gallum sic vicit, & obtruncauit, Consul primum creatus, tres & viginti solum natus annos, ab Vrbe condita, quadringentesimo & sexto. Quem Cicero de
Cap. 88 senectute, & Plinius libro septimo Naturalis historiæ, auctores sunt, centum annos impleuisse, & inter eius primum ac sextum consulatum, quadraginta sex annos interfuisse. ¶ *& septem Caij Marij.* Hic septuagenarius obijt, quum septimum Consul primus omnium fuisset,

fuisset, vt scribit Cicero tertio de Natura deorum, & Plutarchus in eius vita. ¶ *& cognominis tui.* Augusti Octauiani Cæsaris, qui obijt quartodecimo Calendas Septembris, hora diei nona, septuagesimo sexto ætatis suæ anno, diebus quinque & triginta minus. Vide Suetonium de tredecim eius consulatibus. ¶ *Tibi plures potest ætas.* Hæc quum ab Ausonio Consule optarentur, natus erat Gratianus Imperator annos non plus vndeuiginti: & annis post quinque fuit interfectus, vt Hieronymus, & Prosper sua tempora computarunt. ¶ *Septem ac decem Domitiani.* Suetonius de hoc tyranno. *Consulatus,* ait, *septem & decem cepit: quos ante eum nemo. ex quibus septem medios continuauit. Omnes autem pæne titulo tenus gessit. Nec quenquam vltra Calendas Maij, plures ad Idus vsque Ianuarias.* *Alios* autem scribebat Tilianũ exemplar, alia *alteros. inuidia alteros proueh.* Idem habebat, *vt hæc eum pag.* alia, *vt hoc eum pagin.* ¶ *fastorum suorum, imo fastidiorum.* Huius paronomasiæ, facta mentio in versum nonagesimum octauum Protreptici. Quid fasti sint, dictum fuit in Ausonij epigrammata de Fastis suis.* ¶ *& quæ vocatur, aurea.* 368 386

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti: caret inuidenda.
Sobrius aula.

Horatius decimo carmine libri secundi. ¶ *subito es necopinus ingenio.* Quemadmodum inopinatus, ita necopinatus dixerũt antiqui Latini. Sic enim legunt quidam, locis aliquot apud Ciceronem, vt secundo de officijs. *si perspiciunt necopinata quædam bona.* Vnde aduerbia sunt apud Titum Liuium obseruata, *necopinato* & *exnecopinato*, pro, de improuiso, & inopinanter. Necopinus vero, sicut inopinus, quod dixit multis locis, vt in extremo quincto Æneidos, Virgilius,

Vix primos inopina quies laxauerat artus,

ante Ausonium dixisse Ouidium memini primo Metamorphóseon, Ver. 224

Nocte grauem somno, necopina perdere morte,
Me parat.——— ¶ *quod optatur. a quo & quod nondum.*

Sic Mariangelus in antiquo libro quum alij haberent, quod optatur ab aliquo. & quod nondum. *¶ *Constantini temporum taxare collegas.* Qui vt ego litteras docebant Cõstantino Imperatore. Regnauit hic Cõstantinus Magnus annos triginta: & imperare cœpit anno Christi trecẽtesimo & duodecimo, annis ante consulatũ Ausonij septuaginta. ¶ *Cæsares docebantur.* Cæsares hic appellantur, qui Imperatoris erant filij, siue natura seu adoptione. Constantinum Augustum bonas artes plurimi fecisse præcipue studia litterarum, scribit Aurelius Victor. Eius filius ex Mineruina concubina, fuit Crispus. quem Lactantius Firmianus, *Latinis litteris erudijt*, *vir omnium suo tempore eloquentissimus*, 387 A.

sed adeo in hac vita pauper, vt plerumque etiam necessarijs indigueris, nedū delicijs. Sic Hieronymus Eusebij interpres. Idem princeps Dalmatium fratris filium, Cæsarem fecit, iussitque cum filijs imperare: cuius Dalmatij liberos litteras docuit Exuperius Rhetor: quem inter professores Burdigalenses duodeuicesimo carmine celebrat Ausonius. ¶ *superiora.* quę supra & ante Constantinum fuerunt, contingam, & narrabo, non quæ ipse vidi. Sic *contingam* Mariangelus ex vetusto codice, pro *extingā.* * ¶ *Dives Seneca.* Lucium AnnęumSenecam philosophum, cuius scripta multa extāt, Imperator Nero discipulus crudelissimus, ad morrē cōpulit, vt narrāt Suetonius & Cornelius Tacitus. Apud hunc Suillius dicit Senecam intra quadriennium, amicitia discipuli Imperatoris, ter millies sestertium parauisse. quid existimemus, inquit, Budæus, eum habuisse octauo eiusdem imperij anno? quādo illam ad Neronem habuit orationem, quæ est apud eundem Tacitum libro quartodecimo. Vult autem idem Budæus libro quincto de asse, ter millies sestertium, valerere septuagies quinquies centena millia aureorum, hoc est, vt Galli loquimur, septem *milliones,* & quingenta millia aureorum *scutatorum.* ¶ *nec tamen Consul.* Quis ergo est Annæus Seneca, quo Consule, & Trebelliano Maximo, temporibus Neronis, senatusconsultum Trebellianum octauo Calendas Septembris esse factum scribit Vlpianus libro trecesimo sexto Digestorum Iustiniani, & repetit ipse Iustinianus secundo suarum institutionum. Sed Consul non fuit hic Seneca ordinarius: quem nec in Cassiodori, nec in alterius cuiusquam fastis inuenies. Suffectus fuit alteri in partem anni. quod genus, Consules veretur Ausonius appellare, vt de Cornelio Frontone mox cognosces. ¶ *Sed armasse sæuitiam.* Clementem quidem discipulum suum Neronem Cæsarem videri volebat Seneca: ideóque de clementia ad eum scripsit, sed nihil profecit. * ¶ *Quinctilianus Cōsularia.* Marcus Fabius Quinctilianus Hispanus, vti scripsimus in versū quadringētesimum quartum Mosellę, auctor institutionum oratoriarum, sub Domitiano Imperatore floruit, vt ipse testatur in procemio quarti illorum duodecim librorū. qui Domitianus imperare cœpisse putatur anno Christi octogesimo tertio. & regnasse annos quindecim. Sub eodē principe fuerunt Clementes duo, Marcus Arricinius Clemēs & Titus Flauius Clemens patruelis eius: qui multum quidem aliquādiu apud eū valuerunt auctoritate & gratia, sed quos tandē cōsulares interemit, vt Suetonius scripsit. Vter horum Quinctiliano cōsulatum obtinuerit, nescio: qui de hoc eius honore alibi nihil legi. Quē quoniā agnoscere nō possū inter eos, qui in Fastis poni solebāt, Consulē ordinariū fuisse nō puto, sed suffectum alteri in partē anni. Duo nāq; Consulū genera fuerūt, vt ostēdimus in epistolā Ausonij vicesimā. ¶ *quomodo Titianus magister,* Cuspinian⁹ et Onuphry⁹, videndū, an recte cēsuerint, hūc cēsorē, & ludimagistrū Titianū, Fabiū Titianū esse, q. post Ausoniū cū AurelioSymmacho cōsul fuit. Primū enim vnde norūt Fabiū illū Titianum, litterarū professorē fuisse, et principū liberos docuisse? Deinde, an nō prius dixit Ausonius

ſonius, exempla ſe prolaturũ nõ ſuorum,ſed ſuperiorum temporum? Po-
ſtremo,ſi Auſonius quo anno Conſulatũ geſſit, has egit diſcipulo gra-
tias,quomodo in ijs potuit eius Conſulatũ meminiſſe,qui hauddũ cõſul 387 D
fuerat?* Adde,quod hęc Auſonij verba de Titiano, *non ætate ſed vilitate
cõſenuit*, de alio nõ videtur intelligi poſſe, quã de mortuo quopiã Titia
no.Fuerit itaq; potius hic Titianus Viſõtiẽſis Lugdunẽſiſq; ludimagi-
ſter, Iulius ille Titianus Maximini Iunioris præceptor, vt ſcripſimus in
Iambicũ epiſtolæ tertiæ. quẽ ſuus diſcipulus Cæſar, & pater Auguſtus,
breuis imperij vterq;,ad cõſulatum euexeruut, ſed qualem geſtum fuiſſe 425. A
Quinctiliano modo docuimus. ¶ *ſed glorioſius ille municipalẽ Scholã*.ſcho-
lam publicam,in quã totius municipij & ciuitatis pueri conueniebãt.*Vi-
ſontio* autem nomen maſculinũ,vt Sulmo,Hippo, Narbo,alibi diximus,
Οὐισοντίων, apud Ptolemæũ:Bizantij apud Ammianũ Marcellinũ libro
quinctodecimo,ſiue ita ſcripſit iſte homo Grȩcus,ſiue quod ſcripſit, cor-
ruperũt librarij, eſt veſuntio e, pro i, in primo Cæſaris cõmentario Gal-
lico,et Οὐισοντίων,apud Dionẽ libro triceſimo octauo. Hodie *Bezanſon*,
MaximęSequnaorũ metropolis ĩ vetuſto prouinciarũ nomẽclatore.Sed
de Viſontione plura Beatus Renanus libro primo Germanicorũ. *Lugdu-
num* clarius eſt, quã vt a nobis indicari egeat, vnde Lugdunenſis Gallia
appellata. Rectus eſt Lugdunũ apud Senecam, & Pliniũ,τὸ Λούγδουνον,
apud Strabonẽ,&Ptolemęũ geographũ,ſed Lugdunus apud Ammianũ
Marcellinũ libro quinctodecimo,& Hieronymũ,Λούγδουνος,vt arbitror,
in libro Plutharchi de Fluminibus & Mõtibus, quo loco de Arare agit. 388 A
Alterius Lugduni in Aquitania meminerunt Strabo et Ptolemæus. Pro
glorioſius,autẽ habet codex Ioãnis Tilij,*glorioſus*.* ¶ *Frõtonis imitatio*.Fron
tones multos fuiſſe oſtẽdunt,Catanęus in epiſtolas Plinij, & Egnatius
in Capitolini Antoninũ philoſophũ. Hic Cornelius Frõto ſũm* orator,
Auguſtorũ Antoninorũ marci Philoſophi,& Veri pręceptor fuit. Cui mar
cus tãtum detulit,inquit Iulius Capitolinus,vt ei ſtatuã in ſenatu petierit.
Eum vid.ſſe & audiuiſſe ſe, ſcribit Aulus Gellius tertiodecimo & vnde- ap.17.
uiceſimo noctium atticarum. Meminit & Sidonius Apollinaris. ¶ *vt præ-* ccap.810
fectura.Prȩfectus Galliȩ cũ eſſet Auſonius,vt mox dicet, Cõſul creatus
eſt. ¶ *ordinario ſuffectus.* Duo cõſulatuũ genera in epiſtolã Auſonij vice-
ſimã.¶ *bimeſtri ſpatio*.duobus mẽſibus,quȩ ſexta eſt anni pars.¶ *quibus Cõ-* 469.
ſulibus geſſerit Conſulatũ.ijs,qui ineunte anno inierãt cõſulatum.* ¶ *non ego* 388 B
me cõtendo Frontoni.Locum hunc citat Budęus in cõmentaaijs linguæ Grę
cę.vbi monet eadẽ ſignificatione cõferẽdi, cõparãdi, cõponẽdi,cõmit
tẽdiue,verbo *cõtendere* etiã vſũ eſſe Corneliũ Tacitũ. Apud quẽ leges li-
bro quarto.*Sed nemo annales noſtros cũ ſcriptura eorũ cõtenderit*.& tertio
decimo.*Adnotabant ſeniores, quibus otiũ eſt vetera & præſentia contendere*.
Eadẽ ſignificatione Mirmilloni Thracẽ cõtendi dixit idem Auſonius in 194.
Technopęgnio.¶ *Sollẽnes iſtos dies*. Calẽdas Ianuarias quibus tunc ſol-
lemne erat magiſtratus inire,vt diximus ſupra.¶ *& Roma de more*. Quum 371.

ſtaret Romana reſpuplica, Romæ creabantur Cōſules & alij magiſtratus, & Romæ Cōſulatus inibantur. at poſtquam ea extincta, Cæſares, & Auguſti rerum potiti ſunt, deſignabantur ab ipſis ſolis magiſtratus, vbicunq; terrarum eſſent: deſignatíque, quibuſcunque in ciuitatibus eſſe contingeret, Calendis Ianuarijs ibi magiſtratum inibant. Sic Iouianus Auguſtus cū filio Conſulatum inijt in Galatia, vt ſcribit Ammianus in extremo libro viceſimo quincto: & Auſonius in Gallia, Treueris, & non Romæ: vt hic ipſe refert. cúmque diem ineundis magiſtratibus deſtinatum, non ſolum ea ciuitas, vbi tunc erat nouus Conſul, verum etiam aliæ vrbes per orbem Romanum celebrabant, vt hoc loco dicit Auſonius. ¶ *& Conſtantinopolis de imitatione.* Romam imitans, cuius etiam nomen ſumſit: vt

199. oſtendimus in primum carmen de claris vrbibus. ¶ *Antiochia pro luxu.* De Antiochenſiū delicijs & luxuria, plura tibi narrabit Iuliani Auguſti Miſopógon. Sed Syriæ metropolis eſt Antiochia, vti ſcripſimus in carmen ſecundum de claris vrbibus: & tota Syria omnibus voluptatum illecebris abundat, vt meminit Ammianus libro viceſimoſecundo, & Athe-

388c næus quincto.* ¶ *& Carthago diſcincta.* Dixerat Virgilius in extremo o-

199. ctauo Æneidos. *Hic Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros.* & Afrorum eſt Carthago, condita ſcilicet a Phœnicibus, vrbs in Africa, vt fuit dictum in carmen primum de claris vrbibus. Ambigit vetus commētator, cur Virgilius Afros dixerit diſcinctos. *Vel habitum eorum oſtēdit,* inquit, *qui vſque in talos fluebat: quod Plautus ridet in Pœnulo dicens, Quæ eſt illa auis? quum Afrum vidiſſet veſtem demiſſam trahentem. aut diſcinctos dixit, inhabiles militiæ. Omnes enim, qui militant, cincti ſunt. Aut certe in effi-*

200 *caces, vt contra præcinctos, ſtrenuos dicimus.* ¶ *& domus fulminis Alexandria.* & de Alexandria carmen ſecundum de claris vrbibus. Habēnt autem libri noſtri, alij *domus, domum* alij, alij *fulminis, fluminis* alij: & ad vnum ex Nili oſtijs ſita eſt hæc Ægypti Alexādria: ſed vni ex Ptolemæis eius ciuitatis regibus cognomen fuit κεραυνὸς, id eſt fulmen: quem ſcribit Euſebius annum ſecundum Olympiadis centeſimæ & viceſimęquartæ regnaſſe. ¶ *Sed Treuiri.* Ciuitas vero Galliæ Treuiri, celebrant iſtos dies ex principis Gratiani beneficio, ipſéque adeo beneficij auctor, qui Auſonium fecit Conſulē, hominem Gallum, & Galliæ præfectum. Treuiris ergo erat Gratianus, & Conſulatum Auſonius Treuiris inijt. de quibus eſt carmen tertium in libro de claris vrbibus. ¶ *Loca.* quæ nominata ſunt

201. Roma, Byzātium, Alexandria, & alia: quæ hos dies ſollemnes celebrant. * ¶ *Auguſtus Sanctitate.* Ouidius primo Faſtorum.

> *Sancta vocant Auguſta patres. auguſta vocantur*
> *Templa, Sacerdotum rite dicata manu.*
> *Huius & Augurium dependet origine verbi,*
> *Et quodcunque ſua Iuppiter auget ope.*

¶ *Pontifex religione.* in primis religioſus & pius. Ceterum principes iſti Pontificatum Maximū ſibi quoque vendicabant. qui & inter Gratiani Auguſti titulos adhuc Romę extātes in vetuſtis marmoribus, legitur.

FLAVIVS GRATIANVS, PIVS, FELIX MAXIMVS, VICTOR, AC TRIVMFATOR SEMPER AVGVSTVS, PONTIFEX MAXIMVS, GERMANICVS MAXIMVS, ALEMANNICVS MAXIMVS, FRANCICVS MAXIMVS, GOTHICVS MAXIMVS, TRIBVNICIAE POTESTATIS TERTIVM.

¶ *indulgentia pater*.tam indulgens & lenis in subditos, quam pater in filios suos. indulgentissimum iam supra appellauit.¶ *ætate filius*.Nondum attigerat annum ætatis vicesimum Gratianus. ¶ *pietate vtrumque*. & pater & filius pietate. Pius ita dicitur pater in filium, & filius in patrem pius. Lacunam autem quum hic haberent vetustissimæ impressiones, vt Badiana anni millesimi quingentesimi & undecimi a Christo nato, eam quispiam verbo *superat* replendam censuit, satis inepte. quo loco si quid deest,oratio potius deest,quam vna dictio. * ¶ *apud Sallustium*.in Iugurthino.sed illic *ostentare* pro *ostendere*. ¶ *ad deorum stemma*.vt gens Iulia se a dea Venere ortam prædicabat.Στέμμα autem quid sit, diximus in iambicum epistolæ tertiæ.¶ *sub regnis*. per regna, & in variis prouinciis, vt Probus,ad quem scripta fuit,quam inter Ausonij epistolas tertiā numerauimus.de quo lege,quæ in eam sumus præfati ex Ammiano.¶ *quā prædicare*..quum hoc sit iactare & efferre verbis. ¶ *patriam non obscuram*. Burdigalam. ¶ *non pœnitendam*.non contemnendam:de qua lege Parentalia,& edyllium tricesimum. ¶ *innocentiam nō coactam. Est innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini*: vt definit Cicero Tusculana tertia. Multis autem quia nocendi non deest animus sed facultas,eam innocentiam Ausonius coactam vocat. ¶ *libris & liberis*.Paronomasia est.significatque Ausonius tum patris, & suis, & aliorum suorum litteris & eruditione, tum sua, fratrum, & filiorum suorum, virtute, & honoribus,claram euasisse suam familiam. ¶ *non splendida*. qualia principum. ¶ *veteribus illis Consulibus*. qui florente republica a populo creabantur. * ¶ *ambitione*. siquis ambiuerit, & quæsierit sibi pulchrum aliquod nomen. de Metello Pio, & Sylla Felice, Plinius, Plutarchus, Nepos de viris illustribus, Lucius Seneca, & alij. ¶ *Qui felicior ante, quam vocaretur*. Sylla cognominatus Felix post confecta bella ciuilia: quæ ipsum reddebant infelicem. Vide Plinium libro septimo naturalis historiæ. ¶ *& Hoc nomen*. Gratianus, & Pius Metelli, & Syllæ felix. ¶ *Grate agendi*. Gratianus ergo, qui gratus sit, & grate agat. Sed ab auo Gratiano Funario Gratianus hic Ausonij discipulus appellatus est. Vide tabulam de hac familia in commentario epigrammatis quarti. ¶ *Pietas*. vnde piissimum supra vocauit. * ¶ *Quarum præfecto*. mihi. ¶ *Hanc honorificentiam*. hunc honorem. Honorificus, magnificus, beneficus, maleficus, sunt apud Ciceronem: ac magnificentia, & beneficentia, sed non, quod sciam, honorificentia & maleficentia. ¶ *vltra progredior*. Hoc amplius addo. Quicquid habes litterarū,&eruditionis,quia id meum est,vt prædicas,qui docui,vox ista tua, & lingua,quę mea est,agat ea quoq; tibi pro me gratias,vt disertissima est.

Margin notes: 377 · 389B · 422 · 419 · 100.355 · 390 · Cap. 43 · 8 D · 391

390 quæ optime autem,& quam optime hic legitur. ¶ *vt ſupra dictum.* vt paullo ante dixi. ¶ *Perſtrinxi.* attigi.commemoraui. ¶ *infantiſſimus.* qui nihil fari ſciat.valde indiſertus. ¶ *audaciam, quam.* malo temerarius dici,quam ingratus.* ¶ *Quibus Danubij ora prætexitur.* De Danubio flu-

392 A

8.10 mine lege epigramma quartum,& nonum. Iam pridem autem cenſuit in libro de Re Veſtiaria Lazarus Baifius prætexitur hic legendum, & non protexitur.Idem verbum in verſu quadrageſimo quincto Moſellæ.

845

¶ *Tributa iſta.* COMITIVM,locus erat in foro Romano, quo coibant, inquit Varro,*comitijs curiatis,& litium cauſa.*Comitia vero plurali numero dicebant Romani conuentus,cum populus in vnum locum conueniret,ſuffragij cauſa ferendi de re aliqua.Horum multa erant genera,vt tri-

Cap. 14 buta,curiata, centuriata, & alia apud Aulum Gellium libro tertiodeci-

27 mo, & quinctodecimo Noctium Atticarum. de quibus omnibus plura noſter Gruchius, in libris de Comitijs. In comitijs ergo iſtis creabat magiſtratus populus Roman⁹:quē populo poteſtatē Cęſares cū ademiſ-

879 ſent,ſoli ipſi magiſtratus creabant,vt ſupra meminimus.Ad quem priſcū morem Romanum Auſonius reſpiciens, quęrit quibus comitijs ipſe eſſet Conſul à Gratiano factus,qui nullis eſſet.Tributa autem comitia nomen a tribubus habuerunt,quia tributim,in tribus triginta quinque diuiſus populus Romanus,ſuffragium ferret:&quia,quod plures tribus ex eo numero iuſſiſſent, vel vetaſſent, hoc ſpectaretur. Cæterum ſi Conſules erant ex maioribus magiſtratibus, & maiores magiſtratus Centuriatis comitijs fiebant,& nō Tributis, veluti ſcribit ex Marco Meſſalla Gellius

cap. 14 libro tertiodecimo,quomodo vocat Auſonius Tibuta comitia, quibus

392 B Conſul ſit deſignatus? *¶ *in vrbe Sirmio.*quæ vrbs pro Roma ſit. Probat autem Gruchius Tributa comitia tam extra Romæ pomœrium, quam intra,haberi ſolita. Oppidum Pannoniæ Sirmium,vt ſcripſimus in Iam-

410 bicū epiſtolæ tertiæ. ¶ *quod in procinctu.*Procinctas claſſes dicit Gellius libro primo,quum in hoſtes, inſtructa acie,progredi cœptum eſt.Et Feſtus procinctos milites, quaſi præcinctos & expeditos exponit.Romanis mos fuit,ſicut ſcribit Plutarchus in Caio Marcio Coriolano, vt pugnaturi priuſquam clipeos ſumerent, togam præcingerent, quum ſaga non haberent.Hinc PROCINCTVS verbale ſubſtantiuum,& inde in procinctu dictū, quum ex caſtris in prœlium exitum eſt, vt teſtamentum in

cap. 17 procinctu,apud Gellium libro quinctodecimo, quū viri ad prœlium faciendum in aciem vocabantur: quod vno vocabulo procinctum teſtamentum appellat Iuſtinianus libro ſecundo inſtitutionum, quod ſine ſcripto fiebat,ſed tribus aut quattuor audiētibus,quem vellet hæredem miles nominabat:vt ibidem ſcribit Plutarchus.In procinctu ergo dē ſuo cōſulatu geſta comitia dicit Auſonius,quod Sirmij cū magnis copijs erat Gratianus cum Sarmatis & alijs Barbaris belligerans. *Centuriatis* autem comitijs non tantum conſules creabantur, ſicut modo diximus, verum etiā exercitus imperabantur,ac bella indicebantur, quomodo Gruchius docet.

docet. Quæ sic sunt appellata, quod in ijs centuriatim, in classes & centurias diuisus populus Romanus, suffragiũ ferret.* ¶ *an vt quondam, Pontificalia.* Comitia hæc non veniunt dicenda, ad quæ populus non conueniebat. scribit autem Dionysius Halicarnassensis libro secundo, quod vno ex Pontificibus mortuo, sufficiebatur in eius locũ alius, non à populo, sed ab ipsis Pontificibus designatus. verum Cnæus Domitius Ahenobarbus Domitij Neronis Imperatoris Attauus Tribunus plebis anno ab Vrbe condita sexcentesimo & quinquagesimo primo, infensior Pontificibus, quod alium, quam se, in patris sui locum cooptassent, legẽ tulit, vt sacerdotes, quos antea collegę sufficiebãt, populus crearet. Ita Velleius Paterculus, & Suetonius Trãquillus memoria prodiderunt. ¶ *talia Comminisci.* quod sis'dco participatus. De Pontificatu Gratiani paulo ante facta mentio.* ¶ *Valete modo classes.* quarum iam nullus est vsus. ¶ *& vrbanarum Tribuum prærogatiuæ.* vrbanas tribus per antonomasiam Romanas dixisse potest Ausonius. Tribuum triginta quinque quattuor quidem Vrbanas, & ceteras appellat Rusticas libro duodeuicesimo, cum Asconio Pediano, Plinius, sed vrbanarum siqua fuerit prærogatiua supra alias, non memini legere: quum prærogatiuam sorte fieri solitã doceat Grucchius. Prærogatiuæ autem vocabulum substãtiue & adjectiuę vsurpatur, vt annotauit Budæus. ¶ *& Centuriæ iure-vocatæ.* Iure-vocatæ centuriæ & tribus, quæ sint, ex ijs Asconij Pediani cognosci posse arbitror. *Prærogatiuæ sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante iure-uocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitijs concordia populi firmaretur, bina omnino de ijsdem candidatis comitia fieri. Quorum tribus primæ, Prærogatiuæ dicebantur: quod primæ rogarentur, quos vellent Consules fieri. secundæ, iure-uocatæ: quod in his, sequente populo, vt sæpe contigit, prærogatiuarum voluntatem, iure omnia complerentur.* ¶ *Consiliatorem.* consilij datorem. Plinius in epistola septimadecima libri quarti, hoc verbali sic vsus est ante Ausonium, *Ille meus in petendis honoribus suffragator & testis, ille in inchoandis deductor & comes, ille in gerendis consiliator, & rector.* à deponente consiliari, facto ab eo, quod est consilium: sicut ab auxilium auxiliari: ab otium & negotium otiari, & negotiari, a subsidiũ subsidiari, deductũ. Significat autẽcõsiliari, cõsultare, habere, inire, dare cõsilium, verbum frequentius in Hieronymi Latinis è Gręco, Hebraicóque factis, quã apud scriptores Hieronymo antiquiores. Vnũ indicasse locũ nobis satis fuerit, in Psalmo tricesimo, vel vt alij numerant, tricesimo primo. *In eodẽ conuenirẽt simul aduersum me, accipere animã meã cõsiliati sunt.* Ante Hieronymũ vero, illo verbo fuerat vsus horati* in versu cẽtesimo & nonagesimo sexto libri de arte poëtica.

Ille bonis faueátque, & consilietur amice.

Sic enim ibi legit Luisinus Vtinensis: & consilietur, consilia afferat, exposuit: vbi ante legebamus concilietur per c, nescio quo sensu. Et eius participio præsenti in ode tertia tertij carminum.

Gratum elocuta consiliantibus

Xx

Marginalia: 392 C (at "an vt quondam"); 389 A (at "talia Comminisci"); 393 A (at "Valete modo classes"); cap. 3 (at "Plinius"); 393 B (at "Consiliatorem")

Iunone diuis.

At eiusdem gerundio Cicero, libro epistolarum ad Atticum quindecimo.. *Tu quid egeris tua, cum, tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, vehementer expecto. Est enim inexplicabilis.* * ¶ *vt in consecrando patre.* Hæc iam sæpius repetita. ¶ *ego tam propria.* Ego tuus præceptor verba comitialia tam propria, & tam Latina ignorabam. Consulatus erat annuus magistratus: ideóque quotannis exitu fere anni creandis Consulibus comitia Romæ habebantur. Ibi qui a populo creati renunciabantur, designati Consules dicebantur, anni insequentis initio insignia magistratus cum imperio sumpturi, Consulatúmque suum inituri. * ¶ *vnde de plano legi possint.* Ex quibus locis pendebunt tuæ litteræ, vel in quibus erunt affixæ (Sic nos hodie dicimus, quum bitumine, vel cera, vel clauis ad pilas, parietes, aut valuas, edicta nostra, aut siquid est aliud eiusmodi, quod omnibus innotescere cupimus, affigimus,) ea loca non erunt altiora, quam vt illas inde cuncti facile legere possint de plano, hoc est, ab humo, & ex ipso solo plano, & æquo, sine scalis, grallis, suggestu vllo: Ex antiquis autem formulis fuit hoc, *Vnde de plano legi possint.* Cui aduerbium, recte, addit antiquissimum illud monumentum, quod ex ahenea tabula descriptum, mihi nuper Lutetia misit Franciscus Guilloteria. EX. EA. DIE. QVA. TRIBVTVS. FACTVS. ERIT. APVD. FORVM. PALAM. VBEI. DE. PLANO. RECTE. LEGI. POSSITVR. PROSCRI.... & Vlpianus Iurisconsultus apud Iustinianum, de Institoria actione, libro quartodecimo Digestorum. *De quo palam proscriptum fuerit, ne cum eo contrahatur, is præpositi loco non habetur. Proscribere palam, sic accipimus, claris litteris, vnde de plano recte legi possit, ante tabernam scilicet, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed in euidenti.* ¶ *tot statuis honorabor.* Hæ litteræ mihi erunt loco statuarum, quæ hominibus aliqua illustri causa perpetuitatem merentibus, poni solent. ¶ *ad blandiora.* quibus te erga me blandiorem, humaniorem, liberaliorémque ostendisti. ¶ *supra Consulatum.* vltra Consulatum, quo me honorasti, hoc fuit, quod etiam sollicitus fuisti de trabea mea. ¶ In *Illyrico.* de quo in epigramma quartum. * ¶ *in qua diuus Constantius.* Ita Constantius, & non Constantinus, legendum hîc. Constantius enim Constantini Magni filius, Augustus, è vita abijt, anno Christi trecentesimo & sexagesimoquarto, vxore Faustina prægnante relicta. *vnde edita Postuma*, ait Ammianus libro vicesimo primo, *eiúsque nomine appellata* Constantia *quum adoleuisset, matrimonio iure copulata est Gratiano.* ¶ *hæc est picta, vt dicitur.* Sicut appellatur, vere picta. Palmata, Trabea, Picta, vestes sunt Consulares, de quibus aliquid amplius fortasse dicemus ad finem orationis. ¶ *in argumento.*

(Margin: 394; 371 A; 395; Tit. 3. Leg. 11; 396)

gumento. indice, titulóque arguente, indicantéque, cuius fuisset ea quondam vestis. * ¶ *quem præsentem*. Erat ergo Sirmij in comitatu Gratiani Hermogenianus Olybrius, quum Ausonius procul in Gallia, præfectura sua. * ¶ *Scisti aliud*. Qui me collegæ meo prætulisti, non ob aliam causam, quam quod tuus fui præceptor. ¶ *Prior renunciatus*. Prior nuncupatus. ¶ *meritorum*. vter nostrum mereatur priorem locum. ¶ *Pratorem me*. Ciceronis de se verba sunt in proœmio orationis pro lege Manilia, *Propter dilationem comitiorum, ter Prætor primus centurijs cunctis renuntiatus sum*. In oratione vero in Lucium Pisonem. *Me quum Quæstorem in primis, Aedilem priorem. Prætorem primum, cunctis suffragijs populus Romanus faciebat*. & post pauculos versus. *Me cuncta Italia, me omnes ordines, me vniuersa ciuitas, non prius tabella, quam voce priorem Consulem declarauit*. Prætor autem fuit Marcus Tullius Cicero, Marco Lepido, Lucio Volcatio Consulibus: auctore Asconio Pediano in orationem pro Cornelio, anno Vrbis, vt putamus sexcentesimo octogesimo octauo: & tribus post annis Consul, collega Caio Antonio. De quo Consulatu nemo plura compertioráque, quam Sallustius Crispus in Catilinario. Ciceronis coæuus. ¶ *vni quam pluribus*. Consules quia bini solum quotannis creabantur, Prætores plures, singuli quidem primum, sed postea bini, & tandem etiam ipsius Ciceronis temporibus, deni, duodeni, senideni, vt noster Gruchius ostendit, Cicero in Consulatu fuit vni soli, sed in Prætura pluribus suis collegis præpositus. * ¶ *Illos Homericos versus*. Ἰλιάδος η.

Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδέος υἱὸν
ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης

* ¶ *tenuiore filo*. humiliore oratione, non grandiloqua. Adagium explicat Erasmus. ¶ *Quanquam me istam dixerim*. non procul a principio orationis. ¶ *contingam*. perstringam. ¶ *quæ intus prædicanda sunt*. domestica: & quæ nemo potest nosse melius quam præceptor, & qui semper tecum ab incunabulis cōuixit. Hęc ipse postea. * ¶ *Nullum te vnquam*. Nullo te vnquam die egisti & mouisti. Abeo, quod in homine primum & pręcipuū lucere debet, religione & pietate laudare exorditur. ¶ *& reus voti*. Voti reus, debitor inquit Seruius in versum ducentesimū & tricesimū septimū quinti Aeneidos. *Vnde vota soluentes, dicimus absolutos*. ¶ *immaculabili*. Immaculata dicunt alij, & ipse Ausonius in Oratione Rhopalica, sed neutrum apud vetustiores Latinos legere memini. ¶ *Nemo abductius*, Vide, quæ de hoc scripsimus in epigramma tertium. Istud autem *abductius*, pro quo erat *adductius* in Tiliano codice, alibi legere nō memini, nec positiuū abducte, neq; verbū abducere in significatione ad loci huius sensum quicquam pertinente: sed Virgilio adducere pro intorquere, rotare, producere, vsurpatū esse probat Nonius Marcellus: & quū dixit quinto Aeneidos. *Post acer Mnestheus adducto constitit arcu*,

397 398 399 400 378 401 vers. 507

Alta petens: pariterque oculos, telumque tetendit.
figuram agnoscit hypallagen Seruius. *Nam adducitur telum*, inquit, *& arcus intenditur.* ¶ *Poetam.* Virgilium quarto Aeneidos.

Vers. 41 *Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis.*

Quos autem Ausonius infrenos (infrenes etiã scribũt nõnulla exẽplaria per tertiam declinationem) hic accipit Numidas, qui equis sine freno vterentur: alij indomitos, & sæuos accipiunt, vt etiam commentator monuit, sed Strabo libro vltimo meminit de equis Massæsyllorũ, Numidarum, & aliorum Afrorũ, paruis, celeribus, ac ita obtemperantibus, vt sola virgula regerentur, & sine habenis sequerentur, vt canes. Valerius Martialis libro nono ad Pastorem.

Epig. 23 *Et Massylæum virga gubernet equum.*

Silius Italicus primo Punicorum.

Vers. 215 *Hic passim exultant Numidæ gens inscia freni.*
Quis inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.

¶ *& alterum.* Quemnam alterum poëtam? ¶ *verbera & præcepta.* equos incitari & retineri verberibus.* ¶ *ara vestalis.* De Vestalibus virginibus quædam diximus in epistolam septimam. sed de ijs, & Pontificibus, & Flaminibus, Iouis, Martis, Quirini & aliorum sacerdotibus, plura Lilius Gregorius in libris de dijs gentium, ex Liuio, Plutarcho, & alijs Latinis Græcisque scriptoribus. * ¶ *vt ex more loquimur, Consistorij.* Nescio quã nouum voluerit esse vocabulum Nicolaus Perottus consistorium, quod hodie quidem pro loco sumitur, in quo Pontifex Romanus cum suis purpuratis, consultandi causa cõsistit: sed apud Sidonium Apollinarem, Ammianũ Marcellinum, Ausoniũ, Capellã, Imperatoris est, & non Pontificis, Cõsistorium. vnde Cõsistorianos appellauit Ammianus libro quintodecimo, & tricesimo primo, qui titulo decimo libri duodecimi codicis Iustiniani, Comites Cõsistorij, & comites Cõsisteriani vocãtur. Quorũ opera & cõsilio princeps in Imperij administratione vtebatur. Ausonius autẽ putat, quod vulgo suis tẽporibus dicebatur Consistorium, id prius sacrariũ fuisse appellatum. de quo verbo supra quæsiuimus. ¶ *mihi gratificari.* qui te docui. ¶ *Non enim Sulpicius acrior.* Sulpicium poëtã memorauit Ausonius in Cẽtonis peroratione: hic est orator ille eximius Publius sulpicius apud Ciceronẽ tertio de oratore: qui tribunus plebis legẽ tulit Sulpiciã: & bello ciuili marij & syllæ perijt, vt scribit Titus Liuius libro septuagesimo septimo. ¶ *nec maioris Gracchi.* Duo fuerũt Gracchi, Tiberius & Caius, homines seditiosi & eloquẽtes. ¶ *nec patris tui grauior auctoritas.* Sextus Victor de Valẽtiniano Gratiani patre. *Fuit vultu decens, solers ingenio, animo grauis, sermone cultissimus. quanquam enim ad loquendum parcus, seuerus, vehemens*, & reliqua. ¶ *Non qualis esset.* Hoc dicit Cicero in prima epistola ad Quinctum fratrem, Cyrum illum regem Persarum a Xenophonte Atheniensi non ad historiæ fidem fuisse scriptum, sed ad effigiem iusti imperij. ¶ *Celebre fuit.* Hoc referunt Eutropius &

Aurelius Victor post Suetonium. * ¶ *omnia quasi punctus.* Tilianum exemplar, *omnia quæ punctis.* ¶ *superiora.* potiora. * ¶ POENITENDA NON FACERE. *pigenda* pro *pænitenda*, melius, Tilianus codex, & Parisiensis editio. * ¶ *Sed indulgentias sæculares.* largitates, munificentias, condonationes, tantas singulis horarum momentis, quantas vix quisquam credat vno sæculo præstari posse. ¶ *de condonatis residuis tributorum.* Residuum substantiuum, quod residet, restat, reliquum est, ex adiectiuo residuus. Residuæ pecuniæ apud Ciceronem. Quæ ergo tributa & pecuniæ publicæ sub Valentiniano, & superioribus etiam Imperatoribus, non fuerant soluta, & debebantur, Gratianus condonauit debitoribus. ¶ *Fecerat & Traianus* Maria Catanæus in exponendo Panegyrico, quem Traiano Augusto pro Consulatu Plinius dixit, huius loci meminit. Anno ab Vrbe condita septingentesimo & quinquagesimo nono, Marco Aemilio Lepido, Lucio Arruntio Consulibus, Cæsar Augustus, quum non suppeteret pecunia ad alendos suos viginti tres exercitus, constituit, quasi Iulius Cæsar ita scriptum in commentarijs reliquisset, vt hæredes, & quibus aliquid mortis causa donaretur, hæreditatis donationisque vicesimam partem penderent. *τὴν εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων, καὶ δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν, ἢ καὶ πενήτων, καταλείπωσι*. ait Dion libro quinquagesimo quincto. In hac autem vicesima quid Nerua ab Augusto duodecimus, & quid Neruæ successor Traianus emendarit, mitigaritque, leges in Plinij Panegyrico: quam Ausonius suum Gratianum prorsus extinxisse scribit. Sed de isto tributo plura Andreas Alciatus in capite sexto libri tertij dispunctionum. ¶ *& Antoninus indulserat. Leges etiam addidit de vicesima hæreditatum.* His tantum pauculis Iulius Capitolinus vicesimæ meminit in vita Marci Antonini Philosophi: cuius filius & successor Commodus Antoninus tyrannus fœdissimus fuit, qui de vicesima, & eius residuis quæ statuerit, alibi non legi. ¶ *Tu argumenta omnia.* Hoc potest fecisse videri Gratianus aui sui Constantini Augusti exemplo: qui sic scribit ad Prouinciales in Principio decimi Codicis Iustiniani. *Iustas etiam, & quæ locum habent, filij actionis præcipimus concremari, ob hoc solum, quod suis temporibus prolatæ non sunt, vt iam calumniæ priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas filij lites silere præcipimus.* * ¶ *Stirpes.* causæ, seminaria. habet attamen *semina* Tilianus codex. ¶ *Iam nubibus.* Fumus ardentium librorum iam in summum aërem peruenerat, inuoluerátque, implicuerat, confuderat se nubibus, ipsáque adeo nubes superauerat. ¶ *obnoxij.* debitores residuorum. ¶ *paginis.* chartis, tabulis, documentis. ¶ *ductus apicum.* figuras litterarum. Apices, litteræ, & epistolæ frequenter apud Sidonium Apollinarem. ¶ *& sestertiorum. Sestertius, nummus duarum semissis librarum per duas ll, & S, ex qua incipit semis, perscriptas notabãtur.* Priscianus de nũmis & põderibus. Quod autẽ sequitur, *eũ iuuantia de ratione*, hoc quid sit, non video: nec placet, quod est deinceps in Badiana editione, *quod me-*

404

406

407

minerant legi posse & veteres. Aliquid deesse videtur: & quod adest, id, mendosum puto. Antiquioribus est opus codicibus. ¶ *Hæc prouincialibus.* Hæc tua sunt beneficia meritáq; in prouincias imperij Romani, & externos, de vicesima prorsus abolita. ¶ *nostro ordini.* Senatorio. ¶ *Quid illa militibus.* Scribit Capitolinus Romanos exercitus, cognita aduersa valetudine Marci Antonini Philosophi, vehementer doluisse, quia illum vnice amabant. Scribit & hoc, Marcum Antoninum, Germanorum

408 A auxilia contra Germanos aliquando emisse. * ¶ *ægrotantes.* Idem de Traiano Eutropius. sed Dion, Spartianus, Lampridius etiam de Hadriano, & Alexandro Augusto. ¶ *reualescentibus.* Ouidianum hoc potius, & poëticum, quam Ciceronianum. Conualescentibus, puto, Cicero dixisset, vt pro Sylla, *conualescere aliquando, & sanari ciuitas possit.* ¶ *In quot vias.* Multiplex est, & late patet Gratiani humanitas. ¶ *Satin' salue.* Ita Romani solebant interrogare, vbi quid mali accidisset, aut accidisse suspicio esset, auentes cognoscere, quo in statu res essent. Verum hic ambigitur, vtrum *Salue* illi, an *Salue* dicerent. Variant enim exemplaria nostra. In Ausonianis quidem cunctis *Salue* solum reperi: sed hóc ita pro *salue* veteres librarij dedisse nobis possunt: qui in diphthõgis ae, & oe præpositiuas vocales fere omiserunt Apud Titum Liuium *salue* tantum, vt libro primo de Lucretia, *Quærentique viro, satin' salue? Minime, inquit. Quid enim salui est mulieri, amissa pudicitia?* Et decimo de Consulibus Appio & Volumnio, *satin' salue inquit, Luci Volumni? vt sese in Samnio res habent? Quæ te causa, vt prouincia tua excederes, induxit?* & quadragesimo de rebus Macedonicis, *Postero die Perseus, quum primum conueniendi potestas patris fuit, regiam ingressus, perturbato vultu, in conspectu patris, tacitus procul constitit. Cui cum pater, satin' salue, & quænam ea mestitia esset, interrogaret eum.* Apud Terentium vero in actu quincto Eunuchi,

Scen. 5. *salue, & salue.* in omnibus quidem calamo exaratis codicibus, quotquot inspexi, *salue.*

Quid est, quod trepidas? satine salue? Dic mihi.

408 B * Ceterum librarij veteres, vti diximus, quia diphthongos æ & œ non satis nouerant, ibi mendum esse putauerunt, & *salue* scripserunt illi, quibus nomen substantiuum *res*, cum substantiuo verbo subaudiendum visum est. Nam si numero singulari, salua res est, dicitur, vt in actu quar-

Scen. 5. to Adelphorum Terentij, *Erubuit. salua res est,* —& in actu secun-

Scen. 1. do Enuchi

—— *Salua res est. nimirum hic homines frigent:*

quod & prouerbium esse monet antiquus commentator: sicut est in illo quoque, *salua res est. saltat senex.* cur non etiam plurali, saluæ res sunt? At apud Terentium, vt quidam *salue* retinuerint, in causa fuisse

fuisse suspicor, quod antiquus commentator assueret, salue hoc loco aduerbium esse, quemadmodum & in quodã Sallustij loco, quem adducit. Quod glossema, si Donati esse liqueret, quomodo huic vetusta illa commentaria inscribuntur, quæ plurimum sunt veterum grammaticorum: vel si Cornuti foret, vel Aspri, vel alicuius alterius antiquorum Terentij doctorum interpretum, *Satin salue* apud omnes auctores scribendum existimarem: sed erudita Asconij, Donati, Seruij, Placidij, & aliorum veterum commentaria, imperiti ineptis suis additamentis fœde corrupe runt: vt alibi iampridem questi sumus.* ¶ *Nanque illa.* gratia, gratus meus in te animus. ¶ *non transmeabili.* Huius simplex est apud Plinium in principio libri sexti, *bubus meabili transitu*. ¶ *nec a te procul.* quia deo non procul absis. * ¶ *qui templa tibi.* Paulus in epistola priore ad Corinthios. ¶ *nostri.* mei amoris. Inolesti autem pro inoleuisti, ab inoleo, quod non tam vsitatum, quam inolesco, hic habet significationem actiuam, pro imposuisti, indidisti: quum inolescere neutram habeat, pro concrescere, & augeri apud Virgilium & alios. ¶ *& relicti.* mei, quem reliquerat in Gallia, quum in Pannoniam proficisceretur. ¶ *per locorum interualla.* Gratianus erat Sirmij in Pannonia, vti supra dictum fuit, quando Consulem designauit Ausonium, Ausonius vero in Gallia. Inter quæ loca sunt plus mille & quingenta milliaria, & sic plus septuaginta quinque dierum iter, si quis vicena milliaria in singulos dies dinumeret, vt prætorem Romanum fecisse diximus in epistolam sextam Ausonij. Quod iter, nescio quot diebus confecerit Gratianus, quando ita celeriter, vt hoc loco dicit Ausonius, in Galliam recurrit: vt initium Consulatus præceptoris sui, præsentia sua honoraret: sed Calendis illis Ianuarijs si Treueris fuit, vbi Ausonius Consulatum suum inijt, miror, quod post quartodecimo calendas Februarij, id est nonodecimo die eiusdem Ianuarij, Sirmij esse potuerit: vbi eo die Theodosium creauisse Imperatorem scribit Marcellinus Comes.* ¶ *beneficijsne deesset officium.* vt officium non deesset beneficijs. Vt beneficia sua, & in quam collata sũt, officiose studioséque coleret, ac honoraret. ¶ *Quæ enim, memoria, memoria, inquam.* Ἀναδίπλωσιν Græci vocant repetitionem, replicationémque eiusdem verbi continuam, rarum apud oratores figuræ genus, inquit Aquila, frequentius apud poëtas. *Memoria* autem hoc loco, antiquitas, litteræ, historia vetus, scriptores ipsi, qui res antiquas memorarunt. ¶ *vel in audacibus.* etiam in audacibus fabulis Græcorum.

——— *& quicquid Græcia mendax*

Audet in historia, ——— ait Iuuenalis libro quarto. ¶ *Pegasus volucer.* equs alatus. de quo, & Bellerophonte scripsimus in epistolam vicesimam primam, & vicesimam quinctam. Inter Lyciam & Ciliciã sita est Pamphylia (prouinciæ sunt Asiæ ad mare internũ)

409

410A

436

410 B

Ver. 174

472-494

sed ex vltima Africa in Græciam volarat Pegasus, & inde in Lyciam.

411 A *¶ *Cyllarus atque Arion.* κύλλαρος viri proprium, apud Nonnũ & alios, sed hic & apud Statiũ sexto Thebaidos, & Valeriũ Flaccũ primo Argonauticô, Claudianum in Panegyrico de quarto Cõsulatu Honorij, Castoris

Vers. 90 equus est: quem Virgilius tertio Georgicôn quũ Polluci attribuit, fratrẽ pro fratre posuit licentia poëtica, vt scribit Seruius. *aut certe*, ait idem cõmentator, *Pollucem pro Castore posuit, quia ambo licenter & Polluces & Castores vocantur.* Viri proprium quoque Α'ρίων, sed in epitaphio Prospho-

186 ri, & hoc loco, equi: cuius & Cyllari simul, mentio in Panegyrico, quem quidam quondam Imperatori Constantino dixit in Gallia, & in eodem Claudiani Panegyrico: sed quem cognosces ex Homeri Iliados libro vicesimo tertio, Statij quarto sextóque Thebaidos, & Apollodori bibliothecees tertio, Neptuno in equum transformato, & Erynni, genitum: à Neptuno Lepreo regi Haliarti, quę est Bœotię vrbs, donatum: a Lepreo, Herculi, ab Hercule, Adrasto Argiuorũ regi. De Argis & Nemea, lege,

331 quæ meminimus in edyllium vicesimum quinctum. ¶ *Ipsi Castorum equi.* Cõfirmat in parte locus hic, quod Seruium de Castoris & Pollucis ap-

411 B pellationibus tradidisse, modo monuimus.* Castor & Pollux, Iouis filij, quomodo habet epigramma quinquagesimum & quinctum, Græcis

33 Διόσκουροι id est Iouis pueli sunt vno nomine vocitati. Hos Latini vt vno & ipsi quoque nomine ambos nuncuparũt, pro Dioscuris, modo Polluces, modo Castores vocauerunt, vt scripsit Seruius. Ausonius itaque illos

cap. 22 Castores appellat hoc loco: sicut Plinius septimo Naturalis historię. *Nã*

cap 6 *Cymbricæ victoriæ Castoresque Romani, qui Persicam victoriam nũciauere.* & tricesimo quarto, *ante ædem Castorum.* & tricesimo quincto, *idem Castores*

cap. 2 *ac victoriam posuit.* & Arnobius primo aduersus gentes: *Tyndaridæ Castores, equos vnus domitare consuetus, alter pugillator bonus, & crudo inexuperabilis cæstu, ignes, & fulgores marini, & ouorũ progenies* dij. & vetus interpres, *in naui Alexandrina, cui erat insigne Castorum.* ex his Græcis, quæ sunt in extremis Apostolorum Actis. ἐν πλοίῳ Α'λεξανδρίνῳ παρασήμῳ Διοσκούροις. Quod autem de Castorum equis hic Ausonius attingit, & de longissimo itinere, quod ipsi mutatis vectoribus, conficiunt, hoc non satis intelligo, quid sit: de quo nihil alibi legere memini. Cyllarum, vti diximus, quod omnes auctores solus cõscendit Castor Isidorus octa-

cap 27 uodecimo ethymologiarum, quum ludos Circenses Castori, & Polluci, deputatos tradit, *quibus equos a Mercurio distributos solitos historia*, vt ait, *docent*, de ista vectorum mentione nullam facit mentionem. Et qui victorias nunciare candidis equis solebant Castor, & Pollux, vt bello Latino, & Macedonico, & alijs fecisse feruntur, ij nihil quicquam in longis

411 C suis itineribus mutasse leguntur. * ¶ *tu Gratiane.* Gratianum dicit celeritate peregrinationéq; õnes Pegases, Cyllaros, Ariones vicisse. ¶ *abusque Thracia.* vbi Gothi Valentem Imperatorem occiderant, vltra Illyri-

619 cum, Pannoniam, & alias prouincias. Sed de Thracia quædam in primũ

carmen

carmen de claris vrbibus. ¶ *per totum locum Illyrici.* per totum Illyricum. Hoc Illyricum, & ἡ Ἰλλυρίς, prouincia est angusta apud Ptolemæum, inter mare Adriaticum, Histriam, Pannonias, & Mysiam: sed spatiosior, vt reor, Ausonio, cum Ammiano Marcellino: qui libro vicesimo septimo Illyricum Thraciæ confine facit. Venetiam Cato ad eundem sinum Adriaticũ constituebat, inter Histriam & Padi ostia. Cuius est hodie metropolis clarissima, Venetię. LIGVRIA mari Tusco siue Tyrrheno alluitur, principem vrbem hodie habẽs Genuam. In eodem fere Italiæ tractu fuit Gallia, Romanis Cisalpina cognominata: quam Ausonius veterem, Galliam vocat, quod veteres Galli transitis Alpibus, eam bello quæsierint, possederintque, quemadmodum narrat Titus Liuius libro quincto. ¶ *Insuperabilia Rætiæ.* In medijs Alpibus sita est Rætia, ad Reni fontes, vt Beatus Rhenanus, Ioachimus Vadianus, & Aegidius Tschudus scripserunt. GRISONES, hoc est canos, hodie Rætos vocitamus. * ¶ *Sequanorum inuia.* Sequani sunt dicti, ex quibus oriretur fluuius Sequana, metropolim habẽtes Vesontionem, vt ante scripsimus. Est autem montosa hæc regio, & siluosa. ¶ *porrecta Germaniæ.* Germania est propriè, quam a Gallia Renus disterminat: sed Germania etiam dicta fuit ea Galliæ pars, quam secundum Renum Germani Gallis primum ademerunt: eámque Ptolemæus diuisit in Superiorem & Inferiorem Germaniam: Inferiorem, quæ ab Oceano ad Mosellam fluuium esset, appellãs: Superiorem, alteram. Hæc est, superior, inquam, Germania, illa Galliæ pars, a Sequanis, ad Mosellã: in cuius ripa siti sunt Treuiri, quo venit Gratianus quã porrectã, patentiorem, planiorémque superioribus eius Galliæ partibus Ausonius dicit. ¶ *quam est properatio nostri sermonis.* Hyperbole est. Tu minore tẽporis spatio tantum iter confecisti, quã ego hæc dixi properans. ¶ *ne somni quidem, aut cibi munere liberali.* vt aliquo properantes, solent somno cibóque vti parciore. ¶ *vt Consulẽ tuum.* me, quem fecisti Consulẽ, præuenias, anteuertas, adsis prius, quã Cõsulatum ineam. ¶ *facias tardiorem.* Famã pręuertas, antecedas. In Gallia fuisti ante, quã rumor vllus de tuo aduentu fuisset obortus. Fama autẽ nihil esse velocius canit Hesiodus in libro ἔργων καὶ ἡμερῶν, & Virgilius quarto Aeneidos. * ¶ *frequenter ornabis.* frequenter Cõsul ipse futurus, vt Octauianus Augustus tredecies, Domitianus septiesdecies, Diocletianus decies. Qui tamẽ ante Ausoniũ Gratianus quater iam consul fuerat, post semel tantũ fuit. Annis nanque post Consulatũ Ausonij quinq; a Maximo Tyrãno fuit occisus. De sella curuli vide, quę annotauimus in extremũ carmẽ de Burdigala. De pretexta & trabea etiã supra. ¶ *purpuræ tuæ luce fucatã.* quã Cõsularẽ pretextã, purpura tua multo lucidior fucauerit, infecerit, tinxerit, illustrauerit. Dicta est autẽ TOGA PRÆTEXTA, cui purpura esset pręt xta, vt Budęus, Baifiusq; docuerũt. CHLAMYS vero purpurea, Imperatorũ gestamen erat, et regię dignitatis insigne, vt scribit Lactantius Firmianus, quarto diuinarũ institutionũ, & Eutropius

199 | 411 D | 387 | vers. 759 | vers. 154 | 412 A | 203 | 210 | 396 | Cap. 7

nono de Diocletiano. ¶ *& trabeam non magis auro suo. Toga dicta, quod velamento suo, corpus tegat atque operiat. Est autem pallium purum, forma rotunda, & fusiore atque inundante sinu. & sub dextro veniens, super humerum sinistrum ponitur. cuius similitudinem in operimentis simulachrorum, vel picturarum aspicimus: easque statuas togatas vocamus.* Hæc Isidori sunt, puto libro etymologiarum vndeuicesimo, quæ ad verbum in commentaria Cornuto in Persium inscripta, quispiam transcripsit. * Gestamen erat proprium insignéque ciuium Romanorum, sicut pallium Græcorũ: mensuramque iustæ togæ fuisse, si sex vlnas haberet, scribit Isidorus, & vetusti interpretes Horatij in oden quartam Epodon, & in epistolã octauamdecimam (vlna & cubitus, seu cubitum, idem, pes cum dimidio) sed maiores minorésque togas pro opibus cuiusque fieri solitas. Taxat enim Cicero in secunda Inuectiuarum, quosdam ex Catilinæ amicis, qui tam laxis, fusísque togis vterentur, vt velis amicti viderentur, non togis. Communis habitus fuit & marium, & feminarum, ait Asconius in Verrinas: togáque sola vsi sunt aliquando Romani, sed postea tunicam illi subjecerunt, vt idem Asconius auctor est in orationem pro Marco Scauro. Togarum multa fuerunt genera, Prætexta, Pura, Virilis, Picta, Palmata, Trabea. PRÆTEXTAM, ET PRÆTEXTAM TOGAM dixerunt, togam, cui purpura esset prætexta, id est, cuius togæ, oræ, & circuitus purpura esset prætextus, & quæ toga limbo purpureo esset circundata. PVRPVRA, piscis est, cuius sanguine tingebantur lanæ, & fiebat pannus, qui & purpura dicebatur, res quondam magni pretij, vt te docebit Plinius in naturali historia, sed cuius hodie nullus fit vsus. Toga ergo prætexta, id erat, quod diximus: sed quæ non erat prætexta, nec limbum illum, &, vt Baifius Gallico nostro verbo dixit, *bordum* purpureum habebat, hæc toga, pura dicebatur: sicut hastam puram appellabant, quæ sine ferro esset.* TOGA autem cum foret omnium, vti diximus, prætexta potentiorum honestiorúmque duntaxat erat, eodem auctore Asconio & Macrobio: eámque gestabãt pueri, qui ab ea PRÆTEXTATI sunt vocati: ludúsque illorum prætextatus in versu quadringentesimo tertio Mosellæ. Gestabant consules, vt hoc loco, & supra, & alijs in locis ostendit Ausonius. gestabant & alij, vt hæc Lucij Valerij Tribuniplebis probant apud Titum Liuium libro tricesimo quarto. *Purpura viri vtemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotijs. liberi nostri prætextis purpura togis vtentur.* magistratibus in colonijs, municipijs, hic Romæ *infimo genere magistris vicorum, togæ prætextæ habendæ ius permittemus: nec id vt viui solum habeant tantum insigne, sed etiam vt cum eo crementur mortui:* & quæ sequuntur. VIRILIS TOGA, cuius meminit Cicero in principio libri de Amicitia, dicebatur, quam adolescentes anno ætatis septimodecimo pro prætexta sumebant. PICTAM TOGAM, & palmatam, & trabeam, pro eadem veste consulari vsurpasse Ausonium putauit Baifius, quum supra sic diceret. *Parum est, si qualis ad me trabea mittatur, interroges.* te coram promi iubes. *Nec satis habes, vt*

cap. 24 412B 412C 268 396

largitionum ministri, ex more fungantur. eligis ipse de multis: & quum elegeris, munera tua, verborum honore, prosequeris. * *Palmatam, inquis, tibi misi: in qua diuus Constantius parens noster, intextus est. Me beatum! cuius insignibus, talis cura præstetur. Hæc plane, hæc est picta, vt dicitur, vestis, non magis auro suo quam tuis verbis.* Hoc, inquam, loco eadem videtur toga picta, palmata & trabea. Et certe Isidorus togam palmatam, & togam pictam, eandem fuisse scribit, hoc addens, cum Seruio in versum trecetesimum & tricesimum quartum vndecimi Aeneidos, Palmatam esse appellatam, quam meriti essent illi, qui victoriam de hostibus reportassent, & sic a palma, hoc est, victoria, Palmatæ nomen inuenisse. quod & innuit Sidonius Apollinaris: quũ dixit in Majorani Panegyrico. — *meritisque laborum.* Vers. 4

Post palmam, palmata venit. — Habebãt veteres illi Romani tunicæ genus, quam palmatã quoque vocitabant: sed hanc ob latitudinem clauorum, non à Palma, victoria, nuncupatam esse, tradit Festus Põpeius. Verum de togis hic quærimus.* Pictã vero togam, quod victorias cũ Palmis intextas haberet, dictam esse tradit idẽ Isidorus. Quę palmatę & pictę togæ etymologia ratióq; si vera est, Publios Scipiones, Paulos Æmilios, Cæcilios Metellos, Consules, ornamentum huiusmodi decuerit potius, quã Ausoniũ, & Quinctilianũ. Ceterũ de *picta toga* hoc amplius tradit idẽ Festus, eam antea purpureã fuisse vocitatã, quũ sine pictura esset. Et Budæus in annotationibus, publicã fuisse vestem, sũmique magistrat᷑: quod Capitolini & Lãpridij auctoritate probat. Huius verba sũt de Alexandro Seuero Imperatore. *Prætextã & pictam togam nunquã nisi cõsul accepit: & eã quidẽ, quam de Iouis tẽplo sumptã, alij quoq; accipiebant aut Prætores, aut Consules. Accepit prætextã etiã, quũ sacra faceret, sed loco Põtificis Maximi, nõ Imperatoris.* Capitolini vero de Gordiano primo *Palmatã tunicã, & togã pictã, primus Romanorum priuatus suã propriã habuit: quũ ante Imperatores etiã de Capitolio accciperent, vel de Palatio.* TRABEA autem, de qua etiã in extremo edyllio tricesimo secundo, & de toga Picta, mentionẽ fecit Ausonius, alia togæ species, quã habet etymologiã apud Isidorũ, eandẽ habet & verbis totidẽ, in ijsdẽ Cornuti cõmentarijs in Persiũ* *Trabea autẽ dicta, quod in maiori gloria hominem transbearet, hoc est vltra & in posterum ampliori dignitatate honoris, beatum faceret.* Ceterũ Trabeæ Virgilius meminit vndecimo Aeneidos. *Et sellam regni, trabeámque insignia nostri.* quum Romanorum principum iusigne fuisse sellam Curulem & Trabeam dicere voluit. Meminit & septimo libro.

412 B · 412 E · 368 · 412 F · vers. 334

Ipse Quirinali lituo, paruáque sedebat.

Succinctus Trabea, — de Pico Latij rege. at de Cõsule bellũ indicente, *Ipse Quirinali trabea, cinctúque Gabino* vers. 187 Ver. 612

Insignis, reserat stridentia limina Consul.

In quẽ locum adducit Suetoniũ Seruius: qui tria trabearũ genera esse dixerit in libro de vestib᷑, qui nõ extat. Vnũ dijs sacratũ, quod esset tantum de purpura. Aliud, regũ: quod esset purpureum quoq;, haberet tamen alibi aliquid. Tertium, Augurale, de purpura & cocco.* Regibus autem 412 G

quia Romæ Consules successerunt, secundi generis Trabeæ, Consulum fuisse videri possint. Verum Ausonius hoc loco, Trabeæ Consulari aurum apponit, quomodocunque foret id ad purpuram attextum: & Paulinus in versu centesimo quinquagesimo primo epistolæ primæ ad Ausonium: & Claudianus in Panegyrico Probo & filijs dicto,

567
verſ. 181

Iam parat auratas trabeas, currúsque micantes.

& Sidonius Apollinaris in panegyrico Anthemij,

Auspicio, & numero, fasces, Auguste, secundo
Erige: & effulgens trabealis mole metalli,
Annum pande nouum, Consul vetus. ——— ac in Epithalamio.

Car. 15
verſ. 150

Hic igitur proaui trabeas imitata rigentes
Palmatam parat ipsa patri. qua Consul & idem
Agricolam contingat auum. —— * Quo in loco videtur etiam Sidonius, Trabeam, & Palmatã idem togæ genus appellare, quemadmodum fecit Ausonius: & vtrique aurum addere. Rigentes enim quum dicit, auro rigentes accipiendum puto: sicut dixerat Virgilius primo Æneidos,

412 H

ver. 651.

——— *pallam signis auróque rigentem.*

verſ. 72.

& vndecimo,

Tum geminas vestes, ostróque auróque rigentes,

Postquam ex alijs auctoribus constat, in his togis aurum fuisse. Atqui aurum in Picta quoque supra posuit Ausonius. Picta ergo toga, & Palmata, & Trabea, aurum omnes habuerunt: vnde facilius credas idem togæ genus fuisse, diuersis nominibus. ¶ *qua.* sellam Curulem, Prætextam, & Trabeam meam. ¶ *ab Illyrico.* Vbi me creasti Consulem, & vnde illa ad me scripsisti. ¶ *illustriora præstares.* per præsentiam tuam. ¶ *Augustæ dignationis officijs.* quibus tu Augustus & Imperator dignũ me existimasti.

IN

IN EPISTOLAS AVSONII COMMENTARIVS ELIÆ VINETI SANTONIS.

In Primam Epistolam.

C*Rediderам.* Meus in te amor, o pater, tantus erat, vt nunquam credidissem maiorem posse fieri: verum postquam filiolo auctus fui, auctus & ille est multis partibus. ¶ *diligerére.* amareris a me. ¶ *Accessit gratis super his medióque nepoti.* Sic puto, fuit in exemplari, sed Lugdunenses mediúmque nepósque scripserunt, pro, medióque nepoti. Versus aliquot deesse suspicor. ¶ *Bina iuga.* bina paria. Vt tu pater & auus sis: ego filius & pater: ille filius & nepos ¶ *nos sumus ambo patres.* tu meus, ego illius. Vel ambo patres eiusdem mei filij. Nam patris nomine, auus quoque intelligitur, ait Iulianus lege ducentesima prima tituli de verborum significatione, libro quinquagesimo Digestorum Iustiniani. ¶ *pietas mea.* in te patrem. ¶ *gemini genitoris.* qui mihi, & filio meo, pater sis. ¶ *tua quo reuerentia crescat.* quo nepotis, & filij titulo, nominéque, tu magis ameris, colaris, & obserueris. ¶ *Quo doceam natum.* discat ex me filius, quid sit amare patrem. Ita videtur hic legendum, quid, non quod. ¶ *Quia paruulus iste.* Isto fortasse legendum hoc sensu. Paruulus meus filius isto patris nomine honorat etiam me: vt iam non soli tibi id competat. ¶ *Nam ætas.* Sic puto fuit in exemplari: nisi quod prima versus littera B pro N. *Suppar.* autem, quod & *subpar* illic erat, integra præpositione, dispar, & inæquale significat, sed tamen parũ dispar. Minuit enim hęc prępositio interdũ in cõpositione, vt in *subtristis*, *subiratus*, *subridere.* ¶ *& possum* fratris habere vice. *vicem* pro isto *vice* vetus codex. Possum haberi tibi pro fratre, & frater tuus videri, o pater. In eodem tamen exemplari erat *abare* pro habere, siquid hoc forte aliud quam habere esse debeat.* ¶ *Vidi ego natales fratrum.* 414 Eutychen memorant Plinius, & Solinus, quæ triginta partus esset enixa: inter primum & nouissimum quot interfuerunt anni? Sed vide apud Aulum Gellium libro tertiodecimo, quam dispares ætacap. 11.

tibus fuerunt fratres duo, Catonis Censorij filij. ¶ *Quot nostros.* quot sunt anni intertuum, o pater, & meum natalem. ¶ *Aeuum nomina non onerant.* Nomen patris non facit, vt patris ætas sit multo grauior, deteriorque, quam filij. ¶ *vt aeuum.* quæ præterijt ætas iuuenilis adhuc in te manere videtur: & quæ nunc est ætas senilis, tantum incipere. ¶ *vtraque.* Huius vocis secundam syllabam ita produxit Ausonius

415 in epigrammate nonagesimo. * ¶ *Tótque putare tuos.* Ita habuit exemplar, hoc priore loco *tuos*, in fine versus *meos.* ¶ *Nesciat hoc natus.*

vers. 48. Filius meus ignoret; quot annis nati simus. eos non numeret, nec ante diem patrios inquirat in annos, vt ætate ferrea fieri solere scribit Ouidius primo Metamorphoseon. ¶ *primaeuo.* prima & iuuenili ætate.

416 * ¶ *Debeo.* Duobus nominibus tibi debeo: quod pater meus sis, & quod filij mei auus. ¶ *Exiguum, quod auus.* Parum est, quod sis auus, Faxint dij, vt de nepote tuo, filio meo nascatur, qui auum faciat proauum. *Pronepos* appellatur nepotis filius. ¶ *Largius.* Potes diutius viuere, & ex pronepote videre abnepotem abauus: sed mea vota moderata sunto.

417A

IN EPISTOLAM II. AVSONII AD VRSVLVM.

Ad Vrsulum grammaticum Treuirorum cui strenas Calendis Ianuarijs ab imperatore non datas reddi fecit. Hunc habuit titulum hæc epistola in vetusto codice. De Treuiris est carmen tertium inter claras

281. vrbes. ¶ *Augustae manus.* Imperaroris ipsius Valentiniani, vel Gratiani. ¶ *Proximus gradus.* Secundus honor a primo longe distans, quanto scilicet me maior Augustus. *Ex longo* autem, eadem significatio-

450. ne in epistolæ decimætertiæ versu vicesimo tertio. ¶ *Quaestoris amici.* Ausonij. Is enim Valentiniani se & Gratiai quæstorem fuisse dixit

368. in Protreptici versu nonagesimo primo. Hæc autem prima erat Senatoris administratio in Republica Romana, inquit Asconius in Diuinationem, *Quaestorem fieri, & in prouincia curam gerere pecuniæ publicæ, in vsus diuersos erogandæ.* Sed erãt Quæstores vrbani, inquit idem Asconius in orationem de Prætura Vrbana, qui ærarium curabant, eiusque pecunia *expensas & acceptas, in tabulas publicas referre consueuerant. Strenarum* autem appellatio adhuc mansit in nostra Gallia: mansit & vsus, sed non quantus inter priscos fuit Romanos. Suetonius de Augusto. *Omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto, pro salute eius, stipem*

iaciebant. item Calendis Ianuarijs strenam in capitolio etiam absenti. De Tiberio. *Quotidiana oscula prohibuit edicto. item strenarum commercium, ne vltra Calendas Ianuarias exerceretur.* De Caligula. *Edixit & strenas ineunte anno se recepturum. Stetitque in vestibulo ædium, calendis Ianuarijs, ad captandas stipes: quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat.* Strenam vocari scribit Festus, quę detur *die religioso, ominis boni gratia, a numero, quo significetur alterum, tertiúmque venturum similis commodi, veluti ternam, præposita, S littera, vt in loco, & lite* faciebant antiqui. Nonius Marcellus a strenuitate dictam esse tradit, & Symmachus in epistolarum quartadecima. *Ab exortu,* inquit hic, *pene Vrbis Martiæ, strenarum vsus adoleuit, auctoritate Tatij regis: qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ, anni noui auspices, primus accepit, diui Imperatores. Nomen indicio est, viris strenuis hæc conuenire ob virtutem: atque ideo vobis huiusmodi insigne deberi: quorum diuinus animus magis testimonium vigilantiæ, quam omen expectat. Sumite igitur, defensores publicæ salutis, sollemniter auro ducta munuscula.* Qui & epistolam sextam sic incipit. *Calendas anni auspices, quibus mensium recursus aperitur, impertiendis strenis dicauit antiquitas, diui Imperatores Theodosi & Arcadi.* ¶ *excubuisse.* vigilasse. ¶ *Ergo interceptos.* De hoc monuimus ad uersum epistolæ sextæ vndeuicesimum. ¶ *Quod duo Geryones.* Sex scilicet. Geryones triplex in versu octogesimo secundo Griphi. Hic autem in senario numero similiter ludit Ausonius, atque in nonagenario, & tricenario, epistola sexta & septima. ¶ *terni bijuges.* Sex. ¶ *demptóque triente.* Musæ nouem sunt in epigrammate centesimo & tricesimo octauo: & eius numeri pars tertia si dematur, sex erunt reliquæ. ¶ *Quótque supra terram.* Sidera id est, signa Zodiaci numerantur duodecim in edyllio tertiodecimo. Signum autem intelligitur cuiusuis circuli sphæræ pars duodecima. Sex signa, dimidium circuli. Zodiaci autem, sicut & aliorum ab horizonte, Sphæræ circulorum, quos maiores vocant, sena signa, id est dimidium vnum supra terram: dimidium alterum, id est, altera sena signa, infra terram esse necesse est. * ¶ *Quot commissa viris.* & hoc est sex: nimirum tribus Horatijs Romanis, & tribus Curatijs Albanis. Titus Liuius primo. ¶ *Quotque doces horis, quotque domi resides.* Diem, qui est ab ortu solis, ad occasum, illius sęculi horologia in duodecim horas quouis anni tempore, diuidebant, & noctem similiter, quare Vrsulus hic, ludimagister, sex illius diei horis docebat, & sex reliquis cessabat. ¶ *Ostia quot pro parte aperit stridentia Circus.* sex. Circi facta mentio in epitaphio equi, in carmine de Mediolano, & in edyllio Est & non. Erant autem Romæ Circi multi: quorum qui maximus & erat, & cognominabatur, eius

417 B

437
283
436. 439
77
315

417C

186. 191
308

longitudinem, ſtadiorum trium: latitudinem vnius fuiſſe ſcribit Plinius libro triceſimo ſexto:qui ſecundo dixerat σϛάδιον,cẽtum vigintiquinque paſſus Romanos efficere, & Paſſum quinque pedes. Ita non ſolum theatra, amphitheatráque, verum etiam Circi, oblonga erant ac oui figura. Alij autem Circi quot portas habuerint, neſcio, ſed Circi maximi, duodecim numerantur apud Sextum de Regionibus Vrbis, & Caſſiodorum libro tertio Variarum, in litteris Fauſto Præpoſito miſſis. Quæ oſtia ſic exiſtimo per ambitum Circi fuiſſe conſtituta, vt in vtroque illius dimidio ſena eſſent. * ¶ *Excepto medium.* Eſt proprie ὁ σϛάδιος, ſiue τὸ σϛάδιον, menſuræ genus, quod modo diximus. ſed ſumitur quoque ſtadium pro curriculo,& ſpatio ad ſtadium dimenſo, Circóque, in quo certaretur, curſu, lucta, aut ſimili quopiam. Illius itaque ſtadij & Circi Romani,ſi portas,quas fuiſſe ſenas in vtraque dimidia parte arbitramur,orſus numerare ab ea,quæ ad ipſũ erat mediũ ſiue,mediũ eius ſecundũ latitudinẽ accipias,ſiue ſecundũ longitudinẽ, vt ab ipſis oui cacuminibus, pergeres numerando vſque ad portã aduerſam,ſeptem reperires:quæ ſex ſolum ſunt,aduerſa hac ad alteram dimidiam Circi partem ſpectante. ¶ *Quot pedibus.* id eſt ſenis. Sunt enim illis vtrinque terni. Plinius vndecimo. ¶ *& verſus Homeri.* Is quum ſit heroicus, conſtat pedibus ſex, vnde illi Hexametri nomen. ¶ *Quotque horis pelagus.* ſenis horis æquinoctialibus, inquit Plinius ſecundo:quiquus addit aliquot horæ ſcrupula Philippus interpres Iobi. * ¶ *dramata Fabellarum.* Extant ſex illæ Terentij comœdiæ:quem poëtam in Arcadia obijſſe memoriæ proditũ eſt.Eſt autem hoc metrum ſpondiacon. ¶ *Vel quot iuncturas.* id eſt ſex quoque. Apum, Veſparum, Crabronum, cellas ſexangulas Plinius appellat vndecimo Naturalis hiſtoriæ:quæ ex ſenis æqualibus planis conſtant,ad eos angulos coagmentatis,quos in ſexangula plana figura parium laterum,&angulorum,Geometræ agnoſcunt.Eſt autem ſynalœpha,ſiue ſinæreſis in Geometrica, ſyllaba, ge breui & o longa, in vnam longam coaleſcentibus,ſicut & in γεωμέτρης apud Iuuenalẽ libro primo. ¶ *Quot telios.* Τέλειος Nicomacho, reliquiſque Græcis,& perfectus Boëthio,eſt numerus par:qui vt definit Euclides,ſuis ipſius partibus eſt æqualis. Tales ſunt admodum pauci:quorum primus eſt ſenarius, cuius partes ſunt, dimidia,tertia ſexta. III, II, I.quæ compoſitæ,ipſum reddunt numerum ſex.Secundus,vigintiocto:qui numerus partem habet dimidiam,quartã, ſeptimam, quartamdecimam, viceſimamoctauã, ipſi tori pares. * ¶ *Quot par.* Quot partibus probatur,& cõſtat numerorum perfectorum primus, ſex, & ſolus: quando alij ſunt multis partibus maiores. &quot partibus idem perfectus ſex,equiparat(ſcribitur & æquiperat, e pro a)& exequat par atque impar(neutri generis hæc duo) hoc eſt,duo primũ numerorum parium,& tria primum imparium, ex quorum

	3		14
	2		7
6	1	28	4
	6		2
			1
			28

[Margin notes: 13; 417 D; cap. 11; cap. 97; 418 A; ca. 11 & 12; Ver. 417; 318 B]

quorum inter se multiplicatione efficitur senarius. Nam bis terni, siue ter bini, fiunt sex. ¶ *Qui solus.* Si geminetur senarius, duodecim fient. & qui numeri sunt subter & supra ipsum numerũ sex, quinque scilicet & septem, Hyadum & Plejadum numeri, hi si coniungantur inter se, & componantur, duodecim quoque fient. Sunt autem Hyades quinque apud Hesiodum..

Φαισύλη, ἠδὲ Κορωνίς, Εὐστέφανός τε Κλέεια,
Φαιώθ' ἱμερόεσσα, καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος,

Hos versus citat Theon Arati interpres *ἐκ τῆς ἀστρικῆς βίβλου* Hesiodi. Plejades vero septem in Phænomenis Arati.

Ἀλκυόνη, Μερόπη τε, Κελαινώ τ' Ἠλέκτρη τε,
Καὶ Στερόπη, καὶ Ταϋγέτη, καὶ πότνια Μαῖα.

Non tamen omnes in his numeris conueniunt auctores, vt Hyginus docebit. * ¶ *Vrsule collega.* Ita duos habebat litterarum professores scholæ Treuerensis, Vrsulum, & Harmonium. ¶ *Quem Claranus.* Clarani Grammatici, & non iurisconsulti, vt scripsit patrum nostrorũ memoria, qui Modestum a Modestino secernere non nouerat, meminit Martialis in libri decimi epigrammate vicesimo primo: idemque potest esse Claranus, de quo plura Seneca in epistola sexagesima septima ad Lucilium. ¶ *quem Scaurus.* Duos fuisse Scaurus Grammaticos ex Vero Iulij Capitolini didicimus: Patrem nimirum, & filium. Pater Hadriani Cæsaris, filius Antonini Veri præceptor fuit. Quæ illi scripserunt grammatica (citantur ab Aulo Gellio, Diomede, & alijs) & commentaria in Horatium, Virgilium, & Terentium, nusquam extare puto. Tantum vidimus Quincto Terentio Scauro quædam inscripta de Orthographia. Alij fuerunt Scauri doctrina, & eloquentia nobiles, qui nihil ad hunc locum. Asprum autem Grammaticum memorant Macrobius, Priscianus, Carisius: commentariáque audimus illum in Virgilium scripsisse. * ¶ *Varro priorq́, Crates.* Varro in opere de analogia hunc Cratetem commemorat. Malotes fuit, & Aristarchi coæuus. studiúmque Grammatices in vrbem Romam primus intulit. Suetonius de Grammaticis. De Zenodoto autem & Aristarcho, qui deinceps significantur, vide, quæ scripsimus in præfationem in ludum sapientum. ¶ *Cecropiæ.* Atticæ, Græcæ: & *Latiæ*, Latinæ Musæ, doctrinæ, linguæ. De Cecrope in carmen de Athenis. ¶ *Solus, qui Chium.* Chios insula Græciæ. Vinum Chium commendant Athenæus & Plinius: & ex Chio, quod Aruisium appellatur vinum. ¶ *& Amineum.* Hoc verbũm Grammaticis plurimum facessit negotij. Vitis Amineæ, & Aminei vini memorarunt Virgilius, Columella, Plinius auunculus, Vopiscus, Macrobius, Aristoteles, Galenus, & alij. Vopiscus, in Floriano Imperatore. *Vitis, quæ vuas amineas albas ferebat, eo anno, quo ille imperium meruit, purpurascere plurima purpura cœpit.* Sic Seruius, vinum Aminæum album esse scribit, & dictum quasi sine minio. Refragatur Ioannes Pierius: nigrúmque esse potius o-

418 a
418 b
211D
205

ſtendit ex Plinio,& alijs.* Ariſtoteles in Politicis, & Macrobius tertio Saturnaliorum,aminæam vitem a regione cognominatam volunt: Ille, quod in Italiam aduecta ſit ex Aminæorum patria, qui Theſſaliæ populi fuerunt:hic,quod Aminęi populi fuerunt in Italia,vbi Falernum. Verum Galenus non tantum,quæ in Falerno,Italiáue,ſed etiam quæ in Aſia naſcuntur vina,Aminæa appellat. Sic enim in quincto περὶ ὑγιεινῶν, vbi de vario Vinorum diſputat ingenio. Adrianum,inquit,& Sabinum, & Albanum, & Gauranum, & Trifolinum,quotquótque Aminæa (vnico m,& per diphthongum ſcribitur illic hoc verbum, quod apud Auſonium inuenio per duo mm,ſcriptum,& ſine diphthongo) per Italiam generantur,circáque Neapolim, & per Etruriam. Et paulo poſt, Τοιοῦτοι δ᾽ εἰσὶν οἱ ἀπὸ τῆς Βιθυνίας Ἀμιναῖοι. id eſt, Talia vero ſunt Bithyniæ Aminæa. Quod ſi à regione hoc inditum nomen eſt,vt illi voluerunt,ex his Galeni colligemus,neceſſe eſſe,quod nulla regio fuerit, quæ peregrinis illis vitibus caruerit. Auſonius autem hoc loco Aminæum vinum Italiæ attribuit: qui per Chium, Græcas litteras: per Amminęum Latinas intellexit:vt Ariſtotelem per Rhodium, & Leſbium vinum, Menedemum Rhodium, & Theophraſtum Leſbium deſignaſſe ſcribit Aulus Gellius tertiodecimo noctium Atticarum. cap. 5

---

419 A

IN III. EPISTOLAM AVSONII AD PROBVM PRÆFECTVM PRÆTORIO.

PRÆTOREM appellarunt veteres,inquit Aſconius, omnẽ magiſtratum,cui pareret exercitus. Vnde & prætorium,tabernaculum eius, & domus Imperatoris,ac principis: & prætoria cohors, quæ prætori & principi præſto ſemper erat, quaſique latus eius cingebat, ait Budæus. Hinc PRÆFECTVS PRÆTORIO, qui iſti cohorti, & domui principis præficiebatur. Qui vnus fuit ſub primis illis Imperatoribus Auguſtis, vt ſcribit Arcadius capite vndecimo primi Digeſtorum Iuſtiniani:ſed creati tandem poſtea multi, qui prouincijs præerant,a quibus longe aberat Imperator. Extant mendoſiſſima notitiæ Imperij Romani,dignitatum,adminiſtrationúmque eius cõmentaria: in quibus etiam memorantur Præfectus prætorio Orientis, Præfectus prætorio Illyrici, de quorum duorum officio titulus eſt primo Codicis Iuſtiniani: Præfectus prætorio Italiæ, Præfectus Prætorio Galliarum. Sed de iſtis Præfectis quædam etiam annotauimus in verſum quadrageſimum ſecundum epicedij in Auſonium patrẽ. Hic autem Sextus Petronius Probus,vt in vetuſtis marmoribus appellatur, vxorem habuit Probam nomine, & filios Olybrium, & Probinum. In quorum conſulatum extat Claudiani poetæ panegyris. vbi non pauca de Probo patre,ſicut & in proximo Auſonij cap. 5

ſonij Iambico. Ceterum quem Auſonius, & Claudianus magnis efferũt laudibus, hunc adulatione Valentiniani Augusti, permulta ſuo genere indigna feciſſe arguit Ammianus Marcellinus libro triceſimo: quum viceſimo ſeptimo iam dixiſſet, Vulcatio Rufino abſoluto vita, *ad regendam præfecturam prætorianam ab Vrbe Probus accitus, claritudine generis, & potentia & opum amplitudine, cognitus orbi Romano. per quem vniuerſum pæne, patrimonia ſparſa poſſedit, iuſte, an ſecus, non iudicioli eſt noſtri:* & reliqua.
* ¶ *oblata per antiquarios mora.* Quoniam antiquarij nimium morati ſunt in deſcribendo, quę tibi promiſeram. Antiquarij apud Iuuenalẽ, & Suetonium, vt docet Budæus, dicuntur antiquarum litterarum ſtudioſi: qualem deſcribit Victorium grãmaticum Auſonius, carmine viceſimo tertio de Profeſſoribus Burdigalenſibus. Hoc autem loco dicuntur antiquarij, librarij. Iſidorus ſexto Etymologiarum. *Librarij autem ijdem & antiquarij vocantur: ſed Librarij ſunt, qui & noua & vetera ſcribunt: Antiquarij, qui tantummodo vetera: vnde & nomen ſumpſerunt.* Iunilius homo Afer in epiſtola ad Primaſium. *Et ne aliqua confuſio per antiquariorum, vt aſſolet, negligentiam proueniret, Magiſtro M Græcam litteram, Diſcipulis vero Δ præpoſui, vt ex peregrinis characteribus, & quibus Latina ſcriptura non vtitur, error omnis penitus auferatur.* Sidonius Apollinaris, in epiſtola vltima libri noni. *Raptim, coactimque tranſlator feſtinus exſcripſi, tempore hiberno. nihil retardatus, quin actutum iuſſa complerem: licet antiquarium moraretur inſiccabilis gelu pagina, & calamo durior gutta.* * ¶ *expectatione conſumptam.* quia mora, & fames bilem in naſum conciunt, vt vetus eſt adagium. ¶ *Infecundis.* rebus. Bene actum mecũ puto, quod te non fefellerim. ¶ *Apologos.* ἀπολόγους, μύθους, fabulas: de quibus in verſum ſeptuageſimum octauum inſequentis Iambici: & de Nepote in edyllium ſeptimum. ¶ *ad nobilitatem tuam.* ad te virum nobilem. Turpis & barbara adulatio quam multa huiuſmodi protulit! ¶ *epodos.* ἐπῳδούς De quo verbo monuimus in epiſtolam duodecimam. ¶ *tuorum.* liberorum. ¶ *nimium multos.* qui mali ſunt. ¶ *Nam quis hoc.* hos rectius Tilianus codex. ¶ *per ſe probabunt.* de ſe probabunt, in epiſtola viceſima prima. ¶ *Fors fuat.* Fors & nomen eſt & aduerbium Donato, Cariſio, Priſciano, & alijs auctoribus. A ſuo inuſitato verbo, vſitatiſſima ſunt, præteritum verbum fui, & participium futurus à futum ſupino factum inuſitato. Ab eodem ſuo infrequenti vſu quondam fuerunt fuam, fuas, fuat, pro ſim, ſis, ſit, (ita fuat, ſit ſignificat, in Ludo Sapientum) vel fiam, fias, fiat, vt exponit hæc Nonius Marcellus: aut pro fuero fueris, fuerit: vt vetus commentator in hoc decimi Aeneidos, Tros, Rutulúſue fuat. Erit ergo illud in epigrammate de Faſtis, & in præfatione de profeſſionibus, Fors erit, fortaſſe con-

419 B

167

419 C

425.
301.
448.
470.
225.

tinget.& fiet: vel, fortuna volet: sicut in tetrasticho de fastis dixit, *si fors volet*. At, *Fors lectio longa dedisset*, fortasse dedisset, in vicesimo tertio carmine de Professoribus. *Fors fuat* vero in Terentianæ Hecyræ actu quarto, exponitur vetusto interpreti, *fortuna faueat*: cui fors pro bona fortuna accipi debere videtur.* ¶ *vesaniam* Chœrili. Suidas, Athenæus, Plutarchus, multos nouerunt Chœrilos. De hoc Horatius in epistola prima libri primi,

167 Scen. 3

419D

> *Gratus Alexandro regi magno fuit ille*
> *Chœrilus, incultis qui versibus, & male natis,*
> *Rettulit acceptos regale numisma philippos.*

Hic Alexandri Macedonis gesta scribenda susceperat: pactúsque cum eo fuerat Alexander, vt pro vno quoque bono versu philippicum nummum aureum, & pro malo colaphum, alapámue acciperet. ¶ *ignoscas magnanimitate Alexandri*. Tradunt alij, Chœrilo veniam non datam, sed alapis occisum: tam multos versus malos fecerat. ¶ *vt Plautus ait*. Fuit, quum crederem istud antilogium in ijs, quæ extant, Plauti fabulis non inueniri, quod postea in tert. decimo versu prologi Menæchmorum mihi visus sum agnoscere. Parisiēsis editio, qua vtebar, non habebat versum: sed quum in Venetam forte incidissem, plus triginta annis antiquiorem, Vallæ, & Sarraceni commentaria habentem: istáque commentaria visum esset percurrere, versum, qui a meo codice aberat, reperi,

> *Huic argumento elogium hoc fuit.*

419E

* Hoc elogium probabant commentatores, exponebantque testificationem alicuius rei, honoris vel vituperij gratia: id tamen, in quo videbam eius, quod quærebam, partem alteram contineri, nescio quid iam suspicandi de antilogio meo, causam dedit. Annis quinque post Stephanum Parisiēsem, Basiliensis Heruagius Plauti comœdias expresserat. Cuius etiam editio, quum in meas manus post multos annos forte peruenisset, & locum illum statim inspexissem, sic ibi scriptum offendi.

> *Huic argumento ante elogium quidem hoc fuit.*

Hoc itaque loco, Si Plautus antilogium non dixit, aut fortasse etiam ante logium,

> *Huic argumento antelogium quidem fuit,*

id apud eum amplius non quæro. Qui videtur facete verbum ex Latino *ante*, & Græco λόγος, composuisse: vt antelogium sit idem quod πρόλογος (πρὸ nanque & ante, idem valent: & λόγος est verbum, sermo, oratio) & προλόγιον. quod Festus auctor est, Pacuuium poëtam tragicū vsurpasse, pro principio & proloquio. Plautus ergo quemadmodum appellarat antilogium, antelogiúmue, paucula quædam, quæ ante argumenti expositionem fuerat præfatus, ita Ausonius

antilogium fabularum Titiani dicit Iambicum carmen, quod ipsis fabulis prætexuit, ac vti dixit, antetulit.

¶ *Perge ô libelle.* Metrum Iambicum dimetrum. *Sirmiam*, autem, vbi tunc erat Probus. Σίρμιον, apud Stephanum, & alios Græcos, vrbs est Pannoniæ. Cuius frequens mentio apud Ammianum, Victorem, & eorum temporum historicos: Ciuitas Sirmiensis apud Flauium Vopiscum in vita Probi Imperatoris. ¶ *quod iuuat.* delectat. ¶ *absolute.* vno verbo. ¶ *Minorem Atridem* Atridæ duo apud Homerum, Menelaus, & Agamenuon, fratres, filij Atrei regis Peloponnesi. Horum minor Menelaus. qui, vt refert Antenor, Iliádos tertio. 420

——— ἐπιτροχάδην ἀγόρευε,
Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος,
Οὐδ᾽, ἀφαμαρτοέπης. ——— Quæ Græca Ausonius ipse interpretatus est in gratiarum actione. Alij tamen Agamenonem & Menelaum Πλεισθένους cuiusdam, cuius meminerunt, Seruius in primo Aeneidos, & Apollodorus de deorum origine, filios fuisse scripserunt. Vnde patronymico nomine Πλεισθενίδης Menelaus in carmine vicesimo secundo de professoribus.* ¶ *Qui grandines Vlixei.* In eodem Iliados libro verba Vlixis νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, id est, niuibus similia hibernis, dicitur. Vlixei autem pro Vlixis, vt apud Horatium in Ode sexta, metro Asclepiadêo, 382. 166. 420B

Nec cursus duplicis per mare Vlixei,

a recto Vlixeus pro Vlixes. Qui obliquus Vlixei, in Vlixi contrahitur, versu centesimo & septimo epistolæ vicesimæ tertiæ. Sic Achilles, Achillis: & Achilleus, Achillei, ac pro Achillei, Achili, vt in eadem epistola vicesima tertia, & in periocha primi Iliádos. De quibus genitiuis multa Nicolaus Erythræus in Virgilium, ex Carisio, Seruio, Prisciano, ac alijs veteribus grammaticis. ¶ *Mellifluentem Nestora.* melleo delibutum eloquio, in eadem gratiarum actione. 487. 488. 697. 382.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Iliádos α. * ¶ *Cōcinnatorem.* Concinnatorem hîc pro concinnatorem non peius legeres, quam concionatum apud Sidonium in carmine extremo decimosexto ad Faustum Reiensem: tamen concinnare est apte componere, ornare, pingere, infucare: vnde concinnatorem capillorum dixit Columella in præfatione libri primi, & Causarum Vlpianus, quas concinnare egregius artifex erat Marcus Tullius Cicero. Vlpianus primo Digestorum Iustiniani, lege nona tituli sextidecimi. *Circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur: nec adeo dissimulare, si quos causarum, concinnatores, vel redemptores deprehendat.* Alexander ab Alexandro capite quinctodecimo quarti Genialium. ¶ *exceptis tribus heris.* Valentiniano Augusto, Valente fratre, & Gratiano filio. Ita scripserit hęc Ausonius ante consulatum suum, & 421 A

annum Christi trecentesimum & septuagesimum nonum: quo Valentinianum Gratiani, Valentinianique patrem, mortem obiisse tradit

421 b
Hieronymus. *¶ *Pretorioque maximus.* præfectus prætorio Valentiniani, vt ante fuit dictum, ¶ *senatus præsulem.* senati in codice Tiliano. præsidem, & principem Senatus Romani, eundem præfectum vrbi Romæ. De cuius magistratus officio, vt & de officio præfecti prætorio, capita sunt duo, vndecimum & duodecimum primi digestorum Iustiniani. ¶ *Cluet.* nominabitur, & celebrabitur. Nonius Marcellus. Sed cur æternum! an quod suos annos, & tempora Romani per singulorum annorum consules designabant? ¶ *Collegam Augusti Consulis.* Gratiani. vt dicetur etiam ad versum nonagesimum septimum. ¶ *Columen.* decus. De sella curuli, in extremum carmen de Burdigala. *Romulæ* autem est Romanæ. ¶ *Primum in secundis fascibus.* Secundos fasces, & honores appellat, qui consulum erāt: vt primi sint Augustorum principum. *Principi* autem, pro a principe. ¶ *Ascræum senem.* Hesiodum ita appellauit Virgilius in Sileno, à patria Ascra vico Bœotiæ. Fecit autem Hesiodus in libello ἔργων καὶ ἡμερῶν, quinque hominum genera, quas ætates postea quattuor Ouidius primo metamorphóseon: quorum quinctum esse hoc nostrum dicit, quod ferreum est. *¶ *Stirpis Anniæ.* Vnde parentes Anniadæ, nomine patronymico, apud Claudianum in Olybrij & Probini panegyrico. Annios multos consulares, & prætorios celebrant, Capitolinus in Antonino philosopho, Liuius, Cicecero, & alij. quæ familia quum aliquandiu nihil clari edidisset, eam nouasse Probum, & in pristinam claritudinem reuocasse, scribit Ausonius. ¶ *Comit.* ornat, vt in primo epigrammate. *Infulæ* vero hoc loco, splendor, decus, & ornamentum. ¶ *Anniciorum Stemmata.* στέφειν coronare est. vnde verbale στέμμα, quod & in Gratiarum actione inuenies, corona, coronamentum, ornamentum, descriptio generis alicuius. de Seruio Galba Suetonius. *Imperator vero etiam stemma in atrio proposuerit: quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaën Minois vxorem referret.* Sed de quo verbo plura tibi Persij, & Iuuenalis interpretes ex Plinio, & alijs. Aniciorum ego primos, clarissimosque ex Tito Liuio, & Fastis capitolinis noui Lucium Anicium Gallum Lucij filium, Marci nepotem: qui de Illurijs & eorum rege Gentio triumphauit Proprætor, anno Vrbis quingentesimo & octogesimo quincto: & Lucium Anicium Gallum, Lucij filium, Lucij nepotem, qui consul fuit collega Cornelio Cethego, anno ab Vrbe condita quingentesimo & nonagesimo tertio: quo anno fabula Terentii Adelphi acta fuisse inscribitur. Inter veteres Romanas inscriptiones sunt hæ: vnde cognoscas hanc gentem non per T, sed per C scribendam esse.

SEXTO. PETRONIO. PROBO
ANICIANAE. DOMVS
CVLMINI. PROCONSVLI
AFRICAE. PRAEFECTO
PRAETORIO. QVATER
ITALIAE.ILLYRICI. AFRI
CAE. GALLIARVM. CON
SVLI. ORDINARIO. CON
SVLVM PATRI. ANICIVS
HERMOGENIANVS
OLYBRIVS.V.C.CONSVL
ORDINARIVS. ET. ANI
CIA.IVLIANA.C.F.EIVS
DEVOTISSIMI.FILII
DEDICAVERVNT.

422 B

ANICIAE. FALTONIAE
PROBAE. FIDEI. NOBILITA
TIS. ANTIQVAE. ORNA
MENTO. ANICIANAE
FAMILIAE. SERVANDAE. AC
DOCENDAE. CASTITATIS
EXEMPLO. CONSVLVM
PROLI. CONSVLVM. MA
TRI. ANICIVS. HERMOGE
NIANVS. OLYBRIVS. V. C
CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIA. IVLIANA.C.F
EIVS. DEVOTISSIMI. FILII
DEDICAVERVNT.

¶ *Qui non prius laudauerit.* Probum . Alludit ad ſignificationem nominis probi. Cicero in oratione pro Fonteio de Piſone Frugi. *Quem quum in concionem Gracchus vocari iuberet : & viator quæreret, quem Piſonem , quod erant plures , cogis me , inquit , dicere inimicum meum, Frugi. Is igitur vir , quem ne inimicus quidem ſatis in appellando ſignificare poterat , niſi ante laudaſſet: qui vno cognomine declarabatur , non modo quis eſſet , ſed etiam qualis , &c.* ¶ *intermina.* ſine termino , & fine , verbum mihi , apud Sidonium , & alios , ſed Auſonio minime antiquiores, lectum, vt in Symmachi ad Imperatores Valentinianum , Theodoſium, & Arcadium litteris, *Honorem clementiæ veſtræ, interminus annorum recurſus inſtauret.* Cicero immenſã, & interminatã regionũ magnitudinẽ dixe-

422 C

rat, primo de natura deorum. ¶ *vtrumne mores.* Hunc Probum, quantumcunque aduletur Ausonius, improbum hominem fuisse dixit Ammianus: quod iam ante monuimus. Confer autem in hunc locum, si lubet, quod habet de istis nominibus aliquid significantibus, epigramma vndeuicesimum. * ¶ *dignabunt.* dignabuntur. Vtrumque Latinum probat Marcellus Nonius. *Core* autẽ, & non *chorea* hic esse legendum iampridem docuit Iacobus Constantius capite tertiodecimo collactaneorum. Est autem Cora Græcum Κόρη. quod significat oculi τὸ ἐν μέσῳ μέλαν, vt definit Iulius Pollux, id est nigrum illud, quod est in medio oculi. Latini pupillam nominant. * ¶ *vt quem.* De curuli sella consulum, iam monuimus. Gratianus Augustus Valentiniani Augusti filius, consul iterum fuit anno Vrbis millesimo centesimo & vicesimo quincto, qui putatur annus Christi trecentesimus septuagesimus quartus. eoque in consulatu collegam habuit hunc Probum. Quo anno hæc Ausonium scripsisse indicat illud, *curulis proxima.* ¶ *Augustus prior.* Valentinianus Augustus, Augusto Gratiano prior, maior, & pater. ¶ *Suis perennet fascibus.* sibi in consulatu collegam faciat. suo collegio in perpetuũ honoret. * ¶ *Ab vsque Reni limite.* è Gallia Belgica: vbi tum Valentinianus cum Gratiano filio, quem litteras docebat Ausonius. ¶ *Ausonius nomen Italum.* Ausonius nomen Latium, versu quadringentesimo & quadragesimo Mosellę. Litteram autem, s, hic diceremus vim litteræ amittere, vt Ausonius vltimam syllabam corripiat. sed in Iambicis spondêum pro Iambo ponit interdum secunda sede hic homo, vt in quinctodecimo, & vicesimo secundo, & octogesimo quarto versu huius carminis. ¶ *Augusti tui.* Gratiani. ¶ *Aesopiam trimetriam.* quos in epistola dixit apologos Titiani, Æsopi Phrygij fabulatoris apologos versibus Iambicis Trimetris a quopiam veterum poëtarum Græce conscriptos, sed quos oratione, pedestri & soluta (quæ sit pedestris oratio, docuimus in quinctum carmen de Professoribus Burdigalensibus) Latinos fecisset Titianus. Extãt Gabriæ, Græci hominis, nobis alioquin incogniti, tetrasticha trimetra de istis Fabellis Aesopéis: inter quas vicesima tertia est ea, quam narrat Horatius in epistolarum decima. ¶ *Fandi Titianus artifex.* Rhetor, & orator Titianus. Qui & a pro i Tatianus reperitur scriptus apud Iulium Capitolinum de Maximino iuniore. Vbi duo memorantur Titiani pater & filius. Filius Maximini Cæsaris in arte oratoria præceptor fuit iam senior. qui pinceps cum patre interfectus fuit anno Christi ducentesimo & quadragesimo. * Hunc scribit Capitolinus simiam sui temporis vocitatum esse: quod cuncta esset imitatus. Apollinaris vero Sidonius oratorum simiam. Vide caussam in epistola prima, vbi Iulium Titianum inuenies appellatum. Addit Capitolinus, hunc prouinciarum libros pulcherrimos scripsisse: & Sidonius epistolas sub nominibus illustrium feminarum, parum Ciceronianas, si locum illum Apollinaris satis intelleximus. Transtulit idem Græcos Aesopi apologos, vt hoc loco tradit Ausonius

419A 18 423 424 210 425A 271 147 425B

sonius. Ceterum istius hominis nullum extat scriptum. Qui si forte est, quod suspicamur, Titianus, quem Ausonius scribit in Gratiarum actione, municipalem scholam apud Visuntionem, Lugdunúmque, variando, non ætate, sed vilitate consenuisse, consularem virum, Titianus certe non fuerit, quem appellat virum eloquentem, & præfecturam prætorij apud Gallias administrasse scribit Hieronymus in chronicis ad annum Christi treecentesimum & quadragesimum septimum. Putat autem Baptista Egnatius Titianos istos omnes genere Gallos fuisse. ¶ *Vt hic aui, ac patris decus:* Mirum, nisi hic aliquid deest. De quo autem loquitur Ausonius Probi filio, Olybrius esse potest: qui matrem habet Aniciam in vetere illa supra posita inscriptione. ¶ *Siluios Iulijs.* Ex hoc *Siluios*, in metiendo versum, fac spondêum per synalœphen. In *Iulijs* vero prima littera non consonans, sed vocalis erit: & in reliquis duabus syllabis eadem figura. Verum Iulis fortasse legere malueris, quam Iulijs. Notus est Virgilianus versus,

Iulius a magno demissum nomen Iulo. vers. 292

Fuit Aeneæ ex Creusa filius Ascanius: cui post cognomen Iulus. Is patre mortuo, vrbem in Italia Albã Longã cõdidit. sui regni Albani moriens hæredem reliquit Postumũ fratrẽ ex Aenea & Lauinia, quod in silua natus esset, Siluiũ appellatum. Titus Liuius, Messalla Coruinus, Seruius, & alij. * ¶ *Nutricis inter lemmata.* Singulare est lemma in præfatione in edyllium secundum, & in Parentalia, verbale à λαμβάνω, quod sumo significat: vnde λῆμμα, acceptum exponit vetus glossarion: & λήμματα dialecticorum, sumptiones Cicero secundo de diuinatione. Ausonius autem hoc loco lemmata videtur appellare, carmina, & fabellas, quibus infantes suos nutrices oblectant. ¶ *Lallique somniferos modos.* Sic vnum ex nostris exemplaribus, Tilianum, lali vnico l: lili, & lilij alia, vt verbum corruptum reperit Mariangelus. Est autem hoc vocabulum, & quod dixit Persius in Satyra tertia lallare, 426 234. 100

——— *& iratus mammæ lallare recusas,*

effictum ex voce nutricum *lalla*, seu *lala*: qua sæpius repetita solent vagientes infantulos, & iratos placare, ijsque somnum conciliare. Obliqui autem istius Lalli, videris rectúsne sit Lallus, an lallum: quem nusquam legere memini. ¶ *peritúsque fabulis.* istis Aesopi, quas mittit Ausonius, quales non sunt aniles & nutricum fabulæ. Quinctilianus etiam libro primo Aesopi fabulas pueris esse vtiles dicit. ¶ *Simul iocari & ludere.* Pro *ludere*, *discere* quidam libri, alij *dicere*. ¶ *Vt genitor.* Quemadmodum Imperator Valentinianus filio suo Gratiano collegã in consulatu dedit Probum ita Gratianus filium gignat cui det in consulatu collegam, hunc Probi, filium, nunc puerulum. Ita optabat Ausonius, sed quod non euenit. Anicius Olybrius tamen, & Anicius Probinus (de hoc facta mentio in epigrammate centesimo & quinctodecimo) fratres, Probi filij, simul fuerunt Consules annis post hoc scriptum carmen viginti quatuor, cap. 9 ¶9

anno scilicet Christi, trecentesimo & nonagesimo septimo, ante, genas dulces quam flos iuuenilis inumbraret, oráque ridenti lanugine vestiret ætas, vt canit Claudianus in panegyrico. Qui autem annis ante quindecim, Ausonij consulis collega fuit Olybrius, hunc facile crederem eundem esse Olybrium, nisi Ausonius in Gratiarum actione collegam suum, virum appellaret: quum Olybrius Probi filius, eo tempore admodũ puerulus fuerit. Nam Cæsares isti, & Imperatores Augusti, qui omnem sibi potestatem vendicabant, populo ius suffragiorũ adimebant: magistratus, quos vellent, creabant: ad dignitatem consularem etiam infantes prouehebant, vt Iouianus Varronianum filium apud Ammianum in extremo vicesimo quincto libro. ¶ *Iulius*. Iulius Titianus, Aesopi interpres. ¶ *Volucripes*. In Iambico epistolæ vicesimæ primæ, ¶ *Auéque dicto*. Postquam dixeris, Aue, o Probe.

472

427 A

IN IV. EPISTOLAM AVSONII AD SYMMACHVM.

INTER multos, quos antiqui scriptores celebrant Symmachos, clarissimi fuit, Symmachus, Seuerini Boëthij philosophi doctissimi socer, qui cum genero Cõsul postremũ fuit anno Christi, vt sunt rationes Haloandri, quingentesimo & vigesimoquarto, ac non multo post à Theoderico Italię rege interfectus. & Symmachus, cui Griphum suum misit Ausonius: & cuius extãt ad Ausoniũ, ad Valẽtinianũ, Theodosiũ, Arcadiũ Imperatores, & ad alios, epistolæ: qui præfectus Vrbi fuit ijs imperatoribus ad quos scribit: & quem pleriq; credunt chronologi esse Symmachum, qui cõsulatũ gessisse ijsdẽ Imperatoribus, ad annũ Christi trecẽtesimum & nonagesimum quartum, apud Prosperum, & Cassiodorum legitur: & contra quẽ Christianis parum æquum hominẽ, duas ad Valentinianum Augustum epistolas scripsit Ambrosius ille Mediolanẽsiũ Episcopus, & duorũ librorũ carmen Aurelius Prudentius. Huic vxor fuit Rusticiana: cuius meminit Sidonius Apollinaris in libri secũdi epistola decima. Sed & eam ipse quoque nominat in epistolarum suarum tricesima tertia, vt nostri codices numerant, & Socerum suum, clarissimæ memoriæ virum, Orfitum. Hunc, sunt, qui putãt Aurelium Symmachum esse, qui Saturnalia apud Macrobium inter alios celebrat. Sic memini censuisse Iulium Marcianum, qui Boëthij scripta nuper recognouit. Sidonius Apollinaris quum eius rotunditatem in epistolis scribendis, epistola prima, commendat, Quinctum Symmachum vocat: Sed Lucium pro Quincto vetus marmor, ex quo hæc excerpta nuper ab antiquarijs, & vulgata feruntur.

427 B

LVCIO AVRELIO AVIANO SYMMACHO VIRO CLARISSIMO, PRAEFECTO VRBI, CONSVLI, PRO PRAEFECTIS PRAETORIO IN VRBE ROMA FINITIMISQVE PROVINCIIS, PRAE-

FECTO

PRCTO ANNONAE VRBIS ROMAE, PONTIFICI MAIORI, QVINDECEMVIRO SACRIS FACIVNDIS, MVLTIS LEGATIONIBVS PRO AMPLISSIMI ORDINIS DESIDERIIS APVD DIVOS PRINCIPES PVNCTO. QVI PRIMVS IN SENATV SENTENTIAM ROGARI SOLITVS, AVCTORITATE, PRVDENTIA, ATQVE ELOQVENTIA PRO DIGNITATE TANTI ORDINIS, MAGNITVDINEM LOCI EIVS IMPLEVERIT. AVRO ILLVSTREM STATVAM, QVAM A DOMINIS AVGVSTISQVE NOSTRIS, SENATVS AMPLISSIMVS DECRETIS FREQVENTIBVS IMPETRAVIT, IIDEM TRIVMPHATORES PRINCIPES NOSTRI CONSTITVI, APPOSITA ORATIONE IVSSERVNT, QVAE MERITORVM EIVS ORDINEM AC SERIEM CONTINERET. QVORVM PERENNE IVDICIVM TANTO NVMERI HOC QVOQVE ADDIDIT, VT ALTERAM STATVAM PARI SPLENDORE ETIAM APVD CONSTANTINOPOLIM COLLOCARET. nisi forte alius hic fuerit Symmachus ijsdem temporibus. Symmachi autem ad Ausonium, quæ extant epistolæ, eas Ausonij scriptis subijciendas curauimus. quarum secundæ respondet hæc Ausonij. ¶ *quam delenifica*. Legerat Ausonius in milite glorioso Plauti, non procul ab ipso principio falsiloquum mulierum animum, falcificum, falsiuirium, & delenifica facta legerat, & in Nummularia Lucretij, *Nescio quorsum mihi eueniant tua verba tam delenifica*. Ex quo poëta Comico Delenificus adducit Fulgentius Placiades, & blandiloquus exponit in libello de abstrusis sermonibus. SVADA autem Ennio, poëtæ veteri dicta est apud Ciceronem, Græcorum Πειθὼ, persuasio & persuadens dea. ¶ *humana non esset*. sed diuina. hic malim legere ex vetusto libro, quã ex alijs plerisque, *inhumana*. In ipso tamen epistolarum Symmachi volumine est, *Persuasti mihi, epistolæ meæ apud Capuam tibi reddita, concinnationem inhumanam non esse*. ¶ *Tum absinthium meum respicio. resipit* pro *respicio* vetus idem liber. Absinthij herbæ amarissimæ mentio facta est a Paulino ad Ausonium. Si quid autem amari propinant medici, melle labra poculorum circumilinendo, fallunt. ¶ *inlicior*, illicior. ¶ *ille floridus tui sermonis adflatus*. Sic in vetusto codice adflautus pro afflatus, spiritus, aura. Affatus a lij libri. ¶ *Aerius fucus*. inanis pictura. De nebula picta monuimus ad præfationem in edyllium secundum. De Chamæleonte vide Plinium, & Erasmum in adagio, Chamæleonte mutabilior. * ¶ *ad Aesopj vennustatem*. Quis hic Aesopus? Phrix ille fabulator, de quo in superiore iambico, an aliquis alius? Alij fuerunt Æsopi: & in ijs histrio ille Tragicus, cuius Cicero sui familiaris, Valerius, Plinius, Quinctilianus, Macrobius, meminerunt. ¶ *ad sophisticas*. Sophistę olim dicti Gręcis, oratores, quales Isocrates, Gorgias, & alij in oratore Ciceronis. Ενθύμημα oratorum quid sit Cicero in Topicis tradidit.

427C

579.

634.

428

Quinctilianus libro quincto. *Optimum autem videtur enthymematis genus, quum proposito dissimili, vel contrario, ratio subiungitur: quale est Demosthenis. Non enim si quid vnquam contra leges factum*, &c. De Tullio Cicerone Quinctilianus libro duodecimo. *Fere sic docti iudicauerunt, plurimum in eo virtutum, nonnihil fuisse vitiorum. & se ipse multa ex illa iuuenili abundantia coercuisse testatur.* & post aliquot chartas, *Quem tamen & suorum homines temporum incessere audebant, vt tumidiorem, & Asianum: & redundantem, & in repetitionibus nimium.* Et Macrobiani illi conuiuæ, quum genera dicēdi numerassent Copiosum, Breue, Siccum, Pingue, & Floridum, in copioso Ciceronem dominari dixerunt. Iidemque postea quū de verbo Vexare disputarent, Virgilij Maronis in deligendis verbis anxiam diligentiam prædicarunt. ¶ *Hæc domine mi, fili Symmache.* Ita & Paulinus Ausoniū vocat dominū in versu cētesimo tricesimo sexto prioris ad Ausoniū epistolę. Symmachū autē appellat Ausonius filiū, non quod filius esset, nec, vt scripsit Cuspinianus, frater: sed quod major natu esset, & cum pro filio carissimo haberet. Sic cōtra, qui minores natu erant, patres eos vocitabant, qui maiores, vt scribit Valerius de Institutis antiquis, & Gellius secundo Noctium Atticarum: sicut Ausonium Symmachus in quincta, & septima epistola ad Ausonium. ¶ *nedum me peregre.* Vetus codex pro *peregre peregrem* habebat: quod nomen pro peregrino, & peregrinante alibi non legi. ¶ *in comitatu.* in castris, & aula Valentiniani Cæsaris. ¶ *mentes tegit.* legit pro tegit vetus codex: sed *mentes tegit* etiā apud Ciceronem pro Plancio. *Etenim si populo grata est tabella, quæ frontes aperit hominum, mentes tegit.* ¶ *ad illam Sosia.* In Andria Terentij. * ¶ *didascalicum.* Διδάσκω, doceo. διδάσκαλος, doctor, & præceptor. διδασκαλικός, præceptorius, & arte docendi valens. & διδασκαλικὸν aliquid, quod præcipiat, moneat, doceat. Quid προτρεπτικὸν, diximus in Protrepticum Ausonij. Qua autē, & quanta, hic habent nostri libri. ¶ *& Musas.* quū cantuū & carminū sint deę. ¶ *cōpendij faciam.* Legitur, & cōpendio. quemadmodum & in Asinaria Plauti, *compendi, compendij, compendio.*

Verbis velitationem fieri compendio volo. ¶ *allego.* mitto.

Cap. 10 · Cap. 1 · cap. 15 · 553. 556 · 429 · 362

430A IN V. EPISTOLAM AD THEONEM

¶ *Ausonius cuius ferulam.* præceptor hoc tempore Gratiani Cæsaris, & sic non quiuis è populo. Vide, quæ de hoc scripsimus in epigramma quartum, & in Protrepticum de ferula. ¶ *Paganum.* Rusticanum hominem & obscurum. ¶ *è medulis.* Medulensem. Nulla fuit præpositio in vetere libro. Quod agri est infra Burdigalam inter Oceanum & Garumnam in eum influentem, & Μεδοῦκ hodie vocitatur, Medulos appellauit Ausonius. Vbi priscorum Biturigum Viuiscorum vrbem Nouiomagū desiderari ostendimus in carmē de Burdigala. Hinc Medulinus in versu vicesimo octauo insequētis epistolę. ¶ *iubeo saluere.* salutem

8.364 · 208 E

d co

dico Theoni. Sic Fuscum Aristium Horatius salutauerat priore epistolarum libro.

Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus
Ruris amatores.

Cicero Attico libro quarto. *Dionysium iube saluere.* Ne quis autem forte statim, priusquam scilicet omnes Ausonij ad Theonem epistolas perlegerit, salutationis huius insolentia offendatur, sic scito, Theonem istum Medulensem, non prorsus illitteratum, quippe qui versus facere, si forte Chœriléis de Alexandro magno non meliores, illis saltem, vti puto, non deteriores, quibus à poëta quodam donatus fuit Lucius Sylla, vt Cicero meminit in oratione pro Archia, facetum alioqui, & iucundum, & bene curata cute hominem, Ausonio familiarissimum, carissimúmque fuisse. ad quem quicquid scribit Ausonius, ioci sunt, & litteræ tali homine, & amico dignissimæ, conuicis non abstinentes, quæ tantam familiaritatem non dedeceant, ac versus plerumque tales, quales à satis malo versificatore accipiat, & in ijs etiam forsitan de industria peiores. * ¶ *Quid geris.* agis, facis, tractas, meditaris. ¶ *extremis telluris in oris.* Meduli, vti diximus, ad oceanum sunt, qui ab occidente terram definit & terminat. ¶ *Cultor arenarum.* De Medulorum arenis meminimus in carmen de Burdigala. ¶ *Cui litus arandum.* Est, vel simile aliquod aliud verbum subaudiendum. De Didone, cui condendæ vrbi locum in litore maris Libyci vendiderat, quum dixisset Hiarbas,

430B

108.F.

——— *Cui litus arandum,*
Cuique loci leges dedimus, ——— scripsit Seruius litus terram esse mari vicinam, & simul Hiarbam hic terram sterilem velle ostendere. Idem facit Ausonius hoc loco. Sed vide apud Erasmum adagium, Arare litus. ¶ *Oceani finem.* Versus est quadringentesimus octogesimúsq; eiusdem quarti Aeneidos. ¶ *Vilis arundineis.* Annotauit Budæus, pergulam dici partem domus exporrectam, & propendentem, vt in qua Apellem perfecta sua opera transeuntibus solitum proponere scribit Plinius. Abundant autem arundine æstuaria, paludésque Medulorum, de qua solent pauperes sibi facere casulas, quas hic appellat Pergulas Ausonius. ¶ *Quem.* vatem Theonem. * ¶ *Et tingit.* & quem Theonem poëtam tingit, inficit, fuscat, denigrat, piceus fumus in suis tugurijs. Meduli, quemadmodum & Boij, gens confinis, abundant arboribus, quæ picem, & resinam ferunt, multúmque fumi edunt, quum vruntur. ¶ *lachrymosa.* Fumus lædit oculos: & hinc lachrymæ. *Colonia,* genus est ciuitatis: & colonia, quæ hîc Colonica, adiecta c littera appellatur, villam significat, agricolationis locum, vt ait Budæus, aratoris officinam, & domicilium. ¶ *Quid rerum.* Quid carminis meditaris? condis? Musæ & Apollo poëtarum sunt numina, carmina poëtis, qui inuocarint, inspirare cre-

430C

dita. ¶ *Musa non Helicone sata.* Nō Heliconides Musæ ab Helicone monte Bœotiæ: nec Hippocrenides ab Hippocrene, quem Caballinum fontem appellauit Persius, cognominatæ, quæ Hesiodum Καλὴν ἀοιδὴν docuerunt, sed Clementinides. Fuit enim Clementinus bonus poëta, & eruditus: cuius carmen aliquod, Theon poëta, malus & semidoctus sibi attribuerat. ¶ *fecundo.* Legitur & facundo. ¶ *inspirant.* quasi spiritu, & flatu docent indoctos poëtas vt Theonem. ¶ *aliena mente.* cogitationibus & præclaris aliorum inuentis, Clemētini. ¶ *dici.* haberi, ferri sua, quā tua.* ¶ *Procindere risu.* deridere furem poëtam. ¶ *Hæc quoque.* Hæc etiam, quæ ad te minus accurate ex aula & castris Valentiniani Augusti scribo, ne mihi pudori sint, vt me indigna Ausonio poëta celebri, & Augustorum magistro, & ipse, o Theo, recita: & non mea, sed tua statim ex barbarica tua pronunciatione, videri poterunt, Martialis est distichum libro primo in Fidentinum furem suum.

430 D

Epig. 95.

Quem recitas, meus est, ô Fidentine, libellus:
Sed male cum recitas, incipit esse tuus.

455. Ausonij vero verba hæc in extrema epistola quarta decima de carmine, quod ad Paulum miserat. *ac nisi hæc à nobis missa ipse lecturus esses, etiam de pronunciatione rideres. Seneca tradidit,* inquit Donatus de Virgilio, *Iulium Montanum poëtam, solitum dicere, ablaturum se quædam Virgilio, si & vocem posset, & os, & hypocrisim. Eosdem enim versus, eo pronunciante, bene sonare: sine illo, inarescere quasi mutos.* Sed quanta vis & potestas Pronunciationis, disce, ex Quinctiliano, libro vndecimo Oratoriarum institutionum. (cap. 11.)

431 A *¶ *leuiore nomismate.* minore pecunia. ¶ *Insanis.* magnis. ¶ *Albentis seui globulos.* Non tanta seui copia est apud Medulos, quanta ceræ. Abundat enim apibus ea regio: & pecora multa in saltibus suis & palustribus si alit, ea non sibi, sed Burdigalensibus, alijsque vicinis gentibus alit. ¶ *Naryciamque picem.* Non Naryciam, sed Medulicam Boijcámque picem.

vers. 437 Naryciam autem dixit ex secundo Georgicôn Virgilij,

Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Naryciæque picis luces. ——— Est vero Νάρυξ. Naryce, Naryciū, auctore Stephano, vrbs Locrorum, ¶ *scissámque papyrum.* peregrinam mercem, vt arbitror, non quę apud Medulos nasceretur. Est hæc papyrus, frutex in Nilli, Eufratis, & aliorum quorundam fluuiorum palustribus, ex quo præparatur charta, diuiso acu in pertenues, sed quam latissimas phyluras. Plinius tertiodecimo Naturalis historiæ. (cap. 11.) ¶ *Fumantésque.* Tæda, genus est arboris resinam ferentis, vt cognosces ex sextodecimo Naturalis historiæ Plinij. (cap. 10.) vbi arbores enumerat picem, resinámque gignentes. quas ardere facile, fulginémque immodicam, ac fumum emittere omnes præter laricem scribit. Hinc tædæ faces factæ, dictæque. Meduli autem ac Boij, finitimæque gentes aliquot in eadem Aquitania, quæ pino, pinastróque abundant, tædam arborem an etiam habeant, mihi non est compertum, sed hoc scio,

illos

illos tæ das vocare (hoc ipso vocabulo Latino vulgus vtitur) quas faciũt ex arboribus resinam, picémque ferentibus. Fissæ namque ardent propter ingenitum illum succum, tamquam faces candela que: quas ex canabino filo, cera seuóque obducto, facere solemus. * ¶ *olidum.* olidé. graui odore ab olendo. Sic Columella libro duodecimo, olida dixit, vasa picata, hoc est pice illita. ¶ *paganica.* pagorum rusticana. Est autem appositio, *tædas lumina.* ¶ *An maiora.* quam mercatus. ¶ *Postrema.* vltimum supplicium. ¶ *In partem.* te sui furti, & prædæ participent: quo illis condones supplicium. ¶ *Sanguinis humani.* cædis, & mortis. ¶ *abactis bubus.* ijs qui boues abegerint, abigeis inde dictis. Vlpianus quadragesimo septimo digestorum. *De abigeis puniendis ita Diuus Adrianus rescripsit. Abigei cum durissimè Puniuntur: ad gladium damnari solent.* &c. Bobus autem cur hic scripserint, qui Bubus in antiquis codicibus repererant, nescio, nisi forte existimauerint, bobus priorem producere, bubus omnino corripere, vt in epigrãmate sexagesimo primo. ¶ *de iudice.* Aliquem gessisse magistratum apud suos Medulos Theoné, hæc mihi significare videntur. ¶ *maculis.* retibus. ¶ *pinnæ.* pennæ, Cælius Rhodiginus libri sextidecimi capite vndecimo, ex hoc Ausonij loco, & alijs aliorũ auctorũ non paucis probat ceruos rubræ pennæ aspectu terreri. ¶ *Subsidisque fero.* demissus, inclinatúsque insidiaris apro. De qua subsidendi significatione, Seruius in versum ducentessimum sexagesimum octauum vndecimi Æneidos. ¶ *Fulmineo hosti.* apro. Sic Ouidius, & alij poetæ. * ¶ *Reducta.* reuincta puto in antiquo libro. ¶ *Taurinus.* Sic antiqui libri. alij Tarrinus, r pro u. De quo nihil cõperi, neque de Gedippa, Vrsino, Iouino hominibus Medulicis. ¶ *Qualis in olenio.* Ὤλενος, & Καλυδὼν vrbes Aetoliæ, patria Meleagri. qui in ea regione immanem aprum interfecit. Ouidius octauo Metamorphóseon, Hyginus, & alij. ¶ *Aut Erymanthéo.* Alium ego aprum ex Erymantho non noui, quam qui ab Hercule occisus fuisse dictus est in carmine de laboribus Herculis. ¶ *Carmina.* discrimina, & pericula syluarum, ab apris, & ceruis. Alias non alunt Meduli feras, quas venator Theon timere debuerit. ¶ *Cinyreia proles.* Adonis. Vide epitaphiũ Glauciæ. ¶ *Veneri plorandus.* Adonin ab apro interfectum. lamentatur Venus eleganti edyllio apud Theocritum. ¶ *Sic certe crinen flauus.* Ita Theon Adonidi illi formosissimo pulchritudine non cedis. Ironica hæc. ¶ *plana sic inuncus aluo.* Contra, obesus Theon, vt in extrema epistola videbitur proxima. ¶ *feminum.* Sic antiqui libri, & ex impressis nonnulli. alij *femorum.* ¶ *talos a vertice.* ex secunda libri secundi epistola Horatij * ¶ *Deoida Δηὼ,* Ceres. vnde πατρωνυμικῶς Δηωὶς filia Cereris Proserpina. quam Orcus siue Pluto rapuit, in Aetna monte Siciliæ flores legentem. Ouidius quincto Metamorphoseon, Hyginus, & Claudianus in poëmate de hac re facto. ¶ *venatus* venationes. *Dumnitoni.* Sic antiquũ

431 B
cap. 17
Titul. 14
36
432
78
185
433 A

Lugdunense exemplar hoc loco: vbi alia Dumnotini, o secunda syllaba, & i tertia. sed Dumnotoni, Domnotoni, Domnitoni, & aliter corruptum reperitur hoc vocabulum in epistolæ sextæ versu quinctodecimo, & tricesimo primo, & septimæ sexagesimo. Est apud Medulos, paullum supra Blauiam, in ipsa fere Garumnæ ripa, paruus vicus, *Donnissan*: qui fortasse locus erit, qui hic memoratur, poetæ Theonis habitatio. ¶ *tales gazas.* tales opes, & instrumenta, qualia sunt retia, iacula, fundæ, & reliqua. ¶ *Nodosas vestes.* retia, in quibus nodi sunt innumerabiles, & maculæ. ¶ *animantum uerinorum.* piscium marinorum. Nereus, hoc est Νηρεύς, vnum est ex maris numinibus. Vnde Nerinen Galatheam dixit Virgilius in septimo bucolico, nomine patronymico. Est autem hic in quincta sede spondeus pro dactylo, sicut & ante in versu decimo huius epistolæ. * ¶ *Et iacula.* Iaculum teli genus, quod iacitur, & emittitur manu: vt quod primus in hostem emisit Turnus nono Æneidos. & iaculum retis genus: quod rete iaculum Plauto in principio Asinariæ, & in Truculento, appellatū tradit Turnebus in capite vicesimo sexto libri duodeuicesimi aduersariorū. ¶ *& fundas.* A vulgari fundæ significatione, funda retis genus est primo Georgicôn Virgilij.

436 437 441 433 B

Vers.141

Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina.

¶ *& nomina bellicani.* Sic omnia exemplaria, præter vetus Lugdunense: quod cum *vilicalini* habere audisset Hadrianus Turnebus, pro illo *bellicani, nomina villica lini* emendandum censuit. sed nec sic hoc ego, quid sibi velit, satis video: quamuis villica, paganica, rusticanáque esse possint: & hic significari putē, quæ humida lina dixit Virgilius, retis genus: quod appellari euerriculum scribit vetus poetæ interpres. ¶ *Colláque.* Cola, vnica liquida, in vetere libro. sed non video, quid hic sint colla, neque cola, vasa, quæ sic memorat Virgilius secundo Georgicôn,

Ver.242

———*Tu spisso vimine calos*
Coláque prælorum fumosis diripe tectis.

¶ *tumes?* superbis istis hamis, & retibus? *Confise* autem pro confisus. ¶ *omnis.* tota. ¶ *litoreis spolijs.* piscibus in litore captis. * ¶ *Carroco.* Legitur & Corroco, o pro a & media syllaba, Græcorū more aspirata, Carrhoco, & Corrhoco. Piscis Medulici corruptū fuit vocabulū: quod nec apud alios vetustos scriptores inuenio, nec ipsius vllū vestigiū in ore Aquitanorū agnosco, nisi forte sit, quod dicā. Quem Romanogalli Esturionem, i consonante, nuncupant, piscē nobilissimū, Romani vero veteres, vt quidā putant, Acipenserem dixerunt, hic Burdigalensibus, Medulis, Boijs, & alijs eiusdem Aquitaniæ populis, *Creac* appellatur. Iidem rursus Burdigalenses *Creac* quoque vocitant, sed cum adiectione, *Creac de Buch*, id est, creacum siue creaconem Boiensem, qui ipsis alio nomine *Martram* dicitur, scriptoribus Græcis ῥίνη, Latinis Squatina, Rondeletio descriptus capite vicesimo primo libri duodecimi. Vilem ergo piscem, qui in

433 C

Medulensi,

Medulensi, Boiensique mari multus capitur, potest Ausonius Carroconem, aut nescio quo alio pacto appellasse, patrio vocabulo in Latinã faciem transformato: quod librarij postea pro more deprauarint.* ¶ *letalisq. trygon.* Est Τρυγὼν, turtur auis, & trygon piscis, sed vetustioribus Latinis Pastinaca, herbæ nomine, auctore Cornelio Celso, libro sexto, de dentium dolore, & Plinio nono Naturalis historiæ. Huius piscis plani, raiæ non multum dissimilis, duo genera nouit Rondeletius. quæ Burdigalensibus, & Aquitanis *Tare ronde*, & *Tare franke*, dicit appellari: sed ego ista vocabula hauddum vsquam audiui. Burdigalenses & Boienses cum Medulensibus *Pastenagas* tantum, quod obseruauerim, nominant, a Latino pastinaca, i in e, & c in g mutantes. Habet autem vtrumque genus caudam longissimam. in qua media est aculeus, quem appellat Radium Plinius nono: qui non solum homines, verum etiam *arbores, infixus radici, necat. arma, vt telum, perforat vi ferri & veneni malo.* Producit autem priorem syllabam Τρυγὼν apud Nicandrum, & Oppianum. quare sine coniunctione, que, vt quędam exemplaria habent, Letalis trygon, Ausonium scripsisse suspicor. ¶ *mollésque platessæ.* Platessæ, vnico s in vetusto codice. Mihi autem dubium non est, quin sint, quas *platussas* u pro e, Burdigalenses, Meduli, Boij, appellant: alij Galli *plezas*, & *plias*. Piscis est planus, vt Rhombus, & solea, ex passerum genere (Sunt enim passeres, merulæ, turtures, corui, milui non solum aues verum etiam pisces) ἀπὸ τοῦ πλάτους, vnde & plateas esse dictas meminimus in carmen de Burdigala, appellatus, vt mihi quidem videtur, & carne prorsus molli, satisque insipida. ¶ *Vrentes thynni.* Tinni in vetere libro: sed quid id nominis sit? θύννος autem id est thunnus, quicunque piscis fuerit apud veteres Græcos & Latinos, ego hoc loco suspicor Ausonio thunnũ esse dictum, qui Burdigalæ, ac apud Medulos, Boiósque, *Toul* vocitatur, piscis oblongus, & fere teres: coloris, maiore ex parte, cineracij, ac vnde vrentes dixerit thynnos Ausonius, cute aspera.* ¶ *& male tecti spina elegati.* Legitur &, *elegatri*, & in vetusto libro *Ligari*. Fert Garumna, Burdigalã, & Medulos præterfluens, pisces, quos *Gatos* & *Gatas* vocitant, magna copia sub veris finẽ capi solitos, viles, spinosissimos, alosis, & ijs, quos *arangos* vulgo vocitamus, non dissimiles, nisi maximi horum illis minores forent, squamis tectos vt sunt alosæ, sed tenuioribus, rarioribúsque: quã ob rem male tectos, dixerit Ausonius, siquidem hic eum piscem intellexerit. ¶ *Nec duraturi post bina trihoria corui.* Idem de fluuiatili capitone, versu octagesimo septimo Mosellæ. Hic autem piscis marinus a nigricãte dorso Græcis Κόραξ, Latinis coruus appellatus, Guillielmo Rondeletio descriptus capite septimo libri decimi de piscibus, Burdigalę *Perlõ*, Baionę *Pirlõ* vocatur: nec ibi est majore in pretio, quã alij hic memorati pisces. Ita Ausonius dũ cũ piscatore suo Theone jocatur, cũ nõ alios capere quã pessimos quosq; pisces, scribit. ¶ *Carminibus.* tuis malis. Canoras autẽ hîc habuit vetus liber. alij camenas. ¶ *aut tris aut octo.* Tres primũ, deinde nouẽ

433 D

cap. 42 48

109 A

433 E

247

fuisse Musas, Iouis & Mnemosynes, hoc est memoriç, filias dixit Ausonius in Gripho. Quidã quattuor numerarũt, vt meminit Tzetzes Hesiodi cõmentator. alij, quinque: alij, septẽ. Crates etiã octo apud Arnobium libro tertio aduersus gentes. Corripitur autem posterior syllaba in nomine octo etiam apud Martialem libro quartodecimo,

Epig. 87 *Octo capit. Veniat quisquis amicus erit:*

434 A quæ naturaliter lõga est in suo Græco ὀκτώ. * ¶ *deprendere*. intelligere. cognoscere. Scribitur autẽ & deprehẽdere, ac in vetusto codice sine r dep✝ndere. ¶ *chartis*. libris. ¶ *Scillito decies si corpus geris aceto.* In solo illo Lugdunẽsi vetusto libro versũ hunc inuenimus. In quo istud *corpus geris*, *cor purgeris* restitui debere arbitramur: vt eadem dictũ sit figura, *purgeris cor*, qua illud in extremo primo Aeneídos Virgilij, *Expleri mentem nequit*

vers. 490 *Dido*. & libro quartodecimo punicorũ Silij, Lilæus *trũcatur mẽbra bipenni*. Primũ autẽ versus vocabulũ Scillito (Scillitico esse audierat Turnebus) haud scio, an sit incolume. Σκίλλα herbę gen* est, & quasi cępa agrestis. vnde vinũ & acetũ veteres Græci medici fecerũt. Vinũ ipsis σκιλλίτης dictũ fuit, vt ἀψινθίτης, μυρτίτης, νεκταρίτης, θειμβίτης, genere masculino quod eorũ vinũ id est οἶνος, huius sit generis. Cui tamẽ nomini masculino Latini neutrũ etiã suũ iungũt vinũ, vt Palladius in extremo libro octauo de Iulio mẽse. *Hoc mẽse vinũ scillitẽ sic facimus*. ὄξος vero id est acetũ, quia neutrũ nomẽ est, neutro genere acetũ ẽ radice scillę factũ, appellãt σκιλλητικὸν ὄξος, Dioscorides, Galen*, & alij medici Gręci: sed scillinũ Plinius

cap. 2 libro vicesimo tertio. *Acetum scillinum inueteratum magis probatur.* quo de nominatiuo ipsum quoque vinum appellauit Quinctus Serenus de hydrope.

434 B *Sæpe & scillino pelluntur noxia Baccho.*

cap. 8 * Idémque rursus acetũ idẽ Plinius, scillitẽ etiã masculino vini nomine.

cap. 10 vt libro vicesimo quarto de pilulis Platani. *Tusa autẽ cũ aceto acri, magisque scillite.* & tricesimo secũdo. *Vrtica marina trita ex aceto scillite.* Scillitũ autẽ id acetũ dixit Ausonius, si nihil hic mendi. Posset enim legi scillite ex Plinio, postquam illa in ίτης, pænultimam producunt, & sunt primæ declinationis. Posset & Scillino, vt apud Serenum. Sed pro scillito, nec scilletico scripseris, quia e illud natura longum est, nec squillitico, quo verbo nostrorum medicorum officinæ vtuntur, pro scilletico. quod hoc, ex scilletico corruptum fuit, vt paraclitus, & Agapitus vulgo audiuntur, pro paracletus, & Agapetus. Vbi Palladius, rerum rusticarum scriptor, rationem faciẽdi huius aceti tradit, in titulo habent omnes formis excussi codices, De aceto scillitico: sed noster vetus calamo exaratus, De acero scillerico. Acetum autem scilleticum ad plurima prodesse scribunt. Odorem oris tollit, gingiuas astringit, dentes firmat, tarditatem aurium gargarizatione purgat, & transitum auditus aperit. oculorum aciem obiter exacuit. comitialibus, melancholicis, vertiginosis, percussis aut præcipitatis, & ob id sanguine conglobato, neruis

nis infirmis, renum vitijs perquam vtilis. ¶ *Anticyrámque bibas.* — *Anticyras melior sorbere meracas*, dixit Persius per metonymiam, pro elleboro in ijs Græciæ ciuitatibus nascente: quod Veratrum Latini vocant. Quæ herba vim purgandi habet: scribítque Plinius libro vicesimoquincto, & Aulus Gellius septimodecimo, quod & transcripsit Erasmus in explicationem adagij, Bibe elleborum, plerosque quondam studiorum gratia, ad peruidenda acrius, quæ commentabantur, elleborum sæpius sumptitasse. Carneadem id fecisse, philosophum Academicum, Zenonis Stoici libris responsurum. Ceterum pro *Anticyrámque bibas*, quod omnes noui codices habent, erat, *Anticipésque vtuum*, in Lugdunensi illo vetere. Quod quid sit, non video. Verbi *viuum*, priorem syllabam, acutissimo calamo quispiam perscripserat: & própe *Anticipesque tuum* scripserat. ¶ *Samij Lucumonis acumen.* vnde ille alebat acuebátque ingenium. Samius, qui est ex Samo insula, vt vasa Samia in epigrammate octauo. *Lucomones*, sicut Lucomo in antiquis codicibus, etiam Liuianis, scribitur: & Λυκόμων in Græcis Dionysij Halicarnassensis, *quidam homines ob insaniam dicti*, inquit Festus, *quod loca, ad quæ venissent, infesta facerent.* Scribit vetus interpres Virgilij in decimi Aeneidos versum ducentesimum & secundum, Tusciam diuisam fuisse in duodecim partes (prouincia est Italiæ, quæ & Etruria) quibus singulis Lucomones, id est reges singuli imperitabant: & ex ijs vnus omnibus præerat. Tarquinij autem eiusdem Etruriæ oppidum fuit. Vbi pater Tarquinij Prisci quincti Romanorum regis Corintho ob seditionem profugus, consedit, & Lucumo dictus est: idemque nomen Tarquinio ipsi Prisco fuit. Floruerunt autem apud Etruscos litteræ quondam, & vaticinandi diuinandique disciplina: quare dubium non sit, quin hoc loco αἰνιγματωδῶς Ausonius vocet aliquem magnũ in secretioribus disciplinis, quisquis ille sit. Extat inter Claudij Galeni scripta, opus incerti auctoris de paratu facilibus. vbi celebratur Pythagoras Samius, qui aceti scillctici vsu vitam ad annum centesimum & decimum & septimum produxerit, & sic alius à priore illo Pythagora, quem scribunt annis non maiorem nonaginta, fuisse occisum, medicus forsitam ille Pythagoras, eidem Diogeni memoratus in extrema vita Pythagoræ illius primi philosophi appellati.

*¶ *Aut adsit.* Vel si tu sis, quæ tibi proponam, explicaturus, eius adhibe auxilium, hominis multo eruditioris: qui ænigmata mea cognouit, & tibi aliquando exposuit, quas in quodam ad te carmine dicerem Cadmi nigras filias, Melonis albam paginam, & cet. Sunt autem hic vndecim versus iambici dimetri. ¶ *Cadmi nigéllas filias.* Cadmi filiolas atricolores in extrema epistola septima. Litteras atramento pictas: quas Cadmus Phœnix in Græciam intulisse tradi-

434E

441.

tur Plinio, & alijs. ¶ *Melonis albam paginam.* papyrum, & chartam. Politianus capite vndequadragesimo Miscellaneorum ostendit Pompeij Festi, & Seruij Mauri auctoritate, Nilum fluuiū Ægypti, Melonem prius dictum fuisse: in quo nascitur papyrus. De quo frutice vide quæ scripsimus in versum vicesimum huius epistolæ. In eo vero opusculo, quod de fluminibus, & montibus Plutarchi nomine, nuper Basileæ formis fuit editum, legitur Nilus primum dictus fuisse, non Melo, sed Melas, a Melane Neptuni filio. deinde Aegyptus, ab Aegypto, Vulcani & Leucippes. postremo Nilus a Nilo quodam in eo flumine submerso. ¶ *Notásque furuæ sepiæ.* litteras nigri coloris. Furuum, nigrum, vel atrum exponit Festus vnde sint dicta, furnus, furiæ, funus, fuligo, fulgus, furnus. Σηπία autem pisc.s è mollium genere nomen priscum Græcum Burdigalę retinēs, atramentum pro sanguine habet, vt scribit Plinius nono Naturalis historiæ. Vnde sepiam pro atramento, quo litteras pingere solemus, vsurpauit Persius in satyra tertia. * ¶ *Cnidios nodos.* arundines, & calamos: quibus multis locis scribitur, non auium pinnis. Diximus autem in epigramma quinquagesimum sextum, quod Κνίδος est promuntorium, & oppidum maritimæ Cariæ in Asia: vbi probatissimos nasci calamos scribit Plinius. sextodecimo Naturalis historiæ. Nodos verò dixit, quos nodosos calamos Persius satyra tertia.

Inque manus chartæ, nodosáque venit arundo.

¶ *prodidit.* explicauit. interpretatus est. Clementinus ille fortasse, cuius paulo ante commendauit fecundum pectus. ¶ *Promptius.* antiquus liber protinus. ¶ *Quod militantes scribimus.* Militiæ in expeditione, in castris, non suppetit otium ad cogitandum: quare solent ea leuiora esse, & vulgaria, quæ illic scribuntur. Itaque tuus ille interpres poterit illico tibi explicare, quæ hoc tempore tibi scribo.* ¶ *Notos fingo tibi.* Carmen hendecasyllabum, atque id carmen, quod Theoni nullo modo intellectum iri dixit Ausonius. ¶ *hendecasyllabos.* ἕνδεκα vndecim significat. ¶ *modulis tribus.* tribus modis & numeris. Ponit autem primum, Phalęcium. secundum, tetrametrum catalecticum: tertium, Sapphicum. ¶ *Istos.* hos, quos hîc facio. qui Phalæcij appellantur (& Phalæcum pro Phalæcium dixit Sulpicia) a Phalæco poëta Græco · cuius meminerunt Athenæus, & vetusti scholiastæ Pindari, & qui de carminum generibus scripserunt veteres Grammatici, Terentianus, Victorinus, Diomedes: & pedibus cónstant quinque, spondéo, dactylo, & tribus trochæis, nisi quod interdum pro spondéo iambum, & trochæum admittunt. ¶ *Qui penthemimeren habent priorem.* qui versus hendecasyllabi Phalæcij, prima sui parte habent penthemimeren. De hoc accuratius monuimus in epistolam Centoni præpositam. ¶ *Et post semipedem duos iambos.* Hic versus in solo lectus vetusto Lugdunensi libro. Cuius est sensus· In versibus hendecasyllabis phalæcijs vt in his

431 · Cap. 29 · 434 F · 34. · cap. 36. · 430 C · 435 A · 558. · 341.

his prope omnibus, primo loco est cæsura penthemimeres, hoc est, duo sunt pedes, spondeus & dactylus, ac insuper syllaba longa: quæ est semipes, id est, pedis dimidium, spondei,& dactyli. * Tempora nanque sic metiuntur in metris grammaticis, vt syllabæ breui vnum tempus attribuant, longæ duo. Ita quaternûm fuerint temporum spondeus & dactylus: ac ita syllaba longa duûm scilicet illa temporum, semipes tam spondêi, quam dactyli. Quam syllabam, semipedem, sequuntur duo iambi. vt in hoc ipso versu, *Et post.* spondêus est: *semipe*, dactylus. quos duos pedes sequitur in cæsura, longa syllaba, *dem*:& hanc duo iambi, *duos iam*, sed sola sic syllaba *bos* vltima versus relicta. ¶ *Sunt, quos.* Sunt alij versus hendecasyllabi: qui ex hexametris truncatis, & corruptis fiunt. Huiusmodi erit,

At regina graui saucia cura,

ex hoc hexametro,

At regina graui iamdudum saucia cura.

Et hic hendecasyllabus,

Insipiens diues temnit egenos, &

hexameter plenus erit, si sex ei tempora addideris,

Insipiens diues miseros contemnit egenos.

Hoc genere constat carmen secundum libri primi Seuerini Boethij de consolatione philosophiæ. Recipitque hoc metrum prima sede spondêum, si secunda dactylum habeat: aut contra, dactylum prima, si secunda spondêum. tum semipedem, hoc est syllabam longam, spondêi vel dactyli dimidium. ac tertio loco dactylum, & quartó spondêum. ¶ *Vt penthemimeris.* πενθημιμερὴς legeret Aldus, vti diximus. ¶ *bucolice tome.* Τομὴ, cæsura, et incisio, vt in Centone Centronêue. Bucolica cæsura, & tetrapodia, quum versus hexametri pes quartus est dactylus, dictionem terminans, vt in hoc Virgilij.

Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. &

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.

post quem dactylum, quia reliqui sunt duo pedes, quando dicit Ausonius, vt penthemimeres prior ponatur, significat istius hendecasyllabi versus partem priorem duos habere pedes, & syllabam longam. vt,

Insipi | ens di | ues. — — &quod subijcit, *Tum quod bucolice tome reliquit*, hoc significat, post i llabam illam solam, & cæsuram πενθημιμερῆ, dactylum, & spondeum esse reliquos. ——— *temnit egenos* *¶ *Sunt & quos.* Versum hendecasyllabum Sapphicum, dictum a Sappho poëtria, grammatici nostri quinque pedibus metiuntur, primo, Trochæo: secundo, spondeo: tertio, dactylo: quarto, quinctóque, trochæo.

Iam sa | tis ter | ris niuis | atque | diræ.

Ausonius vero pro quinque illis, eundem versum tribus tantum, sed longioribus ped bus, metitur, ἱππείῳ, χοριάμβῳ, & ἀντιβακχείῳ. Hippius valet trochæum, & spondeum, primum & secundum versus pedem. Cho-

435 B

435 C

341.

435 D

riambus dactylum, tertium, & primam syllabam Trochæi quarti pedis. Antibacchius autem posteriorem syllabam eiusdem Trochæi, quæ breuis est, & spondeum, postremum versus pedem pro trochæo, quod vltima syllaba versus cuiusque habeatur anceps. Primum itaq; Sapphicũ libri primi Odarum Horatij ita Theoni Ausonius metitur, vt sit Hippius, *Iam satis tèr*. Choriambus, *ris niuis at*. Antibacchius, *que diræ*.

Iam satis ter | ris niuis at | que diræ.

Miror autem, quod quum grammatici Hippium & Molossum eundem dictum pedem tribus longis syllabis definiant, hic Ausonius Hippium secundum appellet, quem illi epitritum secundum vocant, ex quattuor syllabis constantem: quarum sola secunda breuis est, vt verberari.* Quod

435 E

vero ad Antibacchium attinet (detraxit vnam syllabam etiam Terentianus, & ex antibaccho imperiti statim antibrachium fecerunt) eum solum intelligimus pedem, qui bacchio fuerit contrarius, adeo vt si bacchîum velis esse ex breui & duabus longis, vt est exemplum apud Quinctilianum duorum bacchiorum, *venenum timeres*, antibacchius sit ex duabus longis & breui, vt, Marcellus. Si vero cóntra, bacchîum dicas ex duabus longis & breui, antibacchius sit vicissim ex breui, & duabus longis, vt hîc. Terentianus in hunc modum de illis pedibus. ¶ *Sed iam non potes, o Stolo, doceri.* fortasse propter prouectiorem ætatem. Stolo autem quid hoc loco sit, parum compertum, Theonísne cognomentum aliquod, an aliquid aliud. Marcus Varro primo de re rustica, & Plinius septimo decimo Naturalis historiæ scribunt, stolones (stulo est hoc in vetere glossario, & παραφυάς interpretatur) esse dictos, qui ex radicibus arborum nascerentur, fruticationem inutilem. Adrianus Turnebus putat apud Ausonium Stolonem significare stolidum, & stultum. Ceterum hic versus erat in Badiana editione & prioribus, *Sed iam non potes, o Stolo, doceri*: in veteri vero codice, *Sed iam non poteris, Theo, doceri.* * ¶ *regio magistro.* Gratiani Augusti. ¶ *plebeiam pulpam.* Theonem plebeium hominem, & ignobilem, carnulentum, & pinguem. Pulpas, σάρκας interpretatur vetus glossarium. Antiqui Terentij, & Persij commentatores pulpam, carnem sine pinguedine dicunt esse. ¶ *numeros*, rem metricam. ¶ *opicæ*. epigramma centesimum, & vicesimum. ¶ *Totam Vacunam.* Vacunam esse quidam dixerunt deam, quæ vacantibus & otiosis præesset. alij Mineruam, alij Dianam, alij Cererem, alij Bellonam esse dixerunt, vt scribunt ueteres grammatici in epistolam Horatij decimam. Varro vero victoriam: qua maxime ij gaudent, qui sapientia vincunt. Lilius de dijs, & Turnebus in aduersarijs, hunc Ausonij locum explicare tentauerunt. sed miror, membranæ illæ, lugdunenses

cap. 10

435 F

65.

ſes, quod habebant, *Toſtam* pro *totam*: &, *ſimuletagnam* pro *ſimul v cunam*. ¶ *Lauerna*. Dea fuit Lauerna, furibus præſidere olim exiſtimata, qui & inde ſint Lauerniones dicti, auctore Feſto: ſed *taberna* pro Lauerna erat in eodem vetuſto exemplari. Theon autem aliquando ſibi aſcripſerat Clementini poëtæ præſtantis aliquod carmen, vt ad verſum huius epiſtolæ decimum, dixit Auſonius.

IN VI. EPISTOLAM AVSONII AD THEONEM.

436 A

De Auſonij & Theonis familiaritate monuimus in prioris epiſtolæ verſum ſecundũ. Auſonius autem cũ Lucaniaci eſſet, Theõ apud ſuos Medulos ſe iam tres menſes tenuiſſet, ſcribit Auſonius, & rogat, vt ſe inuiſat tandem: cuius deſiderium diutius ferre non poſſit. ¶ *Verſibus expectans quod volo quodque queror*. *Experiens* erat in vetuſto codice, & *quero* pro *queror*. ¶ *Tertia fiſſipedes*. Iam tres ſunt menſes, quum ad me non veniſti. Fiſſipedes autem dixit iuuencas, quibus vngulæ ſunt in duo fiſſæ, & diuiſæ. quod genus animalium biſulca appellat Plinius vndecimo naturalis hiſtoriæ. Lunæ vero currum cur bubus trahi ſit fictum, vt hoc loco, & in epiſtola vndeuiceſima, quærit Cælius Rhodiginus capite ſexto libri viceſimi. quos tamen equos dicit Ouidius in principio quincti Faſtorum. * ¶ *Bis nouies denos*. Bis aduerbij primam litteram in V mutaui, ſicque aduerbium verbum factum volui, quum viderem bis nouies denos eſſe centum & octoginta dies: qui debent eſſe decies noueni ſolum, hoc eſt nonaginta, quarta ſcilicet anni vertentis pars, id eſt, tres menſes. ¶ *Sexaginta horas*. Idem dicit, ſed per horas. Quoniam dies ciuiles, qui & vertentes in edyllio quartodecimo appellati fuerũt, in horas vicenas quaternas diuidere ſolemus, in nonaginta huiuſmodi diebus ſunt duo millia centum & ſexaginta tales horæ. ¶ *Quo ſine*. ſine te. ¶ *millia*. Millia paſſuum, quæ & milliaria, bis nongenta, hoc eſt mille & octingenta. Caput vndecimum libri ſecundi Digeſtorum Iuſtiniani Auguſti hunc habet titulum. Si quis cautionibus, in iudicio ſiſtendi cauſa, factis, non obtemperauit. ibique hæc Caij iuriſconſulti verba. *Vicena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerari prætor iubet, præter eum diem, quo cautum promittitur, & in quem ſiſtere in iudicium oportet*. Sed Iacobus Cuiacius, & Petrus Pithoeus in aduerſarijs hunc ante nos locum Auſonij explicuerunt. ¶ *per tot dies*. nonaginta. * ¶ *Iam potui Romam*. vſque ab vltima Aquitania, & Gallia. Qui Burdigala (in agro Burdigalenſi ſcripta fuit hæc epiſtola) Romam, ſacerdotiorum a pontifice Ro-

cap. 37

436 B

316

436 C

mano petendorũ gratia frequenter currunt, trecentas leucas interesse putant :iterque hoc per equos dispositos diebus fere septem conficitur. sed incertus nimium istarum leucarum modus hodie,*cum millenûm & quingentenûm passuum apud priscos Gallos essent:vt scribunt Ammianus Marcellinus libro quinctodecimo, & sextodecimo, Iornandésque in Gothicis.¶ *millia pauca*. Inter Condatem portum, & Pauliacum numerantur leucæ duodecim: quæ sunt passuum millia fere quadraginta in hac Aquitania.*Mihi* autem pro a me. ¶ *Scirpea habitatio*. Vt arundinea tecta dixit in prioris epistolæ versu sexto. Est scirpus iunci species, leuis,

436 D & sine nodo,vt definit antiquus Terentij commentator. * ¶ *Pauliacus*. Quod sic Latinum erat in suo archetyppo, cur Lugdunenses Παυλιακὸς ediderunt? an quod timebant, vt ne syllaba pęnultima aliter corripi non posset in Aquitanico vocabulo? Vicus est,nomen adhuc retinens *Pauliac*, apud eosdem Medulos in ipsa Garumnæ ripa,infra Domnotonos &Blauiam,Domnotonis longe maior, & nobilior. ¶ *An quia per tabulam*. Quod me non inuisis,ó Theon,tã frequens,quã solebas,an hęc causa est, quod mihi pecuniam debes, vt ex tabula, & syngrapha constat:& eam times,ne repetam abs te,si venias huc? Quod autem sequitur. *medica pugna notatam*,quum mendosum vidissent Lugdunenses,nec intelligerent *medico pugnante notatam*,reposuerunt:medicumque istum Turnebus vnũ ex digitis postea accepit:quod syngraphas digitis repugnantibus inuitáque manu,scribere soleamus.Ceterum mihi quoque si quid hîc somniare liceret,scriberem potius,*Medi qua pugna notata*: signúmque syngraphæ intelligerẽ ex anulo, & gẽma, in qua sculpta alicuius Medorũ gẽtis Asiaticæ, regis,vt Astyagis cum Persis,vel Darij cum Atheniensibus, in campo Marathone,pugna fuerat:quemadmodum syngraphas,epistolas, edicta,Augustum Cæsarem sphinge· Mæcenatem rana: Syllam Dictatorem traditione Iugurthæ: Intercatiensem, cuius patrem Scipio Æmilianus ex prouocatione interfecerat,pugnæ eius effigie signasse, scribit

437 A Plinius in principio tricesimi septimi de Naturali historia. * ¶ *Bis septem Philippos*.quattuordecim nummos aureos.Idem rursus Ausonius in epi-

417 B stola secunda,

Ergo interceptos regale nomisma Philippos,

ex Horatij epistola ad Augustum,

Rettulit acceptos regale nomisma Philippos.

Qui sic Philippos,pro Philippeis dixit, nũmos, Philippi regis Macedoniæ vultu signatos. ¶ *perdere malo*.Malo ego,o Theon,perdere, quam mihi debes pecuniam,& eam tibi condonare,quam eius causa, tuo conspectu,iucundissimáque consuetudine in perpetuum priuari. ¶ *interne*.

209 Vocatiuus esse videtur *interne* pro nominatiuo in carmine de Burdigala. hic si non placet pro accusatiuo esse positum, aduerbium sit, per me licebit, vltima vocali correpta, quamuis hoc rarius fit in aduerbijs, quæ fiant a nominibus adiectiuis secundæ declinationis. ¶ *nostris medullis*.

est mollis

— *est mollis flamma medullas*, inquit Virgilius de Didonis amore. & octauo Aeneidos de alio amore, lib. 4 vers. 66 vers. 390

——— *notúsque medullas*

Intrauit calor: & labefacta per ossa cucurrit.

* ¶ *prædictos Darios.* Iam Darios appellat, quos prius *Philippos*. Fuit Δαρεῖος rex Persarum: a quo facti, et dicti Δαρεικοὶ, hoc est Darici stateres, & nummi aurei. De quibus Budæus de asse ex Suida, & alijs. Adrianus Turnebus antiquum librum non viderat: sed eum fefellit, qui Charinos pro Darios hic se legisse scripsit. ¶ *rescribe.* redde. renumera. Terentij veteres commentatores in Actum Quinctum Phormionis. ¶ *& redime.* & fac, te liberes isto ære alieno, vt postea possis liberius domi tuæ desidere: & vt nemo te suspicetur, propter istam pecuniam, tamdiu apud Medulos latere. ¶ *Aut alios à me totidem dabo.* Locum quidem hunc restituit Petrus Pithoëus capite tertiodecimo primi aduersariorũ: ceterum quis eius sensus? an Ausoniũ libenter alios quatuordecim Philippeos Theoni donaturum, si aliter impetrare ab eo non possit, vt ad se veniat, & eius conspectu fruatur? ¶ *pauperis vsque.* perpetuo pauperis. 437 B Scen. 1

* ¶ *Medullini noti.* venti a Medulis spirantis, non veri noti, sed venti, qui propius accedat ad zephyrum. In Medullinus autem non video, cur coactus fuerit, secundam syllabam producere Ausonius, quam in primitiuo Meduli semper corripuit, vt in secundo, & sextodecimo versu epistolæ prioris, in primo carminis epistolæ septimæ subiuncti, in duodeuicesimo epistolæ tertiædecimæ. ¶ *Expositum subter paradas.* In nauigijs fluuiatilibus, quæ tecta non sunt, solem, frigus, imbrem, oculos hominum, qui vitare volunt, sic media contegere vidimus. Circulos cuparios sumunt aliquot pro sui nauigij longitudine. Eos aperiunt: & si forte longiores inueniantur, quam opus sit, partem amputant: vel circuli tales si desunt, aut minor sumptus si placet, perticis, & flexibilibus arborum ramis hic vtuntur. Clauis ad vtrumque nauigij latus affiguntur. Huic fornici peripetasmata supersternuntur. Hæ sunt nisi fallor, Ausonij paradæ, vel simile quidpiam. Quod verbum scribit Turnebus reperisse se in veteri lexico, sed aliter, vti suspicor, expositum, quicquid hoc sit nominis. Ego vero idem eadem significatione vsurpatum legere memini apud Sidonium Apollinarem, in libri octaui epistola duodecima: qua rogat quoque amicum Sidonius, vt ad se Burdigalam nauiget. Eius hæc verba sunt. *Hic ne tibi pendulum tingat volubilis sentina vestigium, pandi carinarum ventres, abiegnarum trabium textu pulpitabuntur. Hic superflexa crate paradarum, sereni brumalis infida vitabis.* 437 C

* ¶ *Corporis vt tanti.* Nescio, quam procero corpore fuit Theon, sed obeso fuisse cognosces ex versu vicesimoprimo carminis epistolæ septimæ. ¶ *Vnus a Domnotoni,* De hoc loci nomine monuimus in versum quinquagesimum quartum epistolæ quinctæ. Quod autem ad metrum attinet, tametsi poterat Ausonius scribere, *vnus Domnotoni te a li-* 437 D 40

tore, tamen dum perpetuo iocatur cum suo Theone, maluit, *Vnus a Domnotoni*, veterum more. S namque apud priscos, sicut & M, vim suam plerumque amittebat, vt Quinctilianus, Priscianus, & alij multi docuerunt. Spondeus ergo hic erit, *Vn'a*. ¶ *aestus*. motus maris oceani, vt definire videtur Pomponius Mela libro tertio. Qui duplex est. Aut enim se a litoribus mare colligit in medium: aut ex medio in litora effundit, tanta vi, vt vasta etiam flumina retro agat. ¶ *Condatem ad portum*. Obliqui Condatem, quis rectus erit? Condas? CONDATVM alij secunda declinatione hunc locum appellarunt, vt ostendemus. LILA à Lemouicibus & Petrogoris delabens, in DORDONIAM, Duranium dictum Ausonio in versu quadringentesimo & sexagesimo quarto Mosellæ, influit supra Burdigalã Leucis quinque, vt vulgus hoc iter metitur, ortum æstiuum versus. Ad confluentes est LIBVRNIA, vrbs noua, vti mihi quidem videtur. Eius enim qui mentionem fecerit, auctorem non habeo Froessardo antiquiorem. quo rerum Frãcicarum scriptore, & ijs, quæ narrat, vetustiora de illa mox audies.* Paullum supra hanc vrbem, secundum Dordoniam, paludes sunt, & pascua, Condatis nomine. quo loco portus olim fuit, & habitatio. De portu testatur hîc Ausonius. De habitatione, vicum appellat Paulinus in epistolæ ad Ausonium primæ versu centesimo & quinquagesimo sexto.

In Condatino dicerũ degere vico.

Et post Ausonij Paulinique tempora annis plus nongentis, Edouardus, huius nominis primus in annalibus Aquitanicis computatus, Angliæ rex, Aquitaniæ dux, Condati morabatur. Eius extant duorum diplomatum exempla: in quorum priore est, *Datum & actum apud Condatum prope Liburniam, anno millesimo ducentesimo octogesimo nono*. In altero, *Datum apud Condat prope Liburniam, secunda die Iunij, anno regni nostri decimoseptimo*. Quo principe crediderim, mœnium *Liburniæ* fundamenta primum iaci cœpta: qui eam ciuitatem sic instituit in alio diplomate, *villam*, hoc est vrbem, oppidúmque nostro Galloromano sermone, & portum vocans.* *Sciatis nos dedisse, & concedisse, in hac præsenti charta confirmasse dilectis, & fidelibus nostris Burdigalæ, & villæ nostræ portus de Libornia, præsentibus, & futuris: quod ipsi cõmuniam habeãt in dicta villa portus de Liburnia, faciant anno quolibet duodecim Iuratos. & dicti duodecim Iurati possint eligere duos Probos homines de cõmunia sua in Maiorẽ. & in crastinũ sanctæ Mariæ Magdalenes, præsentent dictos duos Probihomines in castro Burdigalæ, Seneschallo Vasconiæ, vel eius locum tenenti, vel Cõstabulario Burdigalæ, qui eligãt, quẽ voluerint de prædictis &c.* Muris itaque portui Liburniensi circundatis, possunt Cõdatenses in nouũ oppidũ cũ alijs ex proximis agris cõmigrasse. quas habebãt ædes Cõdati diruisse. materiã secũ asportasse. sic portũ vicúmq; suũ desolasse: cuius nunc solę sunt reliquiæ, priscarũ fossarũ vestigiũ.* ¶ *Si modo deproperes*. Valde certe properare oportet, si quis hoc duodecim leucarum iter vno velit æstu conficere: velísque,

velísque, vt aiunt,, ac remis, opus est. ¶ *tua flamina.* ventus Medulinus. Vel quos flatus Theon homo obesus, emitteret è pectore tantos, vt vela etiam implerent, & naues impellerent. ¶ *Iuuenies.* Condati. Petoritum autem vox nostrâs Gallica,vehiculi genus quattuor rotarum in epistola etiam vndecima,& septimadecima. Festus,& Aulus Gellius extremo libro quinto decimo noctium Atticarum. ¶ *Villa Lucani.* Villa Lucaniâco mox potieris.Mox eris Lucaniaci,vbi nunc ago.Quā autem hîc corripit Ausonius Lucaniaci pęnultimam,eam producit in iambico vicesimæ secundæ ad Pontium Paulinum epistolæ,

445 460 478 23

Lucaniacum liberet. sicut & in epigrammate de libero patre,

Lucaniacus Pantheum.

Pyrrhichium enim,vti puto,pro iambo noluit ibi positum.* Paulinus vero ipse,vt nec hæc,nec præcedens syllaba, breuis forsitan inter duas longas, suo hexametro molestiæ quicquam exhiberet, contraxit, & Lucaniacum, Lucanum dixit versu centesimo quinquagesimo tertio epistolæ ad Ausonium primæ. Vbi Ausonium dicit habere præclaras ædes Lucaniaci. eum locum Condatino vico præferens, quicquid tunc fuit Lucaniacus supra Liburniam & Condatum,non procul flumine Duranio, locus hodie nobis incognitus,nisi forte fit oppidulū, quod abolito prisco nomine,Sanctus-Aemilianus vocitatur.quemadmodum Sanctus-Ioannes hodie vulgo nuncupatur Santonū oppidū,quod prius Angeriacum appellatū legimus in veteribus mēbranis, sicut & in eo de capite Ioannis Baptistę,quod vna cū Cypriani scriptis edi solet. ¶ *Rescisso disce.* Syllaba naturaliter breuis pro lōga,post duos pedes,cæsura penthemimere.

437 H 567

* ¶ *Lucilij vatis.* Tribus syllabis pronunciandus obliquus *Lucilij*, vt *peculij* in Tytiro Virgilij.Producit enim secundā syllabā Lucilius apud Horatiū,& Persiū.Fuit autē vnus ex antiquis poëtis:cuius carmina interciderunt: vt nunc scire nō possimus,quibus sit vsus mesibus. Est autē τμῆσις, quę & διακοπὴ, vel Diomede auctore, dissectio,figura,quū vnū vocabulū diuiditur,vt tertio Georgicôn. — *Septē subiecta trioni*,pro,Septētrioni subiecta.& nono Aeneidos, *inq. salutatā linquo*, pro insalutatā linquo. Et prima Horatij epistola, *quo me cunque rapit*, pro quocunque me rapit tēpestas.Et Martialis pænultimo epigrāmate libri primi. *Argi nēpe soles subire letū*:quū vnū sit nomē loci,Argiletū. Quæ sectio tolerabilis est in verbo cōposito,quemadmodū scribit vetus Virgilij interpres in versum quadringētesimū & sextūdecimū primi Aeneidos:ceterū in simplici,nimis est aspera.qualis illa veteris poëtę, — *Saxo cere cōminuit brum*:& quē ludens fecit Ausonius, — *Lucani mox potieris aco.* quum eam non probaret: sed non sine auctore tamen fecisset.

437 I vers. 381 ver. 288

IN SEPTIMAM. EPISTOLAM AD EVNDEM THEONEM.

438 A

¶ *Quæ dudum.* ptiore epistola. ¶ *munus reciprocū fastidisti.*rescribere es

dedignatus. ¶ *inter tineas.* neglecta, situ & puluere obducta. Epigramma tricesimum tertium. ¶ *retractaui.* recognoui. ¶ *Satyrica.* mordax.

¶ *Ostrea Baianis.* Vide epistolam tertiamdecimam ad Paulum. ¶ *Accepi.* Sic fuit in exemplari, & esse debuit. Accepi a te, o Theon. ¶ *subiecta monosticha.* Singularij versus, qui sequuntur. ¶ *Quot ter.* Beda de computando per digitos, & vtramque manum, in libro de temporum ratione, scribit, quod antiqui illi quū decē significare volebant, vnguem indicis sinistræ manus in mediū artum pollicis, figebant. Ter autē dena, triginta sunt ostrea, quæ acceperat. ¶ *Geryones quot erant.* Geryones triplex, & Geryones triplices, in versu octogesimo primo Griphi. ¶ *Phrygij belli.* Troianum bellum (in Phrygia est Troia) annos decem durauit.

* ¶ *Aut ter vt Aeolidi mensis tenet ignicomus Sol.* Si locus hic vacat mendo, & mēsis si accusandi casus est, Aeolis Aeoli vētorū regis filia Canace videri poterit: quę sic ad Macareū fratrē epistolā orditur apud Ouidium.

Aeolis Aeolidæ, quam non habet ipsa salutem,
Mittit. ——— in qua scribit.
Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi,
Denáque luciferos Luna vehebat equos.

Sunt autem ter denæ Lunæ, ter deni menses, id est triginta menses, legitimi partus: quos Ausonius solis menses appellat, qui Lunæ sunt. Ignicomum uero & ignicomantem poëtę solem dixerunt, qui comam, capillos, crines, radios, in omnem partem igneos, & ardentes, fundat. ¶ *cornibus a primis.* Quum primū apparere incipit a coitu, Luna, a Cyntho mōte dicta Cynthia, vt eadem cum Diana, vaga, & errantium stellarum septima, triginta noctibus & diebus totidem, orbē suū & mensem peragens.

* ¶ *Singula percurrit.* Quot diebus sol percurrit singula signa. Vult dicerē tricenis diebus vnumquodque signum à sole peragrari. quæ tamē non est subtilis computatio. Nam sic anni vertentis, qui in edyllio quartodecimo fuit descriptus, dies essent tantum trecenti & sexaginta. Signa nanque sunt Zodiaci, & Solis circuli, duodecim: quæ tricies multiplicanda. ¶ *Quótque annis.* Annis triginta Zodiacum peragit Saturni sidus, vt diximus in edyllium tertium decimum. qui Φαίνων Græcis dicitur: vt docuimus in edyllium decimum. ¶ *Quot numero.* Virgines deæ Vestæ sacræ annis decem primis discebant, totidem ministrabant, decem reliquis docebant, & post triginta annos nubendi potestatem habebant. Dionysius Halicarnassensis libro secundo. ¶ *Dardanius nepos.* Dardanus rex Troianorum fuit: vnde Dardani, & Dardanidæ Troiani: sed quis hic eius nepos, qui annos triginta regno protulit? Nisi forte Ascanius ex octauo Aeneidos. ¶ *Priamidæ quot erant.* Priami Troianorum regis ex multis vxoribus, & concubinis, filios, filiásque fuisse quinquaginta vult Ausonius. Ex quo numero si bis deni, id est viginti, subducantur, reliqui fient triginta. Higinus quinquaginta quattuor nouerat. ¶ *Bisque viros numeres.* Hi erant quindecim, terquini in extremo Gripho. Bis autem quina dena,

14 | 439 A | 449 | 283 | 439 B | 439 C | 315 | 315 | 309 | Vers. 47 | 289

dena, triginta fiunt. ¶ *Fata Amphrysia*. libros Sibyllinos. Seruius in versum trecentesimum & nonagesimum octauum sexti Aeneidos.* ¶ *Quot genuit*. triginta in principio octaui Aeneidos. ¶ *Et quot sunt asses*. Quia triens est tertia pars assis, nonaginta trientes fiunt triginta asses. ¶ *vel quot habet*. Redam currus vehiculique Gallici Gallicum esse vocabulum, Fabius Quinctilianus, & Nonius Marcellus sunt auctores. Cicero libro quincto ad Atticum. *Hanc epistolam dictaui sedens in reda, quum in castra proficiscerer.* sexto. *Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis, & reda equis iuncta, & lectica, & familia magna.* Pro Milone. *cum vxore veheretur in reda penulatus.* Vasatica vero videtur a Vasatibus dicta, de quibus in carmen vicesimum quartū Parentaliū: ceterum in agro syrtico, vt appellat Sidonius in epistola duodecima octaui libri, & harenoso, cui trahendæ, vehendæque rei fuerit olim vsui triginta equorum reda?

439 D

129

* ¶ *Quod si figuras*. Hi quinque versus sunt iambici trimetri, sed primus scazon, reliqui recti. ¶ *Ignorat alto*. Theonem obeso corpore fuisse, iam aliquot locis monuimus, vt in versum tricesimum epistolæ prioris. Vide autem apud Rhodiginum libri quincti capite duodecimo, ac apud Erasmum adagium, Pinguis venter non gignit sensum subtilem.

440

¶ *Ter denas*. Phalæcia metra duodecim. Mutauit autem genus, hoc loco, Ausonius, vt & in versu vicesimo secundo epistolæ tertiædecimę, neutrum in femininum, quia quod τὸ ὄστρεον Græci, Latini modo ostreum eodem genere, modo ostrea feminino, dicunt. ¶ *Bina terdecies*. Vnum vocabulum, aduerbium terdecies a nomine tredecim, pro tredecies. Binæ autem redecies ostreæ, viginti sex fiunt. quibus si semel quaternæ addantur, triginta erunt.

450

* ¶ *Iunctus limicolis*. Versus Asclepiadei: ex quo genere est prima ode Horatij. Ostreas autem dicit *limicolas*, quæ limo gaudeant, & ex eo prouenīant putrescente, vt ait Plinius libro nono. MVSCVLVS (musculos iam nominauit in epistolæ huius initio) diminutiuum nomen est a mure animali ex quadrupedum genere satis noto. Ex cuius similitudine quadam, musculus etiam dictus in nostris corporibus, motus volunrarij instrumenrum, ex fibris neruorum, ligamentorúmque, ex carne simplici his circumiecta, vena, arteriáque, constans, Græce μῦς, hoc est mus: de cuiusmodi murium, musculorúmue motu libros duos scripsit Claudius Galenus. Musculus etiam piscis quidam marinus dicitur: quem & Balęnam inter exempla amicitiæ ponunt antiqui scriptores: quando is, prægraui superciliorum pondere obrutis balenæ oculis, infestantia magnitudinem ipsius vada prænatans demonstrat, oculorúmque vice fungitur. Alius est etiam musculus, sed tam fluuiatilis piscis quam marinus, ex eorum genere, qui testa continentur. *Myscłás* genere feminino Burdigalenses appellant: Μουκλὰς

441 A

Cap 51

mei Santones. Parisij Μουλάς. Hi autem sunt musculi, quos a Theone acceperat Ausonius ex oceano, aut ostio Garumnæ. * ¶ *Sed primore* 441 B *vado.* in ipso primo litore postquam refugit mare, & litora late nudauit. ¶ *concolor.* eiusdem coloris cum litore. ¶ *lacteoli visceris.* teneri & mollis potius, quam lactei coloris. Flauescit enim fere Musculorum caro, siue in aqua, siue super prunas coquantur. ¶ *Sed damnosa.* Cuius damnum, & iacturam facio in his tam multis de Theonis Ostreis, & musculis. ¶ *nimis panditur.* iam plus satis patet, ac expanditur. quam iam tandem velim, ô Musa, vt complices, & his nugis finem imponas. ¶ *area.* planities, æquor charteum, campúsque papyrius, vt mox dicet, hoc est ipsa charta, & papyrus. ¶ *fissipedis calami.* cuius mucro fit in duo fissus. Fissipedes boues dixit in 436 principio epistolæ sextæ. ¶ *Grassetur.* Gradiatur. De arundine Cnidia 433 in iambicum carmen epistolæ quinctæ, & de Cadmi filiolis, id est fi- 441 C liabus, atricoloribus, atri & nigri coloris. * Quod verbum sic Cap. 7 legerat Ausonius compositum apud Plinium secundo Naturalis historiæ, sicut multicolor, & versicolor, & vnicolor, antiqui similiter composuerunt. Lacticolor vero, quod secundo post versu reperies, non habeo, qui ante Ausonium dixerit. ¶ *Aut cunctis.* Vel per datur prorsus, quicquid scripsi, superinducto atramento. ¶ *Ful-* 434 *uam.* Furuam repono ex iambico epistolæ quinctæ. Est enim non fuluum, sed furuum, & atrum, & nigrum, vt puto, atramentum. ¶ *Lacticolor.* lactis coloris spongia. Quas adhuc vidimus spongias, fuscæ erant, & flauæ. Sed candidas etiam esse, quæ cura & arte tales fiant, Dioscorides, & Plinius sunt auctores. ¶ *vitio.* & ineptijs magis, quam improbitati Theonis. ¶ *Dumnotinæ domus.* De hoc nomine 433 in versum epistolæ quinctæ quinquagesimum quartum. ¶ *Ne sit charta.* Vt ne plus damni faciam in charta, quam lucri in acceptis ostreis, & musculis.

---

442 IN VIII. EPISTOLAM AD THEONEM.

¶ *Ausonius Cons.* Metrum & hoc hexametrum. ¶ *Aurea mala.* Aurea mala in Palæmone Virgilij sunt mala aurei coloris. ¶ *has species.* aurea mala, & plumbea carmina. aurum & plumbum. ¶ *Vnum nomen vtriusque. sed est discrimen vtrique.* Abundat versus vna syllaba. Vtrumque, vtrisque, vtrique, legi posset, pro *vtriusque*. Sensus ergo est huius loci. Poma, quæ misisti, & carmina, vtraque sunt mala: sed carmina mala, priore syllaba breui, & nullius pretij: poma vero mala, priore longa, id est, μῆλα. A Græcis nanque sunt Latini hoc verbum mutuati: quo significarent pomi genus, quod pomum vulgo dicitur: quum pomum proprie significet omnem arborũ fructum molliorem, vt malũ, pirum,

plrum, prunum, cerasum. ¶ *nomen a diuis Theon.* Est enim θεὸς deus. Sunt autem iambici trimetri, duo hi versus. ¶ *Methodus sed ista.* Μέθοδος, viam, rationem, modum quendam in tractandis disciplinis significat: sed hîc Metoche pro Methodus censuit legendum vir doctissimus Ioannes Auratus, sicut annotauit Pulmannus: quod Theon, hoc est Θέων, sit μετοχὴ id est participium à θέω, quod est curro.

IN IX. EPISTOLAM.

443 A

Hoc carmen, siue epistola sit, siue quid aliud, quod inter epistolas Ausonij edidimus, id auctoris nomen nusquã habuit. Stilus tamen, & quod inter Ausoniana repertum sit, hæc duo, vel sola, vendicare Ausonio Burdigalensi posse videntur. Eius autem fuit hic titulus in antiquo libro.

INCIPIT PATER AD FILIVM. *Quum temporibus tyrannicis ipse Treueris remansisset. & filius ad patrem profectus esset. Hoc incoatum neque impletum sic de litterarijs scriptum.* Ausonij ergo poëtæ Burdigalensis carmen esto. quod luserit ad filiorum aliquem (de quibus quæsiuimus in epigrammata de fastis) Treueris ad Mosellam, in Belgica Gallia, Valentiniani, Gratiani, & aliorum principum Romanorum cum Germanis Renum transire conantibus bellantium domicilio, vt diximus in carmen de Treueris. vbi Ausonius etiã diu cõmoratus est apud Gratianũ eundem discipulum suũ, eiusq; patrẽ Valentinianũ: & carmen scripsit suorũ, quæ extant, omniũ pulcherrimum, Mosellam. Ad filiũ ergo scripsit Treueris carmẽ hoc Ausoni⁹, quibus tẽporibus, Maxim⁹ occupata apud Britannos tyrannide, Gratianum in Gallia vicit, cepit, occîdit. vt in carmen de Aquileia dictum fuit. Alia nanque non habeo, quæ hic accipi posse putem tempora tyrannica. Ceterum si carmen est patris ad filium vt certe est, quid illud in medio titulo, & filius ad patrem profectus esset? vbi suspicor legendum a patre pro ad patrem. * Monet vero denique titulus, quisquis ex Ausonij vita functi amicis eius fuit auctor, carmen hoc a suo poëta incoatum (sic sine spiritu vetus librarius. quod alij inchoatum scribunt, alij incohatum) relictum fuisse: & ex litterarijs excerptum, sicut ibi erat, ita editum non absolutum. LITVRARII autem qui dicantur, docuimus in præfationem Centonis: quod nomen œ pro u, habuit hoc loco. Diphthongum nanque œ, in v vocalem fuisse aliquando mutatam, ostendunt, Punio à pœna, hoc est ποινὴ, factum, & Punicus à Pœnus: sed veteres u sæpius in œ verterunt. Mœrus enim pro murus dixerunt: mœrorúmque pro murorum legit Seruius in versu vicesimo quarto decimi Aeneidos. Vnde Pomerium quia Varro dictum putat, quod post murum erat, Pomœrium quidam scribi pronunciaríque debere censuerunt, quum tamen Pomerium scribant etiam vetusta marmora. Sic *Cœrare* pro curare reperitur in antiquis inscriptionibus

79 · 101 · 241 · 303 · 443 B · 340

interdum. Sic Μυσία, id est Musia, postquam υ est vocalis u, Mœsia appellatur in plerisque Latinis auctoribus, vt annotauimus in librum quartum historiæ Romanæ Lucij Annæi Senecæ: nec arbitramur quicquam

443 C interesse inter regionem & vrbem. * Nam quam impressa commentaria Seruij in libri primi Georgicon centesimum secundum versum scribunt Mysiam prouinciam, sed Mœsiam ciuitatẽ, vtramque obseruauimus Mœsiam in vetustissimo libro scriptã. Sic cubus, hoc est, κύβος, cœbus est in Gripho Ausonij: ac ita ante nos Franciscus Siluius & alij repererunt scriptum in versu tertio & quinquagesimo septimo: quemadmodum vetus quoque Lugdunensis codex habebat, sed posteriore loco quœbo pro cœbo. Sic gyrus, id est γύρος, gurus & gœrus aliquando factus. vnde gœris & gœros pro goëris & goëres, legi debere putem in edyllio vicesimo quarto. ¶ *Debeo.* Cura, & mea in te charitas, o fili, poscit, & me impellit, vt hæc scribam, narrémque, quæ mihi, te descedente, euenerunt. ¶ *sereno.* læto. ¶ *egelidæ.* gelidæ, & frigidæ. Egelidum flumen nimium gelidum exponit Seruius in octauum Aeneidos. ¶ *cœtu celebratus amico.* Multi erãt mecum amici, sed sic ego tamen solus, qui te mecum non haberem. ¶ *remulci.* De hoc in versum quadragesimum primum Mosellæ. ¶ *Non annus longior ille.* Multa annorum genera apud Censorinum: quorum Metonicus vndeuiginti annos vertentes cõplectitur. Atheniensis fuit Μέτων, medicus, mathematicus, astrologus peritissimus, annis ante natum Christum quadringentis & quinquaginta. De quo Ioannes Tzetzes, Suidas, Aelianus, Plutarchus in Alcibiade & Nicia, Ptolemæus magnæ constructionis libro tertio, Columella nono, & Diodorus libro duodecimo. Latinus rectus Meto legitur apud Varronem de lingua Latina, ac apud Vitruuium libro nono, vt Pithoeus emendat. ¶ *exerceor aris.* Sic erat in exemplari, vt apud Virgilium primo Aeneidos,

278.101 · 330 · 444 · chilia.12

> *Tris notus abreptas in saxa latentia torquet,*
> *Saxa, vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras,*
> *Dorsum immane mari summo* ——— vt extantes fluminis ripæ,

aræ hoc loco dici videantur. ¶ *viridisque.* virides vluas. ¶ *vestigia libro.* Ingredior. ¶ *Sic lux prima.* prima dies. ¶ *geminas tenebras.* duas noctes. ¶ *vertigo.* conuersio cęli. ¶ *Suprema.* mortem. funera. Sic solent parentes optare, vt filij sui superstites sibi viuant.

444 A

IN X. EPISTOLAM AVSONII AD HESPERIVM.

Ad quem Hisperium hoc carmen cum viginti turdis, & anatibus aliquot mittitur, Hesperium esse puto Ausonij filium, de quo monuimus, si quid compertũ

compertum nobis fuit, in epigrammata de Fastis. Sunt autem versus hexametri, & iambici dimetri. ¶ *Qualis Picenæ.* Est Picenum Italiæ regio ad mare Adriaticum, quæ ab Ancone vrbe *Marca Anconitana* vulgo dicitur. De oliua, quæ & olea, tam arbor quam eius fructus, vnde fit quod & oliuum & oleum appellatur, quædam scripsimus in carmen de Athenis. Plinius quinctodecimo naturalis historiæ scribit, Picenas, & Sidecinas, Italicis prælatas in cibis. Martialis tertiodecimo.

78

cap. 3

Epig. 36

Hæc, quæ Picenis venit subducta trapetis,
Incohat, atque eadem finit oliua dapes.

¶ *populator.* qui populatur, & deprædatur oliuam Turdus: quam turdam etiam prima in flexione dixit Persius satyra sexta, sed abusiue, vt vetus scribit interpres. Auis est (est & piscis Turdus apud Pliniũ extremo libro tricesimo secundo Naturalis historiæ, ac apud Varronem de Lingua Latina) merulæ magnitudine apud nos (tria sunt κιχλῶν genera apud Athenæum libro secundo ex Aristotele) sed colore vario, nomen retinens Romanum, duabus tantum litterulis posterioribus decurtatum, apud Burdigalenses, & in Iulij Cæsaris Aquitania, Τούρδ: *Mauui* duabus syllabis apud Santones meos, & alios Gallos, appellata. Quam quidem Galli auem, vocitant *Griuam*, Gupylus noster Turdum esse contendebat: sicque sensit in eo libello, quem Robertus Stephanus Lutetiæ edidit de Latinis Græcísque nominibus arborum, fructicum, herbarum, piscium, & auium: sed aliud genus putant ijdem Aquitani. * Turdo certe maior videtur *Griua.* plus albi interspersi habet, & vocẽ aliam: ex qua *Tridam* pro *Griua* ipsi appellant, & ciues mei *Triam.* Apparent Turdi post Vindemiam, quos quidam Aquitanorum, Turdos Hispanienses (solo Pyrenæo ab Hispania separatur Aquitania) alij nescio quo nomine quasi à cochlea facto, appellant: quos idem genus esse autumo, sed vt diuersum videatur, maciem ex asperiore victu, & frigore, colorísque, & vocis mutationẽ ex ætate, & tempore, efficere. De Turdis, quum pingues sunt, nemo fere est, qui cũ Valerio Martiale non sentiat sic scribente, libro tertiodecimo.

444B

Epig. 92

Inter aues Turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Habuerúntque veteres auiaria multórum millium capacia: quemadmodum ex Plinio, Columella libro octauo, Varrone, tertio, cognosces. ¶ *Cereas.* molles & pingues. Martialis de ficedula alia aui, libro tertio decimo. *Cerea, quæ patulo lucet ficedula lumbo.*

Epig. 5

¶ *lucentes.* maturas, pingues, splendentes, se in sua arbore monstrantes. His itaque duobus præcipue saginare se Turdos dicit Ausonius, vuis, & oliuis, quum maturæ sunt, autumnali tempore. * ¶ *Pendet nexus retibus.* In nemoribus, aut si quo alio in loco aliquanta sit altarum arborum series, duæ deliguntur inter alias. Hæ si forte non satis proceræ per se videntur, ad eas summas prælongæ annectuntur perticæ. Qui intersunt

444 C

vtriusque rami, resecantur, siqua alia arbor, vel frutex paullum exurgens, volatui officere potest, abraditur *Fenestras* id, vt quas in nostris ædibus habemus, Romanogalli vocitamus. Hic ergo primo diluculo, & vespere, tenditur rete tam amplum, quam alta, latáque sit transenna: in quod inuolantes capiuntur Turdi, Merulæ, Scolópes, palumbi, & aliæ aues, dum in pascua exeunt, & reuertuntur. ¶ *fluitant.* agitantur, mouentur. ¶ *nebulosa.* vt nebulæ quæpiam, & quæ nebulæ potius, quam retia volucribus eo tempore videantur. ¶ *sub oris. heris,* aut *auris.* ¶ *hibernis de sepibus.* De sepibus, hiberno tempore. Sic antiquus poëta.

Iuppiter hibernas cana niue conspuit alpes.

Videndum autem, qui debeat hîc intelligi tempus hibernum. Quoniam medijs hiemis frigoribus, quum nec oliuas nec vnus inueniunt, quibus se opiment Turdi, sed tantum laureas, & nescio quas alias baccas, macilenti capiuntur. ¶ *Crepero sub.* sub crepero lucis matutinæ, & primo diluculo. CREPERVM, Varro, Censorinus, Festus, Nonius, incertum, anceps, dubium significare docent. Vnde crepusculum appellatum, tempus, quod noctis sit an diei, incertum est. * ¶ *intulit.* immisit, induxit

444 D in rete. ¶ *lacuna.* lacus, stagni, paludis. ¶ *Anates maritas.* maritas, & cõiuges, mare vna cum femina capto. Est anas feminini generis nomen, ex eorum numero vocabulorum, quæ ἐπίκοινα, id est promiscua, dicta, vna voce, & vno articulo vtramque naturam animalis significant. Quare anates maritas dixerit Ausonius, sicut Plinius in principio libri quartidecimi Naturalis historiæ, arbores populos, maritas vocauit, quibus nubunt vites, maritantur, adiunguntur. Marinas tamen, puto, legi posset. ¶ *Remipedes.* quæ in aqua remorum loco pedibus vtuntur, vt & anseres,

cap. 11 & aliæ aues: quas appellat palmipedes Plinius libro decimo & vndeci-
cap. 47 mo. Vide idem verbum in versu ducentesimo primo Mosellæ. ¶ *Cerula.*
255 Hoc vocabulum maria significat, apud Virgilium in extremo octauo Aeneidos. ¶ *punico.* punicei coloris, in epigrammate nonagesimo se-
52 cundo. ¶ *Tricolor.* Iridis colores referens. Tetrastichon de Februario in
322 edyllio vicesimo. ¶ *Quam spuma. quas pluma,* legendum. ¶ *defraudata.* *Debrudata* in veteri codice, pro *defrudata*, vt puto, quod idem est ac *defraudata*, quemadmodum apud Terẽtiũ in principio Phormionis, suum defrudans genium. ¶ *Vescente te.* Quod edis, id mihi prodest magis, quam si ipse ederem. Ita carus patri filius.

IN XI. EPISTOLAM AD AXIVM PAVLVM.

445 A Ex Santonensi suo scribit Ausonius ad Axium Paulum, de quo monuimus in epistolam ad eum ipsum scriptam ante edyllium vicesimum

335 septimũ. ¶ *Santonicámque vrbem.* Santones & Santonos Græca exemplaria modo per ω, modo per o scribunt: sed apud Latinos tamen secundam illam syllabam semper breuẽ inuenio. Porro perpauca in veteribus monumentis scripta de Santonibus nostris reperiuntur: nec qui Sãtones comme-

cõmemorauerit,scriptorem Iulio Cęsare antiquiorem noui. apud quem hoc nomen varie vsurpatum obseruaui, nimirum per tertiam declinationem in primo commentariorum Gallicorum,& per secundam in tertio: quemadmodum & apud Græcos quoque Σάντωνας, & Σαντόνους interdum,legere meminimus. Significat autem hoc vocabulum vtraque declinatione, & gentem, regionémue, & gentis præcipuam vrbem. Strabo libro quarto. Πρὸς δὲ τῷ ὠκεανῷ, Σάντονοί τε, καὶ Πικ'τονες. Hic Santoni de gente,& regione. De vrbe vero, Ausonius in epistola quartadecima. 451

Vinum cum biiugo parabo plaustro
Primo tempore Santonos vehendum.

deinde in epistola octauadecima. 463

Cur me propinquum Santonorum mœnibus
Declinas, vt lucas boues.

Sed Cornelius Tacitus quincto historiæ Augustę, *Tractique sunt in casum eundum Iulius Africanus e Santonis Gallica ciuitate*:& Sidonius Apollinaris in hoc epistolæ sextæ libro octaui, *Subitus à Santonis nuncius*,incertum est, vtrum regionem,an vrbem dicere voluerint. * Santones vero gentem regionémue esse ambigere neminem puto:sed ipsam Santonum vrbem, Santones quoque appellare videtur Ammianus Marcellinus libro quinctodecimo. *Prima prouincia est Aquitanica, amplitudine ciuitatum admodũ culta.omissis alijs multis,Burdigala,& Aruerni excellunt,& Santones,& Pictaui.* Nos vero quãdocunque designare hanc vrbem volumus, Santonos dicimus cum Ausonio potiusquam cum Ammiano Sãtones: vt Santones nobis sola sit gens à recto singulari Santo, & Σάντων, κατ' ἀναλογίαν. Santonus vero quid sit apud Lucanum,quæremus in ijs,quæ sumus scripturi in epistolam Ausonij vicesimam quartam. Santones regionem suam *Saintonge* vulgo appellant, tanquam a Santonia efficto verbo.Vbi vocalem i postquam consonantem fecerunt, pro ea g statim scripserunt propter cognatum apud eos vtriusque litteræ sonum. Santonem hominem *Saintongeois*. Santonos vrbem, *Saintes*: quod vernaculum nomen etiam plurale est, vt reliqua fere,quæ Galli, s, terminant: cuiusmodi sunt *Paris,Reins,liures, hommes*: id est, Parisij, Remi, libri, homines. 445 B 484

* Quod autem illi vulgo scribunt Xanctonos, Xanctones, Xancto nensis,& *Xainctes,Xainctonge,Xainctongeois*, vbi tamen nec X, nec c vnquam audias, erroris huius origo fuit,cognatio scripturæ verborum Santones, Xanthus, & Sanctus. Nam cum nominis illi sui originem inquirerent: & præter Episcopos Eutropiũ,Palladiũ,Leontium,Sulpicium,Goderanũ,Hylonẽ,Leodegarium,Cõcordium,Viuianũ,Traianum,multos obscuriores homines in diuos relatos haberẽt, quos vulgo Sanctos appellãt,nõ pauci se a sanctorũ multitudine dictos putauerũt. Quasi vero non ante multo fuerit nomẽ Sãtonũ, quã sanctos illos suos cõsecrassẽt. Qui vero S in X cõmutãt,nõ adeo imperiti quidẽ illi fuisse videtur,sed ingenio 445 c

prauiore fabulam quandam cōmenti de Troianis, aliorum quorumdam Gallorum exemplo, suum genus Troiano à sanguine ducentium, & de Xantho Troianorum flumine, Xantones se & Xanthones scripserunt & inde etiam Xanchones.

Porro ab eo nomine vnicum innuenio apud Latinos deductum epithetum, quod est Santonicus: vnde est Santonicus Rufus in quadragesimo epigrammate libri noni Martialis. *Oceani litora Santonici* in elegia septima libri primi Tibulli. Santonicum Absinthium apud Plinium, herba Santonica apud Columellam libro sexto, Santonica virga nuncupata Martiali, in epigrāmate nonagesimo sexto libro noni, herba frequens apud maritimos Santones: quam vulgus *Sindenique* corrupto vocabulo appellant: Santonicus cucullus apud Iuuenalem, quem Bardocúcullum

epig. 118 vocat Martialis quartodecimo.

Gallia Santonico vestit te Bardocucullo.
Cercopithecorum pænula nuper erat.

vers. 388 Iuuenalis vero carmen est libro tertio.

——— *quo, si nocturnus adulter*
Tempora Santonico velas adoperta cucullo?

* 445 D * Hoc autem genere vestis, nunc rarius Santones, sed Transgarumnani passim vtuntur.

cap. 19 Santones Plinius quarto Naturalis historiæ liberos vocat. de cuiusmodi libertate quædam attigimus, quum de Biturigibus Viuiscis quærere-

108. D mus in carmen de Burdigala.

Santones scribit Stephanus gentem esse Aquitaniæ. addit Strabo, Garumnæ accolas, & ad Oceanum spectantes. Qui autem Santones hodie vocantur, hos habent terminos. ab Occidente Oceanum, à septētrione Pictones, ab Oriente Angolismenses & Petrogorios, a meridie Garumnam fluuium, quem tum Girundam vulgus nuncupat. Verum enimuero quod ait Cæsar, Santones non longe à Tolosatium finibus abesse, & illis in magno illo bello contra Cæsarē cōsiliū principū Gallorū duodecim millia hominū imperasse, cū octo tantū millia Pictonibus, & Lemouicibus decē millia fuerint imperata, maioribus illis multo nunc gentibus, quā sint Sātones: arguere hoc mihi videtur, Santonū fines olim latius, longiúsque patuisse, quam qui nunc habeantur.

* 445 E Sātonū loca hæc memorauit Ptolemæus, Santonū promuntoriū, Santonū portū, Canēteli fluuij ostia, & Mediolaniō vrbē. DE MEDIOLANIO Santonū (alibi alia esse Mediolania, ostendimus in carmē de Me-

201 diolano Insubrū. quod claris suis vrbibus interseruit Ausonius) non dubito, quin sit Santonum Metropolis, quam nunc Sātonos vocamus, abó-

119 litō prorsus prisco nomine, quemadmodum meminimus in carmē vicesimum quartum Parentalium. Vocabuli nanque Mediolani nullę omnio Santonis reliquiæ de hoc Mediolano agnoscuntur. Sed quæ abunde testantur loci vetustatem, dignitatémque, quum in toto Santonico nihil huiusmo-

huiuſmodi aliud oſtentetur, hæc ſunt. Primum, priſcorum mœnium particulę aliquot locis non tam inuito tempore, rerum edaci, quam Vandalis, Gothis, Sarracenis, Nortmanis, Anglis, alijſque barbaris, adhuc manentes. quarum meminimus, quum de Burdigala vetere quæreremus 209 B deinde extra mœnia, ſed non procul, ad occaſum, ni fallor, hibernũ, amphiteatri Petrogoricenſi magis quam Burdigalenſi ſimilis, nobiles reliquię. Tum in Carantono præterfluente, antiqui artificij arcus: in quo hæc leguntur, duobus verſiculis.

CAESARI NEP. DIVI IVLLII
PONTIFICI AVGVRI.

At in altera parte, duobus etiam verſibus, ſed litteris vetuſtate pleriſque exeſis.

C. IVLIVS. C. IVLI. OTVANEVNI. F. RVFVS. C. IVLI.

GEDOMONIS. NEPOS. EPOSTEROVIDI. PRON.

SACERDOS. ROMAE. ET. AVGVST... AD. ARAM. QVAE.

EST. AD. CONFLVENTEM. PRAEFECTVS. FABRVM. D.

* Poſtremo, qua Santonis Angeriacũ itur, viſuntur non paruæ aquęductus reliquiæ: quo quondã in Santonos aqua perducebatur, vt etiã meminimus quũ de fonte quæſiuimus, quẽ tantis effert laudibus in ſua Burdigala Auſonius. Hoc ergo eſt, quod agnoſco Santonũ Mediolanum. Cuius agrum ſi aliquando inſpexiſſet geographus Strabo, ſed ab ortu in occaſum quũ peregrinaretur, in Sardinia maris interni inſula reſtitiſſe ſe, ſcribit libro ſecundo, pro arenoſo & ſterili, pręping uẽ, frugúmq; omniũ feraciſſimũ dixiſſet: vt de illo Heluetios ante Strabonem ſenſiſſe meminit Cæſar commentariorum Gallicorum primo. 346 F 210

CANENTELI vocabulum apud ſolum legitur Ptolemæum. Multi credunt eſſe, quem Carantonũ nominauit Auſonius in verſu quadringenteſimo & ſexageſimo tertio Moſellę, quos ſequi non dubitarem, niſi tantum inter Garumnæ & Canenteli oſtia poneret interuallum Ptolemæus, partem vnam & quadrantem latitudinis, longitudinis quadrantem, quum interſint vix quindecim millia paſſuum. 272 A

PORTVS autem Santonum, & PROMVNTORIVM, quę ſint hodie, neſcio: ſed imperitos tamen probabimus in epiſtolam duodecimam, qui Blauiam, & Rochellam eſſe putant. ¶ *vicino agro.* Cuius ſui prædij rurſus mentionẽ facit epiſtola duodecima & quindecima. Sed de hoc nos fortaſſe plura in verſum centeſimũ & quadrageſimũ ſextum epiſtolæ primæ Paulini ad Auſonium. ¶ *Proba.* oſtende tibi placere, & accurre. ¶ *Cornipedes mulæ.* vt cornipedes equi, in extremo ſeptimo Aeneidos. ¶ *impoſita.* impoſita. Quid petoritum, diximus in extremam 445 G 447 447.456 567

epistolam sextā. ¶ *vel cisio triiugi.* Cisium Nonius Marcellus, genus esse
437 vehiculi biroti. Cicero pro Sexto Roscio Amerino. *Decem horis nocturnis, sex & quinquaginta millia passuum cisijs peruolauit.* Et apud Nonium. *Delituit in quadam caupona, atque ibi se occultans perpotauit ad vesperum. Inde cisio celeriter ad vrbem adductus, domum venit.* Ita ad celeritatem cisiis veteres vbi solitos diceres: sed vide rursus idem verbum in epistola
460 septimadecima. Trijungum autem, quod tribus iunctis equis trahebatur. ¶ *vel celerem mannum.* Veteres Horatij interpretes in oden vicesimam septimam libri tertij, & Isidorus capite primo decimi etymologiarum, scribunt mannos esse dictos equos pusillos, *burdos* vulgo, *burricósque* appellatos: qui mansuetudine manuum familiarius sequantur.
445 H Ausonius nescio, quam paruos illos norit, qui veloces esse iubet.* ¶ *ruptum terga.* labore ac insidentium pondere. Corruptum est apud Festum corū vocabulū, qui veherent redas, id est ducerent: sed veredos, vt arbitror, ibi legerat Budæus. Isidorus capite primo duodecimi etymologiarum. *Veredos antiqui dixerunt, quod veherent redas, id est ducerent. vel quod vias publicas currant: per quas, & redas ire solitum erat.* Aurelius Cassiodorus libro sexto, in formula Magisteriç dignitatis. *Veredorū quinetiam opportunam velocitatē, quorum status semper in cursu est*, & cetera. Ita veredi in titulo quinquagesimo primo duodecimi, Codicis Iustiniani dicuntur equi publico cursui deputati. Vnde veredatij apud Iulium Firmicum & Cassiodorum appellati, cursores, qui equis veredis veherentur. Putat Budæus cursum vehicularem fuisse qui publicus cursus dicitur in codice illo Iustiniani: scribitque quod antiqui non equis singulis & expeditis, vt hodie, sed vehiculis vtebantur. Suetonius de Augusto. *Et quo celerius ac sub manum annunciari cognoscique posset, quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militares vias, dein vehicula disposuit.* Ceterum hoc loco, & in epistola septi-
460 madecima, Ausonius pro equo sine vehiculo videtur accipere veredum, ac Martialis in quattodecimo epigrammate libri duodecimi ad Priscum venatorem.

> *Parcius vtaris, moneo, rapiente veredo*
> *Prisce: nec in lepores tam violentus eas.*
> *Sæpe satisfecit prædæ venator, & acri*
> *Decidit excussus nec rediturus equo.*

445 I * ¶ *reuocant.* quonam? Burdigalam, vnde dixit initio vix se potuisse diuellere: an Santones, an aliquo alio? ¶ *vellter iuga.* multa millia, magnum numerum ἐπῳδῶν, aliorumue quorumlibet carminum, vt in epistola proxima. Vetusti commentatoris Horatij, qui Epodon librum scripsit, Hephostion, Victorinus, Diomedes, quid sit ἐπῳδὸς, docebunt. ¶ *Vel falsas lites.* declamationes. Artem dicendi profitebatur Pau-
335 lus, vt diximus. ¶ *Nobiscum inuenies nullas. quia liquimus istic Nugarum veteres cum sale relliquias.* Sic in vetere Lugdunensi exemplari. in nouis,

Nobiscū

Nobiscum inuenies nullas, quia liquimus. Eia
Vale, valere si voles me, vel vola.

Cuius distichi posterior versus, iambicus senarius, est vna tantum mutata syllaba, in epistola octauadecima ad Tetradium. 464

Vale. Valere si voles me, peruola.

sed in extrema septimadecima,

Vale. Valere si voles me, iam veni. 461

IN XII. EPISTOLAM AD PAVLVM. 446 A

Hanc vero hexametris & iambicis versibus, qualibus fuit decima, ex ipsis mittit Santonis ad eundem Paulum Burdigalam. qua rursus rogat, vt se inuisat. ¶ *falsis*. falsidicis, in epigrammate centesimo & vndecimo. ¶ *Nec plasma.* πλάττω fingo: vnde πλάσμα figmentum, & commentum, & potionis medicamentiue dulcis genus apud Persium, satyra prima. ¶ *Camenarum Castaliarum.* Κασταλία, fons Bœotiæ, in Parnaso, Musis, quæ & Camenæ, poëtarum numinibus sacer, apud Virgiliũ tertio Georgicon, Horatium in quarto carminum libri tertij, & Statium in quincto carmine libri quincti Siluarum. Quod nomen & adiectiue sumitur: vt cum dixit Castalius latex Lucanus libro quincto. Castalia Musa Ausonius hoc loco. Castalium carmen Silius libro vndecimo. Hinc patronymicum Κασταλίς, pro Castalia Musa, vt in panegyrico Sidonij Anthemio bis Consuli dicto. *Vos quoque Castalides.* ——— & eiusdem, præfatione, 61 B Ver. 125 ver. 484 Ver. 314

Castalidumque chorus vario modulamine plausit.

Obliquus autem pluralis Castalidis pro Castalijs seu Castalidibus in priore Paulini ad Ausonium epistola, 557

Castalidis supplex auerso numine Musis,

a Castalida sit recto singulari primæ declinationis, necesse est: siue adiectiuum hoc fuerit trium vocum, & totidem generum, siue substantiuum duntaxat femininum, a Castalis, huius Castalidis, quemadmodum hæc crepida huius crepidæ, & hæc cassida huius cassidæ, ex Græcis ἡ κρηπίς τῆς κρηπῖδος, ac ἡ κασσίς τῆς κασσίδος, facta fuisse veteres tradiderũt Grãmatici, Probus, Carisi⁹, Seruius, Priscian⁹, cũ Aulo Gellio & alijs.* ¶ *Alũne quondã.* qui ab illis alebaris, docebarisque: qui tũc earum quasi filius dulcissimus, nunc vero pater es potius, vel proauus, abauus, atauus, tritauus, aut siquid est antiquius, ob singularẽ eruditionem. ¶ *Tartessiorũ regulus.* Ταρτησσός, vrbs Hispaniæ in Gaditano litore, a fluuio eiusdem nominis dicta, de qua mentionem fecerunt, Aristoteles, Strabo, Stepha- 446 B

nus, alijque multi, regem habuit Arganthonium nomine. quem poëta Anacreon centum & quinquaginta annos vixisse scripsit, auctore Plinio, sed Cicero de senectute, & Valerius Maximus libro octauo, ex Herodoto, centum & viginti tantum. ¶ *Phœbus iubet verum loqui.* Hoc testantur adagia de maxime veris, ex Apollinis respôso, ex Tripode, ex Adyto. ¶ *Et si Pierias.* Phœbus Apollo poëtarum & Musarum præses, quæ & Pieriæ, & Pierides, a Pieria loco cognominantur, tametsi suas Musas sinit interdum mentiri, & fallere, nunquam tamen ipse mentitur, neque fallit. LIRA, & porca, est terra elata, siue terræ longus cumulus, & quasi agger inter sulcos. SVLCVS vero id est, ἄυλαξ, vnde ἀυλακα accusatiuus, longa illa fossa, quæ aratro fit per terram tracto. Ab ijs lirare, porcare, sulcare, liras, porcas, sulcos facere, & terram aratro proscindere. Ludit autem Ausonius in verbo lirare, ad Græcum ληρεῖν proxime accedente: quod significat nugari, mentiri, desipere, & delirare: quod delirare, vnde

305 delirium, fuit in Viro bono: estque proprie non recto sulco lirare, sed deflectere. ¶ *remo aut rota.* nauigio, aut vehiculo. ¶ *Aequoris vndosi.* Circa Garumnæ ostium sunt frequentes portus in litore Santonico, Talemondus, Roianus, & alij: in quos appellunt, qui Santonos illac eunt Bur-

447 A digala. ¶ *Aut iteratarum.* quas vias eundo, redeundoque sæpius ingredimur, & conficimus. Viam autem dicit, qua per Pontes, & Mirambellũ Santonis Blauiã itur. Burdigalæ agebat Paulus: vbi oportebat nauẽ conscendere. Blauiam appellere. Blauia equo vehiculóue Sanronos contendere. Ita hodie fere faciunt, qui Burdigala Santonos eunt. Nam prior illa ad Garumnæ ostium vsque, via, non solum longior est, verum etiam propter varios æstus incommodior, periculosiórque, Garumna infra Blauiam diffundente se, ac nauigantes atrocius iactãte, vento vel mediocri insanum in modum commoueri solita. Abest autem a Santonis Blauia terrestri itinere, *leucas* quindecim, vt vulgus metitur. De glarea in versum

246 sexagesimum septimum Mosellæ. ¶ *Fert.* a Santonis: vnde hæc scribuntur. ¶ *militarem ad Blauiam.* Quæ postea *Blauius* vulgo, deinde *Blaia* fuit dicta. Oppidulum est munitissimum in Garumnę ripa Santones spectante situm, leucis septem a Burdigala, duodecim ab ostio Garumnæ, à Santonis quindecim, vt modo diximus, vix quadraginta iugera, vt existimo, obtinens soli. custodes vigilesque habens perpetuos, qui interdiu & noctu non solum locum illum custodiant diligenter, verum etiam ex ea specula, quid toto late fiat Garumna sursum deorsumque obseruent: & si qua forte hostilis classis præterire conetur, prohibeant inde illi grauiter multis tormentis, quantum tamen per fluminis latitudinem liceat: quæ illic est duorum millium & ducentorum passuum. Sic militaris nomine semper esse digna pergit Blauia. De qua subscribam, quæ in Notitia Imperij Romani legitur.

Sub dis-

Sub dispositione viri spectabilis, ducis tractus Armoricani & Neruicani, 447 B

Tribunus cohortis primæ nouæ Armoricæ Grannona in litore Saxonico. Præfectus militum Carronensium Blabia. Præfectus militum Maurorum Venetorum Venetis.

Ita nanque illic Blabia, Blauia scribitur: vt in eo toto opere cuiuscuius auctoris sit, & temporis, plura sunt menda, quam vocabula.

Hoc autem promuntorium, qui nuper, Ptolemæi geographi interpretes, Santonum promuntorium, quod memorat Ptolemæus, esse scripserunt, & Santonum portum Rochellam, vide, ne te fallant isti. quoniam Santonum portũ quum faciat Ptolemæus Australem magis, quam promuntorium Santonum, Rochellam illi ponunt vbi Blauia est, & Blauiam vbi Rochella: quemadmodum & alibi pluribus ostendimus. Ego Blauiam qui memorarit, antiquiorem Ausonio non habeo, nec post Ausonium, Gregorio Turonensi, Aimonóque Floriacensi: qui Blauiam istam militarem, castrum vocant, hic in rebus Caroli Martelli principis Franci clarissimi, ille in libro de Confessoribus: inter quos recenset Romanum illum Blauiensem, Ausonij poëtæ, & Martini Turonensis episcopi coæuum: quem scripsit Sigebertus chronicus mortem obiuisse anno Christi trecentesimo octogesimo quincto: & cuius *sepulchrum Blauiensi castello contiguum*, vt Gregorius loquitur, & Basilicam, in qua sepultum fuisse regem Charibertum Ado Viennensis scribit, ciuilia nostra bella solo nuper æquarunt. * In Itinerario Antonini Blauia Blauutum quidem esse videtur: sed de isto auctore nihil comperi: in cuius libro nullum non vocabulum fœde corruptum. 447 C ¶ *Sanctum post pascha.* Quod neutrum nomen prima declinatione inflexit, in priore epistola. Ita Hebraicum vocabulum Christiani scriptores Latini declinarunt, & eo genere, quum nullum habeant nomen neutrum in sua prima declinatione, nisi forte adiectiua quædam, vt alienigena. ¶ *Auemus.* Cupio, & constitui. De Ausonij agro prope Santonos etiam mentio in epistola vndecima, ¶ *compita sordida.* vt sordida rura in Virgilij secundo Bucolico. ¶ *Congrege.* Congregato vulgo. Idem verbum legimus in versu quinquagesimo tertio Griphi, & legendum suspicamur in periocha vltimi libri Odysseæ: siue congrex, eius fuerit rectus, siue congregis & congrege. Aurelius Prudentius poëta Christianus, Ausonio non maior, eodem obliquo congrege, pro consentiente, & concordi, vsus est, libro secundo contra Symmachum.

En ades omnipotens, concordibus influe terris.
Iam mundus te Christe capit. quem congrege nexu
447 D *Pax & Roma tenent.* ——— * Appuleius vero septimo metamorphóseos congregem dixit, sed hoc pro eo, qui sit eiusdem gregis. *Equinis armentis,* inquit de se asino, *nanque me congregem pastor egregius, mandati dominici serus auscultator, aliquando permisit.* Contrariæ significationis est segrege pro segregato separatóque apud eundem Prudentium, qui & segregem dixit in hymno septimo Cathemerinon de Elia.

Fragore ab omni quem remotum, & segregem,
Spreuisse tradunt criminum frequentiam.

sed segreges etiam plurale Seneca in Hippolyto, & Sidonius in epistolæ duodecima quincti, & tertia noni. ¶ *Nomen plateas perdere.* Plateæ, & viæ vrbis, quantumcunque sunt πλατεῖαι & latæ, hæ videntur angustæ, cum non omnes facile capere possunt homines & alia, qui in eas conuenerunt: & sic suum nomen amittunt. Huius loci meminimus in carmen 109 A de Burdigala. ¶ *Tene, feri.* Verba sunt, & clamores vulgi per plateas & 11 vicos. De Echo est epigramma vndecimũ. ¶ *Sus lutulenta.* Horatius secundo epistolarum ad Iulium Florum.

Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.

448 Imitatus eum locum Ausonius. ¶ *Cogunt relinqui mœnia.* cedere vrbe, & rus secedere. Iuuenalis libro primo, in satyra, quam tertiam numerant: & Martialis in epigrammate ad Sparsum quinquagesimo septimo libri duodecimi.

¶ *Socci, & Cothurni musicam.* Comœdias, & tragœdias. De epodis in epistolæ prioris versum vndecimum monuimus. De versu dactylico, elegiaco, choriambico, Seruius in Centimetro, Victorinus, Diomedes, Terentianus. ¶ *Catenoplia.* Τὰ ὅπλα arma. ἔνοπλος armatus. sed quæ hæc Ausonio memorata κατενόπλια? Apud Suidam legimus catenoplion speciem rhytmi carminísque fuisse: ad quod saltabãt veteres, arma quatientes. scribítque Græcus Hephæstionis commentator, κατενόπλιον esse vnum ex heroici metri generibus septem: quod haberet duos dactylos, & vnum spondêum: hocque adducit exemplum ex primo Iliádos.

Ὣς φάτο δακρυχέων. τοῦ δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ.

Cuiusmodi fuerit hoe Virgilianum.

Nos patriam fugimus tu Tityre lentus in vmbra.

& huius epistolæ versus quinctus. ¶ *Non Pœna.* non Punica fide. Pœni nanque, qui & Phœnices, quorum Carthago, metropolis in Africa, semper vani, & fœdifragi sunt habiti. *Sed Græca*, id est sincera fide, & certa. Græca tamen fides eadem cum Punica in iambico epistolæ vice-477 simæ secundæ ad Paulinum. sed vide hæc adagia apud Erasmum.

IN

IN XIII. EPISTOLAM AD PAVLVM.

Ausonij censura de diuersarum nationum ostreis ad eundem Axium Paulum. ¶ *nepotum.* Nepos meus, mei filij, filiæue meæ filius. Nepotes, posteri. Nepotes denique, vt est apud Festum, luxuriosæ vitæ homines appellati: quibus non magis curæ sit res sua familiaris, quam ijs, quibus auus, patérque viuunt. Hac postrema significatione hîc accipere oportet nepotes, & apud Plinium libro tricesimo secundo de ostreis. *Nec non inter nos, nepotis cuiusdam nomenclator, τρίδακνα appellauit, tantæ amplitudinis intelligi cupiens, vt ter mordenda essent.* ¶ *diuersóque maris.* non vno mari. Ostreæ, aliæ, in alto mari demersę, perpetuo latent: aliæ in vadosis, & ijs locis reperiuntur, quæ recedens æstus sicca relinquit. Hæ manu, illæ reti capiuntur. REFVGA autem vada, non quæ refugiunt, vt refugum mare apud Statium, duodecimo Thebaidos, sed vnde refúgit mare, & aquis nuda reliquit. VADVM autẽ proprie, per quod vadere possis, vt volunt. ¶ *aut scrupea subter Antra.* Scrupeas speluncas dixit Virgilius versu ducẽtesimo & tricesimo octauo sexti Aeneidos.* ¶ *& muriceis lacunis.* Saxeis antris, & speluncis. Murex enim etiam saxũ, saxi acumen, & asperitas. Nonius, & Seruius in versum ducentesimum quinctum quincti Aeneidos. ¶ *quæ dedecor alga.* Quam algam appellauit vilem Virgilius in septimo Bucolico, Ausonius viridem eam dixit in versu Mosellæ sexagesimo nono, & hoc loco, dedecorem. Est decor pulchritudo & forma decens, nomen substantiuum, generis masculini, vt humor, calor: vnde adiectiuũ deriuatum decôrus, pænultima syllaba longa, vt in decôre, humôre, calôre, pulchrum, formosum, decentem significat. Decus vero eius nomen generis & declinationis, cuius tempus, & corpus, est, vt ait Laurentius Valla quarto elegantiarũ, honorificẽtia illa ex bene gestis rebus orta. cuius contrariũ dédecus. Decor etiã adiectiue aliquãdo vsurpatũ fuit, pro decôrus: & secundã syllabã vt memor, arbor, marmor, in obliquis corripuit, vt poëtę Neuij auctoritate probat Priscianus libro sexto.

Magnámque domum, decorémque, ditem, vexarant:

& Sallustij ex quarto historiarum, *Equis & armis decoribus cultus.* Hinc duo adiectiua generis communis cõposita, índecor, & dédecor memorat idem Priscianus libro quincto. A quorum priore, indécorem, & indécores multis locis vsurpauit Virgilius, vt vndecimo Aeneidos,

Non tamen indécorem tua te regina relinquet.

& septimo,

Nõ erimus regno indécores. — In quẽ locũ dubitat vetus cõmentator, an sit vllus nominatiuus singularis istorũ obliquorũ: quũ duos inueniamus, índecor apud Priscianũ, vti dixi, & indécoris apud Noniũ Marcellũ. cuius subijciam verba. *Indécoris, pro indecôra. Accius Athamante.*

cap. 6 | vers. 634 | 449B | 246 | vers. 845 | vers. 232

Cuius sit vita indécoris, mortem fugere turpem haud conuenit.

449.C * Sic enim ibi legit Henricus Stephanus. Dédecor vero nec alibi legere memini, quam apud Ausonium, & Priscianum, nec ab eo quicquam deflexum, præter plurale dedécores in his Salustij a Prisciano adductis, *Dédecores multique terga ab hostibus cædebantur*: in vetusto Latinogræco glossario. vbi substantiuum decor, πρέπον interpretatur: adiectiuum illud simplex plurale decores, εὐπρεπεῖς. dedecores ἀπρεπεῖς, ἄκοσμοι. Inueniuntur ergo plerumque ostrea sub virenti musco, & sordida, tuipíque alga latentia. ¶ *Quæ testis*. ostreas & conchas silicum duritia integi scribit Plinius nono naturalis historię. ¶ *Quæ mutata loco*. à suo natali solo, in alium locũ translata. Plinius in tricesimo secundo Naturalis historię de ostreis. *Gaudent & peregrinatione, transferrique in ignotas aquas*, &c. ¶ *pingui mox condita limo*. Veteres, qui ostrearum viuaria habebant, ea qua saginarẽtur arte, cognouisse verisimile est. Scribit autẽ Columella libro octauo, limosam regionẽ conchylijs, muricibus, & ostreis, maxime idoneam esse. Exemplar autem quia pro *condita* habebat *consita*, cõsita legeret Iosephus Scaliger. ¶ *Secretus*. exhaustus, exsuctúsque ab ipsis ostreis humor pinguis limi. *Est vligo* proprie, inquit vetus Virgilij commentator, in illud secundi Georgicôn,

cap. 14

cap. 6

vers. 184

At quæ pinguis humus, dulcique vligine læta,

naturalis humor terræ, ex ea nunquam recedens. ¶ *Curam senilem*. Ausonij iam senio confecti. ¶ *dignanda*. digna, quæ scribantur. Vir frugi quis dicatur, docuimus in carmen vicesimum secundum Parentalium. * ¶ *non Saliare epulum*. Subaudi est, aut quid simile. Salij erant Romæ Martis sacerdotes. Ab ijs saliares dapes, & saliare epulum de conuiuio opiparo ac magnifico. Vide Erasmi adagia. ¶ *non cena dapalis*. Sic Lugdunenses emendandum putarunt, quod in suo erat exemplari rura dapilis. Primum verbum a voce cena multum abest, sed cenam illi dapalem legerant apud Nonium Marcellum, dictã, quæ amplis dapibus plena esset. ¶ *Qualem Penelope*. Aut Penelopæ hic legendum, declinatione Latina, aut Penelopes Græca, vt apud Horatium epistola secunda.

147

450E

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati,
Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique,
In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

¶ *mensa*. ipsi epulantes, ματαιομιχῶς, vnguentis delibuti iuuenes, & bene curatæ cuticulæ. ¶ *famam testésque*: ita iudicio alieno potius, quam proprio. ¶ *Sed mihi præ cunctis*. Meduli, vti diximus in epistolam quinctam, sunt infra Burdigalam, quasi pæninsula inter Oceanum & Garumnam. Exit autem in id Aquitanicum mare Garumna, quinquaginta fere millibus passuum infra Burdigalam. quod ostium, ostreorum est feracissimum. quæ Burdigalenses, totáque hæc Aquitania, omnibus alijs præferunt, Solacensia vulgo appellantes a Solaco vltimorum Medulorum vico. cuius meminimus in carmen de Burdiga-

430

digala. Efficere autem videtur aqua dulcis, vt pinguiores, suauiores-que sint ostreæ ex fluuiorum ostijs, quam ex interiore mari. *Gaudent dulcibus aquis, & vbi plurimi influunt amnes*, ait Plinius eodem tricesimo secundo. ¶ *ad Cæsareas.* Cæsaris, Imperatorísque Valentiniani, Gratiani, & aliorum. ¶ *Non laudata minus.* Laudantur hodiéque ostrea hæc, Laudatur & vinum Burdigalense in primis, vt scripsimus in carmen de Burdigala. ¶ *Hæc inter cunctas.* Hæc ostrea inter cunctas ostreas, de qua generis mutatione monuimus in hendecasyllabum epistolæ septimæ. ¶ *ex longo.* Ita in epistola secunda. ex multo interuallo, post tres versus. * ¶ *Quæ Massiliensia.* vocitantur, aut simile verbum subaudiendum. Vna ex clarissimis Galliæ Narbonensis ciuitatibus Massilia, vrbs maritima. de cuius ostreis si quid vspiam vnquam legi, non memini: sed possunt ea esse Massiliensia dicta, quæ memorat Strabo libro quarto in Ródani ostijs reperiri magna copia: quum non longe supra Massiliam in mare internum exeat Ródanus. ¶ *portum Qua Narbo ad Veneris.* De Narbone, vnde Gallia Narbonensis cognomen inuenit, carmen est duodecimum inter claras vrbes. Duodecim millia passuum ab interno mari distat, auctore Plinio. in quod mare procurrens Pyrenæus, Galliam ad Hispania disterminans, promuntoria aliquot proijcit. Inter quæ Ἀφροδίσιον, Venerem Pyrenęam, templum, fanúmue Veneris Strabo, Plinius, Ptolemæus memorant, quem portum Veneris appellat Pomponius Mela. Ceterum neque de his ostreis aliud quicquam legere memini. ¶ *Cultúque carentia.* Versus hypermeter, dactylicus: qualis ille secundo Georgicôn Virgilij.

Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida

Et steriles Platani. ——— Quod si *carentis* legeres, pro *carentia*, significaretur, Ausonij temporibus dirutum iacuisse oppidum Abydum Leandri illius amantis patriam, in Hellesponti littore, maris ibi non plus septem stadia lati. * Ostreosior autem si recte legi scirem apud Terentianum in his versibus Priapéis,

Hunc lucum tibi dedico, consecróque, Priape,
Qua domus tua Lampsaci sita est, quáque Priape,
Nam te præcipue in suis vrbibus hæc colit ora
Hellespontia, ceteris ostreosior oris,

ea intelligerem ostrea, quæ hoc loco voluit Ausonius significare: sed non procul ab Abydo Cyzicus abest eiusdem littoris Asiatici ciuitas: Cuius ostrea memorauit ex Muciano Plinius tricesimo secundo: & quæ inde Cyzicos ostreosa dicitur in quodam hendecasyllabo Phalæcio Priapeorum. Virgilius autem quum dixit primo Georgicôn,

Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi,

tametsi vetus etiam commentator ostriferum exponit, in quo plurimum ostrearum sit, quemadmodū & in versu octogesimonono vicesimę tertię Ausonij epistolæ accipi posset, tamen quoniam quod mare fert ostreum, idem fert & ostrum, id est purpuram, dubito equidem, ab ostreisne, an a

[Marginalia: 208 L. / cap. 6 / 208 L / 440 / 417 / 451 A / 207 / Port vêdres. / Ver. 69 / 451 B / cap. 6 / Ver. 107 / 484.]

purpuris, ostrifera maria poetæ dixerint. ¶ *Vel quæ Baianis.* Baianorum ostreorum etiam mentio in epistola septima. Vrbs maritima Baiæ in Cãpania Italiæ, locus amœnissimus ob fontes aquarum calidarum, & alia multa, Ciceronis, Virgilij, Horatij, omnium veterum scriptis celebratissimus. Quibus autem palis apud Baias fluitare dicit Ausonius ostrea, hi siue viuariorum fuerint, quæ in Baiano fuisse tradit Plinius libro nono, siue alij, scribit idem Plinius eodẽ nono de generatione aquarilium disserens, ea, quæ siliceo tegmine operiuntur, vt ostrea, putrescente limo, aut spuma circa nauigia diutius stante, defixósque palos, & lignum, maxime prouenire. * ¶ *Santonico quæ tecta salo:* Oceanus Santonicus, & Carantoni, aliorúmque omnium in ipsum influentium ostia, ostreis abundant. Earum maximę, & tridacuæ, (vt ille appellat apud Plinium libro tricesimosecundo, ostreas, quæ ob amplitudinem ter mordendæ essent. *δάκνειν* nunque mordere est) ex ijs locis euerruntur, quæ nunquam aqua detegit: & vocitant Santones ostreas ex *dragua*, a reti, quo eas capiunt, quasi dicas tragulatas. Istud enim Santonicum verbum *dragua* ex Latino tragula, corruptum esse suspicor. ¶ *Quæ nota Genonis.* Quid hoc loci sit, & a quo recto obliquus Genonis, non noui. ¶ *Aut Eborum.* In exemplari erat, *Aut ebore:* vnde *Aut Eboræ*, potius scriberem, quam, *Aut Eborum.* Leguntur autem Eboræ & Eburæ aliquot aqud veteres Geographos. quarum vna ἐβοῦρα, id est Ebûra apud Strabonem tertio, sed eadem ἔβορα, id est, Ebora apud Stephanum, πόλις, hoc est ciuitas, apud eosdem, sed castellum apud Melam Pomponium, ad Bætis ostium amnis Hispaniæ in Oceanum Gaditanum, Atlanticúmue, influentis. Eius loci ostrea possunt esse, quæ hic celebrat Ausonius. Alioqui nihil apud veteres alios legere memini de Hispaniæ ostreis, nisi quod Plinius tricesimo secundo rufa esse scribit. ¶ *& dulcia farris opimæ.* Ego istud farris quid hîc sit, non video: & in frugis aut carnis mutarem, nisi vererer, vt ne fuerit olim farris aliud atque obliquus a recto far. Miror enim, quod & far, & farris, recti, reperiantur in vetere glossario. Far, ζειά, σῖτος, ὄλυρα. & post versus aliquot, Farris ζειά, ὄλυρα. De Aremorico autem vide quid annotauerimus in decimum, & de Pictonico in vndecimum carmen de professoribus Burdigalensibus. ¶ *Caledonius.* Britannicus, vt cognosces ex ijs, quæ sunt a nobis scripta in versum sexagesimum octauum Mosellæ. Ostrearum autem Britannicarum dulcedinem commendat Mucianus apud Plinium tricesimo secundo Naturalis historiæ: earumque meminit & Iuuenalis libro primo. ¶ *Accedunt.* alia ostrea, nuper celebrari cœpta. * ¶ *Byzantia.* Constantinopolitana. Primum carmen de Claris vrbibus. ¶ *insana acta.* in insano litore, & quod feriunt insani fluctus, vt Virgiliano pastori appellantur in nono Bucolico. Acta autem vnde actæ Athenæ in versu septuagesimo primo Griphi, Græcum est ἀκτή. De quo lege, quid præcipiat vetus commentator in hunc versum quinti Aenei-

[Margin notes: 489; Cap. 56 & 51; 451 C; Cap. 6; 154. 155; 246; Cap. 6; Ver. 804; 452 A; 281]

&i Æneidos sexcentesimum decimum tertiúmque,

At procul in sola secretæ Troades acta.

Προποντὶς vero ante Pontum Euxinum dicitur mare: in cuius litore situm Byzantium. ¶ *Promoti celebrata ducis.* Promotiana hæc ostrea aliunde non noui: neque scio, quis hic Ausonij temporibus Promotus fuerit, siue hoc viri proprium nomen sit. Prosper enim, & Marcellinus comes, & Cassiodorus, Promotum memorant, Consulem ordinarium sub Valentiniano secundo & Theodosio, siue Promotum ducem vocet Ausonius qui promotorũ tribunus fuerit, vt Potentius ille apud Ammianum Marcellinũ libro vltimo, interfectus eo prœlio, quo victus a Gothis fuit Valens Imperator. ¶ *vt solitum.* vt fieri solet, quum in conuiuijs oriuntur sermones de ijs, quæ apponuntur. *Multis* autem pro, a multis. * ¶ *quotiens dextra inuitatio mensæ.* Dexterum sinistro apponitur, & dexterum, felix propitiumque significat. Dextera manus fidei amicitiæque consecrata est. Dextera mensa an hic sit alia, quam amicorum, nescio. ¶ *Lyæum.* Bacchũ, & vinum. ¶ *Aut parasitorum collecta Plautinorum.* Versus spondiacus sensus obscurioris, si quid in eo est integrum. Primum enim quinam fuerint Plautini isti Parasiti? Deinde quid collecta? Plauti puto Comœdijs hic opus esset, quæ interciderunt, quamuis collegia pro collecta quidam legendum putent. collectas vero Turnebus tertio aduersariorum. ¶ *Coniugio.* nuptijs. ¶ *aut sacra repotia patrum.* Repotia, quæ in secundo libri secundi Sermonum Horatij, pro quibus l. bet festis diebus poni vetus commentator scribit, hæc quæ proprie sint, ambigitur. Repotia legim' apud Festum fuisse, quum postridie nuptias apud nouum maritum cenaretur, & sic quasi reficeretur potatio. In commentarijs Acronis Repotia, vel secundum a nuptijs diem, quo virgo ad muliebrem habitum componeretur: vel septimum, quo soleret noua nupta redire ad parentes suos Repotia etiam ex eodem Grãmatico, & ex hoc Ausonij loco, suspicatur Turnebus esse dicta, quę celebrabãtur liberis natis, cõuiuia, quos parentes tollere decreuissẽt. Sed est aliud, quod de hoc verbo moneã. A repotãdo nãque quũ deducere videatur Festus: & sic repotia recte scribi nemo nõ putet, in vetusto illo Lugdunensi libro *reportia* erãt: reportiáque legit apud Horatium, patrum nostrorum memoria, Christophorus Landinus, ac scripsit a reportando esse dicta. *Sacra* autem, festa, & sollemnia.

452 B

cap. 6

IN XIV. EPISTOLAM AD EVNDEM PAVLVM.

453

¶ *versus meos.* quosnam versus? ¶ *& musicus.* Cuius contrarium ἄμουσος in præfatione in Griphum. Musicum promptarium in extremo Iambico Ausonij epistolæ vicesimæ primæ. ¶ *editioni aliena prolectat.* Qui alium hortatur, & inuitat ad sua scripta edendum, & emittendum. Lactare per translationem est inducere, inquit Nonius, vel mulcere, vellere, decipere vnde hoc prolectare etiam apud Ciceronem.

274
474

¶ *nec emerita*. Merere militare est:& merere stipendia facere. Emeriti, milites veterani, & stipendio confecto dimissi. Budæi annotationes. ¶ *Sensit hoc*. quod dico. ¶ *ampliata*. Ampliatio dicebatur in Iudicijs, quum causa esset obscura, & iudicium differebatur in tempus. Budæus in annotationibus ex Asconio Pediano. ¶ *patrem*. Iouem, vt in Virgilij Aeneide. Sed Veneres facit duas Plato in Conuiuio, vnã filiam Cæli, sine matre, alterã Iouis & Diones. Cicero quattuor tertio de Natura deorũ. ¶ *emulas*. Iunonem & Mineruam. ¶ *qualis emerserat mari*. Epigramma

56 centesimum & quartum. ¶ *aut cum Marte conuenerat*. Martis & Veneris adulterium significat. cuius etiam mentio in versu vicesimoseptimo

278. Griphi, & septimo Technopægnij. ¶ *& consternauit*. obstupefecit sua

286 pulchritudine, & attonitum reddidit formæ iudicem Paridem pastorem.

454 Lucianus in dearum iudicio.* ¶ *Delirus tuus*. Poëmatis nomen a Pau-

284 lo scripti. ¶ *in re tenui*. Allusio ad Virgilij locũ, quẽ indicauimus in præfationem in Technopægnium. ¶ *promi*. in lucem emitti. ¶ *vt palmes audacior*. Quæ ante tempus germinare festinant, *secutis frigoribus exuruntur*. Plinius in principio septimidecimi Naturalis historiæ. ¶ *Denique dissonum*. Locus hic corruptus est. vbi quæ leguntur colonomon, & tollenomen, θολούμενον, id est turbidum, esse debere putat Iacobus Fanensis capite tertiodecimo collectaneorum. Notandum autem accreui actiua significatione, pro anxi. ¶ *ad eundem lapidem bis offenderes*. bis peccares eadẽ in re. Erasmus prouerbiũ exponit, Iterum eundem ad lapidem.

455 A * ¶ *Vide, mi Paule*. Alterius epistolæ hoc principium est in nonnullis codicibus. ¶ *nec de mimo planipedem*. Modestia nimis affectata, nisi foret apud amicum & familiarem. Hoc ergo dicit, se ad omnia esse ineptissimum, nec id esse, quod sit, & habeatur. Μιμέομαι, imitor: μῖμος, qui aliorũ dicta factáue & gestus imitatur, vt Philistion quondam apud Græcos, Publius & Laberius apud Romanos. Marcus Cicero in Frumentaria. *Hic est Decimus, qui ad istum deduxerat Tertiam Isidorij mimi filiam, vi ab-*

460 *ductam ab Rhodio tibicine*. Mimus quoque ipsum Mimi carmen, vt infra ad eundem Paulum,

Historiam, mimos, carmina, linque domi.

Cap. 18 Aulus Gellius in extremo libro tertio. *Versum quoque Laberij, quem legi-*

Cap. 17 *mus in mimo, qui Scriptura inscriptus est*. Et libro decimo. *Laberius poëta in*

Cap. 14 *mimo, quem inscripsit Rectorem*. Et septimodecimo. *Publius mimos scriptitauit: dignúsque habitus est, qui super Laberio iudicaretur*. Hinc Pantomimus in Suetonij Augusto, Caligula, Nerone, ac alibi, vocabulum ex duobus Græcis compositum, quo ὀρχηστὴν, hoc est saltatorem, Italis appellatum fuisse scribit Lucianus de Saltatione. Sed de mimo pantomimóque Cassiodori verba subscribam, ex vltima libri quarti Variarum. *Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen est, quum primum in scenam plausibus inuitatus aduenerit, assistunt consoni chori, diuersis organis eruditi. Tunc illa sensuum manus, oculis canorum carmen exponit: & per signa composita quasi quibus-*

si quibusdam litteris edocet intuentis aspectum: in illáque leguntur apices rerum: & non scribendo facit, quod scriptura declarauit. Idem corpus Herculem designat & Venerem: feminam præsentat & marem: regem facit & militem: senem reddit & iuuenem: vt in vno credas esse multos tam varia imitatione discretos. Mimus etiam, qui nunc tantummodo derisui habetur, tanta Philistionis cautela repertus est, vt eius actus poneretur in litteris, quatenus mundum curis edacibus æstuantē, lenissimis sententijs tēperaret. Hæc ille. * ¶ Planipedem vero & mimum scribit idē esse Diomedes libro tertio. Quartam numerat togatarum fabularum speciem: planipedísque appellationem ex eo esse, *quod actores planis pedibus, id est nudis, proscenium introirent, non vt tragici actores, cum cothurnis: neque vt comici, cum soccis.* COMOEDVS autem, Κωμῳδὸς, est actor Comœdiæ & histrio. ¶ *etiam de pronunciatione rideres.* adeo inepte pronunciarem. Huius loci meminimus in epistolæ Ausonij quinctæ versum quinctumdecimum.

455 B

430. D

¶ *Vinum cū bijugo.* Versus quinque hendecasyllabi Phalæcij. De Burdigalēsi vino in carmen de Burdigala. De Santonis in epistolam vndecimam. ¶ *Ouum tu quoque.* cura vehendum, ferendum, mittendum. Est autem passer marinus, piscis è planorum genere: cuius mentio facta ad sexagesimum versum epistolæ quinctæ, quæ ad Theonem scribitur. Est & passer marinus, auctore etiam Festo Pompeio, qui Plinio Struthiocamelus. Auis est (στρουθὸς passer est, & κάμηλος, animalis quadrupedis genus: vnde vocabulum hoc compositum) auium omnium grandissima, oua gignens, quæ propter amplitudinem pro quibusdam vasis habentur: vt scribit Plinius in principio decimi Naturalis historiæ. Vnum vidimus, quod digitos septem longum erat, latum quattuor & semissem. * Eiusdem passeris meminit Pausanias in Bœoticis, & Aelianus libro quartodecimo de animalibus. In ijs, quæ ex Agatharchide nuper edidit Henricus Stephanus, Aethiopum mentio est στρουθοφάγων, id est, carnibus struthiocamelinis victitantium. quorum etiam meminit Strabo, libro sextodecimo. Promus autem & condus in versu vicesimo Iambici epistolæ vicesimæ secundæ Ausonij. ¶ *In fundo patriæ Begeritanæ.* In Crebenno, epistola quinctadecima & septimadecima commemorato, fundo tuo, in patria tua Begeritana. Sic locum hunc putamus intelligendum. Est in Aquitania ad saltum Pyrenæum, inter Bencharnenses & Conuenas, prouincia cælo solóque aspero, quæ & Begorra vulgo dicitur, & Bigorra. Istos ego Begorros Bigorrósue esse puto, qui scribuntur Bigerri in epistolæ Paulini ad Ausoniū primæ versu centesimo quadragesimo tertio, i in prima syllaba pro e, sed e pro o in secunda, ante geminatā liquidam: vnde Begerritanus Bigerritanúsue denominatiuū effinxerit Ausonius hoc loco: cuius alterā r neglexerint librarij, Begeritanę pro, Begerritanę qui scripserūt. Sic enim omnes nostri libri habent, quum Bigerricus aliud de nominatiuum a Bigerris i necunctis exemplaribus eam geminet consonantem apud Sidonium Apollinarem, libri octaui epistola duodecima.

208 L.

445

455 C

477

566

456 IN XV. EPISTOLAM AD EVNDEM PAVLVM AXIVM.

¶ Ἑλλαδικῆς μετόχων. Carminis huius mutili mancique Græca, quæ potuerimus intelligere, ad verbum conuertemus, pro nostro more. cæ rúmque interpretationẽ suo loco Latinis miscebimus, ad hunc modum.

Græcæ participans Musæ, Latiaque camenæ,
Axio Ausonius sermone alludo bilingui.
Musa quid facimus? quid vana in spe frustra
Ludimus stultitia in dies senescentes
Santonicis campis? vbi frigus . . . . est,

De se solo hæc Ausonius. qui apud Sãtones prædiũ habebat, vt dictum fuit in epistolam vndecimam. In his autem iocis non solum Græca cum Latinis miscuit Ausonius, verum etiam Latina pura in formam Græcam deflexit. Cuiusmodi sunt campus, vinum, bonum, forum, ludus.

445 G

Erramus geli dotremuli, rigidóque poëtæ.

gelidi pro *gelido*, & *rigidi* pro *regido* quidam libri.

Musarum tenericomarum famuli inertes.
Omnia autem habet glaciésque pedum, & frigus dentium.

Frigere autẽ dẽtes solem⁹ dicere de illo, qui esurit, & nõ habet, quod edat

Calor quia nullus est niuosæ regioni.
Et duplicant frigus frigida carmina meditantes. mali poëtæ.
Incipiens autem iram mane . . . .

Alludebat hîc, si quid diuino, ad principium Iliádos Homeri,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ —

Primitias Paulo nostræ mittam canoras
Mnemosynes vittatæ gloriosa quædam pignora.

278 Mnemosyne memoria, mater nouem Musarum, vt dictum fuit in versum 525 tricesimum Griphi. Κρήδεμνον quid sit Ausonio, diximus in periocham quinctí Odysseæ. Κόμη vero coma est. Hic autem πολυκήδεα & πολυκλήπτα habent nostri libri.

Nouem verbosæ, liliis coronataq́ puellæ.

457 ** Vbi & mihi multum . . . . . versus virginalem cantum.*

Hîc & pro πολὺ, πολῆ. & ἔπη, ἐπί

Frontibus vestris alatum præferte libellum.

Ita vetus codex Frontibus. alij Fortibus

. . . . versum . . . . . .
Paulo accommodetis mixtum . . . . . carmen.
Non enim mihi fas est in hac regione manenti
Axium ab nostris egentem esse Camenis.

Quia Græci ablatiuo carent, qui casus datiuo plerumq; similis est apud suos, inuenies in his iocularibus datiuos pro ablatiuis, & cóntra ablatiuos pro datiuis. Καμήναις autẽ si recte hic scriptũ, camena nõ camœna alibi scribendum tibi fuerit. *Ille mihi omnium particeps, qui seria nostra,*
Qui ioca, omnigena nouit tractare palæstra.

Et

Et nunc sepositus solitario in rure Crebennorum.

Est Crebennus in epistola septimadecima: quicquid id sit nominis. 460

Viribus carente in regione, habet angentem garrulitatem,

λέσχην vetus. alij λάχην.

Neque caris sodalibus, nec mensæ accommodus vlli.

Quod de iniucundis . . . . querebatur Musis

Μέμφετο, & sine τ μέμφεο, nostri libri.

Iam satis, o care Paule, laborum experti sumus,

Inq. foro, causisq. & ingratis cathedris.

ingratαῖσι καθέδραις hic feci ex ingrataes ικαθηαδέραις, quod fuit in Badij editione.

Rhetoricis ludis: & fuit nulla vtilitas.

Ausonius, & Paulus litteras docuerunt, rhetoricam sunt professi, causas egerunt.

* *Sed iam ille omnis quidem iuuenalis sudor* 458 A

Effusus est ex membris. Tremula abstulit visum senectus.

Et minus in sumptum impensas leuis arca ministrat.

Non enim habet ignauus vir . . . .

Clinicus neque senex . . . .

Κλίνη est lectus, vnde Clinicū se dicit Ausonius, quod senex hæc scriberet: & tales lecto soleāt decūbere, quū stare & ingredi nequeāt. Sed Clinici etiam dicuntur medici ab ægrotantium lectis, quos circumsident, vt in disticho Lucillij, quod inuenies in cōmētario epigrāmatis septuagesimi tertij, & apud Martialē primo & nono de Diaulo & Herode. Inde est Clinice, pars medicinæ apud Pliniū in principio libri vicesimi noni. 42

Aequanimus siqua fueris, ad omnia canere

Malueris. obliuio sane laboris sequitur, & penuriæ.

Illud autem omnium pulcherrimum, vt omnibus vndique Musis

Cum poculo, & cum ministro Musarum,

Animi tristitia affectis solatia blanda requiras.

Hic erit & fructus Cereris almæ.

Vbi tu . . . . capacia pocula, vbi

Miscere si quidem velis nectar vini boni.

θίλης & θέλοις, nostra exemplaria: & οἰνοιο cuncta: sed οἴνοιο scribendum crediderim propter metrum.

Ambo igitur nostræ mutabimus otia vitæ,

Ita παραλλάξομεν, hoc est mutabimus, hîc omnes libri nostri: sed secundam syllabam producit geminata liquida: quam poscit breuem versus. Παραλέξομεν ergo reponit Iosephus Scaliger, a παραλέγειν, quod significat prænauigare & transire.

Dum res, & ætas, & sororum

Fila purpurea plicantur.

* Duo sunt Horatij versus in carmine tertio libri secundi, 458B

Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.

quorum alterum Ausonius Græcum fecerat, dum epistolã omni ex parte semigræcam vult dare, sed quid non in his litteris corruptum? *Fila*, νήματα dixerat. Est enim νήθω, neo: vnde νῆμα. quod in vetere glossario netum interpretatur. *Trium* omiserat: quod sorores illas, tria fata, & tres parcas in septimo Griphi versu dictas, numerare nihil fuit necesse. *Patiuntur* vero quomodo dixerit, nescio: pro quo πλέκηται habent omnia exẽplaria nostra, quum pænultima verbi Græci syllaba corripiatur, quæ hoc metri genere lõga debet esse, quo loco ponitur πλέκηται, veluti si scribas,

178

Νήματα πορφύρεα πλέκηται, aut,
Νήματα πορφύρεα πλέκονται.

Sed nec istud πλέκεσθαι, quod plicandi, nectendi, texendi significationẽ habet, Horatianum *pati* satis exprimere videtur de tribus illis, re, ætate, Parcis. Ater priore longa est, & nigrum significat. qua significatione πορφύρεον, hoc est, purpureum vsurpasse putatur Homerus de fluctu & morte: ceterum ex nostris libris alij πορφύρεα, alij πορφυρέῳ, & quidã sine apice πορφυρεω habebant. Πορφύρεα si legas, vltima, quæ breuis est, producte fuerit pronuntianda. Si πορφυρέῳ, datiuus erit, nescio qua syntaxi & sensu. si πορφύρεω, Atticum poterit videri pro πορφύρεα: sed vetustioribus libris opus est, qui totum versum emendent.

459 A

IN XVI. EPISTOLAM.

Ausonius Paulo.

Romanorum consul, aretalogorúmque poëta
Ausonius Paulo. Festina amicos visere.

Sed ἀρεταλόγων, & ἄρητα λόγων, ποιητὴς, & ποιητῆ, hîc scriptum reperimus. vtrum minus corruptum? Ἀρήτη, vxor Alcinoi septimo Odysseæ, duas priores syllabas producit: vnde suspiceris istud ἀρεταλόγων, ἀρηταλόγων esse debere, quemadmodum Adrianus Turnebus monuit: verum verbi ex Areta illa facti (de posteriore parte, nemo dubitat quin sit λόγος, id est sermo, oratio, & alia) quæ significatio fuerit? Ἀρετὴ vero, id est virtus, siue ἀρετὸς, placidus, & gratus, ac idem illud λόγος, ex quibus factum a Græcis ἀρεταλόγος comperimus, quo Iuuenalis libro quinto, & Suetonius in rebus Augusti Octauiani, Latina forma sunt vsi, priores syllabas suas corripiunt, quare tertium hic hexametri pedem dactylum necesse est faciant tres syllabæ, θος ἀρε, vt est apud Iuuenalem,

Lib. 5 vers. 596

Mouerat, vt mendax aretalogus. in mare nemo,

341

θος illa, quæ naturaliter breuis, per cæsuram πενθημιμερῆ producta, de qua in præfatione Centonis: sed quis tum metri pes quartus? Amphimacrum certe non admittit hoc genus. emendandum ergo censuit Turnebus, ἀρεταλόγος ἠδὲ ποιητής. id est *aretalogus & poëta*. Et ποιητῇ, hoc est poëtæ, si magis placet, vt oratio ad Paulum potius, quam ad Ausonium, refera-

referatur,poteris eodem numero legere ἀρεταλόγῳ, ἠδὲ ποιητῇ,aretalogo & poëtæ.Sed mihi neſcio quomodo hæ non placent emendationes, & hic adhuc neſcio quid deſidero.Aretalogos autem dictos eſſe tradunt Grammatici,homines garrulos,qui grata, iucunda, auribus auditorum placentia,loquerentur,& narrarent, qualem fuiſſe quondam Criſpinum illum Horatianum: & ob id aretalogum dictum ſcribunt vetuſti commentatores in exrtemam Satyram primam Horatij.

IN XVII. EPISTOLAM AVSONII AD EVNDEM PAVLVM.

459B

AD EVNDEM PAVLVM. Hanc epiſtolam quędam exēplaria ſic inſcribebant,quę Gręcā diſtichon ſequebatur:ſed alia,nullo Pauli nomine hunc dabant titulum,*Ad amicum,vt quam primum ad ſe veniat.* ¶ *Aequoream Garumnam.*Burdigalam,quam Garumna alluit. Vltimo verſu Moſellæ,ſic quoque Garumnam appellauit.De Santonibus in epiſtolam vndecimam. ¶ *Quantum pote.*quantum potis es, vel potes properare. Senex autem erat Paulus,& morbo laborauerat. ¶ *infauſtas habenas.*morbum,qui te domi continuit. ¶ *Pimpleida.* Vrbs eſt Macedoniæ, prius Thraciæ,& fons,& mons Muſis ſacer Pimpla,duabus ſyllabis apud Strabonem decimo,at Πίμπλεια tribus,ει diphthongo media, in verſu ſeptimo hymni Callimachi in Delum,ac in verſu ducenteſimo & ſeptuageſimoquincto Alexandræ Lycophronis,id eſt,Pimplêa in carmine quarto primi Siluarum Sratij, & in ſecundo ſecundi. * Quod nomen etiam adiectiue vſurpatur,vt quum Horatio in viceſimo ſexto Carminum dicitur Muſa Pimplêa, & mons Pimplêus Catullo in extremis epigrammatibus. niſi forte hæc malis a Pimpla deducere, & Pimplæus,Pimplæa, ſcribere.Hinc ſunt patronymica Pimplias, hoc eſt Πιμπλιὰς in carmine decimo,& viceſimo ſecundo Sidonij Apollinaris: ac Pimpleias, hoc eſt Πιμπλειὰς, vt apud Orpheum:& Pimpleis,id eſt Πιμπληὶς, vt in viceſimo quincto verſu primi Argonauticôn Apollonij Rhodij. Vnde Pimpleida accuſatiuum caſum, id eſt Πιμπληίδα hoc loco vſurpauit Auſonius de fonte: quum de Muſa dixiſſet Martialis in quarto epigrammate libri vndecimi,

273
445
459 C
Verſ. 17 & 77

Non vrbana mea tantum Pimpleide gaudent
Otia. ——— ¶ *Iam vates.*Iam poëta & non præceptor. Rei poëticæ vacans hoc tempore potius, quam rhetoricæ ſcholæ:cuius factamentio in epiſtola vndecima.Vtuntur autem flagris,verberibus, virgis,ferula,ſcutica,magiſtri in diſcipulos contumaces, & tardos, vt etiam idem meminit Auſonius in Protreptico, ſicut aurigæ flagellis in equos

445
364

veluti Automedon Achillis auriga septimodecimo, & vicesimo Iliados.

460 * ¶ *Sed cisium.* Aut Cicisium, & veredus pro quolibet curru & equo hic ponuntur: aut cisio & veredo non semper ad celeritatem vtebantur veteres. Sed nos de his plura in epistolam vndecimam: & de reda curru & 445 verbo Gallico, auctore Quinctiliano libro primo. quod cur more Græco rheda aspiretur, non video. ¶ *Canteri.* Canterij. Festus, apud quem aspiratur cantherius, ac apud alios nonnullos, nescio quam ob causam. *Cantherius hoc distat ab equo, quod maialis a verre, capus a gallo, veruex ab ariete. Est cantherius, equus, cui testiculi amputantur.* ¶ *Ipse Metiscus.* tuus ipse tibi auriga. Turni auriga Metiscus duodecimo Æneidos, ita in omnibus nostris codicibus scriptus: sed quem ab ebrietate Methyscũ quidam maluĩt scribere. Vide Mariangelũ, & Erythræum. De mulabus curruum etiã 437 467 extrema epistola sexta. ¶ *Crebennus.* Fuit Κρεβέννου in versu vicesimo tertio epistolæ quinctædecimæ. In quo vocabulo Græce scripto, si nihil mendi est, fuerint Crebenni gens mihi incognita: vbi Paulus fundum habuerit, quem Crebennum vocet Ausonius, venalem illum quidem, sed

461 A qui emptorem reperire non posset. * ¶ *Tot secula condita chartis.* Tam multi libri a maioribus nostris conscripti ¶ ἐπέων πολυμορ. id est, *versuum multiformem copiam.*

Grammaticorúmque implicationes, & artificium.

De logodædalia in versum centesimum & quadragesimum secundum 297 Technopægnij. ¶ Δάκτυλον ἡρῷον. Mera dactylica, quæ fere constant dactylis. vt apud Ennium,

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Ver. 503 & apud Virgilium nono Æneidos,

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

Heroici vero dactylici exemplum dat Seruius in Centimetro,

Vulnera, bella, tubæ, numero conduntur Homeri.

Sed de hoc genere versuũ, & quid differat a dactylico heroũ, Victorinus secundo Metricorum. ¶ Καὶ ληνοπόλον χορίαμβον. χορεῖος, & τροχαῖος, idẽ, pes constans ex longa & breui syllaba. Iambus vero ex breui & longa. Hinc Choriambus pes quattuor syllabarum: quarum prima & vltima lõgæ, duæ mediæ breues: vt garrulitas, sufficiunt. Indéque Choriambicum metrum: in quo frequens Choriambus. vt apud Terentianum,

Nulla meo iam sedeat turba profana luco.

& apud Seruium,

Virgilius, Mantua quem creauit.

461 B * Sed cur ληνοπόλον appellauit Ausonius Choriambũ, siue vt alij libri habẽt, λοιδοπόλον; Ληνὸς, lacus Latinis dicitur: in quẽ recipitur, quod ex vuis 319 exprimitur hinc in dolia condendũ, vt in edyllium duodecimum diximus: vnde Lenæus dictus Bacchus. Πολέω vero est verto, verũ de Choriambico nihil legere memini, quod ad vindemias, & Bacchũ pertineat. Λοιδοπόλον autẽ quid verbi est? pro quo si vnius litteræ mutatione, χαιδοπόλον

ἀοιδοπόλον legeres significare hoc posse lyricum Choriambicũ.quod metro Choriambico Horatius,& alij Latini,Græcíque Lyrici poetæ,multa carmina scripserint. Ἀοιδὸς nanque,& ex eo contractum ᾠδὸς, cantorem significat:& ἀοιδὴ,ᾠδὴ,cantionem & carmen.vnde ἀοιδοπόλος apud Hesychium, περὶ τὰς ᾠδὰς στρεφόμενος. ¶ Σὺν Θαλείης. comœdias, & tragœdias.Melpomenæ quidem, & non Terpsichoræ attribuitur Tragœdia in epigrammate centesimo & tricesimo octauo de Musis. Σύρμα vestis est muliebris Tragica,vt apud Martialem epigrammate nonagesimo quincto duodecimi. 77

Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos.

Protinus aptasti tu quoque syrma tibi.

*¶ Σωταδικὸν τῷ Κιναίδου.Metrũ Sotadicũ est vocatũ à Sotade poëta Cretẽsi,qui eo plurimũ vsus est,φλύακας & κιναίδους,nugacia , & ridicula,cinędica,& obscœna scribẽs carmina.Strabo,Suidas, Diomedes, Victorinus Lilius Gregorius de poëtis. ¶ Ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν . Ionicũ vtrinque hoc est, Ionicum a maiore,& Ionicum à minore.Apud Suidam legimus Sotadem lingua Ionica scripsisse,eiusque scripta esse Ionica vocata.Hinc pes Ionicus dictus,quo ille in Ionicis suis crebro vsus est.Constat autem hic quattuor syllabis,duabus,longis & totidẽ breuibus:quarum longæ si præcedũt,vt in verbo *praecedere*,Ionicus a maiore appellatur:si sequũtur, Ionicus à minore, vt *religari*. Inde metra nuncupata Ionicum a maiore, vt apud Seruium, 461 C

Fortis iuuenis,sume coronam.

& Ionicum à minore,vt hoc Anacreontium

Sapientes deus audit. * ¶ Ῥυθμῶν.id est, 461 D

Numerorum Pindaricorum legitimam versificationem.

Pindari extant poëmata,ex quibus cognoscas de metris Pindaricis.¶ Ἐλλιπόδην,hoc est,

Loripedem scazontem,& non scazonta trimetrum.

De his versibus in Iambicum epistolæ vicesimæ primæ.

¶ Ὀκτὼ.id est, 472

Octo Thucididis,nouem Herodoti. qui libri extant

Oratorum miranda sapientum praeclara genera

Omnia maxime si velis,& plus si forte velis. *

Quæ hic sunt Græca,mẽdo non vacant. ¶ ἀσπαστικὸν.salutatorium,ac vt ita dicã, inuitatoriũ carmẽ.Significat ἀσπάζεσθαι, salutare,excipere,amplecti.Aductoriam putat Domitius Martiali in præfatione libri duodecimi,dictã esse epistolã,quę venienti amico occurreret.¶ *Vale*.Versus,hic lãbicus senarius.pro pẽtametro,est pęnultim° in epistola octauadecima. 464

IN XVIII. EPISTOLAM AVSONII AD TETRADIVM. 462

De hoc Tetradio Ausonij discipulo,poëta Satyrico, nihil ,nisi quod hic

legitur,tradere possum. Est autem carmē ex iambicis trimetris & dimetris versibus. ¶ *Opimas*. condis. exornas. ¶ *qui sueßæ*. Suesse scribendum, vt Iosephus Scaliger restituit. Significatur enim Lucilius vetus poëta Latinus Satyricus, Aruncę alūnus dictus Iuuenali, versu vicesimo libri primi. quę Arunca, siue vt apud Virgiliū & alios scribitur, Aurunca, prius Suessa fuit appellata auctore Tito Liuio libro octauo. Interciderunt autem Lucilij scripta: quem dicit Horatius in sermonum quarto, facetum quidem fuisse, & emunctæ naris, sed durum cōponere versus, & lutulentum fluxisse, in eóque fuisse aliquid, quod tollere possis. Verum aliter de Lucilio sensit Quinctilianus decimo Institutionum oratoriarum. ¶ *Aeuóque cedis*. Solo te superat æuo & antiquitate Lucilius. In Eusebij Latinis chronicis reperimus natum esse Lucilium poëtam anno secundo Olympiadis centesimæ & quinquagesimæ octauæ: qui putatur annus ab Vrbe condita quingentesimus & octogesimus sextus. Ausonius vero hæc scripsit post cōsulatum, vt ostendit versus tricesimus, quem gessisse anno eiusdem Vrbis millesimo centesimo & tricesimo secundo putatur.

463 A / 445 * ¶ *Cur me propinquum*. De prædio Ausonij in Santonico, monuimus in versum tertium epistolæ vndecimæ. ¶ *vt Lucas boues*. elephantos. qui quare sint ita dicti, quærit Varro sexto de lingua Latina. Solinus a Lucania Italiæ prouincia putat: vbi sint ab Italis primum visi, bello Pyrrhi Epirotarū regis. Quarum belluarum inusitata facie territi Romani, infeliciter primum pugnarunt aduersus Pyrrhum: sed quum tandem assuetudine exoleuisset terror ille, regem fortiter Italia abegerunt. Liuius, Plinius, Annæus Seneca, Plutarchus, Eutropius. ¶ *Quondam docendi munere astrictus graui*. quum Gratianum Valentini principis filium, apud patrem litteras docerem. Ceterum astrictum putat legendum Scaliger.

465 B Quum te, o Tetradi, teneret Engolisma litteras docentem. * ¶ *Iculisna*. Sic habebat Tilij nostri vetus codex, primo iambici metri pede anapæsto: sicque ab Ausonio scriptum fuit, aut certe Iculisma: non autem Inculisna, vt est in editione Badiana: nec Ichnusa, vt in alijs: eámque esse arbitror, quæ nūc vulgo Engolisma vocitatur. Ichnusa ex Iculisma fecerant librarij, aut fortasse etiam semidoctus quispiam apud librarios: qui de Ichnusa insula Sardinia aliquid audierat. Inculisna vero n secunda nominis littera ante c consistere hoc loco non potest: quia prima syllaba sic produceretur, quā poscit versus breuem, vt sit primus Iambici pes anapæstus. Quin prima littera I, quum primum in E mutari cœpit apud Aquitanum vulgus, non statim subiecta est illi ista n, nec c in g cōtinuo abijt, nec n penultima in m. Nam quam hodie Engolismam, vti dixi, vocamus, hanc memini in plurimis apud Engolismenses veteribus monumentis, Ecolesmam & Ecolismam vidisse scriptam: quæ est Etolisna in vetere prouinciarum catalogo, t pro c: & Ecolesina, i præeunte syllabam na in Sigeberti chronicis ad Henrico Stephano formis Lutetiæ primum editis, ad quem locum notatur annus Christi quingentesimus &

mus & nonus.* Ex qua voce sic in eo catalogo, & apud Sigebertum scripta, scito me primũ esse odoratũ, quid in Ausonij versu essent Ichnusa & Inculisna. Auctorem quidem certe Ausonio vetustiorẽ nõ possum proferre, qui hanc ciuitatem memorarit: scripserámque ante annos viginti in cõmentariolo de Engolismę antiquitate, quẽ Enguilbertus Marnefius Pictauis edidit, extare nihil in tota ea vrbe, quod eius vetustatem probaret: verum Franciscus Corlieus regius Engolismæ procurator, vir comprimis istarum rerum studiosus, de Engulisma sua & Comitibus Engulismensium librum postea edidit, in quo scripsit, in veterum mœnium, quæ, quod olim fuit suburbium, ab vrbe diuidebant, fundamentis repetta esse signa certa & vestigia peruetustæ vrbis, quum nuper muniretur Engulisma. ¶ *Deuio ac solo loco.* Engulisma, vrbs Aquitaniæ Celticæ munitissima, in colle flumini Carantono imminente, inter Santones, Pictones, Lemouices, Petrocoros, sita, deuia est, & solitaria ciuitas. ¶ *opus camenarum.* egregium poëtam Tetradium.* ¶ *nec procul.* non longe à me, & meo Santonensi prædio. sed quis hic locus sit Santonis propinquus, in quo erat Tetradius, & qui clari isti viri, inter quos florebat, non diuino. ¶ *Consulem.* virum consularẽ. ¶ *alto negligis fastigio.* fastidio magis placet, quod habet Tilij liber. ¶ *Plectendus exemplo tuo.* Pœna ego dignus fuero similiter, ac tu, ni cõstanter in omne æuũ amem, quos semel amare cœpi, etiã si qui recusent. ¶ *Vale.* Vltimus fere versus epistolæ septimædecimę.

463 c

464

461

IN XIX. EPISTOLAM AD PONTIVM PAVLINVM.

465 A

Paulino huic alterum nomen est Pontius in versu centesimo & tertio epistolæ vicesimæ tertię. Paulinũ Pontium appellat Sidonius eum, quem scribit Burgum in agro Burdigalensi ad fluuium Duranium, oppidulum, mœnibus primum cinxisse. qui potest idem videri Paulinus. Idem Sidonius eum, ad quem mittit carmen illud de Burgo, Pontiũ Leontiũ nominat in titulo: in epistola vero duodecima libri octaui, Leontiũ tantum, principẽ Aquitanorũ: sed filium eius, vt arbitror, Paulinũ. Inter Burdigalenses Grãmaticos memorat Ausonius Leontiũ cognomento beatũ: & duos Leontios viros in primis nobiles, Burdigalenses episcopos celebrauit epigrãmatibus Fortunatus Rauennâs, annis post Ausonium centũ & quinquaginta: verũ quicunque, & quotquot fuerint hi Paulini, Pontij, Leontijque, & quæcunque illorũ nomina, siue vna gens, siue plures, credimus Burdigalẽses fuisse cunctos.* Ad medium priscæ Burdigalæ septentriones spectantem murum, vbi illustrissimus Candaliæ Comes ędes habet, locus est, quod Podium Paulini vulgo vocitatur. Paulinæ gentis domicilium ibi olim fuisse creditur, in editissima vrbis parte. vnde Podium appellatum. Sic enim Galloromani tumulum collẽmue vocamus. multáque sunt loca in Gallia nostra, quæ ab hac Podij significatione propriam sunt appellationem sortita. Paulinam ergo gentem habuit Burdi-

485

151

465 B

gala, in primis nobilem, & potentem, in eaque clarissimum hunc Paulinum Pontium, virum consularem, eximie doctum, & pium. de quo hęc mihi comperta puto: quæ cum ijs conferri poterunt, quæ de illo Petrus Crinitus, Iodocus Badius, Lilius Gregorius, & Georgius Fabricius ambigentes nuper scripserunt.

465 C Pontij Paulini Burdigalensis, ad quem extant Ausonij Burdigalensis, & eius ipsius ad Ausonium litteræ aliquot, huius sunt epistolæ illæ quattuordecim ad Seuerum, quas Iodocus Badius Ascensius Lutetię primus formis emisit, anno Christi millesimo quingētesimo decimo & quincto. Barcinonensis nanque secessus sui in illarum sexta, quo Badius edidit ordine, facit mentionem: de quo plura Ausonius in epistolarum vicesima

479 tertia, & duabus sequētibus, ipseque adeo Paulinus in sua prima, qua respondet Ausonio. Seuerus autem hic, est sine dubitatione, presbyter ille

568 Seuerus, cognomento Sulpicius, homo Aquitanus, multorum scriptorum auctor,* in quibus quod memorat Gennadius de Beato Martino, id etiam memorat Paulinus in earum ad Seuerum epistolarum quincta, & decima: vt & hoc arguat, quis hic sit Seuerus Paulini amicus. Eiusdem Paulini sunt & quinque ad Delphinum, & sex ad Amandum, epistolæ: de

208 k quarum posteriore quædam scripsisse meminimus in carmen de Burdigala. Delphinus vero Burdigalæ pontifex erat, quo tempore Hispanus ille Priscillianus Christianam rem suis deliramentis turbabat, ad annum

465 D Christi trecentesimum & octogesimum quintum .* Eum enim nominat in istarum turbarum relatione, Seuerus Sulpicius libro posteriore sacræ historiæ. Eiusdem quoque Paulini sunt duæ ad Victricium epistolę, in quibus Nolæ, Romæ, Rotomagi, Viennæ mentio fit. tum quæ in editione Badiana sequuntur ad Aptum, Iouiū, & alios. Carmen Iambicum ad Cytherium: vbi Capuæ, & Nolæ suæ meminit. elegia de Celso: in qua extrema Therasiam nominat, quemadmodum & in titulis, secundæ ad Seuerum, secundæ & tertiæ ad Aprum, & in alijs inter Augustini epistolas. decem Natales Felicis Nolani episcopi: quorum meminit in extrema nona ad Seuerum. Sapphicum carmen de Niceta Daco. Ad hæc vita Ambrosij Mediolanēsis, quē putat Sigebertus mortem obijsse anno Christi quadringētesimo & tertio: & quę inter Augustini epistolas extāt litterę aliquot ad Augustinū. Alia eius scripta memorat Gennadius: quæ hauddū mihi videre cōtigit, nec quod poëma de Regibus in his litteris se ab eo accepisse scribit Ausonius: ceterū quę recēsui, hęc quin sint eiusdē

465 E Paulini Burdigalēsis omnia, dubitare nō debuit Petrus Crinitus.* Quem merito reprehendere videtur Badius, quod ex stilo iudicās duos fecerit Paulinos, vnū Burdigalēsē ciuē, Nolanū episcopū alterū. Idē nāq; Hortensius magis floruit dicēdo, adolescēs quam senior: & Christiana pietas, grandia ista sublimia, & fucata, respuit: humilibus, verisq; gaudet magis. Iam quæ de vita & moribus Paulini ex eius ipsius, & Ausonij, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, aliorūque ęqualiū scriptis cognoui, breuiter perstringam

ſtringā.Illi cū Auſonius dixiſſet in epiſtolarum Auſonij viceſima quarta. 489

——— *Ego ſum tuus alter, & ille*

Præceptor primus, veterum largitor honorum,

Primus in Aonidum qui te collegia duxi,

reſpondit Iambico carmine Paulinus, 578

Tibi diſciplinas, dignitatem, litteras,

Linguæ & famæ decus,

Prouectus, altus, inſtitutus, debeo.

ibiq́ue Auſoniū, patronū, præceptorē, patrē appellauit, ac multis alijs in locis. Cōſul Romanus ante Auſoniū fuit, vt cognoſces ex epiſtola viceſima, hoc eſt ante annū Chriſti trecētesimū octogeſimū ſecūdū, ſed extraordinarius, vt dicemus: eúmq; magiſtratū Auſonij opera videtur adeptus. 469
* Vxorē habuit Theraſiam, nō minus viro piā & ſāctā. Neſcio quoto ętatis anno poſt cōſulatū religionē Chriſtianā ſit profeſſus, ſed cū ſignificat primę ad Delphinū Burdigalēſem epiſcopū titulus epiſtolę, ab hoc Delphino fuiſſe baptizatū: vnde illū in ijs litteris, & in tertiadecima ad Seuerū, dominū & patrē vocat. Religioni autē quū in patria libere vacare non poſſe ſe videret, ſeceſſū cēſuit. Barcinonēſis eius ſeceſſus (vrbs eſt, vt dicemus, Hiſpaniæ Barcino) mētio fit in epiſtolis Auſonij viceſima hac prima, & viceſimatertia: cuius & ipſe meminit Auſonio reſpōdēs epiſtola prima, & in extrema ad Seuerū ſexta. Italici vero, & Cāpani, & Nolani, (prouincia eſt Italię, Cāpania, & Cāpanię vrbs Nola) pluribus locis mētionē fecit Paulinus, vt in epiſtola prima ad Seuerū: vbi ſe dicit panē Cāpanū de cellula ſua Seuero miſiſſe, quē rogat, vt ad ſe in Cāpaniā è Gallia, vinū vetus peruehēdū curet: *quod Narbone adhuc nos*, inquit, *habere credimus.* Ex quibus verbis illū apparet ante Narbone aliqādiu, relicta patria, degiſſe, quā in Cāpaniā ſe cōtuliſſet. in decima ad eūdē Seuerū, in ſecūda ad Delphinū, in ſecūda ad Victriciū.* Et litteras illas ad Seuerū Sulpicium, ſi, quo Badius edidit ordine, eodē ſcire fuiſſe ſcriptas, dicerē Paulinū è patria ſua in Italiā primū ſeceſſiſſe: inde in Hiſpaniā veniſſe, ac rurſus in Italiā cōceſſiſſe: qui & in epiſtola illa ſexta hoc mihi ſignificare videtur, quū ſic ſcribit ad Seuerū Sulpiciū, qui tunc erat Eluſone Aquitanię ciuitate, vnde Eluſanā plebē dixit idē Seuerus in hiſtoria de Priſcilliano hęretico, & Eloſates o pro u vetus prouinciarū nomēclator in recēſendis Populanię ciuitatibus. *Nos modo in Barcinonēſi, vt ante ſcripſerā, ciuitate cōſiſtimus, poſt illas litteras, quibus reſcripſiſti, die Domini, quo naſci carne dignatus eſt, repentina, vt ipſe teſtis eſt, vi multitudinis ſed, credo, ipſius ordinatione, correptus, & preſbyteratu initiatus ſū, fateor, inuitus, nō faſtidio loci. xā, teſtor ipſū, quia & ab æditui nomine, & officio, optaui ſacrā incipere ſeruitutē. ſed vt alio deſtinatus, alibi, vt ſcis, mente compoſitus, & fixus, nouum, inſperatúmque placitum diuinæ voluntatis expaui.* & paulo poſt. *Nam ea conditiode in Barcinonenſi eccleſia conſecrari adductus ſum, vt ipſi eccleſiæ non alligarer, in ſacerdotium tantum Domini, non etiam in locum eccleſiæ dedicatus.*

Ggg 2

Margin: 465 F; 483 B; 557; 465 O

Ceterũ hæc vt vt habeãt, dubitet interim nemo, Aquitanus ille Paulinus, quem Nolanę vrbis secretum delegisse scribit Diuus Ambrosius, quin sit noster hic Burdigalensis Paulinns, postquam Burdigala ex clarissimis Aquitaniæ ciuitatibus semper fuit. Tanti auctoris verba sunt in litteris ad Sabinum episcopum libro sexto epistolarum. *Paulinum splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundum, venditis facultatibus tam suis quam coniugalibus, in hos se induisse cultus ad fidem comperi, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam: & ipse pauper ex diuite factus, tanquam deoneratus graui sarcina, domui patriæ, cognationi quoque vale dicat, quo impensius deo seruiat. Elegisse autem secretum affirmatur Nolanæ vrbis, vbi tumultum fugitans, æuum exigat. Matrona quoque virtuti & studio eius proxime accedit. neque a proposito viri discrepat. Denique transcriptis in aliorum iura suis prædijs, virum sequitur: & exiguo illic coniugis contenta cespite, solatur se religionis, & caritatis diuitijs. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Hæc vbi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta præditum eloquentia, migrasse a Senatu*, & quæ sequũtur. Augustini vero illa primo de Ciuitate Dei, de quo alio Paulino accipias? *Vnde Paulinus noster Nolensis episcopus ex opulentissimo diuite, voluntate pauperrimus, & copiosissime sanctus, quando & ipsam Nolam barbari vastauerunt, quum ab eis teneretur, sic in corde suo, vt ab eo postea cognouimus, precabatur. Domine, non excrucier propter aurum, & argentum. Vbi enim sint omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, vbi eum condere, & thesaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo vẽtura prædixerat.* * Ita multis locis Ambrosius, Hieronymus, Augustinus Paulini nostri genus, eruditionem pietatem, commẽdauerunt. Qui vbi sit mortuus, nescio, nisi forte Nolę suę, vnde Romam translatum corpus eius, & in æde Barptolomæi collocatum, scribat Raphaël Volaterranus: neque quoto ætatis anno, neque quibus consulibus. Romam in chronicis legimus captam fuisse à Gothis anno Christi quadringentesimo & duodecimo, ac annis post quadraginta quattuor, hoc est anno Christi quadringentesimo quinquagesimosexto, ab Vandalis: qui ex Africa, quam tenebant, in Italiam traiecerant. Scripserunt ergo quidam, sed qui post tempora hæc fuerunt, Nolam ea tempestate captam quoque fuisse, & direptam, eiúsque episcopum Paulinum, quicquid habebat pecuniæ, in redimendos captiuos insumpsisse: & quum deficeret pecunia, viduæ pauperis, cuius filius in Africam captiuus asportatus fuerat, lachrymas miseratum, in Africam cum ea trajecisse: & sua captiuitate ibi captiuum redemisse. ipsum tamen postea, ob eximiam perspectam pietatem, à barbaris liberatum, Nolámque cum suis omnibus remissum. * De quo dubitari video, an sit idem Paulinus: quum hanc Nolæ vastationem ab illa, de qua mentionem fecit Augustinus, diuersam esse, liquet. Mortem nanque obiuit Augustinus, anno Christi, vt sunt Prosperi ratio-

cap. 10

465 I

465 K

ri r·t'ones, quadringentesimo & tricesimo tertio, & sic annis viginti tribus ante Vandalicam tempestatē. Quare priorem illam cladem Nolanam Ludouicus Viues censet Gothis attribuendam, quibus temporibus hi Romam primum ceperūt. De Paulino ergo, qui Vandalis Italiā populantibus, Nolanorum fuit pontifex, quæritur, sit ne Burdigalensis Paulinus, quem Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Nolæ viderūt episcopum, an aliquis alius Paulinus, qui Burdigalensi illic successerit. Burdigalensis nanque Paulinus ante Ausonium consul fuit, hoc est ante nati Christi annum trecentesimum & octogesimum secundum, vt ante diximus. inter quem annum, & annum direptæ a Vandalis Nolanæ ciuitatis, intersunt anni minimum septuaginta quatruor non exiguus annorum humanæ vitæ numerus. At illum plus eo vixisse necesse est, post quā ante Ausonium consul fuit. sed de cuius longa ætate nihil quicquam legere meminimus. * Scripsit Prosper Hieronymum, qui ad hunc Paulinum scripsit de institutione monachi, vbi eum appellat Symmysten, & sodalem, & amicū, ac, vt arbitror, præfationem illam in sacros libros, nonaginta vnum annum vixisse. ad quem annum potest noster Paulinus in eodem vitæ genere peruenisse: & sic natus fuisse annos minimum decem & septem, quum fuit consul Ausonius: eáque ætate consulatum gessisse: postquam isti Cæsares pro libidine ad hūc magistratum solebant quosque euehere, infantes etiam, & equos suos, vt Iouianus Varronianū filium suum paruulum, & Caligula Incitatum, equum suum. Sed possunt hæc de viduæ filio aliquo ante tempore contigisse. Gregorius qui hanc pluribus refert historiam in principio tertij libri dialogorum, quæ & in quibusdam Pauli diaconi Aquileiensis exemplaribus inuenitur, ijs Vandalorum temporibus plus centum & quinquaginta annos posterior fuit: & miror, quod antiquiorem se eius rei auctorem non citet. Burdigalenses autem Paulini, nemini dubium esse puto, quin ab Roma oriundi fuerint. Plinius in principio Naturalis historiæ, Suetonium Paulinum vidisse se consulem dicit: qui primus Romanorum ducum Atlantem montē sit transgressus. Memorat Plinius iunior in epistola nona libri quarti, & alibi, Valeriū Paulinū, atque Lolliā Paulinā Caligulæ coniugem Suetonius. Quod nomen inuenitur in antiquis inscriptionibus gemino ll sæpius, quam simplici sculptum: sicut & suum primitiuum PAVLLVS frequentius, quam PAVLVS vt Ioannes Pierius iampridem monuit in castigationibus Virgilianis. * ¶ *Condiderat iam Solis equos.* Iam Sol occiderat, & nox erat. Calpe, altera est ex Columnis Herculis, mons scilicet Hispaniæ ad fretum Gaditanum, & oceanum occiduum. Ταρτησσὸς, eiusdem occiduæ Hispaniæ vrbs, apud Herodotum, Melam, & alios. Huius autem epistolæ titulus erat in Tiliano codice, Badiana editione, & alijs quibusdam, AVSONIVS *Pontio Paulino, quum ille misisset poëmatonis versibus plurimis de regibus ex Tranquillo collectis.* ¶ *Stridebátque.* Cleomedes libro secundo de Mundo, ridet Epicurum,

465 L

465 M

&illos,qui dixerint solem,reliquósque sempiternos illos ignes in Hispano,&occiduo mari,extingui:vt qui facile credidisset,quod Hispani rettulissent,audire se ,quum sol occideret,talem sonitum,qualis cadente ferro in aquam merso,editur.¶ *Iam succedentes.* Soli. vt diem nox sequitur. De

436 Lunæ vaccis in epistolæ sextæ versum tertium.¶ *fratris.* Solis. Sol est Apollo apud Macrobium,& Luna,Diana.Apollo autem & Diana , Iouis & Latonæ filij. ¶ *Celebranda ad festa.* Saturnalia.quæ ex edictis Cæsarum, a sextodecimo Calendarum Ianuariarum die cœpta,in quartum

Cap.10 decimum desinebant:quo die vno fieri ante consueuerãt.Macrobius primo Saturnaliorum. ¶ *tamen suspicor.* Hoc puto me velle dicere,nempe quod erat prima nox.Simile Seneca in eo,quod scripsit de Claudio Cæ-

466 A sare:& Fulgentius in præfatione mythologicorum.* ¶ *in epitomen.* Ἐπιτομὴ, breuiarum, compendium,summa. Intercidit autem illud Suetonij Tranquilli opus de regibus, vnáque cum eo Paulini epitome . ¶ *breuitas vt obscura. Breuis esse laboro ,obscurus fio,* — ait Horatius de poëtica. Commendat breuitatem Pythagora victore idem Ausonius,ad versum

491 tricesimumoctauum epistolæ vicesimæ quintæ. ¶ *Libyam.* Africam. Sallustius in Iugurthino.*In diuisione orbis terræ,plerique in parte tertia Africam posuere . pauci tantummodo Asiam , & Europam esse ,sed Africam in Europa.* ¶ *multis.*regibus,quorum memoria perijt. ¶ *Numidam.* Numidiæ regem,regionis Africanæ. ¶ *Porthúmque Vononem.* Cornelius Tacitus secundo historiæ Augustæ refert, quomodo Vonones sit Parthorum rex factus,regno pulsus,& interfectus. ¶ *Et Caranum.* In Macedonia Europæ prouincia, successisse Caranum Macedoni Deucalionis filio,memoriæ prodidit Solinus. Iustinus vero ex Trogo libro septimo, Caranũ hunc tradit primũ Macedoniæ regẽ fuisse . Idem facit & Titus Liuius libro quadragesimo quinto. Κάρανος est Plutarcho in Alexan-

466 B dri vita Suidæ,& alijs Græcis.* ¶ *Pellæ dedit.* Πέλλα,Macedoniæ metropolis, Philippi, & Alexandri filij patria,vt Strabo,Mela,& alij scribunt. Vnde Pellæus Alexander ille magnus, Iuuenali, Lucano, & alijs dictus: qui ex Carani genere erat,& reliqui Macedoniæ reges vsque ad Perseũ de quo victo,& capto,triũphauit Paullus Æmilius anno Vrbis quingẽtesimo,&octogesimo vt in vetustis triumphorũ Romanorũ tabulis notatũ extat. ¶ *Quique.*& qui Nechepsus.Sic malim legere,quã Nechepsi, vt alia habent exemplaria , & legit Petrus Crinitus vltimo capite vndeuicesimi. In quo nomine , hoc amplius inuenio vitij , quod prima syllaba modo e,modo i habet:& secunda modo aspirata , modo sine spiritu. Est

Cap.13 enim Necepsos rectus apud Plinium secundo Naturalis historiæ . Nechepsos & Nichepsos in ijsdẽ Latinis Eusebij chronicis,vtrocũq; modo scripserit Iulius Firmicus,quod in eius Chaldaicis varie corruptum offẽdi. Sunt autem aliquot Nichepsi apud Eusebium ,Ægypti reges quorum vnus dicitur magicæ artis peritus fuisse, & scripta medicinalia edidisse,quæ viderat Eusebius.Petosiridis nomine ad Nicepsum regem circumfertur

cumfertur

cumfertur epiſtola de ratione præſciendi futura ex litteris nominis cuiuſque,quibus numeri deſignari ſoleant. * ¶ *Et qui regnauit.* Hic eiuſdem Aegypti rex, duabus eſt ſyllabis Σώϛρις apud Suidam. Σίσωστρις tribus apud Strabonem,& Herodotum libro ſecundo,ac Lucanũ nono.

466 c

Ver. 275

Venit ad occaſum, Mundique extrema Seſoſtris,

Et Pharios currus regum ceruicibus egit.

Valeriúmque Flaccum quincto,

——— *vt prima Seſoſtris*

Intulerit rex bella Getis. ——— Σεσόωσις quattuor ſine τρ primo bibliothecæ Diodori Siculi, teſte etiam Tzetze. Hic Libyam Aethiopiam, Arabiam, Aſiam bello domuit, ſed quem ſucceſſorem in regno habuit filium,hunc tanto patre dignum nihil geſſiſſe,Herodotus,& Diodorus dicunt. * ¶ *ac primigenijs vocibus* . nominibus ipſis barbaris. ¶ *Sua faſtigia.* vernaculi accentus,& toni. ¶ *Pater ſum.* non natura pater.ſed inſtitutione, ætate, amore. ¶ *agunt.* Sequentes hi tui verſus *¶ *Audax.* Icarus Dædali filius quando decidit.Dixerat Ouidius elegia prima primi triſtium,

467

368

Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis

Icarus, Icarijs nomina fecit aquis.

¶ *Et qui Chalcidicas.* Dædalus. Virgilius in principio ſexti Aeneídos, Chalcidicam arcem dixit Cumas vrbem italiæ: quo ex Creta fugit Dædalus.Se ergo modeſte Icarum appellabat Paulinus, Auſonium Dædalum. ¶ *veſperis illius.* quem ſignificauit, quum dixit, *iam prima nox.* ¶ *Oblectabile.* iucundum. Alibi non memini hoc vocabulum legere. ¶ *te vt eliciam.* prouocem, inuitem ad ſcribendum.

465

IN XX. EPISTOLAM AVSONII AD PAVLINVM.

469 A

¶ *Paulino Auſonius.* In literarum titulis, ſcribentis nomen debet præponi,vt Πλάτων Διονυσίῳ. Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ. Marcus Cicero conſulibus,prætoribus,tribunis plebis,ſenatui,populóque Romano. Caius Plinius Traiano Imperatori ſalutem dicit. Hæc paraſitica ſunt nec Græca, nec Latina,Imperatori Domitiano Martialis ſalutem. Reuerendo epiſcopo Eraſmus S. P. D. ¶ *Quanquam & faſtorũ.* Quid faſti, & ſella curulis eborea,diximus in carmina de faſtis,& de Burdigala. Regibus Romę ſucceſſerũt conſules:qui quotãnis creabantur.Tyranni autẽ illi Cæſares & Auguſti quũ rempublicã extinxiſſent, plures quotannis ipſi cõſules faciebant,ſed ita tamẽ,vt bini alijs alij ſuccederẽt. Hinc conſulũ duo illa genera in Lãpridij Alexãdro Seuero,ac in Auſonij gratiarũ actione,Ordinarij,& Suffecti.Ordinarij,cui principio anni, hoc eſt calẽdis Ianuarijs cõſulatũ inibãt. Suffecti vero,quos & minores,id eſt σμικρο-

77. 110

388

πάρους interdum appellatos fuisse Dio tradit libro quadragesimo octauo, hi erant, qui ordinarijs eodem anno substituebantur, vel ipsis adeo suffectis. Per Ordinariorum, & raro per suffectorum consulum nomina, anni, & tempora, quibus res gestę fuerant, significabantur. fueruntque consules ordinarij, qui in Aurelij Cassidori & aliorum quorundam chronicis nominantur. In quorum vllo quia Paulini Pontij nomen non inuenio, consulem non ordinarium sed suffectum fuisse credo. Sic & de Quin-

387 ctiliano censuimus in gratiarum actionem. ¶ *nostrum ebur*. meam sellam curulem (Ex ebore erant curules illæ sellæ) præcessit tua, hoc est, tu ante

469 B me consul fuisti: ideóque me debes anteire. * ¶ *Lemnisco ornata est.* Tu melior poëta, quam ego. Lemniscus, quod vocabulum Hermolaus Barbarus, Philippus Beroaldus, Angelus Politianus monuerunt legi tā apud Athenæum, & alios Gręcos, quam Plinium, Suetonium, & Latinos alios Siculum facit Hesychius. Λημνίσκους, inquit, τὰς στενὰς Συρακούσιοι ταινίας. hoc est, Lemniscos angustas Syracusani fascias. Sed angusto freto Syracusæ ab Italia, in qua est Latium, distāt: & Lemnisco Latinam originem Festus Pompeius dedisse videtur a lana, cuius epitome habet. *Lemnisci, id est, fasciolæ colorisæ dependentes ex coronis, propterea dicūtur, quod an-*

469 C *tiquissimum fuit genus coronarum lanearum.* * Ita ibi quædam exemplaria, alia pro colorisæ, coloriscæ habent: coloriæ legisse puto Laurentium Vallam, & Nicolaum Perottum: qui scribunt, hic in suo Cornucopia, ille in capite quinquagesimo tertio sexti Elegantiarum, Colorias vestes esse appellatas, quæ ex lana non tincta, sed natiuo colore, alba, nigra, rufáue,

Cap. 14 sint factæ. At non vnius generis fuit istarum tæniarum materia. Plinius sextodecimo Naturalis historiæ de Tilia arbore. *Inter corticem, & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula, Tiliæ vocantur. tenuissi-*

Cap. 3 *mæ earum Phyluræ, coronarum lemniscis celebres antiquorúmque honore.* Idem vicesimoprimo. *Crassus diues, primus argento auróque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. accesserúntque & lemnisci: quos adijci ipsarum coronarum honos erat, propter Etruscas, quibus iungi nisi aureæ non debebant. Puri diu fuere ij. Cælare eos primus instituit Publius Claudius Pulcher: bracteásque etiam phy-*

459 D *luræ dedit.* Hæc Plinius. * In veterum itaque coronis qui fuerunt isti lēnisci, & quomodo positi, posse cognosci arbitror ex vetusta illa quercea corona Burdigalensis marmoris: cuius effigiem supra dedimus. Cuiusmodi coronas, illi lemniscatas appellabant, & significauit Virgilius, auctore Ser-

208 uio, quum dixit quincto Æneidos,



Ver. 269 *Puniceis ibant euincti tempora tænijs,*

vt & palmas lemniscatas dixit Cicero in oratione pro Sexto Roscio Amerino, quas lemnisci ornarent, quomodo dicit Ausonius, siue coronæ essent palmeæ, quę in capite gestarentur siue

tur,siue rami potius, qui in manu victorum. Palma nauque quondam honorabantur,qui aliquo in certamine vicissent. vnde palma pro ipsa victoria frequenter apud scriptores. Titus Liuius in extremo decimo libro. *Eodem anno* (de ijs loquebatur,quæ gesta fuerant in consulatu Lucij Papirij, & Spurij Caruilij,anno vrbis quadringétesimo sexagesimo primo) *coronati primum ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectauerunt. palmæq; tum primum,translato è Græcis more,victoribus datæ.** At pluribus in rebus illi suis lemniscis vtebantur. Athenæi verba sunt libro quinto de Ptolemæo Philadelpho. Ἐκ τούτου περιστεραὶ, καὶ φάσσαι, καὶ τρυγόνες, καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδὸν, λημνίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι, πρὸς τὸ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἁρπάζεσθαι. hoc est. Ex hoc columbi, & palumbes, & turtures, per totam euolabant viam,lemniscis pedes vinctæ, vt facile à spectantibus raperentur.* Apud Cornelium Celsum vero libro septimo de naturaliũ muliebrium interse glutinatis oris, ac apud Paulum Aeginetam sexto, aliud est lemniscus, penicilli nimirum genus, & linamenti. *Intus*, inquit Celsus, *implicitum in longitudinem linamentum* (*λήμνισκον Græci vocant*) *in aceto tinctum demittere.* ¶ *Longæue tantum.* Quod multum est, vt Cato de senectute disputat apud Ciceronem, Valerius secundo de priscis institutis, Aulus Gellius secũdo Noctium Atticarum. Sic autem se senem, Paulinũ vero iuuenem dicit Ausonius multis alijs locis, vt epistolæ vicesimætertiæ versu quadragesimo septimo,ac centesimo & vicesimo primo. ¶ *Gangeticus ales.* Phœnix, a Gange fluuio Indiæ. De cuius & cornicis viuacitate, in ætatibus animalium. De pauone scripsimus quædam in epigramma sexagesimum octauum. Cuius oculatam caudam ex centum Argi oculis factã canit Ouidius primo Metamorphóseon. ¶ *Ianos.* Ianuarios, hoc est annos. *Congere* autem, *consere* mox dicet. ¶ *Quod tuus.* Paulini pater quot annos vixerit, nescio, sed Ausonij pater Iulius Ausonius annos nonaginta exegisse scribitur in epicedio extremo.

469 D
469 E
cap. 19
300
38
359

IN XXI. EPISTOLAM AVSONII AD PAVLINVM.

470 A

Ausonius vnde has litteras scripserit, nescio, Burdigaláne, an Lucaniaco, an aliunde, sed Paulinus Hebromani erat. ¶ *non delata.* Nemo detulit tibi, quod de te quererer, ob tam exiguum munus olei: sed ipse suspicatus es. ¶ *Barcinonensis muriæ.* Barcino vrbs est Hispaniæ: quo religionis gratia Paulinum aliquando secessisse diximus in epistolam vndeuicesimam: verum ex eo loco, quomodo in patria muriam habuerit, non diuinamus. Muria autem proprie, aqua salsa, ex sola aqua & sale confecta: vt muriæ etiam duræ faciendæ rationem monstrat Columella duodecimo: GARVM vero ex intestinis piscium sale maceratis.

465 F
cap. 6. 25

ſed muriam etiam eſſe dictam, quæ ex piſcibus fieret, ſicut garum, auctor eſt Martialis libro tertiodecimo: vbi ſic de ſe muriam loquentem inducit.

Antipolitani, fateor, ſum filia thunni.
Eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa forem.

470B * ¶ *Latinum in GARI appellatione*. Γάρος, hoc eſt garus, maſculini eſſe generis ſcripſit Suidas, & ante Suidam Athenæus libro ſecundo, qui & Aeſchyli auctoritate id probauit: verum Euſtathius in Σ Iliádos Homeri, τὸ γάρον etiam, id eſt hoc garum dici monuit: quod non probauit ille, ſed memini ipſe legere apud Dioſcoridem libro ſecundo, γάρον δὲ πᾶν, τό ἐκ ταρίχηρῶν ἰχθύων, καὶ κρέων καταπλαττόμενον. ac apud Strabonem tertio de inſula Scombroaria, ἣν καλοῦσι Σκομβραρίαν ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον. hoc eſt. quam vocant Scombroariam, à ſcombris, qui capiuntur. ex quibus optimum paratur garum. Latini autem, neſcio, an alio genere id verbum Græcum vſurparint, quam neutro, vt Martialis libro tertiodecimo,

477

Ebria Baiano veni modo concha Lucrino.
Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

470C * ¶ *liquor iſte*. Iſta muria, ſiue garum, Sociorum vulgo appellatur. Seneca in prima quinctidecimi epiſtolarum ad Lucilium. *Quid illud Sociorum garum, pretioſam malorum piſcium ſaniem, non credis vrere ſalſa tabe præcordia?* Plinius nono Naturalis hiſtoriæ de mullis piſcibus. *Marcus Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in Sociorum garo (nam ea quoque res nomen inuenit) necari eos præcellens putauit: atque è iecore eorum, alecem excogitare prouocauit*. Idem triceſimo ſecundo. *Súntque qui præcipue contra omnia aurium vitia laudent gari excellentis Sociorum cyathum*. & triceſimo primo. *Aliud etiamnum liquoris exquiſiti genus, quod garon vocauere, inteſtinis piſcium, ceteriſque, quæ abijcienda eſſent, ſale maceratis: vt ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce, quem Græci Garon vocabant nunc e Scombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartariæ cetarijs. Sociorum id appellatur, ſingulis millibus nummûm permutantibus congios pæne binos. Nec liquor vllus pæne, præter vnguenta, maiore in pretio eſſe cœpit, nobilitatis etiam gentibus*. Ita pluribus locis garum ſociorum celebrauit Plinius. ſed vndenam iſtud Græcorum garo, cognomen Sociorum ab Romanis adiectum? de quo, etiam ante nos quæſierunt Georgius Merula, & Cornelius Vitellius. ſuſpicatíque ſunt, quia quum ex Hiſpania, in qua Barcino eſt Carthagóque illa Spartaria, & a ſocijs populi Romani, mitteretur initio Romam garum, garum Sociorum ideo eſſe appellatum.

c. 17

cap. 7

cap. 7. & 8

470D * ¶ *vt parcior*. quo ſucco, liquore, garo ſociorum, maiores noſtri parcius vtebantur ob raritatem, caritatémque. APALARIA autem

autem quid hîc sit, plane ignoro. Hermolaus Barbarus libro secundo corollariorum in Dioscoridem de garo, pro apalaria, apuarum scriberet ex his Plinij eodem libro tricesimo primo. *Laudantur & Clazomenæ garo, Pompeiique, & Leptis: sicut muria Antipolis, ac Thurij: iam vero & Dalmatia. Vitium huius est Alex, imperfecta nec colata fæx. Cœpit tamen & priuatim ex inutili pisciculo, minimóque confici. Apuam nostri, ἀφύην Græci vocant: quoniam is pisciculus è pluuia nascatur.* Adrianus Turnebus apalaria in epularia mutabat primum, capite duodecimo decimi aduersariorum, & vasa escaria intelligebat ista epularia: deinde quia legit postea, oua è garo parari, condirique solita, & oua hapala quædam dicta apud Apicium, apalaria, hapalaria scribendum censuit, ex Græco ἁπαλόν, quod tenerum, molléque significat. Iosephus Scaliger legit applaria: qui in quibusdam glossis, Applare, coclear expositum inuenit. * ¶ *Sed hæc.* munera, oleum, & muriam, quæ liberalem animum testentur, miserit fortasse aliquis alius: quanuis raro id fiat. *Rarius* tamen in editione Badiana est *rarus*. ¶ *De quo opusculo.* illo fortasse, de regibus, vndeuicesima epistola memorato. ¶ *manus summa contigerit.* perfeceris ipse, & omnibus suis partibus id opus absolueris, vt nihil amplius desideretur. Summam manum addere, adagium apud Erasmum. ¶ *ne sine corollario.* Marcus Varro quarto de lingua Latina. *Corollarium, est additum præter, quam quod debitum. Eius vocabulum fictum a corollis: quod hæ, quum placuerant auctores, in scena dari solitæ.* ¶ *Isti tamen.* pauci mei iambici, non ἴσθι, vt putauit Fanensis. Isti mei versus vna lucubratione compositi fuerunt, neque diutius in ijs poliendis sum moratus. * ¶ *ita te.* te, tam mihi carum, quam proprium filium, & filium meum Hesperium, vos tam habeam saluos, quam hoc verum, quod scribo. Iurantis est hoc. De Hesperio in carmina de fastis. ¶ *Quanquam hoc ipsi de se probabunt.* Quod dico de meis versiculis, hoc ij, vel tacente me, de seipsis. Cicero primo de natura deorum. *Ista enim a vobis quasi dictata redduntur: quæ Epicurus oscitans hallucinatus est, quum quidem gloriaretur, vt videmus, in scriptis se magistrum habuisse nullum: quod & non prædicanti tamen facile quidem crederem, sicut mali ædificij domino glorianti se architectum non habuisse.* Imperitus quidam pictor, vt refert Putarchus in libro de pueris instituendis, quum Apelli eximio pictori ostendisset imaginem, & dixisset, Hanc modo pinxi, respondit Apelles, Etiam si non diceres, video, quod celeriter picta fuit. Placet autem magis, quod hîc legitur, *de se probabunt*, quam quod in epistola ad Probum, *per se probabunt*. Statius Papinius ad Stellam. *Nullum enim ex illis biduo longius tractum. quædam & singulis diebus effusa. Quanuis metuo, ne verum istuc versus quoque ipsi de se probent.* Sidonius Apollinaris in libri septimi epistola nona. *vereor, ne ipsi amplius lectioni, quæ hoc de se probat, quam mihi credas.*

cap. 8 | 471 A | 466 | 471 B | 78 | 419

472 A * ¶ *Iambe*. Iambum poëta alloquitur. a quo pede ex duabus syllabis constante, priore breui & altera longa, metrum & carmen iambicum appellarunt. Cuiusmodi est hoc trimetrum. Iambus autem, adeo citus est, & vehemens, ac quod ex eo, carmen, vt eo Archilochus poëta Lycamben ob filiam denegatam ad laqueum compulisse traditus sit. Parthi autem, Asiæ, & Cydones Cretæ insulæ gens, arcu & sagittis vtrique olim præstantissimi. Est hoc in Gallo Virgilij.

——— *Libet Partho torquere Cydonia cornu*

Spicula. ¶ *Padi ruentis*. potius, quam fluentis, vt & Rodanus, & alij fluuij ex editioribus locis exeuntes, feruntur præcipites. Pomponius Mela scribit libro secundo, Padum, qui & Eridanus prius dictus fuit, quum in mare Adriaticum exit, tam citum prosilire, vt discussis fluctibus, diu qualem emisit vndam, agat: suúmque etiam in mari alueum

472 B seruet. * ¶ *Persei talaribus*. Perseus Iouis & Danaës filius, multas regiones peruolat, quarto metamorphóseon Ouidij. Talaria autem talorum, pedúmque ornamentum alatum, quarto Aeneidos. ¶ DI-

vers. 139 TIS ARCADOS. dei Mercurij, deorum nuncij in Cyllene monte Arcadiæ nati, & nutriti, vt Mela, & Seruius scribunt. vnde illi Cyllenij cognomentum. DIS autem est Pluto deus inferorum in

43 epigrammate septuagesimo quarto: & dis alioqui diues. Πέτασος vero galerus, pileus viatorum. vnde petasatus apud Ciceronem, & Suetonium. ¶ *Si vera fama*. Si verum est, quod tradunt poëtæ, quod cornipes fremens & volans magno impetu equus Pegasus, ex sanguine amputati Medusæ capitis enatus (ita Hesiodus in Theogonia) pedis pulsu, id est, quum in Helicone monte Bœotiæ, vngula saxum ferijsset, fontem fudit, & aperuit, vnde statim magna aquæ vis erupit (fonti illi inde Hippocréne nomen est, ex eo quod est ἵππος, equus, & κρήνη, fons) tu, ô Iambe, creatus es in ipso illo fonte: & primum illic ex te facta, quæ dicta sunt metra Iambica. ibique Musis, quæ ea incolunt loca, carmen concinentibus, concitasti Delium, id est Apollinem deum in Delo insula natum cum sorore Diana, in cædem Draconis Pythonis. de

472 C quo est fabula primo metamorphóseon Ouidij. * Terentiani versus sunt de hac fabula.

Hexametros tradit genitos duo prima vetustas.
Herous ille est. hunc vocant Iambicum.
Nam pedibus senis constare videmus vtrumque:
Diuersa quanquam lex sit ambobus pedum.
Additur hec gemino non absona fabula metro,
Seu vera res est. spectet auctorem fides.
Quum puer infestis premeret Pythona sagittis
Apollo, Delphici feruntur incolæ
Hortantes acuisse animum bellantis, vt illos

Metus

Metus habebat, aut propinqua adoria.
Tendebat geminas pauida exclamatio voces,
In Παιδν. In Παιδν. In Παιδν.
Spondeis illum primo natum cernis sex.
Ex parte voces concitas leti dabant,
In παιάν. In παιάν. In παιάν.
Et hinc pedum tot ortus est Iambicus.

De qua etiam, quæ Athenæus, & Pollux scripserunt, in suæ grammaticæ librum quartum Aldus Manutius transcripsit. ¶ *& velucripes.* vt, Volucripes dimetria, in extremo iambico ad Probum. * ¶ *Hebromanum.* De hoc nomine, quæremus in proximam epistolam. ¶ *Stirpis auctorem tuæ.* Pegasum auctorem fontis Hippocrenes: ex quo fonte natus videris. ¶ *Triplici furentem.* Chimæra mons Lyciæ, flammas, vt Aetna, euomebat, sed tripertito ore, vt monstrum finxerunt. Hanc, ait Hesiodus in Theogonia, 426 473 478 A

——Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

quod & in epistolam vicesimam quinctam nos pluribus narrabimus. Sed memorata fuit etiam in Gripho Chimæra. ¶ *Amicus.* Agnoscit hæc omnia Paulinus in extrema epistola secunda ad Ausonium. ¶ *Honoris auctor.* Hoc ego sic accipio, Ausonium, qua valebat auctoritate, & gratia apud Gratianum Cæsarem discipulum suum, ac apud patrem Valentinianum, ab ijs impetrasse quem gessit Paulinus consulatum. * ¶ *Maturus aui.* ego senex non tamen impetitus nec adhuc delirans, quid iudicemi, & sentiam de nouis scriptis. *Ita aui maturus Acestes* dictus Virgilio versu septuagesimo tertio quincti Aeneidos. ¶ *essedum.* plaustrum. Vnde essedarius apud Ciceronem ad Trebatium, essedi rector, auriga. ¶ *Cui subiugabo.* Locum hunc explicare conatus est Angelus Politiaus capite sexagesimo quarto Miscellaneorum. Metra sunt sunt iambica nũcupata: quæ inter alios pedes nempe spondéos, tribrachos, & dactylos, anapæstos, habent frequentes iambicos. Hęc quia per συζυγίας id est cõiugationes, & διποδίας, hoc est, binos pedes, scandũtur, Dimetri sunt appellari versus, qui quaternis constarent pedibus, vt illi cẽtum & quinque ad Probum, 494 283 D 578 474 A 418

Perge, o libelle, Sirmium.

Trimetri vero, qui senis, vt hi quadraginta sex: qui & senarij à pedum numero vocitantur. Quorum trimetrorum senariorúmque metrorum duo faciunt genera. quædam nanque postrema, hoc est, sexta sede iambum habent: quæ vocat ὀρθὰ Hephæstion, Victorinus recta, & integra: qualia hæc ad Paulinum. Alia spondéum pro iambo, & hæc σκάζοντα, vt in epistola septimadecima, & χωλά, & χωλιαμβικὰ Græcis dicuntur, & claudicia, & clauda eidem Victorino: cuiusmodi sunt illa tredecim epigrammatis centesimi & vicesimi, & quatuordecim Auli Persij, 461 65

474 B *Nec fonte labra prolui caballino.* * Putauit ergo Politianus caballos tripedes esse per allegoriam dictos Ausonio, versus trimetros scazontes: qui machinali saxa voluerent pondere, & molas versarent rupti terga verbere, quia grauiores sint rectis iambicis, propter spondeum illum vltimæ sedis pro iambo. Ceterum cur sic Ausonius tres tantum scazontis pedes recensuerit dactylum, spondêum, trochæum, qui sex minimum reperiantur, dactylus, anapæstus, tribrachus, spondêus, iambus, trochêus? Ego de versibus illis potius intelligendum locum censuerim, quorum sibi plenum fore essedum dicit Ausonius, hoc est de heroicis. Hi nanque, vt Terentianus, Victorinus, Diomedes docent, tres hos pedes, dactylum, spondêum, trochæum, & vix vllum alium recipiunt, vt primus ille vndecimi libri Æneidos.

Ocea | num | intere | a sur | gens au | rora re | liquit.

vbi primi sunt duo dactyli. tertius & quartus spondêi. quinctus, dactylus & sextus, trochæus. Hoc itaque loco sic cum amico iocari mihi videtur Ausonius, vt dicat, Essedo tot heroicis onusto versibus, trahendo, se subiuncturum equos fortes: quales sint quibus molæ circumagi solent, & grandia saxa machinis volui trahique. Cui ministerio quia plerunque

474 C mancipantur equi morbosi, vt qui aliquo pede claudicent, ideo tripedes caballos vocet, qui tribus tantum pedibus ingredi videantur, & quorum gradus lentior, multis incitetur verberibus. * ¶ *His vt vehantur.* vt his tripedibus machinarijs equis tres vehantur sodales in metro heroico dactylus, spondeus, trochæus: qui quæ Paulinum scire velim,

80 nuncient. ¶ *Fors & rogabit.* Fortasse te ille rogabit. Epigramma de Fastis ad Proculum. ¶ *Triodem dactylum.* tribus constantem syllabis. ¶ *crucianti canterio.* equo non gradario, sed succutienti torquentique sessorem. Ergasilus in Captiuis Plauti.

Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos:
Qui aduehuntur quadrupedanti crucianti canterio.

Est autem canterius in epistola septimadecima, equus castratus. ¶ *lentipes.* lentus, & grauis, quippe qui ex duabus constet longis syllabis. ¶ *Paribus.* In locis paribus, hoc est in secundo, quarto, sexto metri Iambici (impares sunt primus, tertius, quinctus) poni debet Iambus. Cuius tamen loco interdum ponitur spondeus: quem ob id dicit Iambus morari, & tardare cursum suum. Habet enim spondeus quatuor tempora, iambus solum tria. siquidem syllabæ breuis est vnum tempus, longæ duo. ¶ *Mihique similis.* Alter dactyli comes, pes, qui τροχαῖος, & Χορεῖος dicitur, ex duabus constans syllabis, vt iambus, & tribus temporibus: semper contrarius iambo tamen, quoniam primum iambus ex breui & longa est: trochæus ex longa & breui. deinde iambus trochaicum metrum nunquam ingreditur, nec trochæus iambicum, nec par nec

par nec impar, hoc est, nec paribus locis, nec imparibus. ¶ *musici.* poëtici. De promptario in epistolam Theodosij ad Ausonium. 2

IN XXII.ᵃ AVSONII AD PAVLINVM.

475

Philonem quendam suum procuratorē Paulino commendat Ausonius. ¶ *gratiæ tuæ.* qua mihi, & meis gratificeris, & commodes, ¶ *apud Hebromanum.* de quo loci nomine, ad insequentis Iambici versum tricesimum quinctum, quæremus. ¶ *ab hominibus tuis.* Quos Hebromano tuæ præfecisti. Sic suum hominem appellat quendā Theodosium rex Theodahadus: ad quē scribit libro decimo Variarū, Cassiodori. ¶ *& nauso.* hoc nauigij genus siue rectus eius sit nausus, siue nausum, aliunde non noui. In iambico idem obliquus. ¶ *aliáue quauis naui.* Vetus exemplar Ioannis Tilij, *aliáue qua naui*, non male. ¶ *vsque ad oppidum.* Quodnam hoc oppidum? an Lucaniacum, vnde hæc scribebat Ausonius? Sed villam appellauit in extrema epistola sexta. Aut certe villam nostro Romanogallo more oppidum dixit. ¶ *frugis aliquantulum nostræ aduehi possit, Lucaniacus vt inopia liberetur.* Sic omnes nostri codices. Lectio tamen hæc nescio quo pacto mihi non placet. Legerem potius, frugis aliquantulum, nostro aduehi possit Lucaniaco vt inopia liberetur. ¶ *non ad Tullij frumentariā.* Ita Priscianus, vt libro sexto de nominibus in on, frumentariam appellat, Marci Tullij Ciceronis orationem in Verrem, *Omnes qui alterum, iudices*, quam Asconius de frumento. Curculio autem vermis dicitur, frumentū exedens. unde nomen est parasiti apud Plautum, & inde comœdiæ. ¶ *vt Plautus ait.* in prima scena Pseudoli. * ¶ *Philon.* Φίλων, Philo, vt ille Philo Cecropius in trecentesimo & tertio versu Mosellæ. sicut Πλάτων, Ζήνων, Ξένων, Κρίτων, Σίμων, fiunt Latinis, Plato, Zeno, Xeno, Crito, Simo. Sunt autem hæc metra, iambica trimetra, & dimetra. ¶ *epitropos.* ἐπίτροπος procurator, qui res & negotia aliena procurat. ¶ *Graeculus.* Potest genere Græcus fuisse Philon: ceterum Græculos diminutiuo nomine, & per contemptum, appellare solemus eos, qui morum & rerum Græcarum affectatores sunt immodici: vt hic, qui in Gallia, & inter Latine loquentes, ἐπίτροπος dici malebat, quam procurator. ¶ *Doricus.* Græcus, vt Cleobulus in Ludo Sapientum. ¶ *Videbis istum.* quum tibi has meas reddet litteras. Sed vbi tum Paulinus? an Hebromani? ¶ *Imago fortunæ suæ.* Infelicis istius nostri procuratoris hæc imago est, & habitus. Canus est, comosus, & cetera. * ¶ *Artubus.* Legitur & artibus: vtrū scripserit Ausonius? Attubus legeret Scaliger ex vetere glossario. vbi Atubus (ita simpliciter Henricus Stephanus edidit) μογιλάλος interpretatur, id est balbus. Ceterum Phormio dicitur parasitus apud Terentium,

437

576 A

262

222

476 B

vnde & fabulæ nomen: quem appellat confidentem Geta in secunda scena, vbi eius temerarium narrat consilium: at bonorum extortorem, legum contortorem, in actu secundo: cui Phormioni artibus, technis, moribus potest similis fuisse Ausonianus Philon. Parasiti rursus in noua comœdia, vt scribit Pollux libro quarto, nigri erant, & adunco naso: qui color, & membrorum Philonis figura fortasse fuit. At scribit Quinctilianus libro sexto de risu, Ciceronem pro Cæcina in testem Sextum Clodium Phormionem dixisse, *Nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio.* ¶ *Horrens.* Horatius in ode quincta Epodi.

Horret capillis vt marinus asperis
Echinus aut currens aper.

Est ἐχῖνος duplex, terrestris, & fluuiatilis, marinúsue, spinis vterque obductus. Erinaceum Plinius illum vocat: qui & multa de vtroque tradit, & Athenæus, Budęus in annotationibus, Erasmus in prouerbio Echino asperior. ¶ *Aut versus mei.* horrentes sunt & asperi. * ¶ *vegrantibus.* Sic puto, scribit hoc vocabulum Aulus Gellius libro quincto Noctium Atticarum vbi dicit particulam væ in hac compositione tum intensionem, tum minutionem, significare. Ouidius tertio Fastorum.

476 c

———Vegrandia farra coloni,
Quæ male creuerunt, vescáque parua vocant.

Cap. 12

Ita Festus vægrande, male grande significare ait, & vægrandem fabam minutam. Sed & vægrande, valde grande esse apud Lucilium ostendit Nonius Marcellus. ¶ *Præcoqua.* pręmatura & ante tempus facta. Sic præcoquus apud Martialem libri tertijdecimi epigrammate quadragesimo sexto, sed præcox apud Columellam, & Quinctilianum. ¶ *Siderali inscitia.* Siderum scientiam agricolis esse necessariam, Hesiodus, Virgilius, Columella, Plinius, docuerunt: vt sciant ex astris quando serendum sit. cuius quum imperitus esset Philon, nunquam suo tempore sementem faciebat. * ¶ *gnarus est.* Sic aliæ. Parisiensis Ascensiana editio, gnaruris pro gnarus est. quod verbum quum mēdosum existimaret Michael Humelberigus, gnarus is, vel gnarus est, legēdum cēsuit. Sed gnaruris etiam in antiquo libro inuenerat Mariangelus, & annotauit veteres grammaticos, scripsisse, gnaruris nominatiuo casu esse idem, quod gnarus, & sciens. ¶ *Promúsque.* Promus magis, quam condus. Qui quæsita promere, insumere, prodigere nouit melius, quam quærere, condere, seruare. Adagium apud Erasmum. ¶ *Mercatur . . . quoquo foro venalium.* Deest hic vna syllaba. Iodocus Badius inter Paulini scripta addidit, *rem,*

477 A

Mercatur rem quoquo foro venalium.

sed si vocem istam scirem de suo sic interiecisse, quæ nec sensui, nec iambico satis quadrat, *in*, mallem quam *rem. Mercatur in quoquo foro venalium.* ¶ *Mutuatur.* In hoc medio verbo synalœphe fit, necesse est, vt fiat spōdeus ex tribus syllabis, quarum prima & vltima sunt longæ. De Græca fide

na fide monuimus in extremam epistolam duodecimam. ¶ *Octauus accessit sophos*. Σοφοὶ, hoc est sapientes Græciæ septem supra fuerunt numerati. quibus per ironiam annumeratur octauus, siquis ineptus se quippiam sapere putet. Adagium est apud Erasmum, &, Tertius è cælo cecidit Cato.* ¶ *Caseo triticum, & sale.* Caseus, & triticum primas suas producunt syllabas: vt in primo Virgilij Bucolico,

Pinguis, & ingratæ premeretur caseus vrbi:

& in primo libro Georgicôn,

Triticeàm in messem, robustáque farra:

quare in hoc scandendo metro, caseo necesse est disyllabum fiat per eam, quam modo diximus figuram in *mutuatur*. Caseum ergo potuit habere Philo ab Aruernis, & Cæbennis, ac salem a Santonibus & Medulis maritimis: vnde triticum apud mediterraneos Santones compararet. EMPORVS autem, id est ἔμπορος, mercatorem significat, sed cum proprie mercatorem, qui mari, & naue aliena, negotiatur, vt Hesychius, & Eustathius tradunt. ¶ *Soli, & sali com.* terra, & mari. Eadem paronomasia in epigrammate tricesimo secundo. Quæ sint autem nauigia ὁ ἄκατος ὁ φάσηλος, hic vel hæc linter, hæc ratis, docebit Baifius: sed STLATAM scribit Festus nauigij genus esse latum magis quam altum, à latitudine sic appellatum, qua consuetudine veteres locum & litem, stlocum & stlitem dixisse scribit Quinctilianus libro primo de grammatica. ¶ *Tarnim & Garumnam.* quoslibet fluuios. De Tarne in versum quadringentesimum & sexagesimum quinctum Mosellæ.* ¶ *Hebromanum tuam.* Sic in omnibus nostris codicibus per a tuam inueni. Iraque pro feminino nomine habeo Hebromanus. quod & Hebromagus g pro n, scriptum reperi, & sine spiritu tam Ebromagus, quam Ebromanus in ijsdem Ausonianis scriptis, in Paulini vero extrema epistola quincta ad Seuerum Sulpicium, etiam Ebromagnus, g n post pænultimam vocalem, sed hoc perperam, postquam Ausonius eam corripit. Hic autem locus quis sit, defessus sum quæritare. de quo vide, siquid comperi. Ausonius Lucaniaci agebar, & Lucaniaco has dedit litteras, vt iam ante monuimus. Lucaniacus autem erat paullum supra Liburniam, confluentemque Duranij, & Lillæ, vt extrema epistola sexta nos docuit. Duranius Lila adauctus, Garumnæ commiscetur septem, vt putatur, leucis infra Liburniam: per quos fluuios Philonem negotiari modo dixit Ausonius. Hebromani dominus erat Paulinus, vt hoc probat, *Is nunc adusque vectus Ebromanum tuam*, & illud supra. *Qui apud Ebromanum conditis mercibus, quas per agros diuersos coëmit, concesso ab hominibus tuis vsus hospitio*, & reliqua. * Supra Liburniam Paulinum aliquod habuisse prædium, nusquam legi: nec ibi vnquam quodquam loci nomen audisse memini, quod Ebromani vestigium aliquod retineat. Infra vero est Burgus, paruula vrbs. quam condidisse Paulinos, possedisséque in epistolam vndeuicesimam ostendimus. Infra Burgum, & in eadem ripa, est Blauia, cuius fecit Au-

448 311

477B

vers. 119

23

273 478 A

437

475

478B

465A

ſonius mentionem in epiſtola duodecima. ac infra Blauiam, in eadem ripa, *Embrau*, ſiue vt alij appllant, Brau, primam ſyllabam truncantes, quam putant eſſe præpoſitionem. Hunc vicum eſſe ſuſpicor, quam Ebromanum, Ebromagúmue Auſonius & Paulinus appellarunt, quatruor tantum leucis a Burgo diſtantẽ: & quam dicebat Seuerus Sulpicius, Paulinum, vnius hortuli cauſa, quo ſe in ſolitudine oblectabat, reliquiſſe. ¶ *Aduſque portus oppidi. Portas* pro *portus* fortaſſe legas. ſed quod hoc

478 C oppidum? * ¶ *Iam iam Peruſina & Saguntina fame.* Peruſia feminino genere, & Peruſium neutro, ciuitas eſt Tuſciæ. Quæ quanta laborarit fame, quum in ea Lucius Antonius Marci frater ab Auguſto diutius obſideretur, cognoſces ex Appiani quincto ciuilium, Liuio, Paterculo, Suetonio. Abijt ergo in prouerbium Peruſina fames ſimiliter atque Saguntina, cuius fuit mentio facta in edyllio de Vita humana. Ceterum miror,

304 ſi ſic hoc loco Peruſina cõſiſtere poſſit, pyrrhichio pede pro iambo in ſecũda ſede metri iãbici. Hoc enim nomẽ duas primas ſyllabas apud omnes alios poëtas corripit, vt in extremo libro primo elegiarũ Propertij.

Si Peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulchra.

& quadrageſimo primo verſu Pharſaliæ Lucani,

His Cæſar Peruſina fames, Mutinaq́; labores.

verſ. 156 ac decimo libro Punicorum Silij,

Interdum inſiſtens Peruſinus membra ferebat.

Putauit quidem Ioannes Deſpauterius ſecundam Peruſię ſyllabam produci apud Martialem ad Lucium hominem Hiſpanum, ſed nec ibi ſic habent noſtra hodie exemplaria, neque ſi ſic legas, Italiæ eſt hæc Peruſia, ſed Hiſpaniæ ciuitas ignobilis: quum quæ Peruſina dixerunt Propertius, Lucanus, & Silius, ab Italica ſint Peruſia. Auſonium itaque hîc potius crediderim ſcripſiſſe,

Iam iam pereſam vel Saguntina fame,

478 D vt quidam codices habent. * ¶ *Prior colēre.* Præferēris deæ Cereri, quæ inuenisse dicitur fruges, & tradidiſſe mortalibus: quum prius glande veſcerentur. Virgilius, Ouidius quarto faſtorum, Hyginus, Plinius. ¶ *Triptolem[illegible].* Τριπτόλεμον. Inuentis a Cerere frugibus, Triptolemus curru draconibus iuncto vectus, orbem terrarum obſeuit. Idem Hyginus, Seruius, & alij. ¶ *ſiue Medem.* Sic quidam ex noſtris libris. alij n pro m Meden, alij o pro e, Medon. quicquid ſit id nominis mihi incogniti. ¶ *Aut Tullianum Buzygen.* Βουζύγης hic ſuis eſt, & etiam Euſtathio in Σ, Ἰλιάδος, hoc eſt, Buzuges apud Varronem ſecundo de

Cap. 5 re ruſtica. vbi dicitur a pecore bubulo Athenis Buzuges nobilitatus

Cap. 56 fuiſſe. Plinij vero ſunt verba hæc ſeptimo Naturalis hiſtoriæ de rerum inuentoribus. *Bouem, & aratrum, Buzyges Athenienſis, vt alij, Triptolemus.* Nomen ergo a bubus iugandis huic fuit. nam βοῦς, bos eſt: & ζυγὸς, iugum. Tullianum autem Atticum hominem, vnde appellarit Auſonius, neſcio: ſed eſt Σούνιον, Atticæ tribus, & promuntorium: vnde

potuit

potuit Sunianum nuncupare. ¶ *Nam munus hoc fiet tuum.* quo fuerit a fame Lucaniacus liberata.

IN XXIII. EPISTOLAM AVSONII AD PAVLINVM.

479 A

¶ *Discutimus Pauline.* Pontium Paulinum, quem diuus ille Martinus Turonensis, singulare fidei, virtutisque documentum omnibus sequendum immitandúmque clamabat apud Seuerum Sulpicium, diximus in epistolam nonamdecimam, omnibus suis possessionibus, quas in Aquitania ingentes habebat, diuénditis, in Italiam, & Hispaniam secessisse. In Hispania ergo quum esset, multas ei scripsit Ausonius epistolas: ex quibus est hæc, & duæ sequentes, de isto perquam molesto secessu: quo suam queritur labefactari amicitiam, & dissolui. ¶ *quod nota.* Legitur &, *certa* pro *nota* hoc loco, ac in versu sequenti, *venerabile* pro *tolerabile*. Alludere autem videtur Ausonius ad illud, Par iugum: quod inter adagia exponit Erasmus. ¶ *iunctis*. nobis eo iugo amicitiæ coniunctis. ¶ *Fabula non vnquam, nunquam querimonia mouit.* Hic versus quinctus, fuit in sola scriptorum Paulini Ascensiana editione. quem Aristarchus obelisco suo, vt reor, confodere non dubitaret. * ¶ *Nec, quæ compositis.* In adolescentium amoribus suspiciones inter alia vitia recenset Terentianus Parmeno: at Caius Lælius quum apud Ciceronem dixisset, *Amicitiam nisi inter bonos esse non posse*, boni viri & sapientis esse dixit hæc duo tenere, in amicitia. *Primum, nequid fictum sit, néue simulatum. deinde non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum.* Huius itaque loci sensus est, & verborum ordo. Neque suspicio vlla nostram læsit amicitiam. quæ suspicio, & suspiciosus homo, solet concinnare, aptéque componere, ac committere verisimiles (verisimilis est accusatiui casus) amicorum culpas, & delicta: dum temere credit causis & criminibus ab eo confictis: qui suadet, & vult inter amicos, dissidium & simultatem. Est autem SVADA, suadela, suasio, persuasio, persuadendi dea, apud Quinctilianum, & Ciceronem. Cuius nominis genitiuum casum hîc habuit Lugdunése vetus exemplar, vbi alia verbum *suadet:* idémque *causis*, vbi alia *canis*, nullo sensu. *. ¶ *Suspicio.* Nomen hoc, sic puto, scriptum reperio in cunctis exemplaribus vetustis, eodem prorsus modo, cum ipso verbo suspicio, non suspitio, nec suspectio. Est suspicere proprie, sursum specere, & sursum intueri: sed significat etiam hoc verbum, de alicuius fide dubitare, & timere. vt apud Sallustium in Iugurthino. *Per idem tempus Bomilcar suspectus regi, & ipse eum suspiciens.* vnde suspectio nomen poscat analogia, sicut a lego lectio fit, & ab ore

465 GH

479 B

479 C

oratio: sed suspicio tamen reperitur vbique, quomodo dixi, secunda etiam syllaba vbique longa, sicut esset in suspectio, quemadmodum monuit quoque Erasmus in ijs, quæ scripsit de metris Terentianis. vt hoc loco, & in Paulini epistola ad Ausonium,

579 *Duceret in sanctum suspicio falsa parentem.*

* & apud Martialem in epigrāmate quadragesimo sexto libri vndecimi,

479 D *Oblinitur minimæ siqua est suspicio rimæ.*

ac in principio Eunuchi Terentij, metro Iambico senario, primóque pede spondéo, secundo iambo,

Suspiciones, inimicitiæ, indutiæ.

Similitérque apud Plautum & alios: quum ea corripiatur in suspicio verbo. vt in bucolico nono Virgilij.

Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?

¶ *Et mansit*. amicitiæ iugum, quod nobis imposuerunt nostri parentes, mansit quandiu iucunde, fideliter, accurrate, & tamen sine labore, & molestia, officio inter nos sumus functi. ¶ *incustoditum*. nullo labore obseruatum. *Continuantia* autem, quem cursum & progressum, fides, & cura continuarent.* ¶ *Martis equi*. Δεῖμος, & Φόβος Seruio in hunc

480 A nonagesimum primum versum tertij Georgicón,

Martis equi biiuges, & magni currus Achillis.

sed quum dixisset Homerus Iliados O, de deo Marte,

Ὣς φάτο. καὶ ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόντε, Φόβοντε
Ζευγνύμεναι. ——— id est,

Sic ait. & equos iussit Dimúmque Phobúmque
Iungere, ——— scripsit Eustathius eos errare, qui Δεῖμον, & Φόβον hoc est Metum, & Terrorem, esse putant equorum, quum sint filiorum satellitúmue Martis nomina. quomodo sensisse videtur, Statius, quum dixit tertio Thebaidos,

* *Frena ministrat equis Pauor armiger.*

Quinctus Calaber vero Marti equos attribuit quattuor octauo præter-missorum ab Homero, Borea, & Erinny genitos, ignem naribus efflātes.

480B quorum sunt nomina, Αἴθων, Φλόγιος, Κόμβος, Φόβος.* ¶ *feri Diomedis*. immanis & crudelis tyranni. de quo in epigrammate centesimo & tricesimo nono. *Abacti* autem equi ab Hercule. ¶ *Et qui iugales*. equi.

78 vers. 153 ——— *Pyrois, Eous, & Aethon,*
Solis equi, quartúsque Phlegon. ——— secundo Metamorphóseon Ouidij. ¶ *mutatis habenis*. rectore currus mutato, & auriga. ¶ *ignoti*. Et quo patre natus esset Phaëthon, Soléne, dubitabat in extremo primo Metamorphóseon: & ambitiosus iuuenis, regendum patris Solis currum petiuit: quum nec id sciret, nec si sciat, posset. ¶ *Fulmineum*. fulminatum, & ab Ioue, fulmine è summo cælo deiectum in Padū Italiæ fluuiū. ¶ *Consorte*. socio, & participe laboris in ferēdo cōmuni iugo. ¶ *nec tā prōptū*. nec tā leue est, & facile. ¶ *relicto*. ei, qui ex duobus remāsit sub iugo.

iugo ¶ *Obruar vsque.* Hi septẽ versus, spurij videntur: quos solus Paulini liber habuit. Ista autẽ amicorũ paria celebrãt Pirithoum & Theseum Virgilius, Hyginus, Seruius. Euryalum, & Nisum Virgilius. Pyladem, & Orestem Hyginus, Ouidius. Damonem & Phiutiam Cicero tertio de officijs, Valerius libro quarto de amicitia, & Plurarchus περὶ πολυφιλίας.

¶ *Inserere antiquis.* Omnes iam Ausonium & Paulinum numerabant inter clara amicorum paria. * ¶ *Nos documenta magis felicia.* exempla feliciora, quam quæ Græca sunt prolata. Thesei nanque Pirithoíque amores Valerio Maximo non satis placent. ¶ *Scipio.* Publius Cornelius Scipio, & Caius Lælius. Cicero de amicitia. ¶ *dispare in æuo.* Ausonius maior natu erat. Vide epistolam vicesimam. ¶ *iugi fatalis.* vt in epistola ad Paulum ante edyllium vicesimum septimum. Pellæus autem dux, Alexander magnus, ex Pella Macedoniæ ciuitate. ¶ *Grande aliquod.* Timet, vt quum ita magnis efferret laudibus suam amicitiam, nequid iactantius arrogantiúsque dictum Nemesi videatur: quod castigari debeat. de qua dea plura dix mus in epigramma vicesimum. ARSACIDAE autem vnde sint dicti Persarum, Parthorum, Medorumque reges docebunt, Iustinus quadragesimo primo Ammianus vicesimo tertio, Strabo, Suidas, Seruius. ¶ *Cecropidum.* Cecropidarum, Atheniensium a suo rege Cecropẽ. ¶ *Nemesis Attica.* Rhamnusia versu quinquagesimo secundo & centesimo nono. Est Rhamnus, Atticæ vicus. * ¶ *Quæ tibi Romulidas.* Ἀπὸ τῆς ἐφ' ad istam deam. Romulidas autem homines Romanos, vt Ausonium, & Paulinum. ¶ *In Medos.* vnde Medicam appellauit, quæ Medos puniuit, & ex eorum marmore facta est. Medi autem, Parthi, & Persæ, tametsi diuersæ sunt gentes Asiaticæ, tamen, quia eidem aliquãdo regi paruerunt, pro eadem sæpe ponuntur. Sed Arabes etiam sub eiusdem gentis imperio tum fuerunt. De chao, rerum omnium confusione, & initio, multa Hesiodi, & Ouidij interpretes, sed plura Augustinus Eugubinus in Genesin. ¶ *Romana procul.* Versus trecentesimus septuagesimus nonus Mosellæ. ¶ *ferrugineum.* nigrum. ¶ *inimicat.* inimica facit. Horatius in ode vltima libri quarti. ¶ *viros, quos sacra.* Romanos, & Consulares viros. Quirinus autem dictus Romulus Romanorum rex primus. sed sumitur & pro Romano homine. ¶ *peregrina.* non Romanæ deę. Plinius vicesimo octauo Naturalis historiæ, *alij Græcam Nemesin inuocantes? Cuius ob id Romæ simulachrum in capitolio est. quamuis Latinum nomen non sit.* * ¶ *Quid queror.* In Orientem inuehi non deberem, qui me nihil læsit, sed in Occidentem, Hispaniam scilicet regionem occiduam: quæ mihi meum abstulit Paulinum. ¶ *Eoi monstri.* vltricis deæ, monstrosæ & terribilis: quam Græcia & Oriens, ante coluit, quam Romani & Hesperiæ gentes. ἠώς aurora est, vnde ἠῷος. ¶ *Occidui.* Tagus Hispaniæ fluuius in oceanum exit occiduum per Lusitaniam. BARCINO vero Tarraconensis Hispaniæ ciuitas est, in littore maris interni sita. Hæc *Barcelona* hodie vulgo dicitur. Amœnam appellat Paulinus

482

469

335

39

483 A

Cap. 2

483 B

linus versu centesimo & vicesimo nono prima epistolarum ad Ausoniũ: qualem hodie prædicant, qui inspexerunt: sed quod Punicam vocet Ausonius, hoc, puto, significat, a Carthaginiensibus, qui Pœni sunt, Hispaniam aliquando tenent. bus, conditam fuisse.* Barce nãque Africæ vrbs fuit, sed Barcam fuisse cognominatũ Amilcarem Annibalis illius clarissimi patrem, Plutarchus in Catonis Maioris vita, & Appian^9 in Annibaliaco, sunt auctores. inuenióque apud Liuium in principio vicesimi primi, & alibi, familiam, ex qua fuit Amilcar, Barcinam cognominatam, ac etiam cum spiritu Barchinam: vt vrbs Barcino, in Ausonij litteris ac apud Plinium, Βαρκίνων quoque in geographicis Ptolemæi, Barchino etiam aspirata reperitur in epistola sexta Paulini ad Seuerum Sulpicium. Potest ergo Βάρχας ille, vel eius Barcinorum quispiam, quam condidisset Hispaniæ rector ciu tatem, a se Barcinonem nuncupauisse. Agebat autem Paulinus Barcinoni, quũ hæc scriberet Ausonius, vt iam ante diximus.* ¶ *me bimaris.* Pyrenæus Gallias Hispaniasque disterminans, promũtoria in duo diuersa maria proijcit, Oceanum & Internum. *Iuga autem ninguida Pyrenæi* (versus est spondæacus) quæ dixit *ninguida Pyrenæi Hospitia*, versu quinquagesimo primo epistolę vicesimę quinctę: ninguida Pyrenes in carmine de Tolosa: & Pyrenæas niues, de Narbone. ¶ *Mœnibus e patrijs.* legitur, & , è *patrio*, &, è *pario*, pro è *patrijs*: quod quid sibi velit, non video, nec toti hi tres versus. Περιμβεβλημένους suspicor: vt post *Barcino, me*, cõtinuo sequatur, *Et quod terrarum.* ¶ *Et quod terrarum.* Lædunt etiam me terra & cælum, quæ sunt inter Emeritam & Burdigalam: quanto interuallo a me meus disiungitur Paulinus. De Emerita carmen est octauum in libro de claris vrbibus.* ¶ *medijs verbis.* crebris litteris. ¶ *Santonus vt sibi.* Qui sint Santones, dictum fuit supra in epistolam vndecimam. Santonus vero hic videtur dici, qui Sãtoni in epistola quartadecima & octauadecima, Santonum metropolis Mediolanum: sed apud Lucanum primo, ——*gaudétque amoto Santonus hoste*, incertum, Santonus verũ gẽtem significet, an vrbem. Numerantur autem leucæ duæ & viginti inter Santonos vrbem, & Burdigalam: inter Burdigalam, & AGINVM duodeuiginti. Paruum hoc oppidum est in altera Garumnæ ripa situm. Agenum vulgo, sed Ἄγιννον apud Ptolemæum, vt Aginnum in hac Ausonij epistola, i secunda nominis vocali, non e. De Arelate, Vienna, Narbone, Tolosa, carmen septimum, vndecimum, duodecimum, clararũ vrbium. Ceterum quod hoc loco dixit Ausonius, Arelatem a Narbone, & Vienna, pari abesse interuallo, hæc itinera non est subtiliter dimensus. Abest a Narbone tridui fere itinere, sed ab Vienna aliquanto plus. Narbo vero a Tolosa fere quatridui.* ¶ *Hoc mihi si spatium.* Si non maiore disiungeremur interuallo, quam quod est inter illa Galliæ nostræ loca tunc te possem facile inuisere, conuenire, cõplecti. sed in Hispania degis hoc tẽpore, procul a me, & a patria. ¶ *trans Alpes.* Alpes vulgo appellãtur montes, qui Galliam & Germaniam ab Italia separant. Sed Ausonius hoc loco Alpes vocauit, montes vulgo Pyrenæos dictos, Hispaniam & Galliam

[Marginalia: 483 C; 483 D; 493 206.207; 405; 484 A; 445 455-462; ver. 422; 484 B]

Galliam disterminantes,idque veterum Gallorum more:quorum lingua Alpium nomen quoslibet altos montes significabat, auctore Seruio in versum quadringētesimum quadragesimum secundum quarti Æneidos. Alpinum iugum,ijdem Pyrenæi,in extrema epistola. vicesima quincta. ¶ *& marmoream Pyrenen* .versus spondiacus.Est autem ὑπερβάσεως,trans Alpes,hoc est,trans Pyrenæos montes. ¶ *Cæsareæ Augustæ domus est.*Cæsaraugusta quinque syllabis apud Strabonem,Melam,Plinium:Cæsarea Augusta duabus integris vocibus apud Ptolemæum,Ausonium hoc loco,&Paulinum in epistola priore ad Ausonium:Salduba dicta prius,quā a Cæsare Augusto trāsnominaretur,hodie *Sarragoza*,Hispaniæ Tarraconensis ciuitas,sicut & Tarraco, & Barcino. Agebat autem hoc tempore Barcinoni Paulinus,non Cæsaraugustæ, vel Tarraconi, sed Cæsaraugustā,Tarraconem,& Barcinonem,hoc loco nominauit Ausonius pro qualibet Hispaniç Tarraconensis ciuitate, in qua Paulinus ageret,dum vult significare,in qua Hispaniæ prouincia, trans montes Pyrenæos, procul Burdigala ageret.* ¶ *Tyrrhenica propter Tarraco.* Tarraco in carmine vicesimoquarto Parentalium etiā memorata, est prope Cæsaraugustam. Numerant autem Hispani leucas,quas ex quaternis fere millibus passuū faciunt,a Cæsaraugusta ad Tarraconem,triginta:ad Barcinonē, quadraginta:a Barcinone vero ad Tarraconem duodecim. quæ sunt ambæ maritimæ,Cæsaraugusta,mediterranea ad fluuiū Hiberum. Sed Hispanum mare & Balearicum,Paulinus etiā Tyrrhenū nuncupat versu centesimo tricesimotertio epistolæ Paulini ad Ausoniū prioris. quū Tyrrhenū proprie dicatur Grçcis,quod Latinis Tuscum,Tusciā,Etruriāue alluens mare.Hinc arbitror Tarraconē esse Tyrrhenicam nuncupatā potius, quam quod a Tyrrhenis hoc est ab Italis hominibus sit condita. Eā nanq; belligerantes in Hispania Scipiones cōdidisse,Plinius & Solinus sunt auctores. ¶ *& ostrifero ponto.*ut ostrifetum mare Abydenū dixit Virgilius primo Georgicōn: quod monuimus in versū vicesimum nonū epistolæ tertiædecimæ. * ¶ *Teriuga Burdigalæ.*Sic fortasse melius,quā quomodo alij habēt libri,Me iuga.Nā iuga Burdigalæ q̄ dicere possit,nō video:sed teriugū dixisse potest,vt tergeminū Virgilius,& tergenus idē ipse Ausoni⁹ in Gripho.vt sit huius loci sēsus,& ordo.Teriuga,hoc est tria flumina sūt inter me &populū Burdigalensem. Hic nullæ turbæ, rixæ nullæ populi Vide epistolā duodecimā ad versū quinctūdecimū. ¶ *Vber.*vbertas, fertilitas.Virgilius versu ducētesimo sexagesimo secūdo septimi Æneidos. ¶ *tū prata.*sūt sub audiēdū,vel simile quippiā. ¶ *Celebriq; frequēs ecclesia vico.*Siquis Lçlio de amicitia apud Ciceronē disputāti credat,auferri fructū voluptatū omniū,solitudine:& sic solitariū hominē,& qui in agro vitā agat,parū sanç mētis puret,is scito,inquit Ausonius,agrū meū in vico sitū esse,qui quod parœcię curięue caput sit,nō sol⁹,sed frequēs sit,& cęleber. Ecclesia autē,hoc est ἐκκλησία ἀπὸ τοῦ ἐκκαλεῖσθαι, id est ab euocando,conuocādóque,quū populi, ciuiumque quorumlibet conuentū, conciliū, concionem significaret,ac præterea locū, sicut senatus & con-

561

484 c

i 119

566

451

485 A

280

447

cio apud Aulum Gellium, Christiani homines quasi hoc vocabulum ipsi sibi nouum effinxissent, Ecclesiam Græci primum, deinde Latini dixerunt, cœtum congregati assistentisque populi sui, & locum, in quem conueniret. * ¶ *Tótque mea in Nouero.* Et tam multa mea prædia; agri, prata, vineæ, siluæ, inter se propinqua, in pago Nouero, temperato sunt cælo, sed sine te nihil mihi iucundum esse potest. Istud autem Nouero, in quibusdam codicibus est Nouaro, a pro e, ac in Lugdunensibus membranis, Nabaro a in prima & secunda syllaba pro o & e, atque b pro u consonante: quicquid id loci sit apud Transcarantonanos Santones. Ibi enim vt quęrendum putem pagum hunc facit, quod qui dixit in epistola vndecima, duodecima, quartadecima, quinctadecima, septimadecima, octauadecima, se prope vrbem Santonos rus habere, hic se scribit in suo rure esse, quod tribus fluminibus a patria Burdigala separetur: quos tres fluuios non video, quosnam potius intelligam, quam Garumnam, qui, qua parte sunt Santones, Burdigalam præterfluit. Duranium, qui quinque leucis infra Burdigalã, Garumnæ coniungitur. Carantonum, qui Santonorum mœnia alluit, decem & septem leucis a Garumnæ & Duranij confluente. Vltra hunc Carantonum, est propius Angeriacum quã Santonos vicus *Les Nouliers*, qui Noualarij & Ecclesia Sancti Petri de Noualarijs, in Romani pontificis & Santonensis diplomatibus Latinis appellatur: siquis forte velit hunc Nouerum, Nouarum, Nabarum, Ausonij pagum esse. * ¶ *canis æstifer.* canicula, æstatis adaugens æstus & calores suo exortu, vt fertur. ardens Sirius in edyllio tertiodecimo. ¶ *Pomona.* Pomorum dea, vt in edyllio septimodecimo. ¶ *Aquarius.* vnum ex sideribus duodecim Zodiaci in edyllio tertiodecimo. Virgilius tertio Georgicôn. ——— *quum frigidus olim*

Iam cadit, extremóque irrorat Aquarius anno.

¶ *Agnoscésne tuam.* Non video, cur alterius epistolæ principium hoc esse debeat, vt in vetusto Lugdunensi codice, sed eo solo, reperimus, cum hoc titulo AVSONIVS PAVLINO. De qua re in epistolam quoque insequentem quæremus. ¶ *Nam mihi certa fides.* Fidem violare non soleo. Paulinum veterem amicum, te, dum viuam, vt cœpi, pergam amare, obseruare, colere. ¶ *Quæque meo.* supra, versu decimo. * ¶ *Si tendi facilis.* Vlixis arcum solus Vlixes tendere potest, vicesimo primo Odysseæ. & Achilijs hasta solus Achilles vti sextodecimo & vndevicesimo Iliádos. Hoc ergo vult Ausonius dicere suã amicitiã dissolutum iri nunquam. ¶ *Ornus Achilli.* Græcis μελία dicitur, quæ Latinis fraxinus. quę arbor satis omnibus nota, quia semper ad hastas vtilissima habita est, & ex ea fere factæ sunt, Homerus μελίας, hoc est fraxinos hastas appellauit: vt secundo Iliádos;

Αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι.

& sextodecimo libro, ac vndeuicesimo;

Πηλιάδα μελίην. τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων,

de Achil-

478 B | 315 | 318 | Ver. 304 | 490 | 486 A | Ver. 543 | Ver. 143 | 390

de Achillis hasta loquens, in Pelio monte nata. Plinius sextodecimo Naturalis historiæ de fraxino arbore. *Procera hæc, ac teres, pennata & ipsa folio, multúmque Homeri præconio, & Achillis hasta nobilitata.* Achillis ergo hasta fraxinus, hoc est fraxinea, vt ex fraxino factas aliquot, fraxineas appellat Ouidius quincto Metamorphoseon, quæritur, ea quando, ornus dicta est Ausonio, &, vt puto, Valerio Flacco, primo Agonauticôn, ante Ausonium, — cap. 13 — vers. 408

Nec Peleus fretus soceris, & coniuge diua,
Defuit. at prora splendet tua cuspis ab alta,
Aeacide. tantum hæc altis excelsior hastis,
Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos:

an species pro specie sit posita, an vero idem sit fraxinus & ornus. Plinius fraxini facit duo genera Campestrem & Montanam, si forte eorum alterum sit ornus, vt sensisse videtur Ruellius. * Ceterum vetus glossarium ornum vno verbo Græco non nominat, sed ἄγριαν πίτυν, hoc est agrestem pinum exponit. Vlixi autem & Achilli, genitiui casus sunt: vt monuimus in versum tertiumdecimũ iambici epistolæ tertiæ. ¶ *Rhamnusia.* Nemesis, supra, versu quinquagesimo secundo. ¶ *Et non in meliora.* Meliora sperare deberẽ, inquit, de amico. Notandum autem PROPINQVO cum accusatiuo, vt verbum actiuum: quomodo vsurpasse videtur Virgilius versu ducentesimo quinquagesimo quarto decimi Aeneidos, — Lib. 16 cap. 13 — 486 B — 410 B

——— *Tu rite propinques*
Augurium ¶ *Si genitor.* si deus pater, & Christus filius nos exaudiãt. ¶ *Ne sparsam.* Paulinum sua, Christum liberius sequendi gratia, vendidisse omnia, in epistolam vndeuicesimam ostendimus, quod quum fecit, eius vnius amplissimæ possessiones in multorum dominia possint abiisse. ¶ *veteris Paulini.* huius ipsius, qui vendidit, aut patris, aut aui. Sic vetus liber hoc loco, sicut & duodecim ante versibus, veteris, melius, quam alij, veteres. ¶ *veterum.* amicorum. * ¶ *Votis, ominibúsque.* Horatius in quincto carmine libri quarti. — 465 H — 487 A

Votis, ominibusq́; & precibus vocat.

¶ *dum tu iuuenis.* Sic in epistola vicesima. ¶ *dum nostra senectus.* Dum adhuc cruda mihi viridisque senectus. Dum senectus mihi, in tui, vt videtur, gratiam, non — 469

Debilitat vires animi, mutatq́; vigorem.

¶ *Et quando.* Ecquando idem. Est autem optantis hæc oratio. ¶ *Iam ninguida.* Hiberorum, id est Hispanorum oppida, quæ in Pyrenæis, aut sub ipsis sunt Pyrenæis montibus, carere niuibus non possunt. ¶ *Tarbellica iam tenet arua.* Pyrenæos montes iam transijt: & est in Aquitania: vbi sunt Tarbelli: de qua gente plura in carmen secundum Parentalium. ¶ *Hebromani iam tecta subit.* Iam ad ipsam suam olim Hebromanum peruenit. De qua in iambicum epistolæ vicesimæ secundæ. ¶ *Iam prædia fratris.* De his prædijs Hebromano vicinis, nihil comperi, neque de Pau- — 103 — 478

487B lino Paulini fratre.* ¶ *Iam labitur amne secundo.* — *prona*
Fertur aqua. segnisq́. secundo defluit amni.

ve 8.59 Virgilius octauo Aeneidos. Secundo autem flumine, fluuio, amni, est cum aqua ferri: aduerso autem, contra aquam, vt etiam scribit Seruius in versum quadringentesimum & nonagesimumquartum septimi Aeneidos. Ab Hebromano itaque, siquidem is locus sit, quem suspicari me in Iambico epistolæ vicesimæ secundæ dixi, nauigabat Paulinus, secundo fluuio Garumna, Oceanum versus: vt fingit Ausonius. ¶ *Iam prora obuertitur amni.* Iam appellit Paulinus. Est autē amni datiuus casus, sicut pelago in tertio versu sexti Aeneidos, *Obuertunt pelago proras* — pro in amnem, & in pelagus. Prora ergo in mare & flumen conuertitur, puppis in terram, quum appellitur. ¶ *Ingressúsque.* Paulinus. sed quis fuerit iste portus Paulini, & eius celebria ostia? ¶ *Totum occursantis populi.* Paulino, viro, genere, honoribus, potentia, virtutibus clarissimo, carissimo cunctis, & optatissimo, post multos annos in patriam reuerso, frequens populus, magno studio, obuiam procedit, inquit nuncius: sed ille, dum te, Ausoni, quamprimum videre, magnopere cupit, nusquam commoratur, ne in prædijs quidem suis: & tot salutationes, & oscula nequid eum retineant, occurrentes anteuertit, frustratur, fallit. ¶ *Credimus.* Hóc ne verum, quod dico, an vero falsum, vt amantis desiderantísque somnium? Est hic versus, pænultimus eclogæ Virgilij octauæ.

488A

IN XXIV EPISTOLAM AVSONII AD PAVLINVM.

¶ *Proxima.* Quotacunque sit Ausonij ad Paulinum querimonia epistoláque, quæ hic *proxima* numeratur, conqueritur in his litteris, quod nihil respondeat Paulinus. ¶ *Sed tu iuratis.* Mysteria prisci dixerunt Græci, Cereris deæ, sacra, à verbo μύειν, vt est in vetustis in Aristophanem comicū scholijs, quod significat os claudere. quibus mysterijs, initiisque, vt Cicero vocat secundo de legibus, qui initiati fuerant, & deuoti, nefas erat enunciare quicquam de arcano illorum ritu. ¶ *Non licet.* Mihi non licet, inquis, & religio est scribere. Initiatorum hoc fuisse solemne verbum videtur, *Non licet.* quum a curiosis rogati de suorum mysteriorum arcanis, respondebant sibi non esse fas, de ijs quicquam eloqui. ¶ *Anne pudet.* Pudere te debet, nihil scribere amicis paternis: quum ex paterna hæreditate hoc illis officium debeas. Prior epistola ad decimum versum. ¶ *Ignauos.* pigros. ¶ *& morem.* vt solebamus prius

488B inter nos crebris litteris salutare. *¶ *Aut quæsitoris.* vel si forte times, vt ne intercipiantur tuæ litteræ, in quibus sit aliquid arcanæ rei, vel quod alioqui nolis ab omnibus legi, poteris ingeniose huic malo varia remedia inuenire. Et sic cū amico suauissimo Ausonius lepide iocari pergit. Quæsitor autem propriè, qui & quæstor, prætor dicebatur, qui iudicijs publicis

cis præerat. De quo verbo plura Budæus annotauit ex Virgilio, Asconio, & alijs. ¶ *Threicij*. Thraciæ rex Tereus Philomelam vxoris suæ Procnes sororē per vim stuprauerat, & illi linguam, ne facinus eloqueretur, absciderat: sed hæc vt ——— *grande doloris*

Ingenium est, miserísque venit sollertia rebus,
Stamina barbarica suspendit candida tela,
Purpureásque notas filis intexuit albis
Indicium sceleris: perfectáque tradidit vni.
Vtq; ferat dominæ gestu rogat. illa rogata
Pertulit ad Procnen. nec scit, quid tradat in illis.

Ouidius sexto metamorphoseon. Idem Ausonius in versu octogesimo octauo Technopægnij, & in vicesimo octauo edyllij de Vita humana. * ¶ *Et pudibunda*. Cydippe, sed ab amante Acontio falsa. Vide eorum epistolas inter Ouidianas. ¶ *Depressis scrobibus*. Midæ regis Phrygiæ asininas auriculas prodidit famulus inter arundines in scrobe occultus, vndecimo Metamorphoseon Ouidij ¶ *Lacte incide notas*. *Inscribe* inter Paulini epistolas, pro isto *incide*. Vel si voles, inquit, litteras tuas fore secretiores, lacte scribito, & finito exarescere, quod scripseris, priusquam cōplices. Aridas illas notas & exsiccatas tenebit charta: sed quia illi sunt concolores, chartam esse puram existimabit, quisquis inspexerit, doli ignarus. ¶ *Semper in auspicuis*. Hoc *auspicuis* erat *aspicuis* in libro vetere. Conspicuus a conspiciendo, & perspicuus a perspiciendo, vulgo nota sunt: sed ab aspiciendo aspicuus, hoc mihi plane insolens. neque video satis, duæne voces sint, vt scribebat vetus exemplar, *in aspicuis*: an vna, *inaspicuis*. Quid vero fauillæ fuerint aspicuæ? quid item inaspicuæ? Scribit vetus interpres Virgilij, FAVILLAM esse desertā igne scintillā. SCINTILLA vero est, qualem venis silici Achates excudit primo Aeneidos, & similes ex ardentibus rebus emicantes: vt fauilla sit cinis ipse sine igni, sed tamen ab igni adhuc calidus: scintilla vero, ignis, qui e prunis, torribus, & quacunque ardente materia exsilit. Virgilius candentem fauillam dixit tertio Aeneidos, Symmachus ardentem, in epistola ad Ausonium tertia, cinerem cum minutis prunis intelligunt, sed proprie accepit fauillam Suetonius, quum dixit de quodā sacrificio in extremo Galba, *Nihil inuenit præter tepidam in ara fauillam*. Ausonius Cinerem & fauillā coniunxit in carmine nono Parentalium. Ceterum quod hoc loco perstringit Ausonius de Lactea scriptura, hoc sic habet. In charta, lacte, sicut atramento fit, quippiam exarato. Id quum fuerit siccum, nulla littera videri poterit: sed expassa super mensam charta, totam scripturam fauilla non modice calida obruito. Paullo post fauillam excutito. Videbis subatram scripturā, quam feceras lacteam. Idem efficietur, pulchriore etiam scriptura, si super prunas, aut flāmas luminum, aliorū ve ignium, modico interuallo, ab ea parte, quæ scripta non est, chartam expandas: sed hîc periculum est ab incendio.

vers. 580
293. 303
489 A
vers. 573
548
480 B
114

¶ *Vel Lacedæmoniam.* Quod genus hoc esset secretiorum litterarum, exponet tibi pluribus Aulus Gellius libro septimodecimo Noctium Atticarum, & Ioannes Tzerzes in ducentesima quinquagesima octaua secundarum historiarum, ac Erasmus in adagio, Tristis Scytale. ¶ *Tanaquil tua.* Paulini vxorem appellabamus Therasiam in epistolam nonamdecimam, in litteris ad Augustinum, Sulpicium Seuerum, Aprum, & alibi nominatam, probam in primis feminam, & piam, a mariti proposito nihil discrepantem, vt Diuus Ambrosius memoriæ prodidit.* Hanc Ausonius quum Tanaquilem hic vocasset, nescio quam ob causam, nisi forte, quod quemadmodum suæ Tanaquilis Tarquinius Priscus Romanorum rex, sic Therasiæ suæ consilio pleraque gereret Paulinus, moleste tulisse videtur Paulinus in apistola ad Ausoniũ prima, & secunda: & Lucretiæ illi pudicissimæ matronæ comparari maluit, quam isti Tanaquili, ambitiosæ mulieri, & sagæ. Sidonius libri quincti epistola septima de suo Tetrarcha. *Temperat Lucumonem nostrum Tanaquil sua: & aures mariti, virosa susurronum fæce completas, opportunitate falsi sermonis eruderat.* ¶ *parentem.* me, Ausonium, vt in eandem epistolam vndeuicesimam fuit monitum. ¶ *primus largitor.* Vetus codex, veterum largitor honorũ. ¶ *primus in Aonidum.* Qui te docui, & feci poëtam. Aonides Musæ in epigrammate quoque tricesimo primo.

(cap. 9; 465 F; 489B; 561.579; 23)

IN XXV. EPISTOLAM AVSONII AD PAVLINVM.

(490 A)

¶ *Quarta tibi.* Ex tribus, quas ante hanc scripsisse se ad Paulinum in Hispania commorantem hoc loco significat Ausonius, vna interciderit, nisi forte velis, vetusto Lugdunensi codice auctore, vt ante monuimus, primam illarum, Discurrimus, in duas diuidere. sed nihil necesse est extare, quæcunque scripsit vnquam Ausonius. Qui pergit his queri litteris, quod nihil rescribat Paulinus: & Hispaniæ, quæ ipsum retinebat, nihil non mali imprecatur. ¶ *notos questus.* solitas querimonias direxit. Vetus tamen ille liber, detexit, pro direxit. ¶ *Fausta salutigeris.* salutiferis in quincto versu epistolæ Paulini ad Ausonium secundæ. Latini suas litteras a salute auspicabantur: quam illi optabant, ad quem scribebant. ¶ *Hostis ab hoste tamen.* Phædra Hippolyto apud Ouidium.

Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.

¶ *Salue.* salutatio. Etiam hostes, belli tempore, salutant se inuicem. ¶ *Respondet & Saxa.* vt mirum sit, quod homo nihil respondeat, præsertim amico. ¶ *reboat nemorum. redit & nemorum,* vetus codex. ¶ *vocalis imago.* Lege de Echo epigramma vndecimum.* ¶ *Somniferúmque canit sæpes depasta susurrum.* Lugdunenses membranæ. *Hyblæis apibus sæpes depasta susurrat.* sed vtrocunque modo scripserit Ausonius, dixerat Virgilianus

(485; 572; 12; 490B)

Meli-

Melibœs,

Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes,
Hybleis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.

¶ *Est & arundineis.* Vt arundines, & cannæ sponte solent prouenire in fluuiorum ripis. Virgilius in septima ecloga.

Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius. ——— quæ arundines vel minimo vento agitantur, & sonum edunt. ¶ *Atque arguta.* Theocriti primum bucolicum incipit.

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι, μελίσδεται.

Id est, interprete Terentiano,

Dulce tibi pinus submurmurat, en tibi, pastor,
Proxima fonticulis. ——— Habuit autem hic vetus exemplar Lugdunense, & Mariangeli, *Cúmque suis loquitur tremulum coma.* alij, *Atque arguta suis loquitur.* Eritque ibi *tremulum*, tremule, & stridule. hic vero *arguta*, vt in septimo Virgilij bucolico *arguta ilex*, aliud arboris genus, & argutum nemus in octauo, canora, stridula, quomodo Seruius exponit.
* ¶ *folijs acutis.* quæ capillata vocauit Plinius sextodecimo Naturalis historiæ. ¶ *Dindymáque Idæo.* Item vetus, *Dindyma Gargarico.* Sunt autẽ Dindymus, Gargarus, & Ida, vnde Idæus, montes Troiæ: quibus in locis dea Cybele, quæ & Rhea, deorum mater cognominata, colebatur. De qua, & ijsdem locis sic Claudianus primo de raptu Proserpinæ.

491 A
Cap. 14

Hic sedes augusta deæ, templique colendi
Relligiosa silex. densis quam pinus obumbrat
Frondibus. & nulla lucos agitante procella
Stridula coniferis modulantur carmina ramis.
Terribiles intus thyasi, vesanáque misto
Concentu delubra gemunt. vlulatibus Ide
Bacchatur. timidas inclinant Gargara siluas.

¶ *Et pecus æquoreum.* Apud veteres Græcos Latinósque auctores reperitur prouerbium, Mutus magis, quam piscis, de nimis taciturno, & infante, & qui nihil habet, quod eloquatur, aut si habet, non audet, vel non potest. De quo vide ad hunc locum, si vacat, Erasmum in centuria quincta chiliadis primæ Adagiorum. * ¶ *Cymbala dant flictu sonitum.* Fligere (vnde affligere, confligere, infligere, ac mutata etiam coniugatione, profligare, crebra sunt apud Ciceronem) legerat Nonius Marcellus apud Liuium Andronicum & Attium, ac affligere exposuit: sed verbali quartæ declinationis flictus Virgilius est vsus versu sexcentesimo & sexagesimo septimo noni Aeneidos, pro afflictu; id est ictu, quemadmodum vetus commentator exposuit. CYMBALA ergo, veluti in matris deûm Cybeles sacris, sonum edebant, quãdo fligebantur, quatieban-

491 B

túr que, vt Virgilius idem etiam dixit in quarti Georgicôn versu sexagesimo quarto,

Tinnitesque cie, & Matris quate Cymbala circum.

Ver. 111 Erant enim ex ære, & æra idem vocat poëta tertio Æneidos,

Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiáque æra,

Idæumque nemus, ——— & Ouidius quarto metamorphoseon, caua, hemisphærij, dimidiiq; cæli figura, vt describit Seruius, cãpanis nostris, quas in Italiæ Campania primum inuentas, inde nomen sumpsisse quidam volunt, non admodum dissimilia, sed galeis fortasse similiora, quas in conflictu quoque sonare sic meminit idem Virgilius nono

ver. 666 Aeneidos.

Sternitur omne solum telis. tum scuta, cauaque

Dant sonitum galeæ flictu. pugna aspera surgit.

491 C * ¶ *Dant pulpita.* Pulpita, tabulas scenæ exponit Acro in versum ducentesimum, & quinctumdecimum de arte poëtica.

Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem.

Ligno enim sternebantur pulpita. Idem Horatius versu ducentesimo septuagesimo nono eiusdem carminis.

Aeschylus, & modicis instrauit pulpita tignis.

Erat autem proprie in theatro ante scenã pulpitũ, locus quinque pedes altus: in quo fabulæ agebantur. Dicitur etiã pulpitum, suggestum, vnde oratio ad populum habetur, & quales doctorum nostrorum cathedræ.

¶ *tentis reboant.* Lucretius secundo de Cybeles sacris.

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum

Concaua, raucisonóque minantur cornua cantu.

Et Phrygio stimulat numero caua tibia mentis.

& Ouidius de orgijs Bacchi in principio quarti metamorphóseon.

Femineæ voces, impulsáque tympana palmis,

Concauáque æra sonant, longóque foramine buxus.

Catullus de Atye.

Niueis citata cepit manibus leue tympanum,

Tympanum, tubam, Cybele, tua, mater, initia.

Quatiensque terga tauri teneris caua digitis,

Canere hoc suis adorta est tremebunda comitibus.

Agite, ite ad alta Gallæ Cybeles nemora simul.

491 D * Tympanum ergo etiam instrumentum erat musicum, cribro simile, ex ligno & pelle extenta ab altera parte: quod virga percussum resonabat. Sic Hesychius, & Isidorus tympanum definiũt. de cuius etymo, quod bonus hic vir tertio etymologiarum traditum voluit, non hercle intelligo: sed Homeri & Aristophanis interpretes a verbo τύπτειν, quod verbare, percutéreue significat, deducunt: vt sit tympanum quasi typanum quoddam, quemadmodum etiam τύμπανον, τύπανον, sine μ prima syllaba breui legitur apud poëtas, vt primo Argonauticon Apollonij.

Ῥόμβος

Ῥόμβοι, καὶ τύμπανα, Ῥεῖην Φρύγες ἱλάσκονται.

& alia quoque significatione in epigrammate Lucillij, libro secundo anthologias, capite εἰς ἀσελγοὺς.

Ἄξιοί εἰσι τυχεῖν πάντες ἑνὸς τυμπάνου.

Hic enim typanum idem significat, quod tympanum in Pluto Aristophanis, quum exclamat ille,

Ὦ τύμπανα, καὶ κύφωνες, οὐκ ἀρήξετε,

quæ tympana vetus commentator, & Suidas, βάκλα interpretantur, hoc est bacula, & fustes, quibus homines cædebantur. sed alia etiã sunt significata tympani apud Virgilium, Vitruuium, & alios ad hunc Ausonij locum nihil pertinentia. * Addit autem Isidorus de suo tympano: id esse symphoniæ dimidium: quam sic definit, quum συμφωνία apud suam gentem non sit aliud, quod equidem legere meminerim, quam consonantia, & concentus. *Symphonia vulgo appellatur*, inquit, *lignum cauum, ex vtraque parte pelle extenta: quam virgulis hinc & inde musici feriunt. fitque in ea, ex concordia grauis & acuti, suauissimus cantus.* Sic ille, quicquid id illis temporibus instrumenti musici fuerit Symphonia. quæ si taburino nostro, quo in choreis minore, in militia, maiore vtimur, videtur vsu dissimilis fuisse, figura certe similis fuit, vt iã dubitare non possimus, quin tympana sint, quibus Italicæ, Narbonenses, Hispanicæ, aliæ mulierculæ se oblectant, ad eorum strepitum, quæ digitis potius quam virgulis pulsant, carmina sua accinentes: quomodo etiam olim in Cereris Bacchíque sacris feminas putamus factitasse, easque solas, nisi siqui euirati viri, molles, & effeminati, pro feminis hic sint habiti, vt Atys ille Berecyntius apud Catullum. Cribra sunt mera, & sic dimidiati *taburini*, si pergamenas pertundis, & crepitacula tollis, laminulásque æreas, quæ maioris strepitus causa ligno solẽt addi. Aliud tympani genus abiegnum, quo scribit Suidas, Indos olim vsos esse in prœlijs. Aliud rursus ęreum, dimidiati globi forma, quos Hispani *Atabalos* vocant. Aliaque apud alias gẽtes tympana. Huius autẽ versus primũ verbum est Tacta in quibusdã exemplaribus: in alijs Icta. istudque reboare, Catullus remugire, & recrepare quoq; dixit. * ¶ *Mareotica.* Aegyptiaca. Μάρεια nãque, & Μαρεῶτις auctore Stephano περὶ πόλεων, vrbs est & lacus iuxta Alexandriam Aegypti. Lucanus libri noni versu centesimo & quinquagesimo quarto· decimi centesimo & sextodecimo, & cẽtesimo sexagesimoque. De Iside, vnde Isiacus, & de sistro, in extremũ edyllium vicesimũ & vicesimũ quinctũ ¶ *Nec Dodonai.* Dodona vrbs Epiri, & nemus Ioui sacrum quondam: vbi oraculum Iouis clarissimum: quod vndique cingebant pelues, vt hic ait Ausonius, vel vt Virgilius, lebetes, tintinabuláue ærea. quę vento agitata, vel, vt alijs placet, ab vate scutica, aut radio itidẽ æreo, percussa (quidã tradunt vnũ pulsari solitũ, & reliqua inde cuncta sonare, quod inter se cõtingerẽt) lõge resonabãt. Hinc adagiũ, Dodonęũ ęs, in hominẽ impro-

491 B

491 F

325. 331

bæ,importunæque loquacitatis.Fabulã referunt Plinius,Suidas ,Fanēsis capite nonagesimo septimo Collectaneorum,Crinitus,Erasmus. Virgilius autem quum dixit in sexta ecloga,

Tum vero in numerum Faunósque ferásque videres

Ludere, ——— illud in numerum,exponit vetus commentator, ad modum rhythmi & cantilenæ,vel ad certam modulationẽ. * ¶ *Oebalijs*. Laconicis, Lacedæmonijsue, vt monuimus in decimum versum edyllij secundi. AMYCLAE fuerunt ex centum Laconiæ vrbibus:quas Lacedęmonis filius Amyclas condidit,auctore Stephano:sed sunt, qui velint alias Amyclas esse,quas silentium prouerbio perdidisse dicitur,nempe vrbem Italiæ,inter Caietam & Tarracinam,ab ijsdem tamen Laconibus conditam. Vide Seruium in illud decimi Aeneidos,

Ver.564 — *tacitis regnauit Amyclis*,& Erasmi adagia. ¶ *Aut tua Sigalion*.Sigaleon scribit Lilius Gregorius , primo syntagmate de dijs , παρὰ τὸ σιγάω, & λαὸς,id est a silendo,& populo : quod scilicet populis silentium indiceret. Is est Harpocrates:quem Osiridis & Isidis numinum suorum filium existimauerunt Aegyptij,ac ita finxerunt,vt digito ori appresso silentium indiceret.qualis apud Romanos dea Angerona. Angelus Politianus capite octogesimo tertio Miscellaneorum. ¶ *tua oscula signet*. os tibi claudat. Diminutiuum ab eo,quod est os,osculum in primitiui significatu consistere docuit contra Priscianum Quinctianus Stoa in Epographia. ¶ *obnixum*.obnixe.quantum potes. Sic malim legere , quam *obnixus*. ¶ *agnosco pudorem*. pudet te amplius scribere post longam litterarum intermissionem. ¶ *longa otia*. longa cessatio , & intermissio litterarum,pigris placet. * ¶ *parata*.facili . ¶ *Felicésque notas*. saluris titulos,& verba. ¶ *Non ego longinquos*.Hoc dicit,si fore longas, & multorũ versuum litteras scribere non vacat, quamlibet breuibus contentus ero, modo aliquid scribas. ¶ *Vna fuit tantum*. Scribit Plutarchus in vita Lycurgi,quod Lacones liberos docebant,oratione vti,quæ quum venustate amaritudinem haberet , & paucis verbis multum sententiæ complecteretur. Eorum breuiloquentiæ exemplum est vnum in epigrammate

10 vicesimo quarto:multa apud Plutarchum , vt hæc duo inter alia,in libro περὶ ἀδολεσχίας,hoc est de garrulitate . Sic illis epistola minatus fuerat rex Macedoniæ Philippus,quum Gręciã armis infestaret,quemadmodũ refert Diodorus libro sextodecimo , & Iustinus octauo,ac nono,Αἰ ἐμβάλλω εἰς τὴν Λακωνικὴν ἀναστάτους ὑμᾶς ποιήσω. id est,si cum exercitu in Laconicam ingrediar,euertam vos. Irato regi hoc solum responderunt, Αἴκα , hoc est,Si .* Idem etiam Philippus ijs quum scripsisset, & quęsiuiset an ipsum vellent recipere in ciuitatem, εἰς χάρτην ΟΥ μέγα γεάψαντες , ἀπέστειλαν , id est, in chartam NON magnum scripserunt, & ei miserunt.Istud ȣ̃ Ausonio hic significari putant, Accursius Nariangelus in diatribis , Baptista Egnatius in raccmationibus , & Quinctianus Stoa in epogoraphia. quam diphthongũ, & syllabum , Ausonius litteram dixerit, 'um

xerit,dum breuissimũ responsum significare vult, quod sic ʋ notari solet, in morē vnicæ litterulæ.Sed de hoc etiam Ausonij loco quæsierunt Iulius Cæsar Scaliger in primo librorum, quos scripsit de causis linguæ Latinæ,& Theodorus Beza in scholijs,de germana sermonis Latini pronunciatione. ¶ *Est etenim comis*. Est suauis,& iucunda breuitas, si absit obscuritas,vt dixit in epistola vndeuicesima.Sed de breuitate plura Cicero,Quinctilianus,Plutarchus,Stobæus. De renato Pythagora, epigrãma sexagesimum nonum,& de eiusdem Est & non,edyllium nonum. ¶ *relidunt*.reprobant,reijciunt,negant.Cõpositum a lædo,mihi alibi minime lectum,quod meminerim. ¶ *Nemo silens*. Multa de silentio Plutarchus in libris de garrulitate,de vitiosa verecundia,de capienda ex inimicis vtilitate,de liberis educandis & alibi,ac apud Stobæum. ¶ *multi*.placuerunt sua breuiloquentia.* ¶ *non ambo placemus*. Ego loquacitate displiceo,tu immodico silentio,qui nihil scribas. ¶ *iugum quod*. quia mea in te pietas & beneuolentia paterna,prorsus libera, iugũ ferre non potest, seruire,adulari,verum dissimulare. ¶ *Vertisti*. Mutasti tuos mores.Nã prius sæpe scribebas:qui mei iam prorsus oblitus videris. ¶ *Vasconis hoc saltus*. Morum mutationem facit Vasconum saltus. Vasconiæ saltus dicit Paulinus,quũ respondet Ausonio versu centesimo epistolę primæ.Vasconum autem nomen adhuc retinuerunt in Pyrenæo circa Baionã Tarbellorum vrbē, quos *Bascos* vocitamus, lingua & moribus à Gallis & Hispanis discrepantes: ceterum quos vetusti scriptores Strabo, Plinius, Ptolemæus, descripserũt Vascones,eorũ fines in eodem Pyrenæo, latius patuerunt, vt qui nunc Guipusqui,& Nauarri appellãtur,olim Vascones fuisse videantur. Iidem *Gascones*,vt idem sunt Guilielmus & Vuilielmus apud nos, Galerius & Valerius,Gardo & Vardo,verum qui dicuntur in Aquitania Gascones, hi sic sunt dicti à Pyrenaicis illis Vasconibus:qui saltus suos aliquando egressi,circiter annum à Christo nato quingentesimũ & nonagesimũ, vt ex Gregorij Turonensis libro nono rerũ Frãcicarũ colligere mihi videor,in media Aquitania cõsederũt;quę ab ipsis Gasconia est cognominata.* ¶ *& ninguida Pyrenæi*.vt supra in versu sexagesimo nono epistolæ vicesimæ tertiæ. ¶ *& nostri*. Burdigalensis,& Aquitanici cæli.Respõdet autē huic loco Paulinus versu nonagesimo epistolę prioris ad Ausonium. ¶ *Hiberica tellus*.Hispania,ab Hibero fluuio. ¶ *Te populent Pœni*. vt quondã sub Amilcare,Annibale, & alijs Carthaginensibus regulis & ducibus. ¶ *perfidus Annibal vrat*. vt is rupto fœdere Saguntum vssit & euertit:sicut dictum in versum tricesimum edyllij septimi. ¶ *Te belli*.Plutarchus,Appianus,Seneca,Eutropius,narrant, quomodo Sertorius, qui Marianarum erat partium,Roma profugus & exul, ob Syllanã proscriptionē,bellũ cum ciuibus suis per annos octo gessit in Hispania.¶ *Ergo meum*. Paulinum.Ad hæc respondet Paulinus ad versum centesimum & quadragesimum quartũ epistolæ prioris ad Ausonium.*Columen* autem & *culmen*,*senatúsque*,& *senati* hic legit Mariangelus.* ¶ *Bilbilis*. Vrbs Celti-

466 | 39. 207 | 493 A | 593 | 493 B | 483 | 563 | 304 | 567

bctorum, gentis Hispanicæ ex Celtis, qui Galli sunt, & Hiberis, Hiberi fluuij accolis, compositæ, patria poëtæ Valerij Martialis, Βίλβις pro Βίλβιλις apud Ptolemæum. Plinius tricesimo quarto Naturalis historiæ, Martialis epigrammate septimodecimo, & centesimo tricesimo quincto libri primi, duobus decimi, vltimis Epigrammatibus, & duodeuicesimo duodecimi, Bilbilis altitudinem, equos, ferrum, aurũ commendant. * Gerundensis episcopus, qui abhinc annos centum paralipomena suæ Hispaniæ scribebat, Bilbilim inter deletas Hispaniæ vrbes recenset in extremo libro primo. Aliud est oppidum eiusdem Hispniæ *Bilbao* ad oceanum Cantabricum. ¶ *aut hærẽs scopulis*. montana in versu cẽtesimo & vicesimo epistolæ Paulini ad Ausonium primæ. Hæc autem Calagorris, Calaguris in vetusto codice, vt varie scriptum nomen hoc, elatumque inueniri in antiquis scriptoribus, annotauimus in Lucium Senecam, *Calahorra* hodie dicitur, clara ciuitas ad Hiberũ sita, Vasconum Hispaniensium, vt Strabo & Ptolemæus tradunt, & sic in petris Pyrenaicis. ¶ *aut quæ*. Ilerda Græcorum, & Vibij Sequestri, sed Hilerda Phocę, nunc *Lerida*, vrbs est citerioris Hispaniæ ad ortum vergens magis, quam Calagorris, & Bilbilis, apud Ptolemæum. ¶ *deiectis ruinis*. Ad hunc Ausonij locum Paulinus quum respondet epistolæ prioris versu centesimo vicesimo primo, iacentem Hilerdam dicit. Ceterum à quo diruta fuerat hæc ciuitas, dicere non possum. * Iulius Cæsar quæ illic gessit cõtra Petreium & Afranium, narrat primo commentario de bello ciuili, sed ibi se non meminit Hilerdæ mœnia attigisse. Hilerdæ fit quoque mentio in vicesimo quarto carmine de professoribus. ¶ *iuga per scruposa*. per collem, in quo est Hilerda, scrupis, lapidibus, saxis plenum. ¶ *torrentem*. potius quam fluuium, nunquam plenum, nisi multo imbri, & solutis per mõtes, quos interfluit, niuibus. ¶ *despectat*. deorsum spectat. sicut despicit, vnde fit despectat, deorsum aspicit, vt primo Aeneidos,

> ——— *quum Iuppiter, æthere summo*
> *Despiciens mare veliuolum, terrásque iacentes.*

Lucanus autẽ sic de Sicori & Hilerdæ situ in principio quarti Pharsaliæ.

> *Colle tumet modico. lenique excreuit in altum*
> *Pingue solum tumulo. Super hunc fundata vetusta*
> *Surgit Hilerda manu. Placidis prælabitur vndis*
> *Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes.*

* ¶ *Hic*. in huiusmodi locis, horridis, incultis, & solis, consenescet consul Romanus? De trabea & Curuli alibi. ¶ *patriosq́*. quos in patria tua, Aquitania gessisti. sed qui honores hi fuerunt? ¶ *vt nullos*. Quisquis, Pauline, tibi fuit istius tanti silentij auctor, homo sceleratus, is in perpetuum ipse sileat, nec ei sua vox vlli vsui vnquam esse possit. *Vt* ergo pro vtinam. quomodo in Adelphorum Terentij actu quarto.

> *Defessus sum ambulando. vt, Syre, te cum tua*
> *Monstratione magnus perdat Iuppiter.*

¶ *vege-*

cap 14

493 c

565

493 D

168

vers. 227

494 A
412

sce. 6

¶ *vegetent.* recreent. oblectent. ¶ *non blandæ modulatio flexa querelæ.* Elegiacum carmen. Horatius de arte poetica. verſ. 75

Verſibus impariter iunctis, querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.
Quis tamen exiguos elegos, — & quæ ſequuntur. Modulationem autem dixit flexam, quod in modulando, canendóque, vox inflectatur: 494B
* ¶ *nemoralibus abdita lucis.* in lucis, nemoribus, ſiluis, latens. Ouidius tertio metamorphóſeon. verſ. 392 ¶ *Echo reſecuta querelas.* Sic in epigrammate nonageſimo ſeptimo: & melius verbo ſolatur conuenit, *querelas*, quã, quod habebat vetus codex, *loquelas.* verſ. 54 ¶ *Alpini conuexa iugi.* Curua montium Pyrenæorum iuga. Sed, *Alpinis connexa iugis*, vetus liber. Alpes autem hic ſunt Pyrenæi montes, vt in verſu octogeſimo ſeptimo epiſtolæ viceſimæ tertiæ. 484 ¶ *Ceu.* ſicut dicitur. vt fama eſt. Hipponous, homo Corinthius, Neptuni filius, qui Glauci putabatur, filij Siſyphi, Βελλεροφόντης & Βελλεροφῶν dictus fuit poſt, quam Belleron interfeciſſet, Corinthiorum primatẽ virum. qua cæde perpetrata conſcenſo Pegaſo equo alato, cuius facta mentio in iambico epiſtolæ viceſimę primę, & in Gratiarum actione: vnde & Pegaſeus eques appellatur Paulino in epiſtolæ prioris ad Auſonium verſu quinquageſimo ſexto, huic Auſonij loco reſpondente, 472 409 560 Argos fugit ad Prœtum regem. Apud quem quum aliquandiu maneret, adamatus eſt ab Antéa, quæ & Stheneboea, regina: quod iuuenis eſſet formoſiſſimus. Ille tamen eius concubitũ recuſauit, quam rem illa ægre ferens, viro mentitur, ſe à Bellerophonte de ſtupro fuiſſe compellatam.
* Credulus rex ſua ipſe quidem manu facinus vleiſci noluit, ſed cõſcriptis de ea re litteris, in Lyciam mittit eum ad regem Iobaten, patrem Antéæ. 494G Illuc Bellerophontes Pegaſo vectus, tabellas, conſilij ignarus, regi reddidit. Iobates autem talem virum interficere noluit: ſed ardua imperauit certamina. De quibus cunctis Bellerophõ ſuo ſemper inſidens Pegaſo, victoriam reportauit. Interfecit enim Chimęram, eodem iambico memoratam. 473 Solymos, Amazonas, & alias gẽtes debellauit: & reuerſo demum in Lyciam victori, ſuam Iobates filiam Caſſandram in matrimonium dedit. Homerus Iliádos ſexto, Apollodorus ſecundo bibliothecees, Hyginus, vetus Ranarum Ariſtophanis interpres, Tzetzes in verſum ſeptimum decimum Alexandræ Lycophronis, & Tzetzes alter in ſecundis hiſtorijs. ¶ *hanc vocem.* has meas preces audite, Muſæ. ¶ *Bœotiæ numina.* Eſt in Bœotia Græciæ prouincia, regio Aonia, cuius meminimus in epigramma triceſimum primum: 23F eſt mons Helicon: ſunt & alia loca: quæ Muſis, poëtarum deabus, incoli feruntur. ¶ *& vatem.* Et ô Bœotiæ deæ, non Bœotio, nec Græco, ſed Latino hoc carmine Paulinum Pontium, poëtam egregium, huc in patriam ſuam, ab Hiſpania, reuocate.

495

IN AVSONII PERIOCHAS IN HOMERVM.

Π EPIE'XEIN est continere,complecti,comprehendere: & hinc περιοχὴ complexio, & comprehensio,breuísque expositio, atque summa eorum, quæ aliquo scripto tractantur, argumentum vulgo Latine dictum. Argumentum nanque appellatur, vel Quinctiliano auctore libro quincto,non solum materia orationis vel fabulæ, verum etiam breuior ipsius enarratio. Sic dicuntur,quæ in Plauti comœdias extant,argumenta,siue Plauti hæc sint ipsius, siue alicuius alterius veterum:ac ita, me puero inscribebãtur duodenûm versuum argumenta in Terentij fabulas, quas postea Sulpicij Apollinaris Periochas Politianus,& Crinitus inscribẽdas esse docuerũt. Quas itaque scripsit Ausonius Periochas in Iliadem & Odysseam Homeri,argumenta sunt, quid singulis libris contineatur,breuissime exponentia. Qualia quę extant Gręce à Græcis ipsis hominibus facta,& poëtæ ipsius Gręcis pręscripta, hęc non περιοχαὶ, sed ὑποθέσεις inscribuntur.& sic quæ ab antiquis grammaticis in Aristophanis,& aliorum veterum Gręcorum scripta fuerunt edita argumenta,hypotheses dici video:vt idem sit hac in re perioche, hypothesis, & argumẽtũ.

cap. 10

496 * ¶ *Oeconomia*.ordinis,dispositionis,collocationis poëticę. Græcũ est οἰκονομία. ¶ *& in epitome speciem*.Græcũ etiã ἐπιτομὴ, breuiariũ,cõpendiũ,summariũ,rei summã significans.quo etiã Cicero libentur vsus inuenitur,pro Latino. ¶ *Paridis iudiciũ*.memoratũ in epigrammate quadragesimo primo. ¶ *in Europã*.Troia,Paridis,qui & Alexãder,patria, in Asia est:Lacedæmõ Pelopõnesi ciuitas,vnde rapuit Helenã, in Europa.quas orbis terræ duas cõtinentes dirimit mare,quod Ægæum vocant, maris interni pars. ¶ *nonnulli autem*. Herodotus libro secundo.

29.

497 *In Periocham Iliádos I.* ¶ *nati Pelêos Achilli*. Achillis, qui fuit filius Pelei. De hoc genitiuo Achilli, in versum tertiũdecimũ Iãbici epistolarum Ausonij tertię.Pelêos vero genitiuus est Ionicus Πηλῆος, a recto Πηλεὺς, hoc est Peleus. ¶ *vltum iri affectantis*. affectans in vetere libro Accursij Mariangeli.

420

498 In Periochas Iliádos II. III. ¶ *pertentat milit. prætentat* legeret Mariangelus. * ¶ *Arginos,sua quę*. Prolepsis est,Figura lexeos. Acies sequuntur

499

tur Græcos duces in prœlia, vnũquemque ſua acies. ¶ *& monſtrato.* Sic Seneca.monſtratione, Terentius in actu quarto Adelphorum. Secn.6

In Periochas Iliádos V & VI. ¶ *Hic & Tydidem.* Tydiden, id eſt τυδείδην, Tydei filium Diomedem. * ¶ *ſua cuique exorſa.* ex principio decimi Æneidos. 501 502

In Periochas Iliádos VII & IIX. *in quo Hector lapide ictus, in ſuorum ſe recipit multitudinem.* Non in hac monomachia ſe ad ſuos lapide percuſſus recepit Hector, ſed in alia copiarum omnium pugna: quam memorat Homerus libro quartodecimo. Ita Auſonium ſua fefellit memoria, vel ſemidoctus quiſpiam locum corrupit ſuis additamentis: qui ſic non male haberet. *Ab Aiace Telamonio prœlium ſingulare conſeritur: in quo Hector lapide ictus. Parſeuerante certamine cad.* ſed hoc etiam monuit Mariangelus, miſſis hic ſcriptum eſſe pro datis. Non enim illi miſerunt inuicem munera, ſed dederunt ipſi, priuſquam diſcederent e campo. * ¶ *Aurora in croceis.* Verſus eſt vigeſimus ſextus libri ſeptimi Aeneidos Virgilij, niſi quod illic eſt *roſeis* hic *croceis.* Voluit Auſonius interpretari Græcum Κροκόπεπλος. 503 504

In Periochas Iliádos X & XI. ¶ *ipſum etiam cum eo obtruncant. equóſque eius præm.* Mariangeli vetus codex, *ipſum cum XII obtruncant. Equos etiam eius premium.* Sunt enim apud Homerum duodecim Thraces, qui cũ ſuo rege Rhœſo fuerũt a Diomede iugulati dormiẽtes. * ¶ *Tithoni croc.* Et hoc diſtichon a Virgilio mutuatus Auſonius. Prior enim verſus eſt primo Georgicôn, quarto & nono Aenidos. *Spargebat lumine terras,* iiſdem quarto & nono: ſed *referens opera atque labores,* vndecimo Aeneidos. 506 507 ver.447 585.460 ver.584. 459.185

In Periochas XII & XIII. ¶ *Actorides* Ἀκτορίδης, nepos Actoris Patroclus. Fuit Patrocli pater Menœtius & Menœtij Actor. * Idẽ patronymicum in periocha libri ſeptimidecimi. ¶ *Iuppiter admonuit Troas.* Accuſatiuus Græcus Τρῶας, corripit *as.* Poteſt Auſonius Troes ſcripſiſſe, es longa more Latino. 508 509

In Periocham Iliádos XV. ¶ *Iuppiter ſomno expergitus.* Ζεὺς ἐγρεθείς. Participium eſt expergitus, pænultima breui: vt apud Lucretium in extremo tertio — *Nec quiſquam expergitus exſtat.* frequens apud Appuleium, vt ſecundo Metamorphoſeos, *Nunc demum Diophanes expergitus ſenſit imprudentiæ ſuæ labem.* & poſt pauculas paginas de ſe ipſo. *Nec mora cum me ſomnus profundus in imum barathrũ repente demergit. Sic inanimis & indigens alio cuſtode, pæne ibi non eram. Commodum, noctis inducias, cantus peritrepebat criſtatæ cohortis. Tandem expergitus, & nimio pauore perterritus, cadauer accurro.* ab recto paſſiuo expergor. Cuius actiuum expergo quod præteritum habeat expergi, an aliquod aliud, neſcio, ſed ſupinum eſſe expergitum, participium expergitus oſtendit. Significat autem expergo, expergefacio, & a ſomno excito: quomodo per vetuſtos poëtas Accium & Santram probat Nonius 511

Marcellus. *Heus vigiles, properate. expergite pectora tarda Sopore. exurgite.* ——— Ceterum quod interesse scribit Diomedes libro primo inter participia, experrectus ab expergiscor, & expergitus ab expergor, & ex pergefactus ab expergefio: quod is Expergitus dicatur, qui non excitatus somno, sponte vigilet: Experrectus, a quiete impeditus: Expergefactus, qui per alium sono excitatus sit, hoc inuersum legimus apud Festum Pompeium: vt expergitus, sit ab alio excitatus, quem soleamus dicere expergefactum: Experrectus, qui per se vigilare cœpit. ¶ *Iunone increpata, & minaciter per Iridem conterrita, fratrem iubet.* Rectius Mariangeli vetus codex, *& minaciter per Iridem conterrito fratre, iubet* auxiliatorem desist.

512 In periochas Iliados XVI & XVII. ¶ *Troës.* es breui, Græco more. Τρῶες *& Argolici.* ¶ *inuicem officientes.* Ita Mariangelus emendandum censuit, quod *efficientes & effugientes* libri omnes habebant. Effusæ fugientes Troiani, sibi inuicem officiebant, & impedimento erāt, super alios alijs præcipantibus, vt dicetur in proxima Periocha.

513 ¶ *prius ab Euphorbo vulneratus.* πρότερον πληγὰς ὑπὸ Εὐφόρβου. * ¶ *quum diuersi exercitus. quum in diuersa exercitus,* Mariangeli uetus codex, & *arriperēt* pro *eriperent*, ac in sequēte periocha, *exoratus* pro *exhortatus.*

515 In Periochas Iliados XIX & XX. ¶ *Oceanum.* Hic versus frequens apud Virgilium, primus est vndecimi Æneidos. ¶ *sua abolitione.* legitur &, *sub abolitione.* *

516 ¶ *Millia, quæ magnis vnquam.* versus trecentesimus tricesimus primus secundi Aeneidos.

Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.

618 In Periochā Iliados XXII. *& religatus ad currū, ter circum mœnia Troiana raptatur.* Veteris Tragœdię distichū est in prima Tusculana Ciceronis.

Vidi, videre quod me passa ægerrime,
Hectorem curru quadriiugo raptarier.

vbi Cicero istud raptare, trahere exponit. *Trahit Hectorem ad currum, religatum Achilles,* inquit. &, *Non igitur Hectora traxisti, sed corpus, quod fuerat Hectoris.* ac Ausonius ipse in Epitaphio Astyanactis.

178

———*Iliaci Neptunia mœnia muri*
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

Idem quoque verbum in versu ducentesimo septuagesimo secundo secundi Aeneidos, ——— *mæstissimus Hector Raptatus bigis* —— & quadrigentesimo octogesimo septimo primi,

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,

eadem trahendi significatione. Ceterū vnde istā Hectoris occisi raptationem circū muros Troianos acceperit Virgilius? & quem aliū hęc fabula auctorē habet, quam Homerū? Qui scribit Hectorē, ter quidē circum muros Troianos ab Achille actum fuisse, sed adhuc viuentē, & fugientē Achillē, cui se viribus imparē esse sentiebat. postquā vero victus, & interfectus fuisset, Achillē per pedes ad suas naues tecta traxisse

xisse ab eo loco, vbi illum percmerat. Libro vero vltimo Hectorē ter quidē tractum ab Achille fuisse dicit, sed circū Patrocli tumulū, non Ilij mœnia. Miratur itaque non sine causa Mariāgelus, quod Ausoni⁹, qui librorū Homeri periochas suscepisset scribēdas, ab illo desciuerit hoc loco in Virgilij, aut alicuius vetustitioris Latini hominis gratiam.

In Periocham Iliádos XXIV. ¶ *fatáque hominū in exanimo hoste vereatur.* Nulla talis sentētia apud Homerum. *Fatique* pro *fatáque* habet vetus Parisiensis editio: & in antiquo libro Mariangelus reperit, *fatique hominū exanimum hostem vereatur*: vbi legeret, *fatique hominum memor exanimum hostem* vereatur. 520

521

In Periocham Odysseæ I. ¶ *Dic mihi.* Horatij sunt hi duo versus de arte poëtica. ¶ *Mentorisque Taphiorum regis ducis* Emendauit Mariangelus, Mentísque Taphiorū ducis. Μέντης enim huic nomen est apud Homerū ubique declinatur, vt Anchises: sed cuiusmodi Græca, Latini per tertiā quoque suam declinationē inflexerūt: vt docet Priscianus libro sexto. alius est Mētor libro secūdo eiusdē Odysseę, vnus ex domesticis Vlixis amicis: in cuius etiā formam se mutauit Minerua. ¶ *Quę Penelope digressa chalcidico.* Sic editio Parisiēsis: sed rectius *degressa*, quā *digressa vetus codex Mariāgeli.* Est enim dégredi ex superiore loco descendere, vt scribit Victorinus in capite de orthographia: digredi ex aliquo loco discedere: & Penelopen superne descendisse, per altas scalas scribit Homerus. CHALCIDICVM, quod ab vrbe Chalcidica dictū tradit Festus, quod genus ædificij sit, parum nouimus, Id legerant apud Vitruuiū, Festum, Arnobiū, Ausoniū, Mariangelus, Philander, Daniel Barbarus. Legimus & nos apud Hyginū. *Merope credens eū esse filij sui interfectorem, qui dormiebat, in Chalcidicū cum securi venit, inscia, vt filiū suum interficeret.* quęcunque pars ea fuerit ędiū Polyphantis, vbi ille dormiret. Ausonius vero hoc loco, & in periocha libri vicesimi tertij, Chalcidicū vocat, quod Homerus ὑπερῷον, locū in superiore ędium parte, vbi feminę solerent cōmorari. Idem vocabulū legitur in Actis Apostolorū de Tabitha, cenaculúmq; vertit vetus interpres. CENACVLVM nanq; appellarunt initio Latini, vt scripsit Varro libro quarto de lingua Latina, locū, vbi cenabāt: sed posteaquā in superiore parte cenitare cœperūt, superioris domus vniuersa, cenacula fuerūt dicta. Cenaculū quoq; dixit idē interpres, quod in Matthęi Euangelistę Gręcis erat ἀνώγεον. Quod vocabulū esse idem, atq; ὑπερῷον videtur. Est enim ὑπὲρ super: & ᾠὰ, domicilia: vnde illud ὑπερῷον, auctore Eustathio. ἄνω veto, supra, & sursum: ac γαῖα, & γῆ terra, ex quibus fit hoc ἀνώγεον.

vers. 141

Cap. 9

522

In Periochas Odysseæ II. III. IV. V. ¶ *Oceano.* Monet Mariāgelus, eūdē versū primū libri secūdi, octaui, & septimidecimi ab Ausonio trib⁹ modis esse variatū.* ¶ *nec mora facto cōsilio. nec mora facta cōsilio*, vet⁹ liber Mariāgeli.* ¶ *Circa Asteriā.* Quę Homero Ἀστερίς, hęc Ἀστερία quoq

523

524

dicta fuit auctore Strabone libro primo, Stephano & Eustachio. ¶ *ab Inone.* Liber antiquus Mariangeli ab Ino. sed Sappho, Dido, Calypso, Io, Ino, & huiusmodi alia feminina Græca, per us Græce, & per onis Latine fuerunt declinata, vt docet Priscianus libro sexto. Eadem autem dea marina Ino, Leucothea, Matuta, quod Vlixi nataturo dedit pectori pro subere supponendum, Κρήδεμνον Homero appellatum, hoc Ausonius interpres Homeri vtraque lingua doctissimus, quia CALANTICAM vertit, non vt quidam nuper tabulam, nec vt Hyginus balteũ, nõ dubito, quin idem prorsus sit hac in re credemnũ & calantica. Quæ definierunt Nonius & Eustathius, ille Calanticam, tegmen muliebre, quod capiti innectitur: hic in quartumdecimum Iliados librum, Credemnum, capitis tegmen, humeros vsque demissum. κεφαλῆς κάλυμμα, παρείμενον μέχρι τῶν ὤμων. In Odysseæ libro primo, Penelope quum è cubiculo quod chalcidicum vocauit Ausonius, degressa ad Phemium Citharœdum, de tristi eius carmine queritur, malas credemno velatas habet,

Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα.

451 Et Ausonius ipse in epistola ad Axium Paulum semigræca ex eodem credemno & coma, Κρηδεμνόκομον Mnemosynem Musarum matrem dixit: vt Credemnum esse videatur & Calantica, qualibus vtuntur Parisienses matronæ, & *Capas* vocitant, reliquo capitis sui ornamento superponentes. Ceterum quam debeat habere secundam Syllabam Calantica, ambigitur. Philippus Beroaldus, Mariangelus, Alexander ab Alexandro, Perottus, Baifius, Nizolius, alijque multi viri docti, Calanticam per n liquidam legerunt apud Appuleium, Ausonium, Nonium Marcellum, & Iustinianum: sed Calauticam, u pro n scribit exẽplar illud Florentinum in his Vlpiani, titulo secundo libri tricesimi quarti Digestorum· *Ornamentorum hæc, vittæ, mitræ, semimitræ, calauticæ, acus cum margarita, quam mulieres habere solent.* Legitur in vetere Glossario Cacautica, u etiam quincta nominis littera, sed c pro l tertia, quod eandem Florentinam calauticam esse diceres. Exponitur quidem εἶδος ζώνης, hoc est species cinguli, sed Inonis calanticam Hyginus balteum etiam appellauit, quod balteum cinguli quoque species est. In commentarijs vero Seruij nec n inueni, nec u. Sic enim habent in versum noni Aeneidos sexcentesimum & sextum decimum,

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ,
Pilea virorum sunt, mitræ feminarum, quas calaticas dicunt.

526 In Periochas Odysseæ VI & VII. ¶ *in acta.* in littore. Græcum est ἀκτή. quo Virgilius vsus pro Latino in versu sexcentesimo & tertio decimo quincti Aeneidos, & Paulinus in octogesimo epistolæ ad 62 Ausonium primæ. Homerus tamen non ἀκτὴν, sed θῖνα dixerat, in versu nonagesimo quarto. ¶ *& quum supplex ad genua.* Dicit Homerus,

Vlixem

Vlixem apud se consultasse, an ita faceret: ceterum quia nudus erat, non ausum propius accedere. Virginem procul fuisse allocutum. Annotauit Mariangelus, ¶ *Minerua instructu. instinctu* pro *instructu*, alij libri. ¶ *impositusque Carpento.* Hoc carpentum, ἀπήνη est apud Homerum, & ἅμαξα. Qui non dicit Vlixem fuisse carpento impositum, sed Nausicaam, quę sola carpentum conscendit, iussisse sequi carpenrũ et mulos, cum ancillis. * ¶ *in puellæ speciem mutata.* Mariangeli codex, *Minerua puellæ speciem mutuata.* ¶ *Concedit quieti.* Sic & in extrema periocha quartadecima. 527

In Periochas Odysseæ IIX, & IX. ¶ *de Duréo equo.* Equus ille ligneus, quo inclusi Gręci, si credere dignum, Ilion ceperunt, δούριος, δουράτεος, δουράτειος, id est durẽus, duráteus, duratẽus fuit dictus: quia δοῦρα & δούρατα, ligna & rrabes dicantur. Vide Eustarhium. ¶ *vt cuncta ex ordine tolerata differeret, benigne omnia pollicitus.* Hoc sic contrahebat liber Mariangeli. *vt ordine tolerata differeret, benigne pollicitus, adhortatur.* * ¶ *Maléam Laconicæ promuntorium circumegerit.* Μαλία & Μάλεια, pluraliterque Μαλίαι ac Μάλειαι, idem promuntorium Stephano & Eustathio auctoribus: sed Μάλειαν, id est Maleam hic appellat Homerus, quam Máleam Virgilius quincto Æneidos. 528 529 Ver. 193

Ioniéque mari, Maleaque sequacibus vndis.

& Lucanus nono Pharsaliæ, Vers. 36

Dorida tunc Malean, & apertum Tænaron vmbris.

qui libro sexto mediam illam syllabam, vt Homerus produxerat. Vers. 58

Aut ratibus longe flexus donare Maléa.

Quæ autem Grçcis dicitur ἡ Λακωνικὴ τῆς Λακωνικῆς, Laconum ac Lacedæmoniorum terra, in Peloponneso, hæc Laconica, huius Laconicę Ausonio declinata videtur. Verbum vero circumago quum non aliud legere meminerim, quam actiuum, circumegerit, quod hic scribunt omnes nostri libri, mendosũ esse suspicor, pro circumierit. ¶ *ac deinde Lotophagos venerit.* Sic potest scripsisse Ausonius, vt habent libri omnes nostri. Dixit enim Cicero sine præpositione venit Asiã & Sardiniam: ac Virgilius, Iraliam Lauináque lirora: & idem ipse sequenre Periocha Ausonius, *AEoliam, Antiphatem, Læstrygonásque delatus.*

In Periocham Odysseæ X. ¶ *in lora inesse.* ὁ ἀσκὸς vtrem significat, vas ex corio fere caprino, in quo vinũ, oleũ, aur similis quispiã liquor ponitur. Homerus autem ἀσκὸν appellat, & ex corio bubulo facit, in quo Æolus ventos incluserat: & socij Vlixis quum isti⁹ vasis vincula dissoluerunt, ipsum non alirer quam ἀσκὸν vocat. Ausonius vero inrerpres, miror, quod eum ascum duobus vocabulis appellarit, vtrem & lorã si nihil vitij sir in isto lora nobis pro vtre hauddum alibi lecto. Mariãgelus pro lora, sora etiam scriptum repeterat, & scorto, sed hoc in codice, vti dicit, non multæ fidei: putau. tque scribendum lura: quod le- 530

gisset apud Festũ Pompeium non apud Marcellũ, Luram os culei vel vtris significare. Ego hic calamo exaratos libros non habeo: sed quod in vetustissimis Lutetiæ impressis reperi, id intactum relinquam. Nam non omnia, puto, vocabula, quibus olim Græci Latinique homines vsi sunt, in ijs extãt libris, qui ad nos durauerunt: & multa scimus esse, quæ in vno solo reperiuntur scriptore. Lora genus vini dicebatur Latinis, quod maceratis aqua vinaceis fiebat, & inter vina operaria numerabatur, quorum tria sunt genera apud Plinium libro quartodecimo Naturalis historiæ: quis scit, an non inde illi dixerint etiam vtrẽ, loram, vbi vinum poneretur? Deinde Lorum dicunt vinculum funémque ex corio, & corrigiã. & quibus loris cædebantur olim homines, vt hodiéque pueri in scholis apud Hispanos, ex corio erant bubulo: quos Litanus seruus in Asinaria Plauti mortuos boues vocat, qui viuos homines incursarent. vt loram suspicari liceat vtrem quondam dictum, qui ex bubulo corio esset: quali suos conclusisse ventos Aeolum fabulatur poëta. ¶ *Eurylochus, & præmissi cum eo.* Eurylochum excipit Homerus: qui renunciare posset Vlixi, quid alijs accidisset. ¶ *in ferarum ora.* in sues Homerus.

Cap. 10

531 In Periochas Odysseę XI, & XIII, & XIV. ¶ *Auernum.* sic appellat Virgilius. qui Lycophroni, Straboni, & alijs Gręcis, Ἄορνος dicitur, non Homero. * ¶ *Trinacriam.* Siciliam. quam Homerus Θρινακίαν appellauit, hoc est Thrinaciam, quomodo potest Ausonius scripsisse. Strabo, Stephanus, Eustathius. * ¶ *Somno expergiscitur.* Expergitus legendum hic puto, vt in periocha libri quintidecimi Iliádos. Hæc autem vsque ad illa de seruo Eumæo, quum narret Homerus in Rhapsodia tertiadecima, quamuis versus, *Egreditur portu*, sit ex Gręco primi quartædecimæ, contaminatas ab veteribus librarijs duas has periochas, vt ostendit Mariangelus, restituendas, sic Antuerpienses edere non sunt veriti. * ¶ *Cressium.* Cretem, Cretensem, ex Creta insula. ¶ *Nauigantem Troiam.* In ipso est Homero, istum Cressium, postquã ab Ilio capto, in Cretam suam redijsset, in Aegyptum sponte nauigasse. sed nec quæ sequũtur in hac Periocha Græcis satis consentiunt.

532

533

534

535 In Periochas Odysseę XV, & XIX, & X X. ¶ *At Lacedæmonias.* Ambigit Mariãgelus, It ne, an ad pro *at*, hic legi debeat. Est in Periocha quarti libri, ——*ventum valida ad Lacedæmonis arces.* ¶ *maturóque. maturéque* Mariangelus emendat: qui & pro *aduerso, diuerso itinere* suum antiquum librum habere scripsit. * ¶ *in Parnaso.* ἐν Παρνασῷ. Homero Παρνησὸς dictus fuit hic Phocidis mons, sed vulgo Παρνασὸς, auctore Eustathio, hoc est Parnasus vnico, s.* ¶ *diuinatu nis ex parte.* Sic codicum nostrorum vetustissimus, pro *diuinationis expertæ.* idemque Eresippus pro Ctesippus, hoc est Κτήσιππος.

539

540

542 In Periochas Odysseæ XXII, & XXIII. ¶ *nihilominus in Vlixis. nihil omnino in Vlixis domo,* Mariangelus. Qui & infra, prẽ, *Medonti vni, Medontipræ.*

ti praconi legendum suspicatus est:quod vt Phemius, Citharœdus, ita Medon præco erat,& ita nominet Homerus, licet videatur Telemachus apud poëtam maiore contentione patrem pro Medonte orare,quam pro Phemio.Illud etiam Mariangelus ὀβελίζει, *& qui cum eo erant*,quod legitur inter verba suffragabatur& Melanthium.* ¶ *In Coitum deinde.* In cœtum vetus codex Mariangeli:sed cœtus nihil est aliud quam coitus in epigrammate in Polygitonem

543
58
445

In Periocham Odyssææ XXIV. *iuuenum gregem densitatémque vno agmine commeantem.* Sic vetustissima Parisiensis editio. Mariangelus ex antiquioribus libris reponendum censuit, *iuuenum cum grege densitatem vno agmine commeantem*:sed quid hic istud, *cum grege?* Ego, si certo scirem, in vetustis exẽplaribus reperiri præpositionem, ex ea, & illo gregem,congregem facere non dubitarem:& sic legerem, *Mirantíque lectorum iuuenum congregem densitatem,vno agmine cõmeantem.* Hoc enim composito vocabulo locis aliquot vsus est Ausonius, sicut ostẽdimus in epistolarum duodecimã ad Paulum. ¶ *Cui dispar fuerat in vtraque fortuna.* Vlixi contigit vxor pudica,Penelope:Agamenoni impudica,Clytæmnestra.Vlixes domum reuersus,pœnas de procis suæ coniugis sumpsit:Agamemnon ab eodem bello Troiano domum reuersus,occisus fuit ab vxore sua,& eius adultero AEgistho. Sic Agamemnoni fortuna fuit dispar in vtraque, tam in virtute,quam in pudicitia. ¶ *inopinato & reditu,& rerum gestarum relatu.* Sic meorum exẽplariũ vetustissimũ,quomodocunque alia.Idẽ mox habebat, *afficitur ab eo,cognitu,quas exantlasset ærumnas.* vbi calamo scriptum Mariangeli, *afficitur ab eo cognitis, exanclasset, ærumnis.* Debet autem scribi per t non c verbũ exantlo:quod a Græco sit ἐξαντλῶ,exhaurio significante.Cicero in Lucullo.*Credóque Clitomacho ita scribenti, Herculis quondam laborem exantlatum* a Carneade. Et secundo de Diuinatione.

447

Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos.

IN SYMMACHI EPISTOLAS AD AVSONIVM, ELIAE VINETI SANTONIS ANNOTATIONES.

545

INTER amicos Ausonij, ad quos ipse scripsit, & qui ad eum aliquid scripsisse reperiuntur, Symmachus est & Paulinus. Horum multæ ad diuersos extant litteræ: ex quibus, quæ ad Ausonium scriptæ fuerunt, & quæ de illo quippiam docent, eas etiam nobis vna cū Ausonij scriptis edere visum, sed posteriore loco & separatim. Hic ergo sunt Symmachi ad Ausonium epistolæ septem. Si plures forte sunt in illius libris, vbi multæ titulum nullum habent, cognoscere non potui: vt omnes huc transcriberem. De hoc autem Symmacho siquid mihi fuit compertum, id dixi in epistolarum Ausonij quartam ad eum ipsum Symmachum scriptam. 417

In Primam. ¶ *& peregrinationem tuam*. Cuius & sequenti epistola mentio: vbicunque tunc peregrinabatur Ausonius, in Italia, nisi fallor, quum Symmachus esset in Campania.

546 In Symmachi ad Ausonium epistolam II. ¶ *Plenæ inter nos amicitiæ.* Ausoni⁹ in illa sua peregrinatione petierat per litteras nescio quas vestes ab amico: cui quę petierat, misit Symmachus: & hæc scripsit. ¶ *ad patrium larem.* in patriam tuam redieris.

547 In Symmachi ad Ausonium epistolam III. ¶ *Merum gaudium.* Ad has litteras eam rescripsit Ausonius epistolam, quam inter Ausonij epistolas numerauimus quartam. Quodnam carmen præter Griphum de ternario numero, scripserit ad Symmachum Ausonius, nusquam legi. ¶ *quæ Capuæ locatus.* quum essem Capuæ. quam celebrat quincto loco inter claras vrbes Ausonius. Ex qua ciuitate & Campania ad alios Symmachum scripsisse inuenies in eius epistolarū libris. ¶ *oblita.* condita. ¶ *Tulliano.* Marci Tullij Ciceronis parentis eloquentię. ¶ *mutuum scabere.* Idem prouerbium in Ausonij præfatione in Technopægnion.* ¶ *ingratissimo cuique.* In vetusto codice, *Ingratis sc. suo cuique*

417 274 202 287 548

cuique. ¶ *Cassas formidines*. vanos & inanes metus. ¶ *& indulge stilo*. scribe multa. ¶ *didascalicum*. Hoc & protrepticum in epistolarum Ausonij quarta. * ¶ *summatim*. egregie, præcipuéque. summam & præcipuam gloriam tulerunt. Aliæ significationes huius aduerbij apud Ciceronem & alios. ¶ *scriptores*. poëtę, qui comœdias scribebant: qui non agebant ipsi, quas fecissent fabulas, sed alijs agendas dabant. Sic Lucius Ambiuius Turpio Andriam, Eunuchum, & alias Terentij comœdias egit, vt in earum est titulis: & Roscius alias aliorum poëtarum, histrio Marco Ciceroni familiarissimus: qui Roscius librum scripsit, quo eloquentiam cum histrionia comparauit, auctore Macrobio, tertio Saturnaliorum. ¶ *non defuit*. ex actionibus optimarum fabularum.

419 | 549 | Cap. 14

In Symmachi ad Ausonium epistolam, IV. ¶ *Petis a me*. Respondet litteris Symmachus, quibus Ausonius fuerat questus de quarundam Symmachi litterarum breuitate: simúlque expostulat cum Ausonio de Mosella, quem non misisset, quum iam multi illum haberent. ¶ *sed ego, qui sum paupertini ingenij mei conscius*. Quædam exemplaria *pauperrimi* pro *paupertini*: sed alia rectum ipsum pro obliquo, sic. *sed ego quasi paupertinus ingenij mei conscius*. Paupertinum autem pauperem significare, & hoc se vocabulum apud Marcum Varronem legisse, scribit Nonius Marcellus. De Laconica breuitate monuimus in Ludum Sapientum. ¶ *neque pedestrium*. solutæ, & prorsæ orationis, vt monuimus in quinctum carmen Ausonij de Professoribus Burdigalensibus. ¶ *prælabitur*. præterlabitur alij libri, vt monuimus in carmen de Treueris. ¶ *Aut ἀμουσότερος*. Aut *amusus*, alij libri, hoc est, aut ἄμουσος. De quo verbo in præfationem in Griphum. * ¶ *AEternorum principum*. Gratiani Augusti, Valentiniani patris, & aliorum etiā fortasse. De isto æternitatis nomine, vide, quæ monuimus in primum epigramma Ausonij de Fastis. ¶ *imparem maximis*. Nilo, Euphrati, Danubio. Sed sunt vel in media Gallia, multi maiores, quam Mosella, Rodanus, Mosa, Sequana, Ligeris, Garumna. ¶ *AEgyptio Nilo*. Hic fluuiorū maxim⁹, ex AEthiopia ortus, per Ægyptū exit in mare internū. Epigramma quartū. ¶ *Scythico Tanai*. Tanais fluuius per Scythiam in Mæotim paludem influit. Frigida autem nimium tota illa Septentrionalis regio sed tantum glaciei Ausonius in suo Mosella non celebrauit, nec eum fecit Nilo maiorem. De Tiberi vero, Romam interfluente, quid dixerit, lege ad versum trecentesimum & septuagesimum quartum Mosellæ. Sed hoc minime silentio prætereundum, quod pro Scythico Tanai, scriptum inuenimus, *Sarmatico Histro*, in libro epistolarum Symmachi. Est autem idem fluuius Hister & Danubius: quomodo diximus in Ausonij epigrāma nonū. Sarmatę vero qui & Sauromatæ, quorum fecit mentionem Ausonius in principio eiusdem Mosellæ, etiam Scythæ fuerunt dicti: per quos Hister in Euxinum mare

550 | 221 | 147 | 201 | 274 | 851 | 79 | 8 | 267 | 10 | 242

fertur. ¶ *de Mosellæ ortu.* de ortu Mosellæ nihil Ausonius. ¶ *fucasti.* depinxisti.descripsisti. * ¶ *Ita me dij dominis probabilem præstent.* Sic fuit in ipso libro epistolarum Symmachi. Ethnicus autem erat Symmachus, qui dominos appellat eos Imperatores, qui tum regnabant, quum hæc scriberet, Valentinianũ, Gratianũ, aut fortasse etiam illos, qui Gratiano successerũt, & ad quos multę Symmachi extant litterę.

552

553 In Symmachi ad Ausoniũ epistolam V. ¶ *Aiunt Cochleas.* Ergasilus parasitus in principio captiuorum Plauti.

Quasi quom caletur, cochleæ in occulto latent,
Suo sibi succo viuont, ros si non cadit.
Item Parasiti, rebus prolatis, latent.
In occulto miseri victitant succo suo.

¶ *ne in nos parentis.* Ita rursus Ausonium appellabit patrem Symmachus in epistola septima.

In Symmachi ad Ausonium epistolam VI. ¶ *Post longum silentium.* Expostulat Symmachus, quod Ausonius post longam litterarum intermissionem, nimium breues scripsisset. ¶ *pagina recens a te.* Paginæ significatio nota est, quum Cicero libro sexto decimo sic epistolam incipit ad Tironem. *Varie sum affectus tuis litteris, valde priore pagina perturbatus, paullum altera recreatus.* Et quum sic scribit ad Atticum libro sexto, epistola, *Quum Philogenes. Respondebo primum postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magna molestia fuit.* & post versus aliquot, *Quoniam respondi postremæ tuæ paginæ prima mea, nunc ad primam tuam reuertar:* sed paginam quoque, ipsam epistolam aliquando dictam fuisse inuenio. Sidonius Apollinaris epistola sextadecima libri quarti. *Accepi per Paterninum paginam vestram, quæ plus mellis an salis habeat, incertum est.* Et duodecima quincti. *Quod rarius ad vos a nobis pagina meat.* Et duodecima noni. *Venit in nostras a te profecta pagina manus.* Quæ sunt ipsius Symmachi verba.* ¶ *cenas dapales.* lautas, sumptuosas, opiparas cenas: qualis illa Metelli Pontificis maximi, quam describit Macrobius tertio Saturnaliorum. Scribit Seruius in versum septingentesimum & decimum primi Aeneidos, Dapes, regum esse: epulas priuatorum. Tum Nonius Marcellus, Dapes opiparos apparatus, aut religiosos, plerumque significare, vnde Dapalis cena, amplis dapibus plena, dicta sit Titinnio veteri poëtæ. Idem vocabulum legendum censuit Perottus in decimo libro Naturalis historiæ Plinij, & tertio de Re rustica Varronis, sed Hermolaus & Victorius ibi legerunt aliter. SALII sacerdotes erant, dei Martis Romæ: a quibus Saliares dapes dixit Horatius in carmine tricesimoseptimo libri primi. In quem locum scripserunt vetusti commentatores, Saliares cenas (sic Saliares cenas dixit Appuleius quarto Metamorphoseos) esse dictas, quæ opiparæ essent & copiosæ, vetusto prouerbio: quod rettulit Erasmus inter sua adagia: putauitque saliares & pontificales easdem dictas esse cenas. * *Visce-*

554 A

554 B

Cap. 13

554 C

rationem

rationem a visceribus esse appellatam Seruius scripsit in versum ducentesimum & quinctumdecimum primi Aeneidos, & in ducentesimum & quinquagesimum tertium sexti: quæ viscera dicimus, inquit, nõ tantũ intestina, sed quicquid sub corio est. Visceratio itaque appellatur, quum quopiam sollemni sacro, & magnatis alicuius funere, caro multorum animalium populo distribuitur. Titus Liuius octauo res narrans in Plautij Proculi & Cornelij Scapulę Consulatu gestas, anno ab Vrbe quadringentesimo & vicesimo sexto. *Populo visceratio data a MarcoFlauio in funere matris.* Et tricesimo nono de reb⁹ ãni Vrbis quĩgentesimi & septuagesimi primi: *Publij Licinij funeris caussa, visceratio data, & gladitores centum viginti pugnauerunt: & ludi funebres per triduum facti. post ludos epulum. in quo quum toto foro strata tricinia essent, tempestas,* & cetera. Cicero secundo de Officijs. *Prodigi, qui epulis & viscerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum venationúmque apparatu, pecunias profundunt.* E P V L Æ nomen femininum, plurale, quid sint, modo diximus ex Seruio: Epulum singulare neutrum, est publicum conuiuium in honorem alicuius exhibitum: vt in eo loco, quem adduximus ex tricesimo nono Titi Liuij. sed quid Dapes, Epulæ, Epulum, Laurentium Vallam quarto Elegantiarum docere memini. * ¶ *mensas secundas.* Cicero ad Atticum libro quartodecimo. *Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa.* Quum dixisset Horatius in extremo sermone secundo libri secundi, quod poëtæ O felli

Cap. 13

554 D

Epist. 6

———pensilis vua secundas
Et nux ornabat mensas cum duplice ficu,

scripsit vetus commentator, secundam mensam dici, in qua non edebatur, sed dabatur opera poculis. Et quum dixisset Virgilius in extremo primo Æneidos,

Post quam prima quies epulis, mensæque remotæ,
Crateras magnos statuunt, & vina coronant,

scripsit Seruius, duas apud Romanos mensas fuisse, vnam epularum, alteram poculorum. sed de secundis antiquorum mensis plura Athenæus libro quartodecimo. ¶ *& scitamenta exigua lancis.* Lãncium, quas Ausonius tertias inter vasa sacrificalia nominauit in Technopægnio, varia leges genera apud Baifium. quarum minoribus vtimur in secũdis mensis, vbi poma scilicet, & nuces, & alia huiusmodi post nobiliores ampliorũ lancium cibos, apponũtur. Sed quę in secundis mẽsis SCITAMENTA?* cuius nominis nec singularem numerum vsquã legere memini, nec ab veteribus grãmaticis de significatione illius quicquam traditum. Scitum puerum Andriæ Terentij vetus cõmentator, elegantẽ, & pulchrũ exponit. a qua sciti significatione, diceres ista scitamẽta esse dicta, siue forma id nominis eis dederit siue sapor. Auctores, pręter Symmachũ, apud quos hoc verbũ legimus, sũt Macrobius, Appuleius, & Aulus Gellius. quorũ hic antiquissimus metaphoricôs scitamenta vsurpauit, libro octauodecimo Noctium Atticarum:

294

554E

Cap. 8

sed alij proprie pro bellari, & ijs, quæ Græci τραγήματα dicunt ac σίμματα: nisi si forte bellariorum appellatio latius pateat. Macrobius septimo saturnaliorum. *Quæro, cur in aqua simulachra maiora veris videntur. Quod genus apud popinatores pleraque scitamentorum cernimus proposita, ampliora specie, quam corpore.* Appuleius Asinus libro decimo. *Nam vespera, post opiparas cenas, earúmque splendidissimos apparatus, multas numero partes in cellulam suam mei solebant reportare domini: ille*(coquum hoc refert)*porcorum, pullorum, piscium, & eiusmodi pulmentorum largissimas reliquias: hic*(pistorem dulciarium hoc)*panes, crustula, iucunculos, hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita.* ¶ *Quid Græca.* Hanc ego sententiam apud suum auctorem legisse non memini. * ¶ *Quæstor es.* cuius suæ quæsturæ meminit Ausonius in extremo Protreptico. ¶ *consilij Regalis.* Imperialis, Augustalis, Regij consilij particeps, vnus ex cōsiliarijs Augusti Valentiniani vel Gratiani. ¶ *precum cōditor.* libellis præfectus, vt existimo, & postulationum magister. De quo munere Budæus in annotationibus. ¶ *Nullus indulseris.* Nullus dixeris, non dixeris exponunt veteres grāmatici in Hecyram Terentij. ¶ *in Comico.* Hic versus sic legitur in principio actus quarti Adelphorum Terentij.

Cap. 84

555 / 368

Act. 1. scen. 2

Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari.

¶ *epistola recens.* pagina recens a te profecta, in principio epistolæ.

556 In Symmachi ad Ausonium epistolam VII. Generum Ausonij laudāt hæ litteræ apud socerum: quæ scriptæ fuerunt post Ausonij Consulatum, vt mox videbitur. ¶ *apud parentes.* Ausonius Symmachi pater ætate caritatéque: & cóntra Ausonij filius Symmachus. Vide quartā epistolarum Ausonij ad hunc ipsum Symmachum scriptā. ¶ *super viro.* de viro. vt *Multa super Priamo rogitans.* Appellant autem Thalasium, Thalassium, Taloesium, exemplaria nostra hunc Ausonij generū. Talisius vocatur Ausonij socer in carmine octauo Parentalium, & consobrinus in vicesimo, & Talisia in vicesimo primo soror Sabinæ cōiugis: ex qua familia generum hunc fuisse arbitror: & non aliter hic atque ibi nomen hoc scribendum. Ceterum de generis Ausonij, vide, quæ monuimus in carmen quartumdecimum Parentalium. ¶ *Habes virum dignum te.* Scipionis Aemiliani verba de Iugurtha in litteris ad Micipsam apud Sallustium. *En habes virum dignum te, atque auo suo Masinissa.* ¶ *& per te familia Consulari.* Ausonij familia, quæ consulem habuerat Ausonium, per eum consularis erat. ¶ *quem fortuna honoris parti.* Si Talisius hic Ausonij genere st, quod suspicor, Vallatinus gener Ausonio defletus carmine quartodecimo Parentalium, idémque pater Ausonij nepotis, ad quem Ausonius Protrepticon scripsit & Genethlicō, Procōsul appellatur in versu quadragesimo quarto illius Protreptici: Præfectus & Quæstor in eodem lugubri carmine.

112, 125, 126

119

119

165. 119

IN PONT.

IN PONTII PAVLINI
AD AVSONIVM EPISTOLAS
ELIÆ VINETI SANTONIS

557

ANNOTATIONES.

PONTIVS PAVLINVS, cuius ad-Ausonium extant litteræ, quis fuerit, cognosce ex ijs, quæ scripsimus in Ausonij epistolam vndeuicesimã. 465 Istæ autem litteræ, quas in quaternas diuidunt cuncta nostra exemplaria, varijs nouis, & falsis titulis, binæ tãtum numerari debent: quarum priores sunt, quæ incipiunt, *Defore*: alteræ, *Quarta redit*, cum iambico & hexametro *Continuata*. ¶ *Defore me patrijs*. Hæc, inquam, est prior epistolarum, quæ extant Paulini ad Ausonium, rescripta ex Hispania, quum iã totam trieteridem (τριετηρὶς triennium, vt in monostichis Ausonij de Imperatoribus) a patria abfuisset: ac ab Ausonio ex Aquitania illas tres iam accepisset epistolas, quæ sunt vltimæ inter Ausonij epistolas, ac alias, quæ interciderunt. In nulla nãque earum, quę extant, mentio fit triennij, cuius hîc meminit Paulinus. Defore autem hoc loco pro deesse siue abesse: sicut & affore pro adesse apud Statiũ primo Thebaidos. Simplex nãque fore significatione præsentis temporis interdum vsurpatum legitur, vt apud Eutropiũ libro secundo. *Quum quæreret Pyrrhus, qualem Romam comperisset, Cineas dixit, Regum se patriam vidisse, scilicet tales illic fore omnes, qualis vnus Pyrrhus apud Epirum, & reliquam Græciam putaretur.* ¶ *vestra*. tuæ. ¶ *mota pietate*. tua pietate, caritatéque in me, quẽ pro filio habes carissimo, mota sanctis querimonijs. ¶ *Vnde dari possit*. a Deo vero, qui solus potest mihi dare reditum, non a Musis numinibus falsis, vt in extrema vicesima quincta epistola Ausonij. ¶ *Precatus*. preces. *Steriles* autem inanes & inutiles: quũ in istis Musis nihil sit diuini, nec quicquã possint. ¶ *Castalidis*. Vnde hic pluralis obliquus, pro Castalijs, quęsiuimus in epistolam Ausonij duodecimam. ¶ *Surda vocas*. Ita surdum appellabit Apollinem Musarum præsidem in iambico. ¶ *sine numine nomina*. παρονομασία. Musæ istæ cum suo Apolline, sola sunt nomina, nulla numina. * ¶ *illum*. verum deum. ¶ *trifido igne*. Iouis trisulca fulmina in versu no-

[.189 — vers. 495 — 494 — 446 A]

558

178 no Griphi. ¶ *nec inania murmura miscet.* ex versu ducentesimo & decimo quarti Æneidos. ¶ *satis*. segetibus, vt in versu vicesimo tertio primi Georgicon Virgilij, vnde hūc suum Paulinus. ¶ *fiat reus auctor.*
559 vt deus accusetur, qui me, quę facio, facere cōpellit. * ¶ *Stulta Dei.* Quæ
Cap. 1 sapientes habiti homines stulta existimabāt. Ex epistola Pauli priore ad Corinthios. ¶ *Gratia prima tibi.* O Ausoni, qui me primus in religione Christiana instituisti, & bonis disciplinis. Hic autem *Cedit*, & *Cedet* scribi-
560 tur: ac infra. * *fructum & pomum, antris & agris.* ¶ *Pegaseum equitem.* Be-
494 lerophontem, in extrema epistola Ausonij vicesimaquinctā. ¶ *auia.* deuia loca, & solitudines. ¶ *Clari velut antesophorum. Multi autem & sunt, & fuerunt*, inquit Cicero primo de officijs, *qui eam, quam dico trāquillitatem, expetentes, a negotijs publicis se remouerint, ad otiūque profugerint. in his & nobilissimi Philosophi, longéque principes & quidā homines seueri & graues, &c.* ¶ *vt nunc quoq;*. Sicut illi, qui Gręcis anachoritæ, eremitę, monachi, sunt
562 vocitati. * ¶ *attamē hac sedisse.* sedere hoc loco placere, sicut & in episto-
572 læ sequentis versu vndecimo. Sic, inquit, illi senserunt, qui penitus nouerunt, quid verum bonúmque foret, & quæ futuræ cum Christo vitæ æternitas, , ac præsentis huius caducæ vanitas. Ita *æternum & inane* pro substantiuis. ¶ *At mihi.* Hoc dicit. Non sum Paulus ille Ægyptius, nec Antonius, nec Hilarió, nec Macharius, nec quisquam ex sanctis illis monachis, & tamen vos in ijs me ponitis. Vnde isti de me dissipati rumores? ¶ *fides voti par est. veri* pro *voti* quidam libri, quum neutram voculam alij habeant, & sic maneat metrum imperfectum. Paulinus autem hoc fortasse dicere voluerat, Quæ de illo ex falso rumore crederentur, ea voto eius conuenire: qui solitariam illam in primis probaret, & optaret: quanuis adhuc amœna Hispaniæ loca incoleret, non vastas aliquas solitudines, vt in quibus Paulum illum mortuum esse solum ferunt, & ab Antonio sepultum. ¶ *Et blanda posito.* qui adhuc sim Barcinone, ciuitate maritima, opulenta, amœna. ¶ *Acta.* Græcum est vocabulum ἀκτὴ,
526 litus significans, lócúmque maritimum, vt diximus in periocham libri sexti Odysseæ. ¶ *tam festinata.* ante scilicet, quam in solitudinem secesserim. ¶ *iustus.* postquam secessero. ¶ *bis vt male versum.* Dixerat Au-
493 sonius epistola vicesima quincta.

Vertisti Pauline tuos dulcissime mores.

489 ¶ *neque me vel coniuge.* extrema vicesima quarta Ausonij epistola. ¶ *Vel mentis vitio.* Vt versu septuagesimo epistolæ vicesimæ quinctæ. * ¶ *Nec*
563 *mihi nunc.* Versu quinquagesimo secundo eiusdem vicesimæquinctæ ¶ *Quid tu mihi vastos Vasconiæ saltus.* Hæc Ausonius ad versum quin-
493 quagesimum primum epistolarum suarum vltimæ. Vasconiæ vocabulum antiquiorem Paulino non legi. ¶ *in primo quasi limine.* Aquitaniam Ausonij & Paulini patriam ab Hispania disterminant montes Pyrenæi: quos tenent Vascones. ¶ *summum.* extremum, occiduum, qua parte Solem in Oceanum, magnum mare, se mergere, cum occidit, fabulati sunt veteres.

veteres. Mirum autem, quanto ditiorem, quam sit, videri voluerunt Hispaniam, Pomponius Mela, Trogus Pompeius & quidam alij scriptores antiqui. * ¶ *Sed fuerit fortuna.* Ponamus inquit, non habitasse me alibi, quam in medijs Pyrenæis, cum latronibus, & feris hominibus, non propterea mutaui pristinos meos mores. ¶ *neq; leuibus.* Leue hoc loco, vt in epigrãmate cẽtesimo vicesimo tertio, cui opponitur asperũ, scabrũ, impolitũ. * ¶ *Mõtanámque mihi Calagorrim.* Versu quinquagesimo septimo epistolarum Ausonij vltimę. ¶ *has opes.* solas Calagorrim, Bilbilim, Hilerdam. ¶ *Bilbilis huic.* Tu tres tãtum Hispaniæ vrbes memoras: abs quarũ misera conditione totam prouinciam vis vituperatã, quum in ea sint Cęsarea, Tarraco, Barcino, (has etiam memorauit Ausonius in epistola vicesima tertia) permultęque alię ciuitates clarę, opulentę, amœnę. * ¶ *geminum.* meditarraneum, & Oceanum mare. ¶ *Qua Betis.* Bætis & Bætis scribi solet fluuius hic, & sic priore longa apud Lucanum, Statiũ, Silium, omnes poëtas præter hunc. Hodie *Guadalquiuir*: & Hiberus, *Ebro.* ¶ *Latáque.* Ordo est. Et Hispania complet lata diuortia, & spatium illud amplum, quod duo maria interiacet longe inter se distantia, internum & Oceanum (*Ipsa Hispania,* inquit Mela, *nisi qua Gallias tangit, pelago vndique incingitur*) suo ambitu finiens orbem terræ. Nam vltra Hispaniam, Occasum versus nihil est præter vastum mare. ¶ *Domine illustris.* Suetononius & Tacitus memoriæ prodiderunt, Augustum & Tiberium principes. domini appellationem, vt maledictũ & opprobrium, exhorruisse: sed Domitianus quum procuratorum suorum nomine formalem dictans epistolam, sic cœpisset, DOMINVS ET DEVS NOSTER SIC FIERI IVBET, institutum postea, vt ne scripto quidem ac sermone cuiusquam appellaretur aliter. Inde in alios Cæsares, atque adeo in omnes tandẽ, qui aliqui viderentur (dominus proprie est, qui seruum habeat) eo vocabulo turpiter abusa est adulatorũ oratio. Quotiens enim Plinus iunior Traianum Augustum vocauit Dominum? Sed Ausonius quoque Symmachũ appellauit Dominum, in epistolarum quarta. Illustrem vero vocat Paulinus Ausoniũ, qui fuerat Quæstor, Præfectus prętorio, Cõsul & alia, De quo titulo plura poteris cognoscere ex Theodosij & Iustiniani codicibus * ¶ *Qua regione habites.* Nec in agro Burdigalensi, nec in tota reliqua Aquitania, quicquã extat, quod Ausoniani nominis vestigium retineat vllum. Hoc mirabatur, & moleste ferebat Iosephus Chassanianus, vnus ex senatus principibus Burdigalensis: qui quum Ausonij scriptorũ ciuis sui esset studiosissimus, quod paucis ante ãnis, quã de vita decessisset, emerat prædiũ ad Garũnæ æstuaria, infra Burdigalã, & non procul ab ea, Ausonianũ pro prisco nomine iussit nũcupari. Columnæ fragmentũ ex vrbe trãslatũ in horto cõstituit, ei quadrangulũ cippũ superposuit, qui solariũ sustineret. & circũ Cippi basim nomẽ Ausonij insculpsit cũ numero nescio quot Olympiadũ. In quibus cõputandis quũ aliquãdo Iacobũ Salomonẽ, de quo alibi mẽtionẽ fecim⁹, torquere se vidissẽ, amicũ monui, nõ

564 68 565 493 484 566A 483 418 566B Bequignoug

566 c esse id antiquius, quam dico. * ¶ *& piceos malis describere Boios?* quasi dicat, moleste ferres, si id facerem. quare vide, ne sis in me iniquus. Quem comprehendunt angulum Oceanus, & in Oceanum defluens Garumna, Medulos appellari diximus in epistolam Ausonij septimam. Supra hos, secundum eiusdem Aquitanici oceani litus sunt, qui *Buies* vulgo dicũtur, ac eorum ager *Buchs*. Hi, non dubito, quin sint, quos vocet Boios Paulinus, & ideo Piceos, quod maritima hæc Aquitania, harenis obducta, ceteris fere frugibus infœcunda, præterquam secali, & milio, arboribus resinam picémque ferentibus abundat, cuius vtriusque speciei magna vis Burdigalam singulis Veneris diebus carris aduehitur. In hac gente sinum facit Oceanus, in cuius ore, ab Aturro, est, quæ *Testa Boiorum* vulgo dicitur, locus, a similitudine capitis, quam *Testam* Galli vulgo appellamus, vt dictum fuit in epigramma Ausonij septuagesimum primũ. Inter hũc sinum & Aturrum, alij hodie nominantur minuti populi: quos omnes Baionam vsque, Boios quondam fuisse appellatos inde conijcio, quod ea vrbs perantiqua, vt in carmen de Burdigala ostendimus, in radice Pyrenæorum, & ripa Aturri Hispaniam spectante, quattuor fere millibus passuum ab Oceano, sedens, vna ex Nouempopulaniæ ciuitatibus, a Boijs

566 D nomen habere videatur. * Primum enim, non omnibus Baiona, sed nõnullis Boiona o pro a vocatur: sicque puer a popularibus meis appellari audiebam. Deinde in vetusto prouinciarum nomenclatore incerti quidẽ illo auctoris, sed non pœnitendæ tamen antiquitatis monumento, vbi sic Veneti Lugdunensésque ediderunt, de Baiona, *Ciuitas Boatum, quod est Bot*, vetus codex clarissimi viri Michaëlis Montani habet, *Ciuitas Boëcium, hoc est Boius*. vbi quis Boiorum nomen non agnoscat? Corruptæ certe voces Boatum, & Boëcium, Boiatum vel Boiatium initio fuit, a recto Boiates: sicut a Vasates, genitiuum Vasatium & Vasatum reperisse me ostendi in carmen vicesimum quartum Parentalium. cui nomini subiectum post fuit interpretamentum, *hoc est Boij*: idque postea librarij varie deprauarunt. Eorundem Boiorum mentio quoque fit in Itineratio prouinciarum. ponuntúrque inter illa loca, per quæ ab Aquis Tarbellicis Burdigagalam iter est, sedecim millium passuum interuallo a Burdigala. Alij quõdam fuerunt Boij in media Gallia. quos Alpes & Renum transgressos, in Italiam Germaniámque colonias deduxisse, Titus Liuius, & alij sunt auctores. a quibus priscis Boijs possunt hi profecti videri, & in Aquitaniam

566 E simul cum Biturigibus Burdigalæ conditoribus venisse. * In illum autem quem diximus sinum Boiorum exit LERIA, fluuius in Vasatensi ortus: qui ponte, Cymba, & nonunquam vado transitur apud vicum Mõtes: qua via breuissima Baionam Burdigala solet iri. Qui Leria, si non est, quem nuncupat Sigmanem Ptolemæus secundo Geographiæ: & eius ostia constituit inter Aturri Baionam, & Garumnæ Burdigalam præterfluẽtis ostia, totus ille Sigmas cum suo nomine prorsus intereiderit. Nulla nanque est alia aqua, quam Leria, inter Garumnã & Aturrum in Oceanum in-

Margin: 430 — 41 — 108 — 149 — 108 H

num influentes,quę fluuij nomine digna videatur.Sed nec nobis cognitũ magis,quam Sigmas, CVRIANVM promuntorium,hoc est, Κουριανὸν ἄκρον, quod memorat idem Ptolemæus:& inter Sigmanis sui & Garumnæ ostia collocat: nec quicquam extat in eo Boiorum Medulorúmque litore, quod Curianum illud suspiceris, nisi forte, quod vulgo CORDAN vocitatur.Scopulus est in Medulico Oceano non procul ostio Garumnæ, φάρον sustinens turrim præ altam:vnde nocturno nauium cursui ignis ostenditur, a proximo Medulorum angulo quinque minimum passuum millibus distans,sed cuius olim partẽ fuisse non dubitem. * Totus nanque Medulicus ager nihil fere est, quam harena. Harenam autem quis nescit vẽtis & fluctibus facile cedere, ac quolibet agi? Ita videmus litus illud in dies atteri, & Oceanum Medulos censim obruere,vt mihi dubium non sit, quin Cordanum nostrum Medulis aliquãdo adhæserit:cęterum quia saxum erat in medijs harenis non harenacea moles, id fluctus a continente tãtum abscidisse,qui disijcere non potuerunt. ¶ *Quumque Maroialicis.* Thermis & aquarum calidarum fontibus scatet Aquitania secundum Pyrenæorum montium radices: sed quęnam sunt Maroialicæ Thermæ,non comperi. Solus veterum scriptorum meminit Paulin⁹:nec de loco illarum quicquam attigit. quinimo vereor, vt nequid sit mendi in vocabulo. Ascensiana nãque epistolarum Paulini editio Maroiaacis habet,vbi aliæ Maroialicis,vetus etiã sine ſ Maroialici. *Prodigis* autem & *proteris* hic habẽt nostri libri. ¶ *Nigrantes.* fumo. *Mapalia* casæ,casulę, tuguria. *Tecta* autem quidã libri.alij *texta*,x pro c. ¶ *pellitis.* qui pellibus ouium, caprarũ,aliarúmque bestiarum olim se tegebãt, sicut hodiéque faciunt. Qui sint autem Bigerri diximus in extremã Ausonij epistolam quartamdecimam. * ¶ *tua Roma.* qua ciuitate donatus fuisti primum homo Gallus: deinde Consul eius factus. ¶ *harenosas Vasatas.* de quibus in carmen vicesimum quartum Parentalium. ¶ *Vel quia Pictonicis.* Pictones qui sint, diximus in carmen vndecimum de Professoribus. Apud quos Ausonio prædium fuisse vllum nusquam legi,sed apud Santones Pictonibus confines in epistola vndecima,& alijs ad Paulum, & Tetradium. ¶ *Romanum Ausonias huc deuexisse Curules.* Romanum ciuem & Consulẽ(vt ante tres versus) Ausonias & Romanas curules(quid sit Curulis sella diximus in extremum carmen de Burdigala) huc deportasse. Respondet ergo Paulinus ad illa epistolæ vicesimæquinctæ Ausonij, *Ergo meũ,patriæque decus, columénque senatus:* & hoc fere dicit. Quereris, o parens Ausoni, quod ego vir Consularis, in Hispaniam secesserim: quid tu?an non etiam homo Romanus & Consularis, sicut ego, relicta Roma in extremam Galliam secessisti? vt nisi te mihi æquum præbeas, possim condemnare eodem ego te crimine. * At liber antiquus & Ascẽsiana editio *Rara vnum* hic habent pro *Romanum,heu* pro huc, *& deuenisse* pro *deuexisse.*

Rara vnum Ausonias heu deuenisse curules

566 F

455
567 A
129

155
445-447
456-463

210
493

567 B

Conquerar.——Quam veterem ſcripturam non improbarem,ſi ſcirem iſtud *Rara vnum* corruptum vocabulum,vnde *Romanum* facile potuit fieri, alicuius obſcuri loci apud Pictones Santonéſue nomen eſſe.*Rara vnum* certe *Raraunum* eſſe poteſt:& locus Rauranum,tranſlata in primam ſyllabam diphthógo,legitur in Itinerario illo Antonini,inter Mediolanum Santonum, & Birurigum Cuborum Argantomagum, quum iter ex Aquitania in Gallias deſcribitur ¶ *& trabeam*,veſtem con ſularem, de qua in extremam gratiarum actionem. ¶ *veteri ſordeſcere fano?* Quaſi dicat,quæ tua trabea non in quoquam vetere templo apud Pictones,vti Romę Veianij arma Herculis ad poſtem fixa,in prima Horatij epiſtola putreſcit,immo Romæ fulget inter ipſas Cæſarum Conſulum trabeas. ¶ *Latiaris.*Latium,prouincia eſt Italiæ ad Tiberim & mare Tuſcum ſita,in quaRomam Romulus Quirinus condidit.Ab eo Latio dicitur homo, ciuis,ſermo,Latinus, & pro Latino Latiaris,pro quo Latiaris,qui Latialis quoque dicunt,neſcio,quantum ſapiant. Primum enim vetuſtis in codicibus quam raroLatialis per l ſcriptum inuenitur?Deinde eſt apud Macrobium primo Saturnaliorum, Latiar per r Latinarum ſollemne,ac apud Ciceronem libro ſecũdo epiſtolarum ad Quinctum fratrem,ſicut ibi legendum putat Lilius Ferrarienſis.Tum apud Dionyſium Halicarnaſſenſem libro quarto Λατιάριος,hoc eſt Latiaris,Iuppiter.Poſtremo Priſcianus libro quarto de denominatiuis, à Latium Latij Latiaris,ſicut á peculium peculij peculiaris,fieri dicit. Latialis per l nõ memi-nit. ¶ *Cæſareas inter Palmatas.*Tua trabea fulget Romę inter Cęſarũ palmatas (palmam eſſe eandem veſtem cum trabea diximus in extremam gratiarum actionem)eodemque titulo & honore:poſtquam Cæſares illi, Auguſti,& Imperatores, Conſulari honore etiam gaudentes,in eo ſibi magiſtratu collegas quoſlibet ex priuatis aliiſque aſciſcebant ¶ *natiuo.* non ſimulato,ſed naturali auro .de quo trabeæ auro quæſiuimus in extremam eandem Gratiarum actionem ¶ *Lucani fundi.* Lucaniaci in extrema epiſtola ſexta Auſonij ¶ *Materiam.*ad tam ſuperbas ædes conſtruendas. ſed quis locus iſte prope Liburniam? ¶ *in Condatino.* ſic recte ſcriptum reperimus in libro epiſtolarum Paulini ab Iodoco Badio Aſcenſio, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo & ſexto decimo,mendoſe in aliis omnibus Conlatino, & Collatino. De quo loci vocabulo vide quæ ſcripſimus in eandem extremam epiſtolam ſextam ¶ *ſatyræ mordacis aceto* .Dixerat Perſius in ſatyra quincta,*Stoicus aurem mordaci lotus aceto.* * ¶ *Hoc bona noti* Legitur & *voti* pro *noti* Sed alij mendis non vacat locus hic totus :quæ reddunt ipſum obſcuriorem ¶ *mortali* . homini mihi. In priore verſu pro *dei*, *ſedet* erat in vetuſto codice:& in ſequenti *id ſano*, pro *hoc ſancto*.Parentem autem pergit appellare Paulinus Auſonium ¶ *diuerſa ſequentibus*.qui meum non ſequuntur inſtitutum, qui faciunt aliter, quam ego ¶ *eſſe*.haberi, exiſti-

existimari stultus ¶ *arbiter ipse.* ipse iudex homo, bulla, cinis, puluis, alios probans aut damnans ¶ *atque illi suus est comitabilis error.* hominem obeuntem suus comitatur error. Verbum autem nouum mihi comitabilis a comitor * ¶ *Quem* diuinum iudicem, Christum ¶ *labentibus.* futuris. ¶ *& metuens studio properante laboro.* Vetus hæc lectio: quam præfero ceteris. Idem autem codex antiquus, & Paulini litteræ ab Ascensio vulgatæ, *in aduentum*, pro, *in aduentu* habent: & *id* pro *hac.* *idiam cauta futuri Præmetuens* ¶ *Increpitet tuba*, ex Matthæi Euangelio * ¶ *Per inane*. per aërem ¶ *Conniueo.* legitur & *consentio.* Ceterum *atheria* pro *atherea* fuit in vetusto codice. ¶ *proposito*. consilio. ¶ *superstite vita* dum viuo ¶ *Communique Deo Ventura in secula rebus.* Hoc equidem quid sibi velit, non intelligo, vbi vetus codex habebat *Communes* pro *Communi* ¶ *Si cōtra est*. Sit tibi non placet hoc meum propositum, satis mihi fuerit, quod Christo placet.

570

Cap. 24

571

IN PAVLINI EPISTOLAM AD AVSONIVM SECVNDAM.

572

Quum tres illas, quæ vltimo loco inter Ausonij epistolas fuerunt editæ, & alias, quæ non extant, scripsisset ex Aquitania in Hispaniam ad Paulinum Ausonius: quibus querebatur de secessu & taciturnitate Paulini, cœpit & ipse quoque silere. Quod silentium miratus tandem Paulinus, hæc ad eum scripsit: quibus expostulat cum eo de intermissione litterarum, simúlque refutat, vt in prioribus litteris, quæ de secessu Hispaniensi fuerant obiecta. ¶ *Quarta* redit. anni iam sunt quattuor, quum nihil abs te accepi litterarum, Ausoni, qui prius crebro mittebas. ¶ *salutifero.* salutigero in versu quarto epistolæ vicesimæ quinctæ Ausonij ¶ *Dona negata diu.* annos iam quattuor intermissum litterarum officium ¶ *Trina etenim* Tres ab Ausonio diuersas accepisse se dicit epistolas. Ausonius quartam se scripsisse dicit in principio vicesimæ quinctæ suarum: sed ea nondum reddita fuerat ¶ *Quadam subamara.* vt in epistola vicesima tertia, & duabus sequentibus ¶ *Anxia pietas.* sollicita de me pietas tua ¶ *Sed mihi mitte patris.* Asperitas ista paterna (sic Ausonium Paulinus patrem appellare solere ante monuimus) austeritásque, censoria & Catoniana maior, semper mihi mitis videbitur, blanda, & dulcis. *Sederit* ergo pro placuerit. vt & supra in versu septuagesimoquincto prioris epistolæ, & in principio quarti Aeneidos.

479

490

479
480

465 B

562
Vers. 18

Si mibi non animo fixum, immotúmque sederet.

¶ *& blandis.* Quæ in me iacis aspera & acerba, pater Ausoni, illa pro blandis & mitibus habeo. Vetus autem lectio mihi non placet, *sedu & e blandis.* ¶ *Ista suo retegenda.* legitur & *referenda* pro *retegenda.* ¶ *Vindicis Heroi.* quo heroico metro me vindicem, diluámque crimina, & refellam, quæ mihi obijcis. ¶ *paucis.* Aduerbium hoc, vt apud Terentium. 588 *paucis te volo:* & in carmine Sulpiciæ. ¶ *præcurrit.* anteit, & præcedit carmē illud heroicū. Præcurrit autem, quia pes citus est iambus, vt appellauit Horatius de Arte poëtica. Sed de Iambi velocitate plura Ausonius in Iambico epistolæ vicesimæprimæ ad eundem Paulinum. Iambus autem dicitur non solum pes ille ex syllaba longa breui subiecta, verum etiam metrum ipsum & carmen Iambicum. ¶ *Discreto referens.* Non poterat tam commode dicere, quę volebat Paulinus alio metri genere, quā Iambico. Horatius de arte poëtica.

Vers. 251

472

Vers. 79

Archilocum proprio rabies armauit Iambo.
Hunc Socci cepere pedem, grandésque Cothurni
Alternis aptum sermonibus, & populares
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.

¶ *Nunc elegi saluere iubent.* finem accipiunt versus nostri elegiaci. Salue & Vale synonyma sunt auctore Varrone apud Seruium: quibus vtimur, quū ab aliquo digredimur. sed vide de ijs, quæ indicauimus in Ephemeridē. ¶ *vt fecere alias.* Istis iāpridē vale dixerat Paulinus religioni totus deditus, & seruiens. Huic autem Elegiæ quod subijciebant alia exemplaria, *Vale domine illustrissime,* id non fuit in codice veteri: quod & ex illo Paulini versiculo, *An tibi me, domine illustris, si scribere sit mens,* sumptum suspicor ab ijs, qui scripta hæc confuderunt omnia, fœdarúntque nouis ac falsis titulis.

93

573 ¶ *Quid abdicatas.* Ita elegiam sequebatur carmen hoc iambicum trimetrum & dimetrum, in vetusto libro, & recte, vt postea ostendemus. ¶ *non ope pari.* quoniam tu, o pater, & præceptor Ausoni, viribus ingenij & eruditione semper filio præstitisti, sed *pari studio:* quia ego æque ac tu poëtices olim fui studiosus. ¶ *Ciere.* vocare, vt in priore epistola, *Surda vocas.* De Phœbi Apollinis specu fecit mentionem Ausonius in epistola ad Paulum de Bissula. ¶ *Dei.* veri dei. ¶ *Petere fonte.* Caballino fonte, Hippocrene, nemoribus & iugis Heliconis, bicipitísque Parnasi. ¶ *nunc alio.* Simo in Andria.

559

335

Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat.

574 * ¶ *Vacare.* dare operam, & studere. ¶ *Lucem suam.* veram. ¶ *Sophorum.* philosophorum. ¶ *nubilent.* Sophistæ, oratores, poëtæ, solent rebus

575 & veritati tenebras offundere. * ¶ *Hic.* Christus in principio Euangelij Ioannis. Sed hæc omnia perpulchre concinnauit Paulinus ex Apostolorum scriptis, litterarum sacrarum homo scientissimus. ¶ *Magister hic virtutium.* Sic vetus codex *virtutium,* & sic versus poscit: quamuis ab

virtute virtutum tantum tradat Priscianus libro septimo de genitiuo plurali tertiæ declinationis. ¶ *Aeterna iungens homines inter & Deum, Vtrũque se cõmercia.* Qui Christus iũxit sẽpiterna cõmercia inter Deũ & homines. quęnã cõmercia? seipsũ vtrũq; hoc est, qui vtriq; fuit, & Deus & homo. * ¶ *Totóque*. legitur, & *Totusque*, ac supra, *absterget* pro *abstergit*. ¶ *AEstus*. curas, studia, turbas. Quidam libri *Astus*. ¶ *Contempta præsens*. humana hæc & terrena, quæ in præsentia, & hac vita, spreueris. vt pręsens nomen sit pro aduerbio. Vel vt ipse præsens Christus: quum aliquando de meritis cuiusque cognoscet. ¶ *vel mage*. aut potius, quæ apud ipsũ deposueris.* ¶ *Custos*. depositarius. Sic fuit *custos* in antiquo libro. in alijs *iust'*. *Reddit* vero & *reddet* in sequẽti versu legitur, sed *reddet* puto rectius, vt post restituet. ¶ *Ne quæso segnẽ*. In epistola vicesimaquincta Ausonius Paulinũ appellat residẽ, cessatorẽ, pigrũ in scribẽdo: in vicesimę tertiæ versu tricesimo quarto, impiũ. At in eiusdẽ vicesimæquinctæ versu quinquagesimo, suos mores eũ vertisse dicit. * ¶ *Tibi disciplinas*. De hoc in epistolã Ausonij nonamdecimã. ¶ *Veniale quidquid horũ erit*. venia dignum est, & mihi debes ignoscere, quod tam diu in Hispania procul a te & patria, degam, quęcũque harũ triũ causa sit mihi, vt id faciã, siue quia id expedit, siue quia necesse est, siue quia mihi sic libet. Istud autẽ verbũ *Veniale*, pro quo & veniabile dixit Sidoni', vt in epistola vndecima libri quarti *Hæc apud eũ culpa veniabilis erat*, nescio, quãto sit antiquius ipso Paulino. Hoc ergo iãbicũ, elegiaco subscribebat vet' codex, vti supra monuim': illúdq; putamus esse iambicũ quod se dicebat in extremis elegis Paulinus heroico præpositurũ: vt quod heroicũ intelligebat, quo se vindicaret, id sit, quod incipit, *Continuata mea durare*, ipsi elegiæ subscriptũ in nouis exemplaribus. Nam vetus iambico, quod suo loco ponere mihi videbatur, subijciebat precationem illam Paulini, *Omnipotens genitor*: & huic orationi, epigrammaton tricesimum tertium, *Sitineas*, & alia. Vnica itaque fuerit epistola tria hæc carmina, Elegiacum, Iambicum, & Hexametrum *Continuata*, non tres, vt in cunctis distinguntur exemplaribus.

¶ *Continuata*. epistola vicesimaquarta & vicesimaquincta. ¶ *neglectæ*. epistola vicesimatertia. ¶ *iugalem*. vxorem, epistolæ vicesimæquartæ versu tricesimo primo. ¶ *ceu melli absinthia*. de quibus in epistolã Ausonij quartam. * ¶ *connexa*. connixa fortasse rectius, pro tota mente, toto nisu, & omnibus animi viribus. Habebat autem codex vetus *in Christum colendum*. alij, *in Christo colendo*, sicut in priore versu, *in tuo amore*. ¶ *immunis*. immeritus, innocens. Qui culpa vacat, grauius fert siquid illi falsum obijcitur. Hic autem pro *merito*, *vero* habebat vetus codex: & in versu sequenti, alij *vulnera tam tenera*, ipse, *vulnere tã tetro*. tum *Culpa*, ceteri: Ascẽsianus, *Culpa*, quidquid id rei sit.* ¶ *Discussisse iugum*. epistola vicesimatertia. ¶ *iugalibus*. equis idem iugum subeuntibus. ¶ *Si Vitulũ Tauro*. Dissimilium comparatio. Est ὄναγρος, id est asinus ferus, in Phrygia & Lycaonia: de quo Marcus Varro secundo de Re rustica, & Plinius octauo Naturalis historiæ. FVLICA, nomen primæ declinatio-

576
577
490
481
493
578
465
558
557
586
24
579
468.490
479.489
427
580A
479 480
Cap. 6
Cap. 44

nis apud Virgilium quoque & Plinium, Fulix est tertiæ apud Ciceronẽ in principio de diuinatione.

Rauca fulix itidemque fugiens è gurgite Ponti
Nunciat horribiles clamans instare procellas.

Ver.362 Auis etiã marina est fulica Virgilio primo Georgicô. *Quũque marinæ In sicco ludunt fulicæ* — quam putat Perottus quemadmodum & fuliginem, a furno dictam fuisse: quod nigra sit hæc auis columba non multo maior: vulgoque illam esse quæ Græcis λάρος vocatur: & Larium lacum Galliæ Cisalpinæ Alpibus vicinum, fulicis abundantem, inde nomẽ

581 inuenisse * Fulica, λάρος quidem interpretatur in vetustis glossarijs, ac λάρος fulica & gauia: legimúsque apud Suidam, & in antiquis scholijs in Plutum Aristophanis, quod auis eadem dicitur κέπφος & λάρος: sed aues sunt diuersæ apud Aristotelem: cuius doctissimus interpres Theodorus Gaza κέπφον vertit fulicam, & λάρον gauiam quemadmodum etiam monuit Erasmus in adagio Larus in paludibus, vt libro octauo de historia a-

Cap 3 nimalium, & alibi. Qui nostra memoria Aratum & Nicandrum Latinos fecerunt, cepphum non aliter quam fulicam vertenrũt, Theodoro fortassis auctore: meminíque, Græcum Nicandri commentatorem dicere nõ eandem esse auem Cepphum & Larum, sed Cephum, Laro παραπλήσιον, hoc est assimilem. Quæ similitudo potest eos fefellisse, qui eandem auem esse dixerunt. Vidi antiquum commenratorem, qui fulicas exponebat quas dixisset Vlulas Virgilius in ecloga octaua. *Certent & Cygnis vlulæ.* — Κύκνος, hoc est olor, omnibus nota est auis alba ansere maior. Ἀηδών, Luscinia apud Plininũ libro decimo, auis dulcius canens, quã

581 c Parra. * DE PARRA nos nihil docuerunt veteres Grammatici,

Cap. 37 Horatij interpretes: sed Plinius libro vndecimo sic eius meminit. *In capite paucis animaliũ, nec nisi volucribus, apices, diuersi quidẽ generis, Phœnici plumarum serie, medio eo exeunte: Pauonibus, crinitis arbusculis: Stymphalidæ, cirro: Phasianæ, corniculis, præterea Parræ: quæ ab illo Galerita appellata quõdã, postea Gallica vocabulo etiam legioni nomen dederat Alaudæ.* Ex quibus Plinij verbis, quæ sit auis Parra, & Galerita, facile possũt ij cognoscere, quibus Alauda (legionis ab aue cognominatę etiã Cicero & Suetonius mentionẽ faciũt) hodie cognita est ex *Aloëta*, illustri prisci nominis Gallici vestigio. Glossariũ Parram Κορυδαλὸν interpretatur, ac Galeritã Κόρυδον: sed idem sunt Κόρυδος & Κορυδαλὸς, teste Aristophanis quoque vetusto interprete: & quę auis Aristophani dicta fuit Κόρυδος, eã Simonides Κορυδαλὸν ante appellarat in adagione πάσῃσι Κορυδαλοῖσι χρὴ λόφον ἐγγίνεσθαι, id est Omnibus Galeritis oportet cristam inesse. Quanquam alteri Galeritarũ generi (duo corydalorũ genera facit Aristoteles libro nono ζώων ἱστορίας) deest apex ille capitis, minorésque sunt hæ Galeritis, quæ illũ λόφον ἔχουσι. Vtriusque tamen generis nomen cõmune, ex eo factũ, quod est κόρυς, galea: vt volunt Grammatici: sicut Galeritam eandem auem ab eadem galea & galero Latini nuncuparunt. & Cassitam quoque (apud solum

tamen

tamen Gellium libro ſecundo legitur hoc auiculæ vocabulũ, quæ eadẽ cum Galerita putatur) a caſſide, galea, eodẽ capitis ornamento. Itaque ſi reformidabat Eraſmus verbum Gallicum, quo libenter vſus eſt Theodorus Gaza Ariſtotelis doctiſſimus interpres, habebat Latina Parrã, Galeritam, Caſſitam, quibus Κόρυδον vertiſſet in prouerbijs Aquilæ Senecta, Corydi iuuenta, &, Inter indoctos etiam Corydus ſonat, & in epigrãmate incerti auctoris.

Si Corydus Cygnum queat æquiparare canendo,
Noctua concertet ſi Philomela tibi,
Coccyx ſi iactet ſe voce anteire cicadam,
Tunc ego Palladio par potero eſſe meo.

Nominat Parram rurſus idẽ Plinius libro duodeuiceſimo: dicítque auẽ Parram oriente Sirio, ipſo die non apparere, donec occidat. Meminit vero eius libro decimo, ſed Galeritæ nomine, dum vult propius exprimere Κόρυδον Κορυδαλὸν Democriti: quem dicit de auibus mira ſcripſiſſe, & augurijs. Parram ſcribit Feſtus habitam fuiſſe in auibus oſcinibus & alitibus, hoc eſt, quæ tam ore, quam volatu oſtendere futura viderentur. & Horatius in principio carminis viceſimiſeptimi, tertij libri.

581 D cap. 29. cap. 49.

Impios, Parræ recinentis omen
Ducat, & prægnans canis, aut ab agro
Raua decurrens lupa Lanuuino,
Fœtáque vulpes.

Quod autẽ legitur in commentarijs Seruio Mauro attributis in Virgiliũ, id neſcio, an ſit Seruij, ſed tamen ita reprehenditur Donatus, qui Parrhaſiam Arcadiæ ciuitatem ab aui Parra dictam tradidiſſet, *quod procedit*, inquit, *ſi Parrha nomen eſt Græcum: ſi autem Latinum eſt, ſtulte ſenſit. nam Græcum nomen Latinam etymologiam non recipit.* ¶ *Caſtaneas Corylis æquas.* quũ Caſtanea ſit arbor multo maior quam Corylus: & cupreſſus, quam viburnum. Sic Cupreſſos & viburna compoſuit Virgilianus paſtor in prima ecloga. De corylis & auelanis Seruius in verſum ſexageſimum quinctum ſecundi Georgicôn. ¶ *Si iungat amore.* ſi tuus amor cum meo cõparetur, hoc ego tibi noncedo. ¶ *Quam veſter.* *veſter* pro tuus, vt ante idem Paulinus. Dixerat autem Tityrus apud Virgilium,

verſ. 31.

557

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Quam noſtro illius labatur pectore vultus.

Ego te per omne. Priora ſua iambica reſumit Paulinus. ¶ *Perenne.* Nomen pro aduerbio, perenniter. Quæ mens in perpetuum viuit, nunquam moritur, nec obliuiſcitur quicquam.

582

IN PAVLINI EPISTOLAM AD GESTIDIVM

583

Hauddũ reperire potuimus alibi hãnc epiſtolã Paulini ad Geſtidium, quam in Lugdunẽſi vetere illo codice membraneo: nec Geſtidium hũc aliũde nouimus: dubiúmque eſſe poteſt, an ea ſit eiuſdem Paulini. Nam

& si in eodem exemplari fuit cum Paulini ad Ausonium litteris, tamen multis interstitis epigrāmatibus ab illis disiūgebatur:& in Paulinorū Burdigalensi gente nobilissima non vnus fuit Paulinus, qui aliquid scripserit, quod ad nos vsque durauerit. Extat enim Paulini Ephemeris, si Eucharisticon carmen sexcētorum minimum versuum alterius omnino Paulini: qui Pellæ in Macedonia patre Burdigalensi genitus, maiorū suorū patriam Burdigalam a Gothis direptam & incensam vidisse se refert. ¶ *Domino merito suspiciendo*. Paulinus ad Delphinum Burdigalensem episcopū, BEATISSIMO ET MERITO VENERABILI PATRI DELPHINO. Ad Amandū eiusdem ciuitatis episcopum, SANCTO ET MERITO VENERABILI. Ad Aprum & Amandum, SANCTIS MERITO VENERABILIBVS, &c. De Domini appellatione in epistolam Paulini ad

566 Ausonium primam. ¶ *Iniuria est.* Non conuenit, est indecens. Ita notanda est iniuriæ insolens significatio. ¶ *patrifamilias* vt mihi. ¶ *maritimus delicijs.* vt piscibus. Erat fortasse Paulinus Ebromani. de quo loco quæsi-

477 uimus in epistolarum Ausonij vicesimam secundam ad eundem Paulinum scriptam. ¶ *terrenum aliquid.* vt sunt ficedulæ, non aquaticæ, sed terrestres aues. ¶ *apud vnanimitatem.* De hoc vocabulo quædam mo-

360 B nuimus in Ausonij villulam. ¶ *vespere.* quum ex agris domum sub noctem redeunt. Dixerunt autem prisci Latini vespera, vespere, vesperi, auctore Carisio. ¶ *ficedulas misi.*

Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vua mihi?

Sic Martialis ficedulam de se loquentem inducit in Xenijs. ¶ *plura etiā versiculis.* In paucis versiculis multa nō possūt inesse verba: quare vereor, vt plures quam nouem versus Paulinus huic epistolio subiecerit.

584 A ¶ *Quas latitans filicis sub tegmine.* Cuius aucupij hoc loco meminit Paulinus, id hodiéque frequens exercetur per Autumnum in agro Burdigalensi. Nota satis est herba filix: cuius vnum genus bina etiam excedere cubita longitudine, scribit Plinius libro vicesimo septimo Naturalis historiæ. Ex longioribus ergo filicibus auceps fascē sumit. In eū vinculo

Cap. 9 ab ea parte, qua radices sunt herbarum, compressum, capite immisso, vt totus præter pedes, quos superuolantes aues non facile videant, in filice lateat, ad sepem venit, qua in regione sint vuæ, mora, baccæ, vel huiusmodi aliud, quo se alunt auiculæ. Prælongam virgam, bifurcam trifurcámue, viscatam, quā ab altera parte manu tenet, super summos frutices ostendit. Ore susurrum edit non dissimilem cicadarum cantui, nisi crispās esset ac fuscior. Quem vbi acceperunt volucres, aduolant. Et quia locus ibi nō occurrit commodior, vt iudicant, visco circunlitas furculas petūt, residūt, inhærescunt, capiūtur altera manu ab aucupe. Quidam super aliā arundinem non procul ab viscata, noctuam ostentant, eiusque vocem imitantur: ad quam auem solent aliæ naturali odio inuitari, vti diximus in

261 versum Mosellæ trecentesimum nonum. ¶ *Tunc referens.* domum, vel in forum

in forum vrbis: vbi suam vendat prædā. ¶ *tenuem*. minutarum auicularum. ¶ *munere*. lucro. * ¶ *Digerit aucupium*. Prædam suam & aues captas ita digerit, & componit auceps super tabulas & mensas, vt pinguiores primum ordinem teneāt, & emptori se primas accedenti exhibeant. Verum enimuero qualesquales sint intelligendæ istæ Paulino dictæ ficedularum tabulæ, Burdigalenses aucupes sic hodie faciunt. Assiculum sumunt ex salignea, vel alia aliqua fissili materia, semipede paullo lōgiorem, latum, quantum longa sint auicularum colla. Ipsum ab altera parte diffindunt: fenisque auibus per colla immissis, ab eadem parte vimine constringunt. Ita prædam suam venditum eunt: cuius capita omnia suis plumis vestita, vt genus ab emptore cognosci possit, in vno assiculi latere prominent: reliqua corpora in altero plumis nudata: vt de sagina & macie statim emptor cognoscat. Ceterū hoc illi obseruāt in collocando, quo scilicet etiā possint homines decipere. Quæ macræ sunt, in imo cōstituūt, vt illæ ibi quasi lateant, qua tenent ipsi manu assiculum. pinguissimas in summo ponunt, vbi accedentibus primæ conspicuæ, emptores inuitent. ¶ *Gratia præuentas*. Istud *præuentas* quid hic sit, non video. Fortasse *præuentans* legendum pro prçueniens. Nam qui ab aduenio, & conuenio, aduentare & conuentare dixerūt, cur a præuenio prçuentare formidauerint? vt sit præuentans gratia, quç prima ex pinguibus primi ordinis volucribus veniat, & oblectet emptoris oculos. Aut certe a in o mutato, *præuentos*: vt visus præuentos pingui aue accipias.

5841

¶ *Pauperis vt placeat*. Huic dodecasticho titulum præfixit Typographus Lugdunensis, AD EVNDEM, pro barbarico illo vetusti codicis, ITEM ALIA AD QVEM SVPER, quem quis non neget Paulini esse vel Gestidij? Gestidij nanque potius fuerit hoc carmen, quā Paulini. ¶ *formáque direptos*. Quid hic sit istud direptos? & verbi diripio primam syllabam quis vnquam inuenit vsquam correptam? Diremptos metrum admitteret, sed quo sensu? Quid fuerit *forma dirimi*? nisi forte separari ab alijs, ac ceteris præstare pulchritudine. ¶ *generatur fondilus*. Ego nullum noui piscem fondilum: nec video, quid potius esse debeat hoc *fondilus*, quam sphōdylus, hoc est σφόνδυλος, genus ostrei mihi incogniti, spondylus sine spiritu apud Rondeletum in capite quadragesimo libri prioris de Testaceis. Nomen sortitus traditur hic piscis a vertebris spinæ, quæ & σπόνδυλοι, & σφόνδυλοι dicuntur, auctore Eustathio: ac quattuor syllabis σπονδύλιοι, & σφονδύλιοι, vnde tam spōdylus quam sphondylus dici posse videatur. Cum spiritu tamen sæpius nomina hæc inueniuntur, & σφόνδυλος verticillum, σφονδύλη animal, σφονδύλιον herba, vt apud Homerum in extremo Iliados Υ, apud Aristophanem, Aristotelem, Nicandrum, Dioscoridem, Galenum, Athenæum, Hesychium, Columellā libro octauo, Macrobium tertio Saturnaliorum de vetusta cęna pontificia. * ¶ *bis quinque, & bis tibi ternas testas*. sedecim ostreas, quales triginta Theonem Ausonio aliquando misisse, ex epistolarum Ausonij sep-

585 A

Cap. 16

585 B

438 tima cognoſces. Eſt autem hic Synecdoche, parte pro toto poſita. Sunt enim in oſtreo, caro & teſta: vt ipſum diuidit Plinius libro triceſimo ſecū-
Cap. 6. do Naturalis hiſtoriæ. ¶ *æquoreo nectare.* aqua marina, ſalſa. ¶ *viſcus predulce.* Caro dulciſſima. Oſtrea fortaſſis erant Medulici Oceani, quæ *dulci tenerrima ſucco* dixit, & cunctis prætulit Auſonius in epiſtolarum tertiadecima ad Paulum. De ſpondylis certe non poſſunt hæc intelligi, ſiquidem durior eſt eorum caro, virus olens, inſuauis & ingrata, quemadmodū ſcribit Rōdeletus ¶ *bicolore medulla,* eo ipſo viſcere, & carne oſtreorum, medullæ, oſſium non diſſimili, duos colores habente. Variant oſtrea coloribus: ſcribítque Plinius eodem triceſimo ſecundo, rufa eſſe in Hiſpania, fuſca in Illyrico, nigra & carne & teſta Circeiis in Italia ¶ *nec vilia.* neque quaſi vilia ¶ *parua modo.* menſura & numero parua & pauca ¶ *magno metitus amore.* Vide adagium, Munerum animus optimus, apud Eraſmum in chiliadis ſecundæ centuria ſeptima. Notandum autem metitus pro menſus

586 IN ORATIONEM PAVLINI.

Carminis huius titulus erat, INCIPIT ORATIO SANCTI PAVLINI. Quod quum ſubiungeret antiquus codex epiſtolis Paulini ad Auſonium, neſcio quid cauſæ fuerit, cur huc transferent Lugdunenſes. ¶ *Omnipotens genitor, rerum cui ſumma poteſtas.* Decimi Æneidos verſus centeſimus eſt,

Tum pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas.

¶ *male velle facultas.* Hoc hemiſtichium cum ſequenti verſu, inuenies in
91. Auſonianæ Ephemeridis extrema oratione: niſi quod ibi eſt *poſſe* pro *velle* ¶ *funere.* Obitu & morte alicuius: qui moriens aliquid mihi relinquat ex ſuis bonis ¶ *caráque ex coniuge nati.* Pontio Paulino Burdigalenſi, Nolano epiſcopo, ſi hæc eius ſint, vxorem fuiſſe Theraſiam diximus in nonamdecimam epiſtolarum Auſonij: ſed diui Ambroſij epiſtolam in
465 commentarium noſtrum tranſcripſimus: in qua nullam illis fuiſſe ſobolē dicit tātus auctor. Quare videris, quid ſit, de tota hac re ſentiendū ¶ *Caſtis.* puris & ſanctis.

587 DE CARMINE CICERONIS IN FEMINAS.

Non fuit tetraſtichon hoc in vetuſto illo Lugdunenſi codice, ſed in antiquo Simeonis Boſij libro, inter alia quædam Auſonij & aliorum veterū carmina: nec habuit alium titulum quam ſolum hunc, CICERONIS, quiſquis hic fuerit Ciceronum.

IN QVINCTI CICERONIS. VERSVS DE SIDERIBVS

In Lugdunenſi libro fuerunt hi verſus: nec alibi legere memini. Titulum autem habuerunt. QVINCTI CICERONIS HI VERSVS EO PERTINENT, VT QVOD SIGNVM QVO TEMPORE INLVSTRE SIT, NOVERIMVS, QVOD SVPERIVS

SVPERIVS QVOQVE NOSTRIS VERSIBVS EXPEDITVR. Sic fuit pronomẽ hi ante nouem versus in vetere illo codice, Hoc autem carminis maioris fragmentum, inter edyllia Auson:j, ficut & alia quædam post carmẽ de ærumnis Herculis repertum, in hunc postremum locum, cum alijs, quæ non sunt Ausonij, transferre nihil sum verius, quod nec Ausonium ex Cicerone in medium suum librum transcripsisse autumo, nec tali titulo præsignasse. Eximium autem illum oratorem Marcum Tullium Ciceronem, cognoueramus ex eius ipsius & aliorum veterum scriptis, multa conscripsisse carmina, quę interciderunt: de quibus quærit Lilius Gregorius in historiæ poëtarum, dialogis: eius vero fratrem Quinctum Ciceronem, cuius extat liber ad fratrem Marcum de Petitione, non ante audiuimus in poëtica quoque versatum esse, quam hos eius versus inter Ausoniana scripta seruatos, Lugdunẽses nuper ediderũt. * ¶ *Flumina verna.* Pisces, qui duo sunt, partem Zodiaci duodecimam & vltimam, sicut numerare solemus, occupãtes, cient & aduocant flumina, vt pisces fluuijs & aquis gaudent, verna, & veris ipsius. quod tempus incipit, quum a Piscibus in Arietem Sol ingreditur. Sed quod monuit titulus, hæc confer cũ ijs, quæ superius scripsit Ausonius de Sideribus, Anno Vertente, eius quattuor Temporibus, & Mensibus. ¶ *obscuro lumine.* Stellæ, quæ istos, Pisces deformant, sunt omnes paruę, nulla earum primæ magnitudinis, nec secundæ. Hyginus, Ptolemæus, Alfonsus. ¶ *noctisque dijque.* Diei erat hic in exemplari. dij rectius in versu tricesimoprimo edyllij de Libra, & alibi. ¶ *quem comunt.* Comere est ornare in primo Ausonianorum epigrammarum: sed quid refert *quem*? Arietem an diem? ¶ *Longa lumina.* dies longissimos. ¶ *languificus.* langores & morbos apportans Leo mense Iulio & Augusto, ex calore immodico. Alibi hoc verbum legere non memini * ¶ *Post medicum quatiens. modicum* quid hic sit non video. Post *modicum tempus* dici non potest, nec post *modicum vaporem*: sed quicquid nominis hic fuit, ad *quatiens* actiuæ significationis participium pertinebat. Quæ pro *modicum* conuenire existimarem, sunt *modium* & *spicum*: vt *post* ad Leonem referatur, quem sequitur Virgo. Virginem namque illam cælestem, nõnulli Cererem frugum deam esse crediderunt. Et modius, genus est mensuræ, pars tertia quadrantalis siue amphorę, apud Volusium Mæcianum: [illegible]e modios tritici, & modios salis Marcus Cicero dixit. Eadem Virgo in summa sinistra manu stellam habet claram, quæ στάχυς, hoc est spica, cognominatur. Spicam autem veteres etiam spicum neutro genere dixisse, Nonius Marcellus scripsit. Marci Ciceronis versus est ex Arato, libro secundo de Natura Deorum.

Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo.

¶ *vaporem.* calorem. Dicitur proprie Vapor, fumus calidus & humidus, ex aqua, & ijs, que in terra sunt humida, tepefactis, excitatus a Sole. sed pro igni & calore etiam vsurpatum inuenies, vt hic Cice-

587 1

315, 418 318, 319 320, 322 329

311

587 5

ver. 683 roni, Virgilio in extremo quincto Æneidos, & Columellæ libro
698 quincto de Re rustica. Hic enim quum de scrobibus serendarum ar-
Cap. 10 borum disputat, sic ait. *Scrobis clibano similis fiat, cuius imum summo paten-
tius est, vt laxius radices vagētur: ac minus frigoris hieme, minúsque æstate va-*
587 D *poris per augustum os penetret.* * ¶ *flamma Nepai.* ipsa flammans & splē-
dens suis stellis Nepa: de qua, vide, quod monuimus in altera monosticha
319 Ausonij de mensibus. ¶ *Sagittipotens.* Τοξότης, Sagittarius, Arcitenes
315 Ausonio in Edyllio de signis cælestibus. Sagittipotens quoque Marco
Ciceroni in Arato. ¶ *Bruma gelu glacians iubar est spirans Capricorni.* Nō
satis video, quid sibi velit hic versus: quē nec mēdo vacare puto. Quid sit
Bruma, diximus in hexastichon Ausonij de mensibus & quattuor anni
318 temporibus. ¶ *Tanta supra circá que vigent humi flumina Mundi.* Sic e-
diderūt Lugduenses. Ceterū quod diuinarūt *vigent humi*, hoc erat *vigētu-
mi* in suo exemplari: & sequens verbum *flamina* non *flumina*. ¶ *At dex-
tra.* Zodiacus, qui & signifer, cuius duodecim signa recensuit Cicero,
Circulus est obliquus in Mundo, Solis, Lunæ, & aliorum Planetarum
via, sic ab Aequinoctiali circulo sectus in duo æqua, vt eius dimidium ad
Septentriones pertineat, dimidium alterum ad Austrum. Mundi autem
dexteram partem Septentrionalem: sinistram, Australem plagam facit
poëta Lucanus tertio Pharsaliæ. Sed quam rem non probat Aristoteles
587 E libro secundo de Cælo. * ¶ *Squama torta Draconis.* Draco ipse squamo-
sus, tortus, conficiensque sinus e corpore flexos, vt ait Marcus Cicero
Aratum interpretans. ¶ *Sub æterno conspectu.* qui perpetuo apparet cū
Vrsis, quas interiacet, in nostra inclinatione. ¶ *hunc inter fulgentes æthe-
ra septem.* Hæc, & quæ reliqua sunt,

Magna quatit stellans, quam seruans serus in alta
Conditor Oceani ripas cum luce Bootis,

sic indignis modis corrupta & manca habuit vetus illud exemplar. Vbi
Gulielmus Canterus, quemadmodum ex Pulmanni annotatiuncula
cognouimus, *æthere* pro *æthera* legeret: *stellas* pro *stellans*: *Conditur* pro
Conditor: *ripa* pro *ripas*: & *Bootes* pro *Bootis*. VRSARVM, inter quas
Draconem esse collocatum modo diximus, ad polum septentrionalem,
altera maior est, altera minor. Maior, seu, vt hic appellatur Magna, eadē
ἅμαξα quoque dicitur Homero & Arato, id est Plaustrum, ex stellis se-
ptem constans. Id ergo sidus, cui Vrsæ nomen est, quod aliud sidus iuxta
eam sedet, ab hoc ipsam seruari custodirique dixerunt: & ἀρκτοφύλακα
nuncupauerunt. Vrsam nauque significat ἄρκτος & φυλάττω custodio.
315 Quod nomen inuenies, in Ausonij carmine de Signis cælestibus. Qui
vero Plaustrum pro Vrsa, ij & custodis illius nomen mutant: ac Βοώτην,
hoc est bubulcum appellant.

IN SVL-

SVLPICIA Poëtria iisdem floruit temporibus Romæ, quibus Decimus Iunius Iuuenialis, Statius, & Martialis, sub Domitiano tyranno, sub Nerua & Traiano: cuius carmina interciderunt omnia extra hoc vnum mendosum & mutilum: quod forte inter Ausoniana adhuc seruatum est. Eius autem feminæ suauitatem, ingenium, pudicitiam, miris efferunt laudibus Valerius Martialis, & Apollinaris Sidonius. Hic in hendecasyllabo ad Felicem, Car. 9 Ver. 260

Non Gætulicus hic tibi legetur,
Non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus,
Non quod Sulpiciæ iocus Thaliæ
Scripsit blandiloquum suo Caleno.
Sed tecum pariter simúlque visam
Durus Sulpiciam Phaon amaret.
Frustra nanque ea nec Tonantis vxor,
Non Bacchi, nec Apollinis puella,
Erepto sibi viueret Caleno.

Martialis vero libri decimi tricesimoquarto epigrammate.

Omnes Sulpiciam legant puellæ:
Vni quæ cupiunt viro placere.
Omnes Sulpiciam legant mariti,
Vni qui cupiunt placere nuptæ.
Non hæc Colchidos asserit furorem,
Diri prandia nec refert Thyestæ.
Scyllam, Biblida nec fuisse credit.
Sed castos docet & pios amores,
Lusus, delicias, facetiásque.
Cuius carmina, qui bene æstimarit,
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales Egeriæ iocos fuisse
Vdo crediderim Numæ sub antro.
Hac condiscipula, vel hac magistra,
Esses doctior, & pudica Sappho.
Sed tecum

& tricesimooctauo ad Calenum maritum.

O molles tibi quindecim, Calene,
Quos cum Sulpicia tua iugales
Indulsit deus, & peregit annos.
O nox omnis & hora quæ notata est
Caris litoris Indici lapillis.
O quæ prælia, quas vtrinque pugnas
Felix lectulus, & lucerna vidit
Nymbis ebria nicerotianis.
Vixisti tribus, o Calene, lustris,
Ætas hæc tibi tota computatur,
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis tibi, si diu rogatam
Lucem redderet Atropos, vel vnam
Malles, quam Pyliam quater senectam.

¶ *Musa.* o Calliope. ¶ *quibus numeris.* Heroico seu hexametro versu. 588 B
¶ *Phaleco.* phalæcio. De quo in epistolam Ausonij quinctam. ¶ *Nec trimetro iambo.* Nescio, quo bono auctore, Sulpicia i consonantem fecit in iambo trisyllabo. De quo in epistolam Ausonij vicesimam primam. ¶ *nec qui pede fractus.* Metrum iambicum significat, habens postremo loco spondêum pro iãbo: quod Græci σκάζον & χωλὸν, Latini claudicans & claudum appellant. ¶ *Fortiter irasci.* Clazomenę vrbs est Ioniæ in Asia uti scripsimus in epigramma Ausonij centesimum & vicesimum tertium. vnde Κλαζομένιος, hoc est Clazomenius seu Clazomenêus dux 435 A 472 68 C

& auctor dicitur hoc loco Hipponax poëta: qui quũ esset Ephesius (eiusdem prouinciæ ciuitas Ephesus) propter Athenagoræ & Comæ tyrannidem, Clazomenas se cõtulit: & illic habitauit. De illo plura Lilius Gregorius ex Suida & alijs. Ceterum scribit Plinius libro tricesimo sexto, Cap. 5 Hipponacti notabilem fœditatem vultus fuisse: quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum, quum pictores proposuissent ridentium circulis, indignatus Hipponax, amaritudine carminum distrinxit eos in tantum, vt aliquos ex ijs ad laqueum compulisse creditus sit. Vsus ergo in istos carmine iambico scazõte & claudo Hipponax, cuiusmodi est illud, *Nec fonte labra proluι Caballino*, quod ab ipso Ἱππωνάκτιον, Hipponactium seu Hipponactêum fuit cognominatum. Sed & locum hunc enodandum sibi duxit Hadrianus Iunius capite sextodecimo libri primi Animaduer- 588 c sorum. * ¶ *Primáque* Romanos. *Romanas* legendum putauerim, vt de feminis femina loquatur. De viris certe non potest hoc esse verum. Fuerunt Catullus, Ennius, & innumerabiles alij ante Sulpiciæ & Domitiani Cæsaris tempora. Fuerunt etiam ante eadem tempora Romæ nobiles poëtriæ, veluti Cornificia illa sub Octauiano Augusto cum Cornificio fratre poëta: cuius insignia epigrammata vidisse se scribit Hieronymus in Chronicis: sed videntur priores illę Romanæ, vno aut altero genere carminum contentæ fuisse, quum Sulpicia cunctis generibus cum Sapphone, Corinna, & alijs Gręcis ausa sit prima contendere. ¶ *Clientis.* meis precibus. Ita cliens communis est generis. ¶ *Pater ille.* Iuppiter, Saturni filius: ¶ *Glandibus.* Primorum hominum cibus glans fuisse perhibetur, & potus aqua. Virgilius in principio primi Georgicôn, & Iuuenalis 589 secundi Satyrarum. * ¶ *genus Ausonium Romulique alumnos.* Romanos & Italos. Ausones gens Italię. Romulus, primus rex Romanorum. Miraberis autem, quod Romulus hoc loco primam syllabam corripiat, quæ apud omnes alios poëtas producitur. Nam Romulus libro quarto Ver. 186 Punicorum Silij,

Tum Romulum, atque olim celeberrima nomina bello,

neque idem est Romulus, neque Romulus, vt arbitror, legi debet, sed Re- Ver. 633 mulus e pro o, vt libro nono Æneídos, *Perque caput Remuli venit.* — & alibi in eodem poëmate. Florentinum autem exemplar hic pro *Romuli Remi* habet. vnde conijcias Sulpiciam *Remu* scripsisse, o in prima syllaba, sed antiquitatis litterarúmque imperitos *Remi* in *Romuli* produxisse. Scribit enim Seruius in versum ducentesimum septuagesimum septimum primi Æneídos, regem illum, a quo nomen sumpsit Roma, Romũ fuisse primum appellatum, quot syllabarum fratri Remo nomen fuit: sed pro Romo Romulum postea esse dictum, blandimenti gratia. Idem, puto, inuenies & apud Festum Pompeium in verbo Romam. Beatissimam autem Romam, amplissimúmque imperium Romanum, Augustus Cæsar moriens reliquit: sed successorum principum vitijs omnia statim corrumpi ac imminui cœpta. ¶ *Sicanæ.* Siciliæ insulę, vt in Ausonij octauo epi-

uo epigrammate. ¶ *agitata domi.* inter ciues, vt inter Syllam & Marium, Pompeium & Cæsarem. ¶ *stadio Achæo.* curriculo Achaico Græcóque. De Græcorum certaminibus est Edyllium inter Ausoniana. ¶ *Sic uidē Romana manus.* Sallustius in præfatione de coniuratione Catilinæ. Titus Liuius libro quadragesimo nono. Lucius Seneca libro secundo epitomę Liuianæ* ¶ *Aut frustra vxori. natæ* pro *vxori* scripsisse Sulpiciā arbitror. Illud enim, *Imperium sine fine dedi,* non Iunoni vxori, sed filiæ Veneri dixit Iuppiter primo Æneidos. ¶ *nunc igitur qui res Romanas.* Philosophi Domitiano Imperante, senatus consulto eiecti, atque Vrbe & Italia interdicti sunt. Suetonius de Domitiano, & Aulus Gellius libro quinctodecimo. ¶ *non Capitolino.* Titus Liuius libro quincto. Seneca primo epitomæ Liuianæ. ¶ *Ergo Numantinus.* Publius Scipio ab excisa Numantia ciuitate Hispaniæ, Numātinus cognominatus: idemque prius Libycus, hoc est Africanus, a subacta Libya, id est Africa. ¶ *Rhodio magistro.* Panætio Philosopho Stoico ex Rhodo insula. quem minorem Panætium appellat Suidas: qui duos memorat Panętios Rhodios. Cicero prima Tusculana & in Lucullo, ac Paterculus libro priore. ¶ *bello secūdo.* Punico.* ¶ *dia.* diuina. ¶ *vt Vespis.* Vespas, crabrones, apes, siquis in suis nidis irritet, cōcurrunt omnes, vt vlciscantur, & propulsent iniuriam. Sic solent ciues facere contra communem hostem. ¶ *arce Monetæ.* summo templo deæ Monetę. de quo quærit Marlianus in Topographia Vrbis. Alia Moneta in Ausonij carmine de Mediolano. Scribit autem Plinius vndecimo Naturalis historię, vespas in sublimi, è luto nidos facere, & in ijs ceras. ¶ *Turba regens.* Hoc quum non placeret Turnebo, *Turbat agens*, scripsit libri quarti capite secūdo aduersariorū: sed *Turba rigens*, maluit Iosephus Scaliger. In versu sequenti *redit* vltimam producit ante vocalem. ¶ *Romulidarum.* Romanorum. ¶ *Calepo.* Quam fœde corrupta hæc, & plane perdita: Calenum diximus supra Sulpiciæ maritum fuisse. * ¶ *tyranno.* Domitiano. ¶ *Nam laureta Numæ. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quo quia se persæpe Numa sine arbitris velut ad cōgressum deæ inferebat, Camenis eum Lucum sacrauit: quod earum sibi concilia cum coniuge sua Egeria essent.* Titus Liuius libro primo. Ouidius tertio Fastorum. ¶ *& Romanus Apollo.* Romæ etiam templa habuit Apollo, numen Græcanicum.

9
331
590
Ver. 183
Cap. 11
591
101
Cap. 11
568
592 A

IN CITERII EPIGRAMMA DE PASTORIBVS

592 B

Hoc ego de pastoribus epigrāma, in membranco codice non inueni: ceterum prima Lugdunensis editio hunc illi titulum dedit, ex vetusto illo, vt arbitror, exemplari. EPIGRAMMA DE PASTORIBVS, A CITERIO SIDONIO ORATORE FACTVM. In quo vocabulū

Citerij qui mendosum putarunt, in Cytherium statim mutandū cen[suerunt]: quomodo ille scribitur, ad quē extat Pontij Paulini longū carmen iambicum de Martiniano: vt sit Græcum plane nomen Κυθήριος, verum Citerius a Citario non multum abest, quem commemorauit Ausonius
157 quartodecimo loco inter Burdigalenses professores. Quem tametsi Grāmaticum facit, & Siculum Syracusanum, quum hic Citerius, & Sidonius dicatur, & orator, tamen suum Citarium scribit Ausonius eximium fuisse poëtam: & in istis lemmatibus possunt pro more quippiā corrupisse veteres librarij. At vero quis nouit, quid nominis Siculi Persiciue sit Citarius, an integrum, vt ad ipsum alia dirigi debeant? ¶ *Almo, Theon, Thyrsis.* Tres sūt pastores, sicut in Hadriani epigrammate, octasticho & ipso, tres Amazones: de quibus multa, sed omnia terna referuntur, & breuissime: quod carminis acumen est & lepos. Sunt autem Græca vocabula. Est
Ver.532 enim Almon apud Virgiliū septimo Æneidos, hoc est Ἄλμων. vnde Citherius Almo fecit, quod metro commodius esset, quemadmodū Simo, Plato, zeno, & alia fecerunt Latini ex Σίμων, Πλάτων, Ζήνων. PELORVM
256 promuntorium est Siciliæ, in Mosella Ausonij. LAVRENTES & SABINI gentes Italiæ. LACONES, Peloponnesi. Horū mentio in epigrāmate
20 Ausonij vicesimo quarto. ¶ *Cognite.* cognitus, vt in Burdigala Ausonij &
109 alibi frequēter. Subulcus ergo, & suibus diues Laurēs pater Almo[nis]. Lacon pater Theonis, aruorum cultor, vinearum Sabina. Sed quid sibi vult istud *Sabina*? Crediderim priore versu, *Sabino* legendum: at hoc *Sabine* pro Sabinus, vt *cognite* pro cognitus

593 IN ADRIANI EPIGRAMMA DE AMAZONIBVS.

De Ælio Hadriano Imperatorum Augustorum quinctodecimo tetrastichon fecit Ausonius. Is quantus fuerit poëta, disce ex Lilio Gregorio
196 Ferrariensi: qui multa de illo collegit ex Dione, Spartiano, Aurelio Victore. Est autē hoc octastichon eiusdē argumenti cum superiore, vtercunque poëtarum prior fuerit. ¶ *Hippolyte.* Hoc nomen apud Virgilium
Ver.661 Ver.402 Ver.574 vndecimo Æneidos. Teuthras decimo, ac in principio sexti Iliádos Homeri. *Clonios* non clonos apud eosdem poëtas, nono Æneidos, & secūdo Iliádos, ac Clonie Amazon primo Paralipoménō Calabri. Oebalus ve-
235 ro pater Hyacinthi, in cupidine cruci affixo ¶ *Plus puero.* maior puero, adolescens iam grandior Teuthras. sed Clonus *heros*, iuuenis, vt Varro, teste Censorino, iuuenes appellabat, qui essent in tertio gradu ætatis, a tricesimo anno ad quadragesimum quinctum ætatis humanæ. Insolens hæc herois significatio. *Epicly* & *Derascly* vocabula sunt corrupta: si quis possit emendare. Epicli & Deracly si scriberes, possent parentū nomina videri.

IN SVL-

IN SVLPICII LVPERCI ODAM SAPPHICAM. 594

Nihil prorſus habeo,quod doceã de Sulpicio Luperço Sebaſto iunio- cui odam Sapphicã, & elegiam inſcribebat vetus ille Lugdunenſiũ codex:quas cum Auſonianis emittere viſum eſt, quibuſcum ſeruatæ ad nos perueniſſent. ¶ *labaſcit*.ruit, corrumpitur,deficit tempore.Ita Κρόνον illũ Saturnum, *χρόνον*, hoc eſt tempus,proprios filios,& quicquid gigneret, deuorare ſolitũ, mentiti non ſunt antiqui poëtæ. ¶ *Amnis inſueta*.Fluuij quoque ſuos curſus mutant: vt ille apud Horatium in verſu ſexageſimo ſeptimo de Arte poëtica. ¶ *Decidens ſcabrum*.Ouidius in decima elegia quarti de ponto.

Gutta cauat lapidem.conſumitur annulus vſu.
Et teritur preſſa vomer aduncus humo.

IN EIVSDEM ELEGIAM DE CVPIDITATE. 595

¶ *Auri di. a.* *Auri ſacra fames*,tertio Æneidos. ¶ *Sic latebras*. De hoc ſcripſimus in verſum viceſimum ſextum Cupidinis cruci affixi Auſonij. ¶ *Acriſiæ puellæ*. Danaæ Acriſij filiæ.Hyginus.¶ *paupertas auari*. Ita pauper dicitur homo auarus a Biante in Sapientum ſententijs ſeptenûm verſuum,apud Auſonium. * ¶ *Creſcente nummo*.e in i mutari facile poterit, vt in metro te nihil offendat.¶ *Cognatorũ animas*.ex quorũ cæde & morte diteſcas. ¶ *affectus*.amorem & caritatem. ¶ *templorum damno*.ſacrilegio. ¶ *Mirum ni pulchras*. Significauerit fortaſſe locus hic, Sulpicium hunc Lupercum ,hominem fuiſſe Romanum, & artis oratoriæ,iuriſue prudentiæ profeſſorem.Eſt autem εἰρώνεια.hoc enim vult dicere,non eſſe mirum,ſi iuuentus Romana bonas artes & diſciplinas negligat, quando cum ijs eſuriat.¶ *iuriſonæ*. iura & leges ſonantis citantiſque .Nouum hoc mihi verbum. ¶ *Atqui*.ſed.atuero * ¶ *Romani ſermonis egent*. Latinum ſuum ſermonem in barbaricum commutarunt.¶ *Sed tamen exulta*. Hoc non intelligo,quid ſit.Duo eſſe verba poſſunt confuſa, *ex alta*.


Verſ. 57 — 236 — 228 — 596 — 597

IN VERSVM SINE AVCTORE. 598

¶ *Vngues Mercurio*.Verſiculi huius hic ſenſus eſt,Vngues die Mercurij, Barbam die Iouis,Crines di Veneris eſſe præſecandos. Cuius titulũ nos poſt Lugdunenſes vix legere potuimus:ſed ſic prorſus habebat. HIC

VERSVS SINE AVCTORE EST QVO DIE QVID DEMI DE CORPORE OPORTEAT. Hæc autem qui refellit, probat, Barbã esse præsecandam non die Iouis sed Martis: Crines non die Veneris sed Lunæ: Vngues non die Mercurij sed Solis & Saturni. ¶ *Manors imberbes.* Mars adolescentem Gallum amauit, vti scripsimus in versum vicesimum septimum Griphi Ausoniani: & Luna Endymionem, vt dixit Ausonius in Cupidine cruci affixo, sed de cuius caluitio nihil legere meminimus. Dierum autem appellatio a planetis, quam sit antiqua, quæsitum fuit in Edyllium Ausonij de Nominibus septem dierum.

279D
237 B
317



Supr. 163 C.

SIMON MILLANGIVS, TYPOGRAPHVS REGIVS, EXCVDEBAT BVRDIGALÆ, ANNO CHRISTI

M. D. LXXX.

EMENDANDA IN AVSONII ET ALIORVM VETERVM SCRIPTIS.

Ad numerum 17, legendū, Scire animi merit. 35 formosæ iuuen. 90, Anticipant: pat. 120, sensit tu. 122, relinquat. 155. Et memoria tenuem Nænia Grammaticum: Qui tud Ibidem Siculo prog. 160, opulēta Tolosa. 190, prostratus Othoni 200, populi mal. 200, fœcunda & tuto superb. 218, His in beat. 266 mole Sarau. 294, Bis sen. 301, silete nugę. 303, vanique ferat quid. 337, dominatui in. 382, nec iste dulc. 401, Nullum tu vnq 404, omnia quæ quas. 427, ille floridus tui ser. 441, Cadmi filiol. 444, castula rostro. 465, Tartessia Calp.

Epigramma XCIIX, est hexametrum: nec debuit in modum elegi describi. Epigramma in Faustulum, quod inuenies 593, transtulit inter epigrammata Commētarius, computauitque Epigrā. CXV. ac sequentium Epigrammatum numeros vno auxit. Edyllium De Lustralibus Agonibus debet præcedere Edyllium De Ferijs Romanis: ac ita mutandi numeri, vt est in Commentario. Epistolas Paulini duas, tantum fecit prioribus Commentarius. ipsum vide, ut numeros mutes, & accommodes.

IN COMMENTARIIS, Numero 4, morem gerere. 8 c, Valentinianus. 15 D, Sed de ist. 19 A, & alibi) insolenter, sceler. 22 C, exuta mortalitalitate ex 40 B, accersitus e Lem. 44, Virgilianū heriust. 52 A, numine Lib. 74 C, agilitatem, vt. 79 A, cruci aff. 136, Coronide ac. 146, Hoc nomen inuen. 149 D, Cœptum it. 158 B, patri parem. 161 B, cui Hispaniarum prouinciæ præsed. 167 A, eiúsque vicem gerat. 167 A, facilibúsque. 167 B, Locrorū Epiz. 178 B, in quos var. 187 C, Flaminia reg. 201 A, Treuericæque vrb. 207 E, se numini eiu. 208 D, amnibus adauctus, int. 208 D, Garumna ad amnes Matron. 208 F, ipsam obtuerit: cuius mag 235 B, Tragico gemitu. 243, fluuio, lacui, riu. 246 D, libri primi, script. 269, regis nomen à. 274 B, hoc comparatiuum eti. 279, quum totus hic vers. 281 A, trigono tetragonoque. 282 D, potest accepisse Aus. 287 A, se consequentibus. 290 A, Cælestum vis mag. 291 B, siue tabanū dic. 292 C, sæua autem sæc. 293 C, putabantur 297 E, damnarat. 299, pandentis cal. 313 C, nullius pol. 313 C, bina sign. 317 C, AEgyptios imp. 317 D, finire vid. 318, hic sementis. 319 B, nunc sub. 334 B, ianiæ vrb. 255 C. institutus fuit 351 A, rhopalo &. 351 B, A, vrbi & præt. 372 B, epigramma primum. cet. 378 B, Fistulares & Rhop. 351 Comites pal. 387 D, Sequanorum metr. 389 F, qualia principum. 408 B, assueueret, sal. 411 C, Pegasos, Cyl. 412 G, tamen albi aliquid. 417 A, & Gratiani quæst. 417 D, quibus addit. 418 C, fuisse Scaurus Gram. 418 D, vini meminerunt Virgil. 419 A, absoluto vita, ad. 421 A, Cōcionatorem hic. 421 B, coronam egrum, orn. 423, Collectaneorum. 426, vt Iouianus Var. 427 B, TANTO MVNERI HOC. 427 C, falsificum, falsiiurium. 427 C, Circumlinendo, fallunt. 427 C, adflatus pro afflatus. 430 A, faceret, si fort, 430 D, Proscindere ris. 431 A, Pronūtiationis disc. 431 A, pecora multa in. 411 A, picis lucos. 431 A, fuliginémque. 431 A, omnes præt. 432, Crinē flau. 434 A, e radice scil. 435 B, grammatici, vt. 435 B, cgenos, Hexamet. 437 D, Poterat Aus. 437 F, Probi homines in castr. 439 C, Singula perc. 439 D, tredecies ostr. 441 A, Myscias gen. 443 B, lituraris ex. 444 D, Mosellę, & in tricesimo quarto epistolæ sextæ. Cæt. 445 A, libri oct. 445 G, veteres vti solitos dicer. &c. Triiugum autem. 445 I, Commentatores Horat. 447 A, periculosiórq. 447 B, illic Blab. 451 A, ab Hispan. 451 B, Vel quæ Ba. 451 C, tridagnæ ut. 457 & pro é. 458 A, sed Vinoio 458 E, emendent & carmē. 465 M, poëmation vers. 469 C, Cornu Copiæ, ill. 474 C, Trinodem dact. 475, Quos Hebroman. 478 D, est, vt etiam. 480 B, & Phintiam Cic. 487 B, Iambicum epist. 489 A, silicis Achat. 492 A, si forte lōg. 511, desistere. 544, cognitis, quas exan. 554 E, bellarijs, &. 563, vocabulum apud antiquiorem Pau. 572, solerer, ante mon. 581 C, Gallico vocabul. 583, siue Euchar. 586, trasferrent Lugd. &c.

Græca ex suis auctoribus emendari poterunt.